HDI
HW 2JDY 4

Add. Mss.
K.E. 30438

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

HOMERI CARMINA

CVM BREVI ANNOTATIONE

ACCEDVNT

VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES VETERVM GRAMMATICORVM CVM NOSTRAE AETATIS CRITICA

CVRANTE

C. G. HEYNE

TOMVS QVARTVS

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
LONDINI
APVD I. PAYNE ET MACKINLAY
MDCCCII

Digitized by Google

KE 30430
~~GH62,325~~

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Digitized by Google

VARIAE LECTIONES

ET

OBSERVATIONES

IN

ILIADEM

CVRANTE

C. G. HEYNE

VOLVMINIS PRIMI PARS PRIMA

LIB. I—IV

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA

LONDINI
APVD I. PAYNE ET MACKINLAY

MDCCCII

Digitized by Google

Digitized by Google

IN ILIADEM

VARIAE LECTIONES

ET

OBSERVATIONES

Digitized by Google

IN LIBRVM I. ILIADIS VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES

1. Quaeſtiones grammaticorum ſunt plures ſuper exordio. Haerent illi in μῆνιν, et quaerunt, cur ab *ira*, male ominato verbo, carmen exorſus ſit poeta. Sch. Ven. A. cum Schol. Lipſ. Quam quaeſtionem etiam Lucianus attigit Ver. Hiſt. II, 20, vbi Homerus ea de re interrogatus feſtiue reſpondet, ſibi ita in mentem veniſſe. Alii admiratione dignum cenſent, quod, ceteris rebus Troianis omiſſis, ſtatim in medias res rapit auditorem (Schol. Ven. A. Sch. br. cf. Waſſenberg ad Schol. h. l. p. 128. Et ad h. v. retrahendum eſt ζήτημα in Schol. Ven. B. ad v. 21). Atqui poeta non bellum Troianum, ſed iram Achillis eiusque effecta, et placationem, exponit; eoque ipſo carminis epici naturam conſtituit, quod in vna actione ac facto ſubſiſtit: cum alii, vt Cyclici, ſeriem rerum geſtarum et euentorum contexendo carmina hiſtorica ſcriberent. Laudat id Ariſtoteles Poet. 23. cf. 8. Facit adeo poeta exordium ab ipſa re. Sane ſic magno cum commodo narrantis euenit, vt ex ceteris rebus ad Troiam geſtis interponere poſſit multa: etſi, an id, quod ipſa res ſuppeditabat, ad ſtudium, ingenioſum inuentum et artem poetae referendum ſit, dubitari poteſt.

Altera dubitatio multo minus expediri poteſt: hocne exordium (προέκθεσις) omnino profectum ſit ab eo, qui rhapſodias in epos, quod nunc habemus, congeſſit ac distribuit; quandoquidem omnis quaeſtio de Iliadis et Odyſſeae condendae modis et cauſſis variis quidem ſuſpi-

Digitized by Google

cionibus opportunitatem praebet, ad expediendum autem, et demonſtrandum id quod verum ſit nec materiem nec fundum ſatis idoneum ſuppeditat. Relinquenda adeo, quod in rebus, quae vltra opinationem procedere nequeunt, fieri par eſt, vnicuique libera ſentiendi et opinandi libertas.

Inepte in hos primae rhapſodiae verſus 1—5 commentatur Dio Or. XI p. 321. ed. R.

ἄειδε. Imperandi formulam reprehenderat Protagoras ap. Ariſtot. Poet. 19. (Tyrwh. f. 34. p. 67.) quod *imperat* poeta, cum *ſupplicare* vellet. Inepte. Vnde alii pro optatiuo imperatiuum poſitum eſſe obſeruant, alii pro ᾄδειν ποίει dictum eſſe volunt et exemplis aliorum poetarum id illuſtrant. Sch. A. L. Amſt. Euſtath. p. 10 extr. ed. Rom. in quo doctum hoc Scholion habetur plenius p. 9. 10. add. Apollon. Lex. in ἄειδε. ὕμνει. δύναμιν περιποίησαι, ὥςτε ᾆσαι. Enimuero poeta ipſam Muſam inuocat et, vt illa canat, precatur: quo facto ille tanquam ab ea afflatus verba eius pronuntiare ſibi videtur. Muſae nomen Calliopes ſubſtituere haud licet; nam Homerus nec numerum nec nomina Muſarum nouit.

Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος. vna littera λ, metri cauſſa, ſcribi aiunt Sch. br. idque ὁ Κοτυαεὺς (Alexander) monuerat: Sch. A. Dicendum potius, principio fuiſſe Ἀχιλεὺς, et inde ſolito more geminata littera ad producendam ſyllabam factum eſſe Ἀχιλλεὺς, quod vſu obtimuit. De nominis etymo argutiae ſunt multae: v. Waſſenberg p. 130. Plutarchus vero, notante Clarkio, de profect. virt. ſent. (To. II, p. 80 D.) „primum ſtatim verſum ἄμετρον eſſe obſeruat; tantum eum confidentiae habuiſſe in ſua facultate poetica.“ ſeu quod duplex λ in voce Ἀχιλῆος deſiderabat, ſeu quod ſyllabas duas εω contractas in vnam in Πηληϊάδεω pro vitio habebat.

Orphicum verſum: Μῆνιν ἄειδε, θεὰ, Δημήτερος ἀγλαοκάρπου: ab Homero expreſſum eſſe parum docte tradidit Iuſtin. Coh. f. 16. (Fragm. Orph. n. 18.) Scilicet ferebatur carmen Orphicum, in quo is verſus legebatur.

Digitized by Google

Πηληϊαδεω (seu — δεο) olim scriptum fuisse, censent Dawes et R. Payne Knight.

2. ξ— Interiit Scholion ad διπλῆν. Respexit illud, suspicor, ad ἥ, quod nonnulli ᾗ tertio casu scribebant, vt subiectum esset Achilles; vt alii rhetoricam figuram esse aiebant, quod pro ὃς scriptum sit ἥ. οὐλομένην. δεινὴν, ὀλεθρίαν. Apollon. Lex. huc spectat: adde Etymol. Schol.

ἄλγε' ἔθηκε. Ionica ratio postulat ἄλγεα θῆκε. Nec dubito ita olim scriptum fuisse: aurium iudicio etiam h. l. probatur. Malebat quoque illud Vpton. ap. Burgess ad Dawes p. 432. Scribitur tamen nunc vbique ἄλγε' ἔθηκε. nisi quod ap. Eustathium, sed alio loco, ita scribitur.

Apud eund. Burgess p. 438 viro docto, Sam. Saltero, nimis tenue visum ἄλγε' ἔθηκε, itaque refinxit ἄλγε' ἐφῆκε vel ἔτευχε, et mox θῆκε κύνεσσιν. At τιθέναι pro ποιεῖν Homericum esse satis constat. Ipsum quoque ἄλγεα τιθέναι occurrit: E, 384 χαλέπ' ἄλγε' ἐπ' ἀλλήλοισι τιθέντες· et X, 422 ἄλγε' ἔθηκε. Inf. vs. 96 est ἄλγε' ἔδωκεν, ἠδ' ἔτι καὶ δώσει, et iterum B, 375. Et exhibet hoc idem h. l. Cantabr. Apud Apollon. Lex. adscripto versu est ἔθηκεν. προκατέθηκεν, ἤτοι ἐποίησεν· hoc melius.

ἔθηκε scribendum, non ἔθηκεν, quippe in versus fine, etsi ante consonam. Ernesti diu hac in parte fluctuabat.

3. ξ— quod male nonnulli πολλὰς δ' ἰφθίμους κεφαλὰς scripserant, vt essent *fortes viri*. Sch. A. Apollonium Rhodium ita scripsisse, tradunt Sch. B. L. vt Il. Λ, 55 οὕνεκ' ἔμελλε πολλὰς ἰφθίμους κεφαλὰς Ἄϊδι προϊάψειν. At oppositum h. l. est αὐτοὺς δὲ, ergo τὰ σώματα, quibus respondent ψυχαὶ, non κεφαλαί. Firmat ψυχαὶ inf. H, 330 τῶν νῦν αἷμα — ἐσπέδασ' ὀξὺς Ἄρης, ψυχαὶ δ' Ἄϊδός δε κατῆλθον, vbi v. Sch. A. Et passim alibi *animas* ad Orcum descendere ait, vt Π, 856 Ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη Ἄϊδός δε βεβήκει. cf. Wassenb.

Digitized by Google

δ' ἰφθίμους. Cum vbique in Homero sit ϝιφις, ϝιφι, putes etiam fuisse ϝιφθιμος. Vidit quoque hoc Salter, et eiecto δ' scribere iussit πολλὰς ἰφθίμους. Repones occurrere et alia loca, in quibus digamma in hac voce exulet: vt Γ, 336 κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ. M, 417 οὔτε γὰρ ἴφθιμοι. Sane in his et aliis medela esset in promtu: κρατὶ δὲ ϝιφθίμῳ· οὔτε δὲ ϝιφθιμοι. At sunt alii versus, qui manifeste docent, digamma abfuisse ab ἴφθιμος. Sic Λ, 373 — Ἀγαστρόφου ἰφθίμοιο. M, 410 Ἀργαλέον δέ μοί ἐστι, καὶ ἰφθίμῳ περ ἐόντι. add. Δ, 534. Θ, 144 et saepe.

Ἄϊδι προΐαψεν. forma loquendi occurrit iterum E, 190. Z, 487. Λ. 55. habet tamen difficultatem interpretatio: vide vel Stephan. Lex. Non haerebo in eo, quod in πρὸ vim agnoscunt grammatici, recte reprehensi ab Ernestio, et *ad praematuram mortem* referunt, vt ante fatalem mortem occidisse Achiuos significatum sit. Sic ipse acceperat Aristides Quinctil. de Musica lib. III, p. 160. Alii πρὸ abundare statuerant, vt in νῆάς τε προτάσας B, 493. Sch. Lipf. sic προϊέναι pro ἰέναι inf. A, 326. 336. Γ, 118 et al. Verum tenet hoc, quod, sententia ipsa eo ducente, vt sit *mittere ad Orcum*, passim redditur προέπεμψε. Sch. br. πρὸ τῆς εἱμαρμένης ἔπεμψε. Adde Suid. Hesych. vt adeo ἰάπτειν esse debeat πέμπειν. βάλλειν. Nec aliter acceperat Virgilius: *demittere Orco* hoc reddidit: Aen. II, 398. IX, 527. *demisere neci insontem* Aen. II, 85. Conuenit quoque alterum εἰς Ἀΐδαο προπέμπειν vt inf. Θ, 367, etsi hic paullo aliter de Hercule. Atqui ἰάπτειν est βλάπτειν, φθείρειν. idem ἴπτειν. Etiam Apollon. Lex. in προΐαψεν, et in ἰάψῃ: προδιέφθειρεν. ἐμφαίνει δὲ τὴν μετ' ὀδύνης αὐτῶν ἀπώλειαν. quae apud Hesych. quoque leguntur: etsi is vtrumque coniunxit: προέπεμψε. προδιέφθειρε. Et Strabo VIII, p. 569 B, vbi de πολυΐππιον Ἄργος: τὸ γὰρ προϊάψαι, καὶ τὸ ἰάψαι, καὶ τὸ ἰάψασθαι, φθοράν τινα καὶ βλάβην σημαίνει. laudatque vs. B, 193 τάχα δ' ἴψεται υἷας Ἀχαιῶν, et χρόα καλὸν ἰάπτῃ (Od. B, 376.) et h. l. Ἄϊδι προΐαψεν Ἀΐδῃ· (sed vltima haec assuta esse arbitror). miscent vtramque

significationem alii, vt Schol. Townl. ἔβλαψε προτέρους ἐκ τῆς ἄδης πρὸ τοῦ πρέπειν αὐθράτους θανάτου. Excidit vox Etymologo; ex ἄπτω tamen apparet, et ipsum προ-ἅψε sic accepisse.

Bene dices sensum hunc τῷ προὔλαψε per se tribui: ita tamen molestum esse et sensu obscurum, quod additum est Ἄϊδι. Scilicet erit casus cui, *in Orci gratiam*; non enim potest esse, *morte*, dat τοῦ Ἄϊδος. vt αἶσα ἐλεύθρῳ, θανάτῳ ἔφθιτο.

Supereſt, vt ſtatuamus ἄπτειν olim etiam ſignificatum habuiſſe τοῦ πέμπειν. vt βάλλειν, eſt βέλλειν. πέμπειν. Quaeſitum quoque eſt, an non fuerit προ-ἅψε. Etiam Taylor Lect. Lyſ. c. 9 ex Heſychiano: προπάπτει, προπέμπει, colligebat π natum eſſe ex ϝ, et ſcriptum olim fuiſſe προϝιαχψει. Bentleius tamen, ad quem ille provocat, nihil notauit; nec locum illud habuiſſe videtur, cum occurrat Od. B, 376 χρύσεα καλὰ ἅπτῃ, et μέγα δ' ἴκτο inf. 454. malim ita dicere, eſſe προπάπτειν, προσάπτειν, pro προσάγειν, *admouere*, adeoque Orco adducere. Ita quoque eſt apud Suidam: προπάπτει, προσάπτει.

Totum verſum, vt nunc eum habemus, agnoſcit Apollon. Lex. Ἄϊδι. τῷ Ἅδῃ. ἀπ' εὐθείας τῆς Ἄϊς ὡς Πλάτις.

4. αὐτοὺς δὲ ἑλώρια. Editum erat inde a pr. edd. δ' ἑλώρια cum vitio metri: ſicque pars codd. vt Lipſ. cum Schol. Vrat. a. ac Suidas in ἀναβάδην. et ipſe Euſtath. etſi alterum norat, δὲ ἑλ. et δ' ἑλλ. Emendabat Stephanus δ' ἑλλώρια, quod et cod. Townl. habet. nec non codd. Laud. Baroce. (apud Barnes) Mori. Lipſ. (ex. Bentl.) Sic quoque Schol. Ariſtoph. Acharn. 3g7, vbi vſſ. 3. 4 adſcripti ſunt. Repoſuerat Barnes quod nunc habemus δὲ ἑλώρια, deſertum a Clarkio et Ern. quaſi, etſi non ſcribitur, ἑλώρια pronuntiandum ſit littera geminata. Barneſium metuit codd. meliorum copia: Cant. Mori. add. Ven. cum Sch. A. Vrat. b. Vat. item Sch. br. — At Barnes non tenebat rationem quam Bentl. hincque alii docuere: fuit ϝελωρ, ϝελωριον. Itaque inf. E, 684

μὴ δή με ϝελωρ. P, 667 πρὸ Φόβοιο ϝελωρ. In aliis locis ν interponitur, seriorum opera, E, 488 ἀνδράσι δυςμενέεσσιν ἔλωρ. Σ, 93 Πατρόκλοιο δ' ἔλωρα. fuit Πατρόκλου δὲ ἔλωρα. Od. N, 208 μήπως μοι ἔλωρ, vbi codd. habent μήπως γε ἔλωρ.

Potest contra haec difficultas moueri, quod ἔλωρ ab ἑλεῖν ductum est, quod nunquam fuit per digamma pronuntiatum. Scilicet nec inde ductum est, sed ab ἕλω, vnde εἰλέω. Nam haec familia est ϝελειν. ϝειλειν.

Attamen, ἔλωρ, grammatici reddunt ἔλκυσμα, σπάραγμα. Sic ἑλώρια, ἑλκύσματα, Apollon. Lex. Hesych. Etymol. recte ad sensum. Verum ἕλκω ab ϝελω ductum non est, sed ab altero ἕλω capio, vt sit praeda. Non male ergo alii per βρῶμα reddiderant. cf. inf. ad P, 151.

Apollonii Rhodii aetate digamma iam exoleuerat; nam apud eum scribitur: lib. IV, 404 εἴ σε θανόντες ἔλωρ κείνοισι λίποιμεν. Et iam Aeschylus Supplic. 813 κυσὶν δ' ἔπειθ' ἕλωρα κἀπιχωρίοις. et Sophocles Ai. 430 ῥιφθῷ κυσὶ πρόβλητος, οἰωνοῖς θ' ἕλωρ.

Hemistichium passim excitatur, vt ap. Aelian. V. H. XII, 27 — ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν, vbi Hercules primus fertur barbarum morem abiiciendi et mutilandi corpora sustuliſse: auctore nescio quo; Stoico tamen haud dubie vel Cynico, qui Herculem omnis virtutis exemplum proponere solebant. Fabula ipsa ita se habuit: Promiserat Hercules Licymnio se filium eius Argeium reportaturum esse ex bello; cum tamen ille cecidisset, excogitauit hoc, vt corpus remitteret. Haec habent Schol. B. inf. ad 52, vbi ex Androne narrationem petitam esse, subscriptum est, in fine Scholii. At Istri esse Scholion e cod. Leid. patet apud Valken. Diss. de Schol. p. 118. Spectauit narratio ad expeditionem aduersus Oechaliam Euboeae, vt discas ex Apollod. III, 7, 7 et Not. ad e. l. At Zenodotus vss. 4. 5 damnauerat: τοὺς δύο ἀθετεῖ. Vtinam adiecta esset caussa iudicii! Videratne a nonnullis codicibus abesse? an norat a rhapsodis insertos versus esse? nam poterat carmen sine iis sibi constare; etsi Sch. A. proae-

Digitized by Google

nium ita mutilari ait: *γίνεται δὲ τὸ προοίμιον κόλον.* Quaeri quoque posse puto, an recte adiecti sint versus: verum enim non est corpora caesorum insepulta abiecta esse: nam post priorem pugnam, induciis factis, corpora sublata sunt et sepulta; post alteram et tertiam pugnam non satis fuit otii ad sepulturam: in quam sententiam disputantur quoque nonnulla in Sch. Lipsi.

5. Signo (*διπλῆ περιεστιγμένη* et quidem h. l. *ἔσω νενευκυίη* ÷3 quae alibi non occurrit, sed ⁘) nil respondet in Schol. Scilicet exciderunt in primis paginis multa Scholia: ex quibus hoc, quod ad h. v. desideratur, indicare forte debuit, hemistichium *Διὸς ἐτελείετο βουλὴ* iterum legi alio loco: scil. Od. Λ, 296, nisi ad Zenodoteam lectionem spectauit.

Scilicet apud Athenaeum I, 10 p. 12 extr. et Eustath. Zenodoti lectio memoratur *Οἰωνοῖσί τε δαῖτα.* nec tamen constat, profectane illa sit ab auctoritate an ex emendatione. Sane *πᾶσι* otiosum esse videri potest; nec verum hoc est, *omnes* alites cadauera attigisse; omittitur quoque *πᾶσι* in similibus locis inf. Θ, 379 *ἤ τις καὶ Τρώων κορέει κύνας ἠδ' οἰωνούς.* N, 831. X, 354. Fuere qui *πᾶσι* cum seqq. coniungerent: *πᾶσι Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.* Vnde assequi licet, cur in Schol. Lipsi. Euclides, nescio quis, iunxisse tradatur *τεῦχε κύνεσσιν οἰωνοῖσί τε πᾶσι.* Dicendum erit: aut *πᾶσι* esse pro *παντοίοις*, aut corpora proiecta fuisse alitibus *quibusuis*, vt praeda esse possent. Nam saepe ex ceteris adiectis definitur et circumscribitur notio. Sic mox 15 *ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιούς.* scil. qui aderant ad nauem Agamemnonis.

Contra Zenodoti lectionem disputatum est sic, vt dicerent *δαῖτα* de animantibus nusquam occurrere dictum: v. Eustath. Contrarium docet locus Il. Ω, 43, vbi leo adoritur pecudes, *ἵνα δαῖτα λάβῃσι.*

Etiam Bentleius malebat *οἰωνοῖσί τε κύρμα*, aut versum prorsus sublatum: vna cum sequenti tamen, puto.

Digitized by Go

Διὸς δὲ τελείετο βουλή. Hic pro vulgato δ' ἐτελείετο, fine haesitatione Ionicum reposui, subnixus Schol. MS. Cod. Coll. noui ap. Burgess p. 438.

βουλῇ legerant nonnulli (Sch. A.), inter quos erat Nicanor ὁ στιγματίας ap. Eustath. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλῇ scil. ταῦτα.

Aristarchus tandem interpungebat: Διὸς δ' ἐτελείετο βουλῇ, ἐξ οὗ δὴ τὰ πρ. parum commode. verum ille spectauerat hoc, „ne totius belli Troiani mouendi auctor haberetur Iupiter, et ne fabulas de belli Troiani caussis altius repetendis excogitatas probasse videretur ipse Homerus." Sch. A. et Sch. br. Scilicet in Cyprio carmine Stasini caussa fuerat commemorata et consilium Iouis in bello Troiano mouendo, vt hominum numerus imminueretur: versus appositi sunt in Schol. A. Sch. br. emendati ex parte a Wassenberg ad Schol. p. 133 sq. Vides quam antiqua sit illa sapientia: prouisum esse callide a numine, vt bella oriantur, ne humanum genus ad nimiam frequentiam increscat. Alludit ad illos versus Euripides Or. 1639 sq. vbi v. Schol. add. Eustath. p. 20. In illis Stasini verss. vltima sunt: οἱ δ' ἐνὶ Τροίῃ Ἥρωες κτείνοντο, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. eadem, vt vides, formula, quae in Homericis est. Alii βουλὴν per εἱμαρμένην interpretati erant; in quibus est ipse Plutarch. de aud. poet. (p. 23 Par. et Frf.) quod aliis sane locis conuenit, vt Od. Λ, 296, vbi de vaticinio: Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. quod paullo ante μοῖρα vs. 291, quae est τὸ πεπρωμένον. Alii ad oraculum Iouis Dodonaei reuocauerant: in Sch. A. de quo idem occurrit Od. Ξ, 327. 8 τὸν δ' ἐς Δωδώνην Φάτο βήμεναι, ὄφρα θεοῖο ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ. Interposita est sententia grauissima ad totam oeconomiam carminis: Iouis voluntate, consilio et machinatione haec facta esse, vt Achilli pro illata iniuria satis fieret: vnde aliquoties: Ζεὺς μὲν ἄρα Τρώεσσι καὶ Ἕκτορι βούλετο νίκην Il. N, 347. Hoc est quod Euclides voluerat apud Schol. Lipsi. non subiecta esse antecedentibus (quasi hoc spectauerit Iupiter, vt

Digitized by Google

a feris et alitibus laniarentur corpora) nec cum ſequentibus coniuncta: ſed ſententiam conſtare per ſe. Veram ſententiam perſpectam habuerant iam Ariſtophanes et Ariſtarchus, vt e Sch. A. patet.

6. τὰ πρῶτα. Ante Turnebum edd. coniunctim τα-πρῶτα. ſollenni codicum more, a grammaticis puto illato, qui in compoſitorum numero augendo, vt in Homericis ſexcenta docent loca, nimium ſibi placent. Antiquior aetas ſeiunctim ſcripſerat, quod et meliores codices, ipſe Venetus, habent: τὰ πρῶτα. Satis ſit ſemel hoc monuiſſe, quod in toto Homero ſequendum eſſe ſtatuebam.

ἐξ οὗ δὴ — Vix dubites iungenda eſſe προΐαψεν et τεῦχεν, ἐξ οὗ *a quo tempore*. Quid Ariſtarchum adduceret, vt Διὸς δ' ἐτελείετο βουλὴ ἐξ οὗ iungeret, paullo ante ad v. 5 vidimus. Alii tamen nouam ſententiam exorſi, in his Barnes, iungunt: ἐξ οὗ δὴ — Ἀχιλλεὺς, cum ſqq. τίς τ' ἄρ σΦῶε θεῶν, vt haec apodoſis ſit: in quo repugnat copula τ' ἄρ. Popius illa ἐξ οὗ δὴ — Ἀχιλλεὺς; per interrogationem efferebat. Koeppen Ἀειδε μῆνιν — ἐξ οὗ iungendo.

διεστήτην praefixum eſt Scholio in cod. Lipſ. Abſurde lectum olim a nonnullis fuit διὰ στήτην ἐρίσαντο, vt στήτη ſit dorica vox στήτα pro γυνή, ap. Euſtath. p. 21 f. et 918, 54. cf. ad Heſych. in στήτα.

7. ξ signo in Veneto codice nil in Scholiis reſpondet; nec cauſſa idonea exputari poteſt.

Ἀτρείδης τε ἄναξ. Ex hoc primum verſu intelleetum, antiquioribus fuiſſe Ἀτρείδης τε ϝαναξ. Etiam Ατρεϝιδης volunt ſcriptum eſſe ab Ατρεϝς, Ατρεϝος. v. Dawes et Payne p. 39.

8. τίς τ' ἄρ σΦῶε θεῶν — E grammaticorum Alexandrinorum diſputationibus apparet, dudum ante eam aetatem σΦῶε inter antiquata vocabula fuiſſe. Nam Zenodoti lectio erat σΦῶϊ: probante (Dionyſio) Sidonio; hoc idem (non σΦῶε) probaſſe videtur Seleucus apud Apollon. de Syntaxi lib. II, p. 167, vbi obſcura eſt hac de re disputatio. Enimuero hoc eſſet *vos duo*. v. Apol-

Digitized by Goo

Digitized by Google

IN LIBRVM I. ILIADIS VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES

1. Quaeſtiones grammaticorum ſunt plures ſuper exordio. Haerent illi in μῆνιν, et quaerunt, cur ab *ira*, male ominato verbo, carmen exorſus ſit poeta. Sch. Ven. A. cum Schol. Lipſ. Quam quaeſtionem etiam Lucianus attigit Ver. Hiſt. II, 20, vbi Homerus ea de re interrogatus feſtiue reſpondet, ſibi ita in mentem veniſſe. Alii admiratione dignum cenſent, quod, ceteris rebus Troianis omiſſis, ſtatim in medias res rapit auditorem (Schol. Ven. A. Sch. br. cf. Waſſenberg ad Schol. h. l. p. 128. Et ad h. v. retrahendum eſt ζήτημα in Schol. Ven. B. ad v. 21). Atqui poeta non bellum Troianum, ſed iram Achillis eiusque effecta, et placationem, exponit; eoque ipſo carminis epici naturam conſtituit, quod in vna actione ac facto ſubſiſtit: cum alii, vt Cyclici, ſeriem rerum geſtarum et euentorum contexendo carmina hiſtorica ſcriberent. Laudat id Ariſtoteles Poet. 23. cf. 8. Facit adeo poeta exordium ab ipſa re. Sane ſic magno cum commodo narrantis euenit, vt ex ceteris rebus ad Troiam geſtis interponere poſſit multa: etſi, an id, quod ipſa res ſuppeditabat, ad ſtudium, ingenioſum inuentum et artem poetae referendum ſit, dubitari poteſt.

Altera dubitatio multo minus expediri poteſt: hocne exordium (προέκθεσις) omnino profectum ſit ab eo, qui rhapſodias in epos, quod nunc habemus, congeſſit ac distribuit; quandoquidem omnis quaeſtio de Iliadis et Odyſſeae condendae modis et cauſſis variis quidem ſuſpi-

cionibus opportunitatem praebet, ad expediendum autem, et demonſtrandum id quod verum ſit nec materiem nec fundum ſatis idoneum ſuppeditat. Relinquenda adeo, quod in rebus, quae vltra opinationem procedere nequeunt, ſieri par eſt, vnicuique libera ſentiendi et opinandi libertas.

Inepte in hos primae rhapſodiae verſus 1—5 commentatur Dio Or. XI p. 321. ed. R.

ἄειδε. Imperandi formulam reprehenderat Protagoras ap. Ariſtot. Poet. 19. (Tyrwh. ſ. 34. p. 67.) quod *imperat* poeta, cum *ſupplicare* vellet. Inepte. Vnde alii pro optatiuo imperatiuum poſitum eſſe obſeruant, alii pro ἄδειν ποίει dictum eſſe volunt et exemplis aliorum poetarum id illuſtrant. Sch. A. L. Amſt. Euſtath. p. 10 extr. ed. Rom. in quo doctum hoc Scholion habetur plenius p. 9. 10. add. Apollon. Lex. in ἄειδε. ὕμνει. δύναμιν περιποίησαι, ὥστε ᾆσαι. Enimuero poeta ipſam Muſam inuocat et, vt illa canat, precatur: quo facto ille tanquam ab ea afflatus verba eius pronuntiare ſibi videtur. Muſae nomen Calliopes ſubſtituere haud licet; nam Homerus nec numerum nec nomina Muſarum nouit.

Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος. vna littera λ, metri cauſſa, ſcribi aiunt Sch. br. idque ὁ Κοτυαεὺς (Alexander) monuerat: Sch. A. Dicendum potius, principio ſuiſſe Ἀχιλεὺς, et inde ſolito more geminata littera ad producendam ſyllabam factum eſſe Ἀχιλλεὺς, quod vſu obtinuit. De nominis etymo argutiae ſunt multae: v. Waſſenberg p. 130. Plutarchus vero, notante Clarkio, de profect. virt. ſent. (To. II, p. 80 D.) „primum ſtatim verſum ἄμετρον eſſe obſeruat; tantum eum confidentiae habuiſſe in ſua facultate poetica.“ ſeu quod duplex λ in voce Ἀχιλῆος deſiderabat, ſeu quod ſyllabas duas εω contractas in vnam in Πηληϊάδεω pro vitio habebat.

Orphicum verſum: Μῆνιν ἄειδε, θεὰ, Δημήτερος ἀγλαοκάρπου: ab Homero expreſſum eſſe parum docte tradidit Iuſtin. Coh. ſ. 16. (Fragm. Orph. n. 18.) Scilicet ferebatur carmen Orphicum, in quo is verſus legebatur.

Digitized by Google

Πηληϝιαδεω (seu — δεο) olim scriptum fuisse, censent Dawes et R. Payne Knight.

2. ξ— Interiit Scholion ad διπλῆν. Respexit illud, suspicor, ad ᾗ, quod nonnulli ᾗ tertio casu scribebant, vt subiectum esset Achilles; vt alii rhetoricam figuram esse aiebant, quod pro ὃς scriptum sit ἥ. οὐλομένην. δεινὴν, ὀλεθρίαν. Apollon. Lex. huc spectat: adde Etymol. Schol.

ἄλγε' ἔθηκε. Ionica ratio postulat ἄλγεα θῆκε. Nec dubito ita olim scriptum fuisse: aurium iudicio etiam h. l. probatur. Malebat quoque illud Vpton. ap. Burgess ad Dawes p. 432. Scribitur tamen nunc vbique ἄλγε' ἔθηκε. nisi quod ap. Eustathium, sed alio loco, ita scribitur.

Apud eund. Burgess p. 438 viro docto, Sam. Saltero, nimis tenue visum ἄλγε' ἔθηκε, itaque refinxit ἄλγε' ἐφῆκε vel ἔτευχε, et mox θῆκε κύνεσσιν. At τιθέναι pro ποιεῖν Homericum esse satis constat. Ipsum quoque ἄλγεα τιθέναι occurrit: E, 384 χαλέπ' ἄλγε' ἐπ' ἀλλήλοισι τιθέντες· et X, 422 ἄλγε' ἔθηκε. Inf. vs. 96 est ἄλγε' ἔδωκεν, ἠδ' ἔτι καὶ δώσει, et iterum B, 375. Et exhibet hoc idem h. l. Cantabr. Apud Apollon. Lex. adscripto versu est ἔθηκεν. προκατέθηκεν, ἤτοι ἐποίησεν· hoc melius.

ἔθηκε scribendum, non ἔθηκεν, quippe in versus fine, etsi ante consonam. Ernesti diu hac in parte fluctuabat.

3. ξ— quod male nonnulli πολλὰς δ' ἰφθίμους κεφαλὰς scripserant, vt essent *fortes viri*. Sch. A. Apollonium Rhodium ita scripsisse, tradunt Sch. B. L. vt Il. Λ, 55 οὕνεκ' ἔμελλε πολλὰς ἰφθίμους κεφαλὰς Ἄϊδι προϊάψειν. At oppositum h. l. est αὐτοὺς δὲ, ergo τὰ σώματα, quibus respondent ψυχαὶ, non κεφαλαί. Firmat ψυχαὶ inf. H, 330 τῶν νῦν αἷμα — ἐσκέδασ' ὀξὺς Ἄρης, ψυχαὶ δ' Ἄϊδός δε κατῆλθον, vbi v. Sch. A. Et passim alibi *animas* ad Orcum descendere ait, vt Π, 856 Ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη Ἄϊδός δε βεβήκει. cf. Wassenb.

Digitized by Google

δ' ἰφθίμους. Cum vbique in Homero sit ϝιφις, ϝιφι, putes etiam fuisse ϝιφθιμος. Vidit quoque hoc Salter, et eiecto δ' scribere iussit πολλὰς ἰφθίμους. Repones occurrere et alia loca, in quibus digamma in hac voce exulet: vt Γ, 336 κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ. M, 417 οὔτε γὰρ ἴφθιμοι. Sane in his et aliis medela esset in promtu: κρατὶ δὲ ϝιφθίμῳ· οὔτε δὲ ϝιφθιμοι. At sunt alii versus, qui manifeste docent, digamma abfuisse ab ἴφθιμος. Sic. Λ, 373 — Ἀγαστρόφου ἰφθίμοιο. M, 410 Ἀργαλέον δέ μοί ἐστι, καὶ ἰφθίμῳ περ ἐόντι. add. Δ, 534. Θ, 144 et saepe.

Ἄϊδι προΐαψεν. forma loquendi occurrit iterum E, 190. Z, 487. Λ. 55. habet tamen difficultatem interpretatio: vide vel Stephan. Lex. Non haerebo in eo, quod in πρὸ vim agnoscunt grammatici, recte reprehensi ab Ernestio, et *ad praematuram mortem* referunt, vt ante fatalem mortem occidisse Achiuos significatum sit. Sic ipse acceperat Aristides Quinctil. de Musica lib. III, p. 160. Alii πρὸ abundare statuerant, vt in νῆάς τε προπάσας B, 493. Sch. Lipsi. sic προϊέναι pro ἰέναι inf. A, 326. 336. Γ, 118 et al. Verum tenet hoc, quod, sententia ipsa eo ducente, vt sit *mittere ad Orcum*, passim redditur προέπεμψε. Sch. br. πρὸ τῆς εἱμαρμένης ἔπεμψε. Adde Suid. Hesych. vt adeo ἰάπτειν esse debeat πέμπειν. βάλλειν. Nec aliter acceperat Virgilius: *demittere Orco* hoc reddidit: Aen. II, 398. IX, 527. *demisere neci insontem* Aen. II, 85. Conuenit quoque alterum εἰς Ἄϊδαο προπέμπειν vt inf. Θ, 367, etsi hic paullo aliter de Hercule. Atqui ἰάπτειν est βλάπτειν, φθείρειν. idem ἴπτειν. Etiam Apollon. Lex. in προΐαψεν, et in ἰάψῃ: προδιέφθειρεν. ἐμφαίνει δὲ τὴν μετ' ὀδύνης αὐτῶν ἀπώλειαν. quae apud Hesych. quoque leguntur: etsi is vtrumque coniunxit: προέπεμψε. προδιέφθειρε. Et Strabo VIII, p. 569 B, vbi de πολυΐππιον Ἄργος: τὸ γὰρ προϊάψαι, καὶ τὸ ἰάψαι, καὶ τὸ ἰάψασθαι, φθοράν τινα καὶ βλάβην σημαίνει. laudatque vs. B, 193 τάχα δ' ἵξεται υἷας Ἀχαιῶν, et χρόα καλὸν ἰάπτῃ (Od. B, 376.) et h. l. Ἄϊδι προΐαψεν Ἀΐδῃ· (sed vltima haec assuta esse arbitror). misceat vtramque

significationem alii, vt Schol. Townl. ἔβλαψε προπέμψασα τῷ ᾅδῃ πρὸ τοῦ πρέποντος ἀνθρώποις θανάτου. Excidit vox Etymologo; ex ἰάπτω tamen apparet, et ipsum προΐαψε sic accepisse.

Bene dices sensum hunc τῷ προΐαψε per se tribui; ita tamen molestum esse et sensu obscurum, quod adiectum est Ἄϊδι. Scilicet erit casus cui, *in Orci gratiam*; non enim potest esse, *morte*, διὰ τοῦ Ἅιδος. vt alias ὀλέθρῳ, θανάτῳ ἔφθιτο.

Supersit, vt statuamus ἰάπτειν olim etiam significatum habuisse τοῦ πέμπειν. vt ἰάλλειν, est βάλλειν, πέμπειν. Quaesitum quoque est, an non fuerit προϝιαψαι. Etiam Taylor Lect. Lys. c. 9 ex Hesychiano: προτιάπτω, προπέμπω, colligebat τ natum esse ex ϝ, et scriptum olim fuisse προϝιαψαι. Bentleius tamen, ad quem ille provocat, nihil notauit; nec locum illud habuisse videtur, cum occurrat Od. B, 376 χρόα καλὸν ἰάπτῃ, et μέγα δ' ἴψαο inf. 454. malim ita dicere, esse προτιάπτειν, προσάπτειν, pro προσάγειν, *admouere*, adeoque Orco adducere. Ita quoque est apud Suidam: προτιάπτω, προσάπτω.

Totum versum, vt nunc eum habemus, agnoscit Apollon. Lex. Ἄϊδι. τῷ Ἅιδῃ. ἀπ' εὐθείας τῆς Ἄϊς. ὡς Πάρις.

4. αὐτοὺς δὲ ἑλώρια. Editum erat inde a pr. edd. δ' ἑλώρια cum vitio metri: sicque pars codd. vt Lips. cum Schol. Vrat. a. ac Suidas in ἀναβάδην. et ipse Eustath. etsi alterum norat, δὲ ἑλ. et δ' ἑλλ. Emendabat Stephanus δ' ἑλλώρια, quod et cod. Townl. habet. nec non codd. Laud. Barocc. (apud Barnes) Mori. Lips. (ap. Bentl.) Sic quoque Schol. Aristoph. Acharn. 397, vbi vsl. 3. 4 adscripti sunt. Reposuerat Barnes quod nunc habemus δὲ ἑλώρια, desertum a Clarkio et Ern. quasi, etsi non scribitur, ἑλώρια pronuntiandum sit littera geminata. Barnesium tuetur codd. meliorum copia: Cant. Mori. add. Ven. cum Sch. A. Vrat. b. Vat. item Sch. br. — At Barnes non tenebat rationem quam Bentl. hincque alii docuere: fuit ϝελωρ, ϝελωριον. Itaque inf. E, 684

μὴ δή με ϝελωρ. P, 667 πρὸ Φόβοιο ϝελωρ. In aliis locis ν interponitur, ſeriorum opera, E, 488 ἀνδράσι δυςμενέεσσιν ἔλωρ. Σ, 93 Πατρόκλοιο δ' ἔλωρα. fuit Πατρόκλου δὲ ἔλωρα. Od. N, 208 μήπως μοι ἔλωρ, vbi codd. habent μήπως γε ἔλωρ.

Poteſt contra haec difficultas moueri, quod ἔλωρ ab ἑλεῖν ductum eſt, quod nunquam fuit per digamma pronuntiatum. Scilicet nec inde ductum eſt, ſed ab ἕλω, vnde εἰλέω. Nam haec familia eſt ϝελειν. ϝειλειν.

Attamen, ἔλωρ, grammatici reddunt ἔλκυσμα, σπάραγμα. Sic ἑλώρια, ἑλκύσματα, Apollon. Lex. Heſych. Etymol. recte ad ſenſum. Verum ἕλκω ab ϝελω ductum non eſt, ſed ab altero ἕλω capio, vt ſit praeda. Non male ergo alii per βρῶμα reddiderant. cf. inf. ad P, 151.

Apollonii Rhodii aetate digamma iam exoleuerat; nam apud eum ſcribitur: lib. IV, 404 εἴ σε θανόντες ἔλωρ κείνοισι λίποιμεν. Et iam Aeſchylus Supplic. 813 κυσὶν δ' ἔπειθ' ἕλωρα κἀπιχωρίοις. et Sophocles Ai. 430 ῥιφθῷ κυσὶ πρόβλητος, οἰωνοῖς θ' ἕλωρ.

Hemiſtichium paſſim excitatur, vt ap. Aelian. V. H. XII, 27 — ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν, vbi Hercules primus fertur barbarum morem abiiciendi et mutilandi corpora ſuſtuliſſe: auctore neſcio quo; Stoico tamen haud dubie vel Cynico, qui Herculem omnis virtutis exemplum proponere ſolebant. Fabula ipſa ita ſe habuit: Promiſerat Hercules Licymnio ſe filium eius Argeium reportaturum eſſe ex bello; cum tamen ille cecidiſſet, excogitauit hoc, vt corpus remitteret. Haec habent Schol. B. inf. ad 52, vbi ex Androne narrationem petitam eſſe, ſubſcriptum eſt, in fine Scholii. At Iſtri eſſe Scholion e cod. Leid. patet apud Valken. Diſ. de Schol. p. 118. Spectauit narratio ad expeditionem aduerſus Oechaliam Euboeae, vt diſcas ex Apollod. III, 7, 7 et Not. ad e. l. At Zenodotus vſſ. 4. 5 damnauerat: τοὺς δύο ἀθετεῖ. Vtinam adiecta eſſet cauſſa iudicii! Videratne a nonnullis codicibus abeſſe? an norat a rhapſodis inſertos verſus eſſe? nam poterat carmen ſine iis ſibi conſtare; etſi Sch. A. proge-

Digitized by Google

nium ita mutilari ait: *γίνεται δὲ τὸ προοίμιον κόλον.* Quaeri quoque poſſe puto, an recte adiecti ſint verſus: verum enim non eſt corpora caeſorum inſepulta abiecta eſſe: nam poſt priorem pugnam, induciis factis, corpora ſublata ſunt et ſepulta; poſt alteram et tertiam pugnam non ſatis fuit otii ad ſepulturam: in quam ſententiam diſputantur quoque nonnulla in Sch. Lipſ.

5. Signo (*διπλῆ περιεστιγμένη* et quidem h. l. *ἔσω νενευκυίη* ⁝ quae alibi non occurrit, ſed ⁝) nil reſpondet in Schol. Scilicet exciderunt in primis paginis multa Scholia: ex quibus hoc, quod ad h. v. deſideratur, indicare forte debuit, hemiſtichium *Διὸς ἐτελείετο βουλὴ* iterum legi alio loco: ſcil. Od. Λ, 296, niſi ad Zenodoteam lectionem ſpectauit.

Scilicet apud Athenaeum I, 10 p. 12 extr. et Euſtath. Zenodoti lectio memoratur *Οἰωνοῖσί τε δαῖτα.* nec tamen conſtat, profectane illa ſit ab auctoritate an ex emendatione. Sane *πᾶσι* otioſum eſſe videri poteſt; nec verum hoc eſt, *omnes* alites cadauera attigiſſe; omittitur quoque *πᾶσι* in ſimilibus locis inf. Θ, 379 *ἦ τις καὶ Τρώων κορέει κύνας ἠδ' οἰωνούς.* N, 831. X, 354. Fuere qui *πᾶσι* cum ſeqq. coniungerent: *πᾶσι Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.* Vnde aſſequi licet, cur in Schol. Lipſ. Euclides, neſcio quis, iunxiſſe tradatur *τεῦχε κύνεσσιν οἰωνοῖσί τε πᾶσι.* Dicendum erit: aut *πᾶσι* eſſe pro *παντοίοις*, aut corpora proiecta fuiſſe alitibus *quibusuis*, vt praeda eſſe poſſent. Nam ſaepe ex ceteris adiectis definitur et circumſcribitur notio. Sic mox 15 *ἑλίσσετο πάντας Ἀχαιούς.* ſcil. qui aderant ad nauem Agamemnonis.

Contra Zenodoti lectionem diſputatum eſt ſic, vt dicerent *δαῖτα* de animantibus nusquam occurrere dictum: v. Euſtath. Contrarium docet locus Il. Ω, 43, vbi leo adoritur pecudes, *ἵνα δαῖτα λάβῃσι.*

Etiam Bentleius malebat *οἰωνοῖσί τε κύρμα*, aut verſum prorſus ſublatum: vna cum ſequenti tamen, puto.

Digitized by Goo

Διὸς δὲ τελείετο βουλή. Hic pro vulgato δ' ἐτελείετο, fine haesitatione Ionicum reposui, subnixus Schol. MS. Cod. Coll. noui ap. Burgess p. 438.

βουλῇ legerant nonnulli (Sch. A.), inter quos erat Nicanor ὁ στιγματίας ap. Eustath. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλῇ scil. ταῦτα.

Aristarchus tandem interpungebat: Διὸς δ' ἐτελείετο βουλῇ, ἐξ οὗ δὴ τὰ πρ. parum commode. verum ille spectauerat hoc, „ne totius belli Troiani mouendi auctor haberetur Iupiter, et ne fabulas de belli Troiani caussis altius repetendis excogitatas probasse videretur ipse Homerus." Sch. A. et Sch. br. Scilicet in Cyprio carmine Stasini caussa fuerat commemorata et consilium Iouis in bello Troiano mouendo, vt hominum numerus imminueretur: versus appositi sunt in Schol. A. Sch. br. emendati ex parte a Wassenberg ad Schol. p. 133 sq. Vides quam antiqua sit illa sapientia: prouisum esse callide a numine, vt bella oriantur, ne humanum genus ad niniam frequentiam increscat. Alludit ad illos versus Euripides Or. 1639 sq. vbi v. Schol. add. Eustath. p. 20. In illis Stasini verss. vltima sunt: οἱ δ' ἐνὶ Τροίῃ Ἥρωες κτείνοντο, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. eadem, vt vides, formula, quae in Homericis est. Alii βουλὴν per εἱμαρμένην interpretati erant; in quibus est ipse Plutarch. de aud. poet. (p. 23 Par. et Frf.) quod aliis sane locis conuenit, vt Od. Λ, 296, vbi de vaticinio: Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. quod paullo ante μοῖρα vs. 291, quae est τὸ πεπρωμένον. Alii ad oraculum Iouis Dodonaei reuocauerant: in Sch. A. de quo idem occurrit Od. Ξ, 327. 8 τὸν δ' ἐς Δωδώνην Φάτο βήμεναι, ὄφρα θεοῖο ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ. Interposita est sententia grauissima ad totam oeconomiam carminis: Iouis voluntate, consilio et machinatione haec facta esse, vt Achilli pro illata iniuria satis fieret: vnde aliquoties: Ζεὺς μὲν ἄρα Τρώεσσι καὶ Ἕκτορι βούλετο νίκην Il. N, 347. Hoc est quod Euclides voluerat apud Schol. Lips. non subiecta esse antecedentibus (quasi hoc spectauerit Iupiter, vt

Digitized by Google

a feris et alitibus laniarentur corpora) nec cum ſequentibus coniuncta: ſed ſententiam conſtare per ſe. Veram ſententiam perſpectam habuerant iam Ariſtophanes et Ariſtarchus, vt e Sch. A. patet.

6. τὰ πρῶτα. Ante Turnebum edd. coniunctim τα. πρῶτα. ſollenni codicum more, a grammaticis puto illato, qui in compoſitorum numero augendo, vt in Homericis ſexcenta docent loca, nimium ſibi placent. Antiquior aetas ſeiunctim ſcripſerat, quod et meliores codices, ipſe Venetus, habent: τὰ πρῶτα. Satis ſit ſemel hoc monuiſſe, quod in toto Homero ſequendum eſſe ſtatuebam.

ἐξ οὗ δὴ — Vix dubites iungenda eſſe προΐαψεν et τεῦχεν, ἐξ οὗ *a quo tempore*. Quid Ariſtarchum adduceret, vt Διὸς δ' ἐτελείετο βουλὴ ἐξ οὗ iungeret, paullo ante ad v. 5 vidimus. Alii tamen nouam ſententiam exorſi, in his Barnes, iungunt: ἐξ οὗ δὴ — Ἀχιλλεὺς, cum ſqq. τίς τ' ἄρ σφῶϊ θεῶν, vt haec apodoſis ſit: in quo repugnat copula τ' ἄρ. Popius illa ἐξ οὗ δὴ — Ἀχιλλεὺς; per interrogationem efferebat. Koeppen Ἀειδε μῆνιν — ἐξ οὗ iungendo.

διεστήτην praefixum eſt Scholio in cod. Lipſ. Abſurde lectum olim a nonnullis fuit διὰ στήτην ἐρίσαντο, vt στήτη ſit dorica vox στήτα pro γυνή, ap. Euſtath. p. 21 f. et 918, 54. cf. ad Heſych. in στήτα.

7. ξ— ſigno in Veneto codice nil in Scholiis reſpondet; nec cauſſa idonea exputari poteſt.

Ἀτρείδης τε ἄναξ. Ex hoc primum verſu intellectum, antiquioribus fuiſſe Ἀτρείδης τε ϝανακ. Etiam Ατρεϝιδης volunt ſcriptum eſſe ab Ατρεϝς, Ατρεϝος. v. Dawes et Payne p. 39.

8. τίς τ' ἄρ σφῶϊ θεῶν — E grammaticorum Alexandrinorum diſputationibus apparet, dudum ante eam aetatem σφῶϊ inter antiquata vocabula fuiſſe. Nam Zenodoti lectio erat σφῶϊ: probante (Dionyſio) Sidonio; hoc idem (non σφῶϊ) probaſſe videtur Seleucus apud Apollon. de Syntaxi lib. II, p. 167, vbi obſcura eſt hac de re disputatio. Enimuero hoc eſſet *vos duo*. v. Apol-

Διὸς δὲ τελείετο βουλή. Hic pro vulgato δ' ἐτελείετο, fine haesitatione Ionicum reposui, subnixus Schol. MS. Cod. Coll. noui ap. Burgess p. 438.

βουλῇ legerant nonnulli (Sch. A.), inter quos erat Nicanor ὁ στιγματίας ap. Eustath. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλῇ scil. ταῦτα.

Aristarchus tandem interpungebat: Διὸς δ' ἐτελείετο βουλῇ, ἐξ οὗ δὴ τὰ πρ. parum commode. verum ille spectauerat hoc, „ne totius belli Troiani mouendi auctor haberetur Iupiter, et ne fabulas de belli Troiani caussis altius repetendis excogitatas probasse videretur ipse Homerus." Sch. A. et Sch. br. Scilicet in Cyprio carmine Stasini caussa fuerat commemorata et consilium Iouis in bello Troiano mouendo, vt hominum numerus imminueretur: versus appositi sunt in Schol. A. Sch. br. emendati ex parte a Wassenberg ad Schol. p. 133 sq. Vides quam antiqua sit illa sapientia: prouisum esse callide a numine, vt bella oriantur, ne humanum genus ad niniam frequentiam increscat. Alludit ad illos versus Euripides Or. 1639 sq. vbi v. Schol. add. Eustath. p. 20. In illis Stasini verss. vltima sunt: οἱ δ' ἐνὶ Τροίῃ Ἥρωες κτείνοντο, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. eadem, vt vides, formula, quae in Homericis est. Alii βουλὴν per εἱμαρμένην interpretati erant; in quibus est ipse Plutarch. de aud. poet. (p. 23 Par. et Frf.) quod aliis sane locis conuenit, vt Od. Λ, 296, vbi de vaticinio: Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. quod paullo ante μοῖρα vs. 291, quae est τὸ πεπρωμένον. Alii ad oraculum Iouis Dodonaei reuocauerant: in Sch. A. de quo idem occurrit Od. Ξ, 327. 8 τὸν δ' ἐς Δωδώνην Φάτο βήμεναι, ὄφρα θεοῖο ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ. Interposita est sententia grauissima ad totam oeconomiam carminis: Iouis voluntate, consilio et machinatione haec facta esse, vt Achilli pro illata iniuria satis fieret: vnde aliquoties: Ζεὺς μὲν ἄρα Τρώεσσι καὶ Ἕκτορι βούλετο νίκην Il. N, 347. Hoc est quod Euclides voluerat apud Schol. Lipsi. non subiecta esse antecedentibus (quasi hoc spectauerit Iupiter, vt

a feris et alitibus laniarentur corpora) nec cum sequentibus coniuncta: sed sententiam constare per se. Veram sententiam perspectam habuerant iam Aristophanes et Aristarchus, vt e Sch. A. patet.

6. *τὰ πρῶτα.* Ante Turnebum edd. coniunctim *τα πρῶτα.* sollenni codicum more, a grammaticis puto illato, qui in compositorum numero augendo, vt in Homericis sexcenta docent loca, nimium sibi placent. Antiquior aetas seiunctim scripserat, quod et meliores codices, ipse Venetus, habent: *τὰ πρῶτα.* Satis sit semel hoc monuisse, quod in toto Homero sequendum esse statuebam.

ἐξ οὗ δὴ — Vix dubites iungenda esse *προὔταψεν* et *τεῦχεν*, *ἐξ οὗ a quo tempore.* Quid Aristarchum adduceret, vt *Διὸς δ' ἐτελείετο βουλὴ ἐξ οὗ* iungeret, paullo ante ad v. 5 vidimus. Alii tamen nouam sententiam exorsi, in his Barnes, iungunt: *ἐξ οὗ δὴ — Ἀχιλλεύς*, cum sqq. *τίς τ' ἄρ σφῶϊ θεῶν*, vt haec apodosis sit: in quo repugnat copula *τ' ἄρ.* Popius illa *ἐξ οὗ δὴ — Ἀχιλλεύς*; per interrogationem efferebat. Koeppen *Ἀειδε μῆνιν — ἐξ οὗ* iungendo.

διεστήτην praefixum est Scholio in cod. Lipsi. Absurde lectum olim a nonnullis fuit *διὰ στήτην ἐρίσαντο*, vt *στήτη* sit dorica vox *στήτα* pro *γυνή*, ap. Eustath. p. 21 f. et 918, 54. cf. ad Hesych. in *στήτα.*

7. ⸗ signo in Veneto codice nil in Scholiis respondet; nec caussa idonea exputari potest.

Ἀτρείδης τε ἄναξ. Ex hoc primum versu intelleetum, antiquioribus fuisse *Ἀτρείδης τε ϝαναξ.* Etiam *Ατρεϝιδης* volunt scriptum esse ab *Ατρεϝς*, *Ατρεϝος.* v. Dawes et Payne p. 39.

8. *τίς τ' ἄρ σφῶϊ θεῶν* — E grammaticorum Alexandrinorum disputationibus apparet, dudum ante eam aetatem *σφῶϊ* inter antiquata vocabula fuisse. Nam Zenodoti lectio erat *σφῶϊ*: probante (Dionysio) Sidonio; hoc idem (non *σφῶϊ*) probasse videtur Seleucus apud Apollon. de Syntaxi lib. II, p. 167, vbi obscura est hac de re disputatio. Enimuero hoc esset *vos duo.* v. Apol-

Digitized by Google

lon. Lex. h. v. inf. Δ, 286. Requiritur σΦῶε, quod eſt αὐτὼ, duali, *illos duo.*

Alia disputatio fuit inter veteres: ſitne ſcribendum σΦῶε, an σΦωὲ, an ἄρ σΦωε, vt enclitica ſit dictio; vt Θ, 402 γυιώσω μέν σΦωε voluere ſcribi. Ita videtur ſcribendum eſſe apud Apollon. de Synt. l. l. vbi ἄρ σΦῶε editur; Apollonius ipſe tuetur σΦῶε.

τίς τ' ἄρ σΦῶε. nusquam δ' ἄρ legitur. Vſus Homericus eſt γὰρ, vt eſſe putes: τίς γὰρ σΦῶε quod tamen nusquam memoratum vidi. τις ταρ eſt in Veneto. τίς τάρσΦωε eſt in ed. Flor. et Aldd. ſeparauit τίς τ' ἄρ σΦωε ed. Rom. Turn. Tum τ' ἄρ σΦῶε Steph. At Euſtathius haec non attigit.

ξυνέηκε. ξυν εηκε Ven. et Sch. A. At ξυνέηκε, συνέβαλε Apollon. Lex. συνίημι, ſ. ξυνίημι vt Lat. *committere* ſc. pugna, μάχη. Quaeritur, ſitne iungendum μάχεσθαι ἔριδι, an ξυνέηκεν ἔριδι. Homero ſollenne eſt ξυνιέναι ἔριδι, vt Υ, 66 θεῶν ἔριδι ξυνιόντων. Φ, 390 a συνεῖμι, ergo et συνίημι. vt ἔριδι ξυνελάσσαι Υ, 134. Φ, 394. X, 129 et ἔριδος μένει Il. H, 210 μετ' ἀνέρας, οὕς τε Κρονίων Θυμοβόρου ἔριδος μένει ξυνέηκε μάχεσθαι, vt h. l. ἔριδι. Eſſe poetae ἔριδα ſimpliciter μάχην, πόλεμον, multis locis conſtat, vt Υ, 251 ſq.

9. ὁ γὰρ βασιλῆϊ χολωθείς — Semel monebo grammaticos diſsentire, et codices cum editis variare in ſcriptura ὁ et ὃ, tam inconſtanter, nec idonea cauſſa pro alterutro allata, vt nolim enotare haec aut iterum de iis monere; porro Homero ὁ eſſe pro οὗτος et ἐκεῖνος, idque vbique memoria tenendum. Obſeruatum iam ad h. l. fuit a grammaticis, vt ex Euſtath. p. 22 extr. et Scholiis intelligas, quae pleniora olim fuere, vt colligo ex Schol. Cod. S. German. Habetur pars in Apollon. in ὃ, vbi hic ipſe verſus excitatur.

10. ἀνὰ στρατόν. Obſeruat Apollon. Lex. eſſe h. v. ἀντὶ τῆς κατά.

11. οὕνεκα τὸν Χρύσην. Homerum articuli praepoſitiui vſum ignoraſſe, in confeſſo eſt; vtique eo, quo mox

Attici nominibus eum praemittunt. Nam vtitur eo tantum, vt aut poſtpoſitiui articuli aut pronominis demonſtratiui vicem, aut maiorem quandam vim habeat. Facit itaque moleſtiam articulus h. l. nam parum commode exponi poteſt ἐκεῖνον τὸν Χρύσην. Grammaticus in Schol. obſeruat tantum hoc, quod ex vulgari conſuetudine eſſe debuiſſet alio verborum ordine τὸν ἀρητῆρα Χρύσην· (vel τὸν Χρύσην τὸν ἀρητῆρα) Monuit de his Wolf V. C. cum aliis. Multa tamen disputare nihil attinet; quia nihil expediri poteſt: cum in tam antiquo poeta grammaticam ſubtilitatem fruſtra vbique requiras. Eſt emendatio viri docti in Biblioth. Crit. T. I, P. II, p. 32 οὕνεκά τοι Χρ. Sed diuinare liceret plura: οὕνεκ' ἄρα, vt H, 140. Λ, 79. οὕνεκα δὴ, cum excidiſſet particula, ſerius ſeu librarius ſeu corrector ex ſeriore vſu τὸν interpoſuiſſe videri poteſt. Omnino in primis libris, maxime in rhapſodia A plurima ad vulgarem vſum deflexiſſe grammaticos ſuſpicor. Sunt tamen aliquot alia loca, in quibus nec minus, articuli ſerior vſus deprehenditur: vt inf. 33 ἔδδεισε δ' ὁ γέρων. 106. 107 τὸ κρήγυον. τὰ κακά. Sane in his ac ſimilibus aſſequi ſaltem licet, quomodo vſus articuli ſerius inualuerit; nam poſſunt illa eſſe τὸ, pro ὃ, ἐκεῖνο ὃ κρήγυόν ἐστι· τὰ κακὰ, pro ἃ, et ſic alia.

ἠτίμησ' ἀρητῆρα. Ven. cum Sch. A. et a m. ſec. Lipſ. cum Vrat. a. ἠτίμασεν ἀρητῆρα. Eſt ſane ἀτιμάζειν apud Homerum ſaepe in Odyſſ. At in Iliade non occurrit, et de iniuria illata ſaepe, vt hoc ipſo libro 94. 356. 507. ἀτιμᾷν.

Quod ἀρητῆρα pro ἱερέα dixit, obſeruat Ariſtoteles de poet. 21, quod iam Clarke notauit.

12. 13. 14. (adde 15. 16.) praefixos habent aſteriſcos ※ in Ven. quod iidem repetiti ſunt non bene inf. 371. 2. 3. 4. 5.

14. στέμματ' ἔχων ante Steph. qui στέμμα τ' induxit; reuocauit antiquum Clarke. Fatendum tamen eſt, inferri nexum leniorem: Φέρων τ' — στέμμα τ' ἔχων, (pro ἔχων τε στέμμα) ſi copula interpoſita eſt; et ite-

Digitized by Google

rum ſingularis occurrit inf. 28 *καὶ στέμμα θεοῖο*. Quod Plato de Rep. III p. 276 Bip. *στέμματα* memorat, docet, iam iſto tempore fuiſſe ita acceptum locum; nihil amplius. Pluralem quidem etiam Ven. et A. agnoſcunt; at *στέμμα τ'* quod haud dubie praeſtat, legit Euſtath. p. 24 extr. tum codd. Oxon. Eton. Vrat. a. et tuetur id Stephanus. Iungenda autem ſunt *ἦλθε καὶ ἐλίσσετο*.

ἐν χερσὶν ἑκηβόλου. Haud dubie cum Bentleio: *ἐν χερσι ϝεκηβολου*. Nec dubito *ν* eſſe ſerioris vſus ad hiatum explendum adhibitum, cum aſpiratio non amplius pro conſona haberetur; ſcribique adeo ad Homeri mentem *χερσὶ ἑκηβόλου* deberet. Sic ante *ἑκηβόλος ν* interpoſitum eſt hoc ipſo libro 96. 110. 373 et Π, 513. Ψ, 872. Quae obſtant, facili mutatione corriguntur, inf. 21 *υἱὸν ἑκηβόλον*, legendo *υἷα ἑ*. 438 *βῆσαν ἑκ*. vbi vide. X, 302 *υἱεῖ ἑκηβόλῳ*, leg. *υἷϊ*. Vſum autem *τοῦ* Digamma firmant E, 54 *οὐδὲ ἑκηβολίαι*. Od. O, 33 *ἀλλὰ ἑκάς*. Od. P, 73 *ξείνοιο ἑκάς*. Alia immutata fuerunt: Od. B, 40 *οὐχ ἑκὰς* leg. *οὐ ἑπὰς*, vt *οὐ ἕθεν*. Il. Υ, 422 *Δηρὸν ἑκὰς*, Bentl. corr. *Δηθὰ ἑ*.

15. *χρυσέῳ* priore longa, pronuntiari *χρυσῷ*, quod Clarke ſexcenties inculcauit, ſemel monitum eſto. Porro *ἀνὰ σκήπτρῳ*. Bentleium offenderat *ἀνὰ*, et corrigebat modo *σὺν* vt B, 47. 187. modo *ἅμα* Γ, 458. Z, 426. H, 350. X, 114. At *ἀνὰ* recte pro *ἐν*, ſuper: vt *Φήμη ἀθηρηλοιγὸν ἔχειν ἀνὰ Φαιδίμῳ ὤμῳ* Od. Λ, 127. Sane quidem *τὴν ἀνὰ πρὸ σὺν λαμβάνουσιν* (*οἱ Δῶρες*)· *ὡς Ὅμηρος· χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ* Gregor. p. 91 edixerat. At idem melius ſuppeditat: *χρυσέως ἀν ἵπποις* ex Pindaro Ol. I, 66 vbi eſt pro *ἐν*. Porro *καὶ λίσσετο* Ven. et A. quod Ionicum adeoque magis Homericum; vt et inf. 374. Laudat tamen alterum Apollon. *ἐλίσσετο ἐπὶ μὲν τοῦ ἐλιτάνευε καὶ παρεκάλει*.

16. In Ven. ⁘ (forte fuit ※) et 17 ⁘ nec in Sch. A. quicquam reſpondet. Ad 16 in A. eſt *τινὲς, Ἀτρείδαο*. Spectauit, ſuſpicor, Scholion et diple ad v. 24. Bentleius iunctum eſſe volebat: *Ἀτρείδα δὲ μάλιστα*

δύω, κ. ſcilicet vt Αἴαντε δύω B, 406 et ſaepe alibi. T, 310 δοιὼ δ' Ἀτρεῖδαι μενέτην. Sic quoque Salter ap. Burgeſs diſtinxerat. Fuit et olim δύο ap. Euſtath. p. 26. In Platone eſt vulgata ſcriptura.

17. Ἀτρεῖδαι. Ergo binis proximis verſibus Ἀτρεΐδα — Ἀτρεῖδαι. Quidni et hic Ἀτρεΐδα? mutatum forte propter ſequens καὶ ἄλλοι. Etiam Bentl. offenſus laudat Π, 555. 6 Αἴαντε πρώτω προςέφη — Αἴαντε, νῦν σφῶϊν. Verum Ἀτρεῖδαι et alibi locum alterius inuaſiſſe videri poſſunt, vt T, 310 Δοιὼ δ' Ἀτρεῖδαι, et al.

18. Ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν. Bentl. f. Υ̓́μμι θεοὶ μὲν δοῖεν ſane ſuauius; etſi Bentl. non ignorabat, contractiones ſimiles infinitis in locis fieri.

Locum inde a v. 18 vsque ad 43 in narrationem conuertit Plato de Rep. III, p. 393. D. E. quod, per ſe legenti obuium, iam aliis notatum etiam a Valken. Diſſ. de Schol. p. 114, e qua narratione apparet quoque, cum poeticis ſi compares, quod ſit discrimen inter διήγησιν ἁπλῆν et τὴν διὰ μιμήσεως γιγνομένην. Haec eſt quam nos ſolemus appellare narrationem dramatice factam: quando aliquis non narrat, quae facta ſint, ſed agentes et loquentes ante oculos ponit et exhibet: et hoc eſt artificium poetae per totum carmen obſeruandum. Notarunt hoc veteres primum hoc in loco; praeter Platonem Ariſtoteles poet. 24. cf. de Homeri poeſi, ſ. 20. Vir doctiſſ. Tho. Burgeſs in Initiis Homericis eundem Platonis locum appoſuit cum graeca Paraphraſi et Metaphraſi.

19. εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι. Cum ſatis conſtet, antiquitus ϝοικαδ' fuiſſe, vt ϝοικος, v. c. Γ, 72 γυναῖκα τε, οἵ κ' αδ' ἀγέσθω, probabile ſit, verum vidiſſe Bentleium, interpolatum eſſe verſum, et fuiſſe aut πόλιν καὶ ϝοίκαδ' ἱ. aut εὖ δ' Ἄργος ἱκέσθαι, vt toties alibi: B, 115. Γ, 75. Δ, 171. I, 141. 246. N, 217. Od. Σ, 259. Probabilius hoc, quam quod Salter coni. ἐκπέρσασι πόλιν Πριάμου εὖ ϝοίκαδ' ἱκέσθαι.

At illud veteres male habuit, quod Chryſes, ipſe Troianus, Troiae euerſionem precatur: v. Sch. A. B. L.

Digitized by Google

br. Euſtath. Fuit adeo inter ζητήματα, quaeſtiones, quas ſoluendi modos varios excogitarunt. Expeditiſſimus ſane modus erat hic, vt diceres, non Troianum fuiſſe Chryſen, ſed Phrygem; modo de hoc conſtaret. At vero non tam ſubtiliter nec ſacerdos nec poeta rem explorarunt: erat ea ſollennis obteſtandi formula, vt alterum votorum ſuorum compotem precaretur aliquis. Inter exercitationes rhetoricas fuit haec, vt hanc Chryſis et ſic aliorum in Iliade orationes variarent et ornarent; v. c. in Libanii Progymnaſm. p. 35.

20. παῖδα δ' ἐμοί. Ven. cum Sch. B. et L. et Vat.: Lipſ. Moſc. 1. etiam Apollon. de Synt. p. 20, qui oppoſita cenſebat eſſe ὑμῖν μὲν et παῖδα δ' ἐμοί. Clarke emphaſin in ἐμοὶ eſſe putabat.

λῦσαι τε — δέχεσθαι. Defenſionem habet lectio, quod doctior eſt: vt ſit infinitus pro imperante modo; λῦσαι iubentur Achiui qui reddunt. Erat λύσατε et δέχεσθε editum vbique ante Barnes, quod in codd. plerumque legitur; in λύσατε tamen metro media repugnat. v. Clarke. Idem nihilominus Apollon. de Synt. p. 20 agnoſcit, cum Theod. Gaza p. 149 et codd. pars, λύσατε et δέχεσθαι iunctim, eſt inter hos Vrat. c. Townl. vnus Vindob. Neque aliter Euſtath. legit, qui tamen Scholion ſeruauit: ὅτι — Ἀπίων καὶ Ἡρόδωρος, ὧν βιβλίον (ὑπομνήματα alibi vocat) εἰς τὰ τοῦ Ὁμήρου φέρεται, διδόασι (ſic ſolent grammatici pro παραδιδόασι) καὶ ἀπαρεμφάτως γράφεσθαι παῖδα δέ μοι λῦσαί τε Φ. κ. ἀ. δέχεσθαι. At iidem ἀζόμενοι volebant καθ' ὑπέρβατον dici, cum ad δοῖεν referrent infinitiuum. Male hoc; nam μέμνησθε aut ſimile aliquid perpetuo Homeri vſu ſubintelligendum eſt; quod etiam Waſſenberg monuit p. 140. etiam in δέχεσθαι Schol. Ven. B. Lipſ. et Amſt. Et haec lectio eſt in Vrat. A. Mor. Cant. ap. Barn. Alludunt λύσεται Vrat. a. Pro λῦσαί τε legunt λύσατε Ven. cum Sch. A. B. L. Cant. et Vat. ap. R. Bentl. Lipſ. a m. pr. Flor. ap. Tho. Bentl. omnes cum δέχεσθαι; quod vt in δέχεσθε mutaretur, (quod a m. ſec. factum in Lipſ. et

in Vindob.) fecit ignoratus vſus infinitiui, aut cum fungeretur θεοὶ δοῖεν — δέχεσθαι ἁζόμενοι. Plato ita poetam vertit (l. c. de Rep. III, p. 276 (393 E.) ἐλθὼν ὁ ἱερεὺς εὔχετο, ἐκείνοις μὲν τοὺς θεοὺς δοῦναι, ἑλόντας τὴν πόλιν αὐτοὺς (δὲ del.) σωθῆναι· τὴν δὲ θυγατέρα αὐτῷ λῦσαι, δεξαμένους ἄποινα, καὶ τὸν θεὸν αἰδεσθέντας. Apud Apollon. de Syntaxi p. 85 δεδέχθαι legitur, forte ex v. 23 καὶ δέχθαι ἄποινα. In Labbei emendationem, λύτασθε, quam male Barnes recepit, cum ſit, *redimite*, animaduertit Clarke, qui λύσατε praetulit, et δέχεσθε, quae ſane lectio eſt expeditiſſima: niſi doctior altera in vet. libris haberetur. Idem λύσοιτε quoque protulit; hoc e Schol. Moſchop. male puto editis; probauit tamen Salter. Bentlei. coni. λύσαντε — δέχεσθε, ἁζόμενοι, vt ad duo Atridas referretur, firmabatque vſum dualis cum plurali iuncti per exempla Il. Ψ, 213. Π, 429. P, 718. Σ, 341 tuncque malebat τάδ' ἄποινα, laudatis locis Ψ, 273. Ω, 429. Od. Θ, 402 vbi ſimiliter τάδε et τόδε. (Sane et ſic Sch. br. τάδε· τὰ δῶρα. At Heſych. τὰ δ' ἄποινα, τὰ δὲ λύτρα.) δέχεσθαι tuiti ſunt viri docti paſſim; in his Dorvill. Vann. p. 571.

21. ἁζόμενοι, σεβόμενοι Apollon. Lex. h. v. υἱὸν ἑκηβόλου repugnat metro: vid. ad 14, propter digamma. Fuiſſe adeo apparet υἷα ϝεκηβόλου, ſeu vt nos ſcribimus υἷα ἑκηβόλου. Sic Bentl. et Salter. ὗα. Ceterum v. 22—25 habuere olim haud dubie aſteriſcos appictos, quia iidem verſus iterantur inf. 376—9. In v. 22 ἔνθα obſervatur ab Apollon. Lex. tanquam exemplum ſignificatus τότε.

22. ἐπευφήμησαν. μετ' εὐφημίας ἐβόησαν. Sch. br. quae eadem Heſych. appoſuit in εὐφήμησαν. add. Suid. Eſt puto, *acclamarunt*, vt ſignificarent, videri ſibi aequum eſſe, vt reuereatur rex ſupplicem. Plato l. c. reddit: οἱ μὲν ἄλλοι ἐσέβοντο καὶ συνήνουν.

23. αἰδεῖσθαι δ' ἰ. Apollon. Lex. h. v. qui bene notat, dici h. l. ἐπὶ τοῦ ἐνδέχεσθαι τὸν ἱκέτην δι' ἐντρο-

πῆς. δέχεσθαι Vrat. b. indocte: quod enotamus ſaltem vt pro ſpecimine ſit; nam in ſeqq. ſimilia haud enotabimus, e quibus nihil proficere licet.

24. Ἀγαμέμνονι ἤνδανε. Fuit ϝήνδανε. Et ſic ſaepe ea vox occurrit antecedente vocali. Aliis locis interpoſitum ν, vt Il. Σ, 510. Porro Ven. Sch. A. tradit Zenodotum ſcripſiſſe Ἀτρείδαο (debuit adeo praefixa eſſe vers ſui ÷). Fuit ergo: Ἀτρείδα Ἀγαμέμνονος. pro quo tamen Homerus ſcripturus fuiſſet Ἀτρείδεω. quod et coni. Daceria; Etſi peccat lectio in legem τοῦ Digamma in Ἀγαμέμνονος ϝηνδανε. At enim θυμῷ eſt ἐν θυμῷ et duplex ille dativus eſt frequentiſſimus, etiam in ipſa hac voce, v. c. Od. N, 337 τοῖσι δὲ κακὴ Φρεσὶν ἤνδανε βουλή.

25. Recitat vſ. 24. 25 Plutarch. de aud. poet. p. 67. R. κακῶς, τουτέστιν, ἀγρίως καὶ αὐθαδῶς καὶ παρὰ τὸ προσῆκον. κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε. Hic et in ſeqq. accipitur plerumque ac ſi eſſet *praeterea*, et, *adiecit*. At ἐπέτελλε videtur eſſe ſimpliciter ἐπέλεγε. Pro μῦθον vitium eſt θυμὸν in Vrat. b. — κρατερὸν μῦθον, pro minis. Iterum inf. 326. 379 τὸν μετὰ ἀπειλῆς, τὸν ἀπηνῆ, σκληρόν. Inf. O, 202 τόνδε Φέρω Διὶ μῦθον ἀπηνέα τε κρατερόν τε; Schol. B et L. laudant Od. O, 232 ἀνδρὶ παρὰ κρατερῷ κρατερ' ἄλγεα πάσχων memoriae vitio, puto; prius hemiſtichium eſt ex Il. Ω, 212.

26. ⊢ ſigno nil in Sch. A. reſpondet; niſi eſt: κιχείω ἀντὶ τοῦ κιχείοιμι. At hoc male. non eſt optantis ſed minantis. Φυλάσσου, μή σε. Sed probabile fit, fuiſſe monitum de μή σε, non μὴ σὲ, vt ad Il. Ω, 596 monetur. Pro γέρον, eſt γέρων in ed. Rom. quam nec tamen ſequutus eſt Turnebus. At Baſil. quam Barn. laudat, eſt ex Romana expreſſa, a. 1558.

27. Eadem Rom. δηθύνοντα ἦ cum hiatu. Sic quoque Mor. et Vrat. a. Tum αὖτις, et αὖθις perpetua in libris varietas, nec minus in grammaticorum libris; nec certi quicquam traditum vidi, (v. Suid. Heſych.) nec forte tradi poteſt; niſi dicas, αὖτις tanquam móllius eſſe Ionicum. αὖθις h. l. eſt in Euſtath. Barocc. Vat. ed.

Digitized by Google

Rom. Aliud eſt, quod differunt αὖθις et αὖθι. v. Etymol. in αὖθι et αὖτε. Diſtinxi, vt ſententia clarior eſſet: nunc, diutius in caſtris commorando — in poſterum iterum ad me accedendo.

28. μή νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον καὶ στέμμα θεοῖο. h. e. τὸ στέμμα ἀνὰ σκήπτρῳ, vt ſup. 14. — χραισμεῖν, h. l. quod alias ἐπαρκεῖν, vt et Plato vocem reddit l. c. Sch. br. reddunt μὴ βοηθήσῃ. Vide de h. v. inf. ad 242.

29. 30. 31. — ἀθετοῦνται. Indigna enim, aiunt, Agamemnone oratio et minarum vim infringens. Sic grammatici in Ven. A. iudicio ſuo nixi, non codd. auctoritate. At enim recordari debebant, in priſca vita nec inſolens, nec indecorum viſum eſſe, captiuam pro pellice habere. Exempla habemus ipſas Troianas captiuas.

29. τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω. πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν. Iunctim haec ſcripta οὐ λύσω, πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισι, verſa: „*hanc non liberabo, antequam eam et ſenectus inuadat*," peccabant in grammaticam. Ita enim dicendum fuiſſet πρὶν — ἐπιέναι. Vt inf. 97 οὐδ' ὅγε χεῖρας ἀφέξει, πρίν γ' ἀπὸ πατρὶ φίλῳ δόμεναι. Et ſic centies; aut cum coniunctiuo: vt Σ, 189. 190. Sunt ergo diſiungenda haec: Hanc *ego non dabo liberam;* antequam id fiat (πρὶν ἢ ἐμὲ λῦσαι αὐτὴν), *illa conſeneſcet apud me,* πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισι pro ἐπελεύσεται. Eſt adeo πρὶν h. l. fere quod *quin potius.* Senſiſſe videntur Sch. B. L. μᾶλλον γηράσει παρ' ἐμοί, ἢ λυθήσεται. Diſertius de h. l. egit Sch. A. ad Σ, 283 οὐδέποτ' ἐκπέρσει. πρίν μιν κύνες ἀργοὶ ἔδονται. Vſum hunc firmant alia loca Il. Ω, 551 οὐδέ μιν ἀναστήσεις. πρὶν καὶ κακὸν ἄλλο πάθῃς. ϑῃ. aliud ibid. 727. 8. 9. Od. N, 427. Locum, in quo verſamur, Plato ita reddidit: πρὶν δὲ λυθῆναι αὐτοῦ τὴν θυγατέρα, ἐν Ἄργει ἔφη γηράσειν ex vulgari vſu et ratione.

Porro τήνδ' ἐγὼ nonnullos maluiſſe, narrat Clarke. Καὶ in κεν mutabat Deuarius. At in noſtra interpretatione καὶ vim habet.

Digitized

VII. 29—32 recitat Dio Or. LXI, p. 318. quae eſt mera rhetorica exercitatio: nec quicquam fructus inde feras.

30. ἐν Ἄργει. pro Peloponneſo dictum Ἄργος; quod ſollenne Homero. Obſeruat ipſe Strabo VIII, p. 568. A. ex hoc verſu adſcripto. Vide ad B, 108 et 684.

31. ἱστὸν ἐποιχομένην. Etymol. τὸν ἱστὸν ἐπιπορευομένην. ἤγουν ἱστουργοῦσαν καὶ ὑφαίνουσαν — αἱ πάλαι γυναῖκες ἑστῶσαι ὕφαινον καὶ ἐπιπορευόμεναι τὸν ἱστόν. Similia ſunt in Euſtath. et Heſych. h. v. Addit Schol. Pindari P. IX, 33, vbi ἱστῶν παλιμβάμους ὁδοὺς illuſtrat, laudato hoc verſu, αἱ γὰρ ὀρθαὶ ὑφαίνουσαι προπορεύονται, καὶ πάλιν τὸν αὐτὸν πορεύονται τόπον καὶ ὑποστρέφουσιν, ſcilicet modo propius ad telam admouetur corpus, modo longius retrahitur. ἐποιχόμενον Vrat. b.

καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν. In Etymol. ἀντιάσασαν legitur. At Apollonius Lex., etſi in voc. ἀντιάσειεν, recitat tamen ἀντιόωσαν, παραγινομένην εἰς τὴν κοίτην. ἀπὸ τοῦ παρακολουθοῦντος. Sch. br. τῆς ἐμῆς κοίτης ἀντιλαμβανομένην καὶ μετέχουσαν. Ven. Lipſ. τῆς κοίτης μεταλαμβάνουσαν. Vti et alia tempora τοῦ ἀντιᾶν et ἀντιάζειν exponuntur apud Heſych. Suid. et paſſim per μεταλαβεῖν. ἐπιτυχεῖν. μετασχεῖν. Bene haec ad ſenſum; ſed cauſſa ſermonis in hoc ἀντιᾶν λέχος nondum ex his intelligitur. Miſcet plura Heſychius: ἀντιόωσα. ἀπαντῶσα. παραγινομένη. εὐτρεπίζουσα. Vltimum hoc amplexi ſunt alii, in his Schol. B. at v. notam ad h. v. ἀντιᾶν τινος vulgaris eſt ſtructura (pro κατά τινος) vt Od. A, 25 ἀντιόων ταύρων τε καὶ ἀρνειῶν ἑκατόμβης. Nunc, ſi eſt ἀντιᾶν τι intelligendum eſt ἐπί τι. vt h. l. ἐπὶ λέχος. quod non videbant grammatici in Etymol. Schol. Cod. S. Germ. a Tollio communicatis et Cod. Reg.

32. Ἀλλ' ἴθι, μή μ' ἐρέθιζε. Emendat hinc ἀλλ' ἴθει, ἀλλὰ πορεύου, apud Heſychium Bentleius. De σάος, σόος v. Apollon. Lex. h. v. σαώτερος eſt ſane pro σόος vti et a Platone redditur. Scilicet eſſet proprie, magis

Digitized by Google

ſaluus, quam ſi me laceſſeres. Mox de ſilentio emphatico monent interpretes.

33. ἔδδεισεν δ' ὁ γέρων. Ex Homerico vſu debuit eſſe ἔδδεισεν δὲ γέρων. et ſcriptura antiqua εδεισε δ'. et mox ἠρᾶτο γερωιός. v. ad vſ. 10. Sitne ἔδδεισεν an ἔδδεισε verius, v. ad B, 718.

34. βῆ δ' ἀκέων παρὰ θῖνα πολυΦλοίσβοιο θαλάσσης. Zenodotus in Sch. A. ἀχέων, quod et ipſum ferri poteſt. ἀκέων Apollon. Lex. agnoſcit. Multa de hac voce diſputant grammatici: Etymol. Euſtath. pluribus locis, inprimis ad Θ, 459. Moleſtiam facit locus Od. Φ, 89 ἀλλ' ἀκέων ἐαίνυσθε. Alioqui eſt ὁ καὶ ἡ ἀκέων.

θῖνα. αἰγιαλόν. diſputat de hac voce Apollon. Lex. et ex eo Etymol. in θίς.

πολυΦλοίσβοιο. πολυήχου. πολυταράχου. Eſſe ad ſonum factum notant Sch. h. l. et ad E, 322, vbi νόσΦιν ἀπὸ Φλοίσβου. De ſuauitate ſoni ad rei naturam monitum eſt ab aliis poſt Woodium.

35. ἠρᾶθ' ὁ γερωιός. debuit olim eſſe ἠρᾶτο γερωιός. Mox, pronuntiatum puta Απολλωνι ϝανακτι.

37. Recitat verſum hunc et ſequ. Strabo XIII, p. 911. C. κλῦθί μευ. ſic h. l. conſtanter. Alibi variat κλῦθί μοι et μευ. vt E, 115.

ὃς Χρύσην ἀμΦιβέβηκας. ἀμΦιβαίνεις. de quo vſu perfecti praeteriti accurate ad h. l. egit Clarke; modo non ſexcenties obſeruatiunculam hanc inculcaſſet! Etiam Sch. br. ὑπερμαχεῖς. cum Sch. A. ad Ξ, 477 et ad Θ, 331. Vox ipſa, vt et περιβαίνειν, notionem habet ἐναργῆ defendentis alterum, dum iacentem vel inermem protegit corpore ſuo obiecto aut clipeo. Il. P, 4 Menelaus Patrocli corpus tuens: ἀμΦὶ δ' αὐτῷ βαῖν' ὥς τις περὶ πόρτακι μήτηρ πρωτοτόκος, κινυρὴ — ὣς περὶ Πατρόκλῳ βαῖνε ξανθὸς Μενέλαος. cf. Euſtath. p. 33. Sic περιβῆναι Il. P, 80. 313. Ξ, 424. N, 420. E, 21. Θ, 331 vbi v. Sch. A. et primo loco Apollon. Lex. in ἀμΦίβασις et περιβῆναι. Vox, vt vides, in Homero obuia. Rarior eius vſus poſt Homerum. Aeſchyl. VII ad Th. 181 ἀμΦι-

Digitized by G

βάντες — τὴν πόλιν. vbi Schol. laudat h. vſ. Conuenit ἀμφιπολεῖν — περιπολεῖν ἀμφί τινι. cf. Schol. Pind. Ol. XII, 1.

38. Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις. Recitat hemiſtichium Strabo XIII. p. 900. D. Nunc in eo ſunt hiatus; at fuit τε ϝιφι ϝανασσεις.

39. Σμινθεῦ. Vulgo a muribus ducunt nomen depulſis a deo; eſſe enim σμίνθον murem. v. inprimis Strabo XIII, p. 901. et 912. Enimuero fuit vrbs Troadis Sminthe apud Stephan. Byz. vel Sminthus, vt in Schol. Et fuere loca plura Sminthia. v. Strabo p. 902. et Σμινθαίων νεωκόρων in numis legitur. Ab vrbe nomen Apollinis Sminthii ducere etiam Ariſtarchus maluit: ap. Apollon. Lex. h. v. Apollinem Sminthium in Tenedo templum habentem intelligebat h. l. Strabo l. c. p. 900. C. D. Videtur tamen Smintha Troadis potiori iure hic locum habere. Fuit quoque templum Apollinis Sminthii Hamaxiti, vrbe Troadis, in quo mures candidi ſacri alebantur. Aelian. H. An. XII, 5. Seruatum nomen Apollinis Sminthii in numis Alexandriae Troadis: Απολλωνος Σμιθεος, vel Σμιθεως, vt ſaepe N eliſum eſt ab antiquis; cf. Eckhel. Doctrina numor. Vol. II, p. 480.

Nominis cauſſae a muribus repetitae patrocinatur ſignum Apollinis a Scopa factum, cuius pedibus mus ſubiectus erat, in Apollinis Sminthii templo ad Chryſen: ap. Strabon. l. c. p. 901. Antiquum ſcilicet ſymbolum Apollinis vatis mus, vt γαλεώτης, ſtellio; σαῦρος; draco. Saltem poſteriorum temporum ea opinio fuit, a muribus Sminthium deum dictum eſſe. Alia v. ap. Euſtath. p. 34. Schol. et Waſſenb. p. 146. In numis Troadis modo memoratis cum nomine Apollinis Sminthii Apollo non cum mure ſub pedibus, qualem Scopas exhibuit, cernitur, ſed gradiens ille expreſſus eſt.

χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα. ἐπερέφειν eſſe idem quod στέφειν ne dubites; vt Romanorum *velare* de corollis et vittis: vt Aen. II, 248 *Nos delubra deum — feſta velamus fronde per vrbem.* Nec aliter Eurip. Bacch. 323 Κισσῷ τ' ἐρεψόμεσθα. et Apollon. II, 159 ξανθὰ δ' ἐρε-

Digitized by Google

ψάμενοι δάφνῃ καθύπερθε μέτωπα. Notiſſimo religioſo more, quo coronabantur fores, arae, vaſa, victimae, ſacra facientes; ipſa templa et parietes: vnde εὐστέφανοι θυσίαι ap. Ariſtoph. Nub. 307 quas Schol. noſtro loco illuſtrat.

Fuere tamen antiquiores, qui de templo *ſtructo* vel *tecto* τὸ ἔρεψα h. l. acciperent. Apollon. Lex. ἔρεψα. ἐστέγασα, addit quoque ille: κακῶς δ' ἀπέδωκάν τινες, ἐστεφάνωσα. Etiam Euſtath. ὠρόφωσα, quod et in Schol. Amſt. occurrit. Miſcent duas notiones alii grammatici: Sch. br. ὠρόφωτα. ἐστεφάνωσα. Ita et Etymologicon. Cumulata ſunt e more in Heſychio diuerſa: ἐστεφάνωσα. ἔστεψα. ἐστέγασα. ᾠκοδόμησα. ὠρόφωσα. Propius ad h. vſ. ſpectat ἐπέρεψα. ἐπεσκεύασα. ἐπεκόσμησα. ἐπεστέγασα.

Sane ἐρέφειν eſt tegere domum: Od. Ψ, 193. et Il. Ω. 450 ἀτὰρ καθύπερθεν ἔρεψαν λαχνήεντ' ὄροφον. Nec aliter Plato accepiſſe videtur l. c. de Rep. III, p. 276 εἴ-τι πώποτε ἢ ἐν ναῶν οἰκοδομήσεσιν ἢ ἐν ἱερῶν θυσίαις κεχαρισμένον δωρήσαιτο. Miror tam incommodum ſenſum veteres amplexos eſſe. Nam ſacerdotis eſt, velare templa, non tectum imponere. Conuenit quoque cum ornatu per corollas alterum, victimas caedere. Bentleius adſcripſerat varietatem ἔρεξα ex Schol. Ariſtoph. Nub. 77. (v. 307.) ſed eſt id vitium ed. Baſil. etſi video hoc idem codici Vindob. a praua manu adſcriptum eſſe, et ad χαρίεντ', δῶρα. Ceterum vſſ. 39 ſq. recitat Dionyſ. Art. c. 9, 15. p. 368, vt doceat, quomodo preces faciendae ſint; vſ. 39 inter formulas τῶν ὀνειδιζόντων τῷ θεῷ refert Maxim. Tyr. Diſſ. XI, p. 205. At παρῳδεῖ locum Ariſtoph. Pac. 385 ſqq.

40. Excidit in Ven. A. Scholion ſuper μηρί' ἔκηα. quod diſco ex eod. ad Il. B, 427.

Quaerere licet an non Ionica forma olim fuerit: μηρια κηα.

41. τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ. Pugnarunt grammatici ſuper ſcriptura τὸ δὲ et τόδε. Herodianus probabat τόδε μοι, Ariſtarchus τὸ δέ μοι. Sch. A. Addunt his Schol. Amſt. et Reg. ap. Waſſenberg quem cf. Not. p. 147. et

Digitized by Google

Schol. S. German. in ſchedis Tollii: eſſe ſimile illud: τὸ δέ τι ξυνήϊόν ἐστι (quod nunc legitur τόδε τοι ξυνήϊον ἔσται: Od. I, 370). Ariſtarchi partes tuitus erat Ptolemaeus Aſcalonita: ἐπείσθη δὲ ἡ παράδοσις Ἀριστάρχῳ (non — χου). Add. Etymol. in τόδε μοι κρ. Porro τόδ' ἐμοὶ Lipſ.

κρήηνον ſcribitur in edd. ab aliis κρήηνου et κρήγνον. hoc in Vrat. A. et Leid. ap. Valken. de Cod. Leid. p. 108, qui ſic recte legi ait; et Erneſti „quod verum eſt“ addit. At variat in his vſus grammaticorum et codicum; vt in tot aliis vocabulis; nec ratio illa vincit.

δέλδωρ reddunt omnes Schol. Heſych. Suid. Etymol. quem inprimis vide, per ἐπιθύμημα.

42. ἕ quod Zenodotus legerat τίσειεν, Sch. A. Sphalma hoc eſſe debuit recenſionis Zenodoteae; aut legerat ille τίσαιεν. Ceterum notum ſatis eſt τίειν eſſe proprie facere vt alter perſoluat, adeoque eſſe punire, vlciſci; tum vero etiam, perſoluere poenam, luere, vt h. l. ἀποδοῖεν in Suida non ſufficit, ſed τιμωρίαν δοῖεν, vt Sch. br.

Δαναοὶ δ' ἐμὰ Vrat. b.

Quod autem Achiuos, qui tamen Chryſis partes tuiti erant, vſ. 22. non Agamemnonem, plecti vult Chryſes, retulere veteres inter ζητήματα. Sch. A. B. Townl. Euſtath. p. 37. Dixiſſent melius, ad rudiorum hominum ſenſum iniuriae dolore et cupiditate vlciſcendi abreptum ſacerdotem mala Achiuis precari, more hominum, qui iras et odia ab indiuiduo ad totum genus transferre ſolent; vti totum populum homini alicui inuiſum et odioſum eſſe videmus, quia ab vno ex eo populo laeſus fuerat.

Ceterum verſus hic 42 celebratus eſt vſu Neruae ad Traianum adoptatum: ap. Dion. lib. LXVIII, 3.

44. βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο κορήνων. Laudat verſum Apollon. Lex. in κάρη. vbi κάρηνα, τὰ ἀνώτατα τῶν ὀρῶν. et Schol. Theocr. V, 15 pro exemplo diaereſeos βῆ δὲ κατ' pro κατέβη, ſierique hoc ποιητικῶς. Immo vero (vt

Digitized by Google

ſemel moneam) ſit antiqui ſermonis more, quem ex Homero retinuere poetae.

45. ὤμοισιν ἔχων. Eſt in Var. Lect. ap. Erneſtium: „ὦμοισι ἔχων. Fl. A. R. I.“ Primum, non eſt varietas, ſed vitium; ſecundo, eſt vitium vnius tantum Aldinae 2. et edd. ex ea profectarum. Semel itaque monitum hoc eſſe volo: duplicem lectionem Ald. 1. et 2. in iſta var. lect. farragine nondum eſſe animaduerſam.

ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην. Scribitur ἀμφιρεφέα apud Apollon. Lex. h. v. ſicque Vrat. a. Mosq. 3. ex correctione. ed. Ald. 2. cum ſequacibus. Correxit Turnebus ex ed. Rom. Eſt autem ἀμφηρεφής eidem Apollonio Etymol. Heſych. et al. fundo et operculo tectus, ab vtraque parte. Quidni ſit: operculo bene apto, circum circa in ora, occluſa pharetra, ἀμφὶ ἐρεφομένη?

46. 47. Hi vſſ. obelum aliquando adſcriptum habere debuere; codex Venetus autem ſignum ⸗. Nam Sch. A. ὅτι Ζηνόδοτος ἀμφοτέρους ἠθέτηκεν. οὐ καλῶς. Quid eum induxerit, vt verſus pro pulcerrimis habitos improbaret, non apparet. Verſum tamen 47 video damnatum eſſe etiam Bentleio. v. ad v. 47.

46. ἔκλαγξαν. Lipſ. a m. pr. ἔκλαξαν: vitium ſollenne vocum ſimilium in concurſu γξ.

Ad hunc verſum inſerta in Sch. B. ῥῆσις eſt transſcripta ex Heracl. de Allegor. Hom. 12.

ἐπ' ὤμον (ſaltem ἐπ' ὦμον) Ern. e cod. Lipſ. laudans ἀνὰ δῶμα inf. 570. Verum eſt merum vitium codicis.

47. ὁ δ' ἤϊε νυκτὶ ἐοικώς. phantaſma poeticum, quod facile quinis videat; ſi tamen proprie illud eſt eloquendum ac declarandum, aqua haeret. Si loca compares, in quibus haec loquendi forma occurrit, non vno modo ac ſenſu haec dicta videbis. Etenim modo ſimpliciter *dei inceſſus* comparatur cum motu nubis per aerem. Sic E, 867 Mars vulnere percuſſus pugna excedens ὁμοῦ νεφέεσσιν ἰὼν εἰς οὐρανὸν εὐρὺν φαίνετο. et Thetis mari emergit et per aerem fertur ἠΰτ' ὀμίχλη inf. 359. Sic apud alios quoque; apud Quintum III, 778 Neptunus

Digitized by Google

ἐπὶ πόντον ἀπήϊεν εἴκελος αὔρῃ, et IV, 110 mari Thetis emergit αὔρῃ ὑπηοίῃ ἐναλίγκιος. Modo poeta simul declarat τὸ ἀόρατον, *vt nube obuolutus ac tectus nube lateat.* quod saepe occurrit; vt inf. E, 186 Diomedi adstat deus haud visu noscendus, ἀεί τις ἄγχι ἔστηκ' ἀθανάτων νεφέλῃ εἰλυμένος ὤμους. In Aen. XI, 596 Opis Dianae nympha *caeli delapsa per auras Insonuit, nigro circumdata turbine corpus*, h. nube tecta. Quod si sit, interdum eo ipso, quod atra nube tectus est deus, *terroris iniiciendi* significatio inest: Il. O, 308 Apollo Troianos antecedit εἰμένος ὤμοιϊν νεφέλην, nam idem concutit ac vibrat aegidem ἔχε δ' αἰγίδα θοῦριν. Tandem sunt loca, in quibus omnis res ad *comparationem* redire videtur, vt nube nigra, tenebris, nocte, terroris notio ac species animo obiiciatur: vti solemus obtutum tristem ac terribilem hominis irati per caliginem ac noctem declarare. Ita Od. Λ, 605 Hercules in inferis cum arcu intento minitabundus incedit: ἐρεμνῇ νυκτὶ ἐοικὼς — δεινὸν παπταίνων, adspectu truci et terribili. Il. M, 463 Hector pugnat νυκτὶ θοῇ ἀτάλαντος ὑπώπια, terribilis obtutu. Ita etiam oculorum ardor cum fulgure ex atra nube comparatur: Il. Σ, 205 ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ νέφος ἔστεφε δῖα θεάων χρύσεον, ἐκ δ' αὐτοῦ δαῖε φλόγα παμφανόωσαν. Ergo et h. l. Apollo incedit νυκτὶ ἐοικὼς, *similis nocti*, adspectu terribili, qui similis esset nocti atrae, seu nubi atrae per caelum actae et desuper ingruenti: qualis illa dei species fuerit; an ipse nube atra tectus fuerit, quae terrorem faciat, non declarauit. Atque ita tandem locum habet explicatio apud Hesych. Φοβερὸς τὴν θέαν. καταπληκτικὸς καθάπερ νύξ. Idem quod Odyss. X, 405 δεινὸς εἰς ὤπα ἰδέσθαι.

αὐτοῦ κινηθέντος et iungi potest antecedentibus; et interpunctione dirimi; hoc melius; nam vim habet, si absolute dictum est.

δ' δ' Vrat. c. Vt semel moneam: est perpetua in codd. et grammaticis variatio, nec digna vbique enota-

Digitized by Google

ιω, vt ὁ, ὁ δὲ, et ab aliis ὃ et ὃ δὲ ſcribatur, quoties eſt pro οὗτος, ἐκεῖνος.

νυκτὶ ἐοικώς. De ſenſu v. Notam. In Sch. A. ad M, 463 ſeruata eſt varia lectio huius loci. Zenodotus legerat: ὁ δ' ἦϊε νυκτὶ ἑλυσθείς (ϝελυσθεις). nec male hoc; *caligine inuolutus;* quod ſollenne phantaſma eſt. Bentleium video totum verſum 47 damnaſſe; ea ſuſpicor de cauſſa, quia ſententia erat abſoluta verſu antecedente. Et αὐτοῦ κινηθέντος habet ſane ſpeciem additamenti; et verſus ſimilis eſt multis centenis, qui a rhapſodo aliquo, interpretandi vel amplificandi cauſſa, adiecti eſſe videntur. Verum vltra ſuſpicionem vix procedere licet.

48. ἕζετ' ἔπειτ' ἀπάνευθε νεῶν. Bentl. coni. ἀπάνευθεν ἰὼν, vt eſt Od. I, 189. Et idem ex Homero memorat Heraclid. p. 4. Supra 35 erat ἀπάνευθε κιών.

μετὰ δ' ἰὸν ἔηκε. Sch. br. μετὰ ταῦτα. male. Recte Clarke per μετὰ τὰς νῆας explicat. Sane quidem μεθιέναι ἰὸν non dicitur, ſed ἐφιέναι, eſt tamen ſimili modo Od. Σ, 401 τῷ κ' οὔτι τόσον κέλαδον μεθέηκεν ſc. μεθ' ἡμᾶς. ἔηκεν. ἀφῆκεν. ἔπεμψε Sch. br. et Etymol. ἐπαφῆκε, προήκατο Heſych.

50. οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπώχετο. οὐρεὺς, ex ὀρεὺς, ὁ ἡμίονος, notatum vulgo; iam ab Harpocratione in τὰ ὀρικὰ ζεύγη. Itaque vix aſſequi licet, quomodo apud Ariſtot. Poet. 25 eſſe potuerint, qui mallent οὐρῆας *cuſtodes* intelligere. Nam inter modos reſpondendi criminationibus poetarum, refert et hoc: οὐρῆας. ἴσως οὐ τοὺς ἡμιόνους λέγει, ἀλλὰ τοὺς φύλακας. Videntur fuiſſe, quibus minus probabile viſum, *mulos* ante omnia alia animantia lue eſſe tentatos, quibus voluere occurrere alii. Totum illud caput Sophiſticis argutiis refertum, non poetica criſi, aliunde illatum videri, et ipſe olim et alii ſuſpicati ſunt; certe cum locis lib. de Sophiſt. Elench. multa cónueniunt: ſorte nec ab Ariſtotele profectum; attamen tot alia teſtantur Ariſtotelem in arte interpretandi, inprimis Ho-

Digitized by Google

meri, plus ſubtilitatis quam veri ſenſus adhibuiſſe. Tum ille videtur egiſſe idem quod Plato, et ipſo Socrates, vt Sophiſtarum argutias aliis argutiis refelleret; apparet enim Sophiſtarum acumen praeter cetera etiam occupatum fuiſſe in locis Homericis vellicandis et poeta exagitando: Quibus occurrere ille forte voluit. Zoilum primo loco in iſta turba Sophiſtarum eminuiſſe conſtat; licet quoque cum Toupio ad Ariſtot. de Poet. p. 202 ſuſpicari, argutias, quibus ibi occurritur, forte ipſius Zoili magna e parte fuiſſe fetum. Hinc ſubnatae ſunt illae *ζητήσεις* et *λύσεις*. Cum alia corrupta ſint in capite illo libri de Poetica, illum quoque locum credere poſſis turbatum eſſe; eumque, qui eo exemplo vſus erat, ſpectauiſſe ad alterum locum K, 84 *ἠέ τιν' οὐρήων διζήμενος, ἤ τιν' ἑταίρων*. Nam ad illum locum grammaticos idem iudicium adhibuiſſe teſtantur Scholia et alia, quae ad e. l. videnda ſunt. Verum fidem faciunt Ariſtotelico loco Scholia vetera A. B. L. add. Heſych. Et reſpiciunt haec eadem Scholia ad Ψ, 111.

Ceterum ad h. l. multae aliae ſunt veterum argutae quaeſtiones, quod *lue immiſſa* vltus eſt iniuriam Apollo, quod *per tela* miſſa ea exorta eſt, quodque lues initio iumentorum corpora tentaſſe narratur. Alia eſt quaeſtio: vnde tandem Achilles norat, ab Apolline luem eſſe immiſſam? et quomodo omnino in eam opinionem deuenerant homines iam tum, vt ab Apollino auctore, non ab alio deo, luem repeterent? Scilicet, etſi Apollinis cum Sole eodem loco habiti aperta et explicita memoratio nulla occurrit, manifeſtum tamen ſit multis ſignis, Apollinem iam ante Homerum cum Sole confuſum eſſe; vt hoc ipſo loco lue, ſagittis, quibuscum radii ſolis antiquiore ſermone comparantur; adde quod *λυκηγενὴς* mane ortus eſt Apollo, quod matrem *Λητὼ* et ſororem ſagittis et ipſam vtentem habet, et alia. Ducta eſſe multa in mythis ex antiquiorum ſymbolicis declarationibus, nemo dubitet; longe diuerſae ab iis ſunt argutiae nimis ſubtiles ſeriorum v. c. Max. Tyr. diſſ. XXVIII, p. 68 R. vbi v. Dauiſ.

Digitized by Google

51. ξ— Signo *διπλῆς* nil respondet in Scholiis; spectasse tamen illud videtur ad voc. *αὐτὰρ*, de qua iteratis vicibus monetur aliis locis; scilicet eam differre a *δὲ*, quod praeponatur, hoc autem postponatur; inprimis ad Γ, 1.

ἐφιεὶς. Ita editum erat in Flor. pr. et Ald. 1. Recepit *ἀφιεὶς* Ald. 2. quod retinuere Rom. Turnebus et Stephanus; qui cum probasset *ἐφιεὶς*, iterum ad hoc rediit Barnes, hinc Clarke. Est sane hoc *ἐφιεὶς* in codd. plerisque, tum ap. Eust. br. Schol. adde cod. Ven. Hesych. et Etym. in *ἐφιεὶς* et in *βάλλω* (cf. Schol. Apoll. II, 329 qui male interpretatur locum: est enim ibi *immittere columbam inter petras*): Et sic saepe in Homero: v. c. *τῷδ' ἐφὲς ἀνδρὶ βέλος* Il. E, 174. 188. 206. et al. Sane quidem nec minus recte dicitur *ἀφιεὶς*, vt *ἔγχος ἀφῆκεν* Il. K, 372 et saepe *ἄκοντα*, *βέλεα*. Video *ἀφιεὶς* notatum e Mosq. 3. Miror itaque Ernestium in Var. Lect. apposuisse: *ἀφιεὶς*, „*Dawes sic de coniectura:*" et addit, *bene*. Atqui *ἐφιεὶς* nec minus bene dicitur; h. l. autem melius, quia *αὐτοῖς* adiectum; ita enim non tam *emittitur* telum, quam potius *immittitur* in ipsos sc. Achiuos. Et inf. 382, vbi eadem repetuntur, quae hic, est: *ἦκε δ' ἐπ' Ἀργείοισι κακὸν βέλος*.

52. ξ— Nil in Sch. A. respondet; nisi spectauit ad quaestionem, seu reprehensionem poetae in eo propositam, quod nunc mortui cremantur, at sup. v. 4 insepulta abiicienda cadauera dixerat. Scilicet hoc ad pugnas mox futuras spectabat. *θαμειῖσι* Pamphilus scripserat, *θαμειαὶ* Aristarchus. v. Sch. B. et L. Et hanc scripturam probauit vsus. Est in Sch. br. B. et Leid. narratio de origine moris cremandorum corporum ab Hercule repetita: quam v. sup. ad vs. 4.

53. *κῆλα θεοῖο. βέλη θεῖα* vt bene Etymol. et Hesych. *τὰ τοξικὰ βέλη* Schol. Pind. P. I, 21 vbi inepte ex *κηλήματα* factum esse vult *κῆλα*.

ἀνὰ στρατὸν: atqui petendus erat sagittis Agamemnon iniuriae in Chryseidem auctor; meliora suaserat exercitus

vſ. 22. v. ad vſ. 42. et cf. Not. ad vſ. 8. In hunc ſenſum de h. l. disputat Themiſt. Or. XV, p. 191.

54. ἀγορήνδ' ἐκαλέσσατο Vrat. b.

55. τῷ γὰρ ἐπὶ Φρεσὶ θῆκε θεὰ — verſus pro ſententia adhibitus de conſilio in repentinis capto, v. c. ap. Plutarch. Coriol. p. 229. C. vbi etiam τῷ δ' ἄρ' ἐπὶ Φ. Maxim. Tyr. diſſ. XIV, p. 258. Porro θεὰ λευκώλενος Ἥρη. Si loca huic ſimilia vere Homerica ſunt: neceſſe eſt, poetae modo Ἥρην fuiſſe modo ϝῆρην, vt ποτνια ϝῆρη. Alioqui ſtatuendum eſt, loca haec eſſe interpolata aut profecta a ſerioribus. v. Excurſ. ad h. v.

56. ὅτι ῥα θνήσκοντας ὁρᾶτο. ℰ „quia Zenodoti lectio erat ορητο, nec videntis Doricum id eſſe.“ Sic Sch. A. et iterum ad vſ. 198. Atqui ipſe grammaticus non vidit id ipſum eſſe verius et antiquius: nam fuit ὄρημι, ὄρημαι. Ita Od. Ξ, 343 antiqua lectio ſeruata eſt: τὰ καὶ αὐτὸς ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὄρηαι. vel ὄρηαι, vt in Etymol. p. 621, 35. et ὄρημαι, ὁρῶ Heſych. ὁρέω autem ap. Herodotum. Dicas Doribus id proprium fuiſſe, quod ex Theocrito conſtat. Recte vtique, ſed dorica et aeolica ſunt, quae fuere antiquiora. Aeolicum idem fuiſſe colligo ex fragm. Alcmanico ὁρέοντι μὲν οὐδέν, δοκέοντι δέ. (ap. Euſtath. p. 1701, 24.)

κήδετο γὰρ Δαναῶν. Pro γὰρ eſt δὲ in mſ. Tzetzae ap. Bentl. et in alio τε. Alterutrum et ipſe praeferam, ne γὰρ bis ſe excipiat. Bentleius porro coni. ὁτιὴ, forte quia ῥα poſt ὅτι offendit. Atqui ὁτιὴ Homericum eſſe non memini; ὅτι ῥα, ὅτι δὴ apud Heſych. eſt. Scilicet ὅτι ῥα eſt pro ὅτι ἄρα, vtique, quod iam Clarke declarauit.

Fuit ad h. l. ζήτημα, quo iure Iuno κήδεσθαι τῶν Δαναῶν dici potuerit: in Sch. B. L. Townl.

57. οἱ δ' ἐπεὶ οὖν ἤγερθεν, ὁμηγερέες τε γένοντο. Aliquoties verſus repetitur in Odyſſea, et ſemel in Il. Ω, 420. Videtur tautologia ineſſe ſi ἤγερθεν eſt ab ἀγείρεσθαι, videturque adeo praeſtare, vt ductum ſit ab ἐγείρειν, praeeunte Tollio, in ſchedis, vt ſint *excitati* ſedibus

Digitized by Google

ſuis: vti ſane tempora horum verborum eandem formam habent; ſic ἤγειραν ab ἐγείρω, vt E, 208. P, 222. 261 et ab ἀγείρω Od. B, 28. 41. Eſt tamen ἀγείρεσθαι proprium de concurſatione ad concionem, vt B, 52 et al. et poteſt ex formula antiqua dictum eſſe et declaratum addito altero: ὁμηγερέες τε γένοντο.

ὁμηγυρέες Laud. ap. Barn. et Vat. ap. Bentl. Vrat. a. Mosq. 1. Eſt ſane ἡ ὁμήγυρις, ex ἄγυρις, Il. Υ, 142. At ὁμηγερὴς agnoſcunt grammatici, Etymol. Heſych. ὁμηγερέες τε γένοντο, quae Ionica ratio eſt, expreſſa eſt in Vat. a. b.

58. ξ- praefixum in Veneto; nil reſpondet in Scholiis. in quibus notatur tantum hoc, Achillem dicturum ſurgere et ſtare e more veterum.

Porro τοῖσι δ' ἀνιστάμενος. Steph. τοῖσίδ' v. Bergler. in praef. pro τοῖςδε, τούτοις; eſt enim in apodoſi. Clarke tuetur τοῖς δὲ, ſc. vt δὲ aliquoties in apodoſi occurrit. Reddit Clarke: *tum vero*; videtur enim in hoc δὲ latere vis τοῦ δή.

59. ξ- non recte praefixa, ſed διπλῆ eſſe debuit ξ- quippe obſeruatum a veteribus, quod hinc (ex voc. παλιμπλαγχθέντας) ſequiores poetae finxerunt narrata de fruſtra tentato ante Iliadis tempora eſcenſu in Myſiam, quo fugati a Telepho Achiui diceſſerant. Magnopere autem Grammatici, (in his Apion et Herodorus ἐν τοῖς εἰς τὸν Ὅμηρον ὑπομνήμασιν ap. Euſt. p. 47.) argutati ſunt in notione voc. πάλιν in παλιμπλαγχθέντας, ſitne εἰς τουπίσω an μάτην. Eſſe quoque debuere, qui illud *iterum*, altera vice, *vagari* acciperent, et priorem hinc aliquam πλάνην, profectionem, effingerent. cf. Schol. inprimis A. Reſponſum eſt ad haec, πάλιν Homero non eſſe *iterum*, ſed *retro*. cf. ad N, 3. Aliud diſſidium codicum in ſcriptura: Ariſtarchi auctoritas effecit, vt vna ſit vox; at alii πάλιν πλαγχθέντας ſcripſere: v. Sch. B. L. Sic et παλινόρμενον Λ, 326 vbi v. Sch. Ven. A. et diſertius Etymol. in παλιμπλαγχθέντας. Adde Sch. A. ad O, 95 vbi video, Scholium aliud ad hunc A, 59 ver-

Digitized by Google

ſum interiiſſe in Veneto. Recte grammaticus ſtatuerat, ſeiunctim omnia haec verba antiquitus fuiſſe ſcripta. (Scilicet grammaticorum acumen erat, compoſita noua ſtruere; hoc ſexcenties monendum erit. Nunc relinquendum eſt, quod vſus inuexit. cf. Exc. ad A, 164. Tandem *παλιπλαγχθέντας* Lipſ. et Sch. v. Waſſenberg p. 154. Verſum laudat Apollon. Lex. in *ἄμμε*, *Αἰολικῶς ἀντὶ τοῦ ἡμᾶς*. quod et Schol. notant, cum alii, vt Etymologus, pro duali haberi vellent. De plurali tamen dubitari vix poteſt. Scribitur quoque alibi *ἄμμε*, *ἀμὲ*, *ἀμὲ*, pro *ἡμᾶς*. cf. Euſt. et Koen. ad Gregor. p. 110. Ceterum artificium huius orationis 59 — 68 copioſe exponit Dionyſ. Art. rhet. c. 9, 7. p. 342 ſq. R.

60. ⊱ quia Zenod. *οἵ κεν*. non bene, vt Sch. A. addit: *καλὴ γὰρ ἡ ἀπόγνωσις τῆς σωτηρίας*. Immo *οὐ καλὴ* legendum.

61. *εἰ δὴ ὁμοῦ πόλεμός τε δαμᾷ καὶ λοιμὸς Ἀχαιούς*. Mosq. 1. legerat *πόλεμος δ' ἀμᾷ* quaſi ab *ἀμᾷν* ſit, nam exponit *ἄδδην καὶ ἁπλήστως ἀμᾷ καὶ θερίζει*. Eſt autem *ὁμοῦ*, alias locale, nunc pro *ἅμα*, quod proprie de tempore dicitur. Obſeruatum paſſim; inprimis ab Euſtath. p. 878, 12 ſq. vt *ἔνθά δ' ἅμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν*. et *τῇ ὁμοῦ ἐτρεφόμην*. add. Amnon. p. 14. Schol. Thucyd. II, 54 pr. vtitur verſu ad interpretandum verba *πάθει ἐπιέζοντο*.

62. ⊱ quod *μάντις* nomen genericum ſit, *ἱερεὺς* vero et *ὀνειροπόλος* formae ſeu ſpecies *μάντεων*. Atque ita ſtatuerat Herodianus, qui et diſtinguebat poſt *μάντιν* plene, aut potius poſt *ἐρείομεν*: vti quoque Schol. Townl. habet. Nicanor *μαντικῆς* tria genera in h. l. conſtituta videbat, *οἰωνοσκοπίαν*, *ἱεροσκοπίαν* (ita iam Waſſenb. em. p. 154 pro *ἀεροσκ.*) et *τὴν διὰ τῶν ὀνειράτων μαντείαν*. At Porphyrius *μάντιν* interpretatur *τὸν διὰ οἰωνῶν καὶ σημείων ἢ τεράτων μαντευόμενον*. Eſt in iisdem his copioſus Euſtath. ad h. l. Retrahendum eſt ad h. v. Schol. Cod. Lipſ. ad v. 462 appoſitum. Similem quaeſtionem videbimus ad Ω, 221. Iam ſi, grammaticis dimiſſis, vſum

Digitized by Google

et rationem ſermonis quaerimus, apparet vſum in his vocibus non omnino conſtantem fuiſſe. μάντις proprie ὁ ἔνθεος, qui afflatu diuino vaticinatur. Iam cum diuinatio et naturae ſit et artis, haec autem ipſa naturae felicitate adiuuetur, h. e. vt euenta, oſtenta, monſtra, ſigna, diuinitus inſtinctus aliquis interpretetur, poteſt μάντις et μαντεία diuerſa genera deſignare, quae ſuis nominibus declarantur. Itaque eſt modo nomen proprium diuino inſtinctu ac motu vaticinantium, modo commune ac genericum: itaque praeter μάντιν memoratur h. l. ἱερεύς, qui futura praedicit ex ſacris, victimarum extis, igni; Apollon. Lex. ἱερεύς — ἐπὶ δὲ τοῦ διὰ θυσιῶν μαντευομένου, adſcripto verſu noſtro: Ἀλλ' ἄγε. Alias idem θυητόλος, θυοσκόος eſt. cf. Euſtath. p. 47. 48. Infra tamen Ω, 221 etiam in his diſcrimen eſt: ἢ οἵ μάντιές εἰσι, θυοσκόοι ἢ ἱερῆες. Alia v. in Sch. Lipſ. ad A, 462. ὀνειροπόλοι non modo aliorum ſomnia interpretantur, ſed et ipſi ſomno capto futura praeuident, vt Trophonius. Itaque h. l. additur: καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστι, h. nam etiam per ſomnia deus futura aperit. Quatenus autem μάντις non modo deo percitus vaticinia edit, verum etiam ſigna et euenta *interpretatur*, poſſunt hi omnes etiam μάντεις dici: Proprio tamen aliquo modo ii qui augurium et oſtenta ac prodigia (σημεῖα καὶ τέρατα) interpretabantur: nam et naturae et artis opus hoc eſt; et diuinitus afflatus eſſe debet, qui quid ea ſignificent intellexerit. Itaque Calchas, μάντις, inf. 106 μαντευόμενος, B, 300. θεοπροπέων B, 322. et A, 86. 87 ab Apolline edoctus θεοπροπίας ἀναφάνων, idem eſt 69 οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος, *augur*, ὃς ἤδει τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα et idem *oſtentum* interpretatur et ex eo annos obſidendae Troiae praedicit. Etiam οἰωνὸς genericum interdum nomen eſt, non modo augurii. Contra diſcernuntur μάντις et οἰωνῶν εὖ εἰδώς, vterque μαντευόμενοι, Od. A, 202. Etiam Theophraſt. Charact. 16 iungit ὀνειροκρίτας, μάντεις, ὀρνιθοσκόπους: vnde non magis definias

qui inter hos μάντεις ſint; etſi ſuſpicor eſſe eos, qui libero animi motu futura praedicunt.

Secundum haec dicta etiam h. l. μάντις eſſe poteſt aut is qui a deo inſtigatus vaticinia edit, aut οἰωνοπόλος, *augur*, quod in Calchante per ſequentia confirmatur, quodque praeferam; aut poteſt nomen eſſe genericum, cui ſubiectae ſint duae claſſes, ἱερεῖς et ὀνειροπόλοι. Ita cenſuere nonnulli inter veteres: vt ſup. in Scholiis vidimus. cf. Waſſenb. p. 155.

63. καὶ γάρ τ' ὄναρ. Per τὸ ὄναρ expleri nequit; nam Homerico more articulus appoſitus foret pro τοῦτο τὸ ὄναρ. Sch. Ven. A. cum B. accipit pro τί ὄναρ, quia ſomniorum genus tantum aliquod verum eſt. At hoc non minus durum, quam ſi γάρ τοι expleueris. Recte vtique Stephanus per τε explet; γάρ τε eſt vt *namque*, pro nam; v. c. Φ, 24. I, 406. 410. Vt τε h. l. *quoque* ſit, quod Clarke vult, deberet iungi καί τε. Ceterum, ſi vera tradit Sch. A. Zenodotus totum verſum improbauit. Sed Scholion corruptum eſt.

64. ὅς κ' εἴποι. κ' inſertum ſerius. Nam veteres pronuntiaſſe ϝεπω, ϝειπον dubitare non licet; contra ἕπω, ἕπομαι, comitor. Praeiuit Bentl. ὃς ϝείποι. In Vindob. εἴπῃ et εἴπῃ.

ὅ τι. Olim ὅτι vbique editum; (contra quam Erneſti tradit) nec diſtinctio iſta ὅ, τι recepta, niſi a Turnebo, mox ab aliis neglectam reuocauit Clarke. In libris fruſtra expectamus ita ſcriptum: etſi Erneſti ex Lipſ. laudat. Addunt tamen Sch. L. et Ven. B. τῷ δὲ ὅτι λείπει ἢ διά. Viderunt adeo eſſe hoc διὰ ὅ τι. Praeſtat, omiſſa virgula diremtis vocibus ſcribere ὅ τι hic et alibi.

65. ⁘ Signum declarat reprehenſionem Zenodoti: quae in Sch. non occurrit. Sed fuit forte haec, quod Zenodotus ſcripſerat, vt nos: εἴτ' ἄρ. nam ſcriptum olim ab aliis fuit, quod et Ven. habet, εἴταρ, et Sch. A. reprehendit eos, qui ſcribant εἴτ' ἆρ· non enim eſſe τε; nam ſic ſequi deberet alterum τε (ſcilicet legebant ἠδ' ἐ.) ſed τἀρ eſſe encliticam: cf. ſup. 8. Eſt hoc ap. Heſych.

Digitized by Google

τάρ. σύνδεσμος. δὲ, δὴ, ἄρα, καὶ δὴ, ταχέως. Conf. οὔ-ταρ inf. 93. Potuit autem τὰρ factum esse ex τ' ἄρ, vt γὰρ factum est ex γ' ἄρ. γε ἄρα.

εὐχωλῆς. pro vulgari εὐχῆς Apollon. Lex. h. v. et ceteri.

ἠδ' ἑκατόμβης pro εἴθ' ἑ. Vat. ap. Bentl. Ven. Townl. Vrat. a. b. 2. duo Vindob. Tum Sch. A. explet περὶ εὐχ. immo ἕνεκα. vid. inf. 93. 94. Apud Eurip. Hippol. 1402 ex h. v. ductum est τιμῆς ἐμέμφθη Diana. Quo sensu ἑκατόμβη apud Homerum dicta sit, quaesitum est. Memoria eius sacri iam olim ita exoleuerat, vt coniectura tantum de ea statui posset, et quidem ex etymo: vulgo quidem, vt esset ἑκατὸν βοῶν. v. Etymol. Hesych. Eustath. et iam antiquiores, vt Strabo III, p. 233 B. etsi ratio grammatica parum conuenit; deberet enim ita dictum esse sacrum ἑκατόμβοιον, vt ap. ipsum Strabon. p. 557 B. Exortus vir doctus (Segaar Diatribe acad. 1775) qui ab Ἑκατὸς, Apollinis cognomine, ducendum esse nomen contenderet; factum inde esse ἑκάτομνος et ἑκάτομβος; fuisse (proprie saltem) sacrum Apollinis (hincque traductum ad aliorum deorum sacra: vt Athenes Il. Z, 115.). Negari tamen nequit, fuisse eam communem antiquitatis opinionem, ab ἑκατὸν, et centum victimarum numero, ductum nomen esse; occurrunt quoque sacra centum victimarum; et notum est Pindaricum: πάντα θύειν ἑκατόν. Tum sacra Laconum ἑκατόμβαια et alia. Manifestum tamen fit, mature ad numerum incertum nomen abiisse, et ἑκατόμβην pro quouis sacrificio sollenni esse dictam, quod pluribus victimis caesis fit: cf. 315. 316. 447. 8. Sic Il. Z, 115 ἑκατόμβη est, quae vs. 93 XII boum est, et Ψ, 146. 7 Spercheo promittitur hecatombe L ouium. Adeo iam in Homericis et numerus et victimarum genus est immutatum; multo magis serius. In marmore quoque occurrere ἑκατόμβην nuper vidimus, (in Barthelemyi *Diss. sur une ancienne Inscription* p. 29) vbi ἐς ἑκατόμβην sumtus facti memorantur; rem ad Panathenaea referebat vir doctissimus. Et in marmore

Sanduicenſi Delum mittuntur CIX boues. Ne ſequar Segaari opinionem, retinet me illud quoque, quod ab ἑκατὸς Ἀπόλλων eſſet ϝεκατος: atqui eſt εἵϑ' ἑκατόμβης. quod fieri non poſſet εἵϑ' ϝεκατ.

66. ἄϊ κέν πως — βούλεται. Omnes Scholiaſtae pronuntiant κεν abundare. Atqui ἄϊ κεν eſt idem quod εἰ ἄν. Eſt dictum vt expleatur per ἵνα εἰδῶμεν, εἰ ἄν — Quod ſaepe ponitur pro: vt,

At ἀΐ κεν cum indicatiuo βούλεται aliam facit offenſionem, quandoquidem ſubiunctiuus deſideratur; vt et fit in εἰ ἄν, vnde factum eſt ἐὰν ſemper cum ſubiunctiuo iunctum. Verum eſt is Homericus vſus quem ſaepe videbimus, vt indicatiuus ſubiiciatur particulis quae communi vſu ſubiunctiuum poſtulant: quod equidem a ſermone priſco, nondum ſubtiliter ſatis conſtituto, procedere exiſtimo: v. Excurſum ad h. vſ. Hermann. de Metris p. 85 a praecedente accentu: quod forte probabilitatem habet in ϑείομεν ex ϑῶμεν, δώομεν ex δῶμεν, τραπείομεν ac ſimilibus; in βούλεται tamen et aliis manet idem accentus, βουλεται an βουληται ſcripſeris. Eiusdem generis ſunt tot alia, indicatiuo iuncta, vt ἵνα. v. inf. ad 363 ἵνα εἴδομεν ἄμφω.

ἀντιάσας κνίσσης. multi codd. κνίσης, vt Ven. Lipſ. Townl. ipſe Apollon. Lex. h. v. Heſych. Etymol. Euſtath. ad h. l. et alibi, at nullo cum iudicio nec conſtantia. Similiter variat ſcriptura in codd. aliorum ſcriptorum, v. c. Pindari Iſthm. IV, 112 vbi v. Schol. Antiquiores ita ſcripſiſſe nemo dubitet; ſed illi geminabant conſonam pronuntiando; ſeriores ſcribunt, et nos ſcribere ſolemus quod pronuntiatur: itaque duplicanda eſt h. l. littera ſibilans; nam κνίσα a κνίζω ducta habet priorem breuem (cf. ad Heſych. h. v. Toup. in Suidam To. II, p. 148 ſ. 407.) De voce v. Schol. ad h. l. et inf. ad 317 et Etymol.

κνίσης cum Iota ſubſcripto olim quoque ſcriptum fuiſſe, hinc colligo, quod in Sch. A. Ariſtarchi lectio κνίσης ſine iota eſſe perhibetur. Sane datiuus poſſet ferri;

Digitized by Google

ſed caſus ſecundus cum ἀντιάζω et ἀντιάω ſollenni vſu habetur; v. c. Od. A, 25 ἀντιόων ταύρων τε καὶ ἀρνειῶν ἑκατόμβης. Eſt autem ἀντιάσας, μεταλαμβάνων vel μεταλαβών, vt in Heſych. emendatur, etiam a Bentleio. Apollon. Lex. cum effectu dictum vult, pro ἵλεως — καὶ οὐκ ἀναστραφεὶς, aut potius ἀποστραφεὶς cum Villoiſ. Quod autem ἀντιάσας mediam breuem habet, ex ἀντιάζω, docet Clarke ad h. l. et ſaepe iterat; item Brunck ad Apollon. Arg. IV, 1057.

68. Ἦτοι ὅγ' ὡς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο. Vt ſemel moneam, ἤτοι et ἦτοι varie ſcribi, notatum iam veteribus: ratio grammatica probat prius; eſt enim aſſeueratiua particula, ἦ ſane. ἤτοι ſane quidem. Apollon. Lex. h. v. hoc verſu laudato notat eſſe ἤτοι pro μέν. ad quem locum v. Toll. et Toup. ibi laudatum.

ὅγ' ὡς — Bentlei. quoties ὡς eſt pro οὕτως, malebat eſſe ϝως. ſed id non firmatur ipſa re; niſi forte in θεὸς ὡς et ſimilibus: cuius cauſſa tamen quaerenda erat in tono et caeſura.

Tandem ξ quia Zenodotus legerat εἰπὼν ἐκαθέζετο, parum grammatice; non magis enim ita loquitur Homerus quam ἐκατέβαινε. Apud Heſych. κατερέξατο, ἐκαθέσθη, ad h. vſ. ſpectat, em. κατ' ἄρ ἕζετο. et κατερέζετο, ἐκαθέζετο. emendata quoque a Bentl. in ſchedis.

69. ξ Κάλχας Θεστορίδης, quod Zenodotus legerat μάντις Θεστορίδης. non tamen ita genus hominis cum vitae genere iungi monet Sch. A.

Porro e Porphyrio (qui haud dubie antiquiorem exſcripſerat) narrat Euſtathius, verſus olim alios hic lectos eſſe: p. 51 ὅτι δέ τινες Φασιν ἐκ τῆ τοῦ Κάλχαντος Ὁμηρικῆ γενεαλογία στίχους ἐκλελοιπέναι Πορφύριος ἱστορεῖ, ἐκτιθέμενος καὶ στίχους δύο, ἐν οἷς Εὐβοεύς τε φαίνεται εἶναι (Calchas) καὶ Ἄβαντος ἀπόγονος. Verſus tamen haud appoſuit.

70. ὃς ἤδη τά τ' ἐόντα — In ἤδη hic et vbique ſcriptturae eſt diſſenſus; itaque de eo videamus ſemel. Scribitur ἤδη. ἦδη. ἴδει: Ita et h. l. eſt ἤδη in Ven. et aliis:

idque ſtatim receptum inde ab Ald. 1. nam in Flor. eſt ἤδη. At ἤδει eſt in L. apud Bentl. tum cod. Mori. Vrat. b. Mosq. 1. a m. ſec. tum Voſſ. apud Koen. ad Gregor. p. 184. Schol. Ariſtoph. Plut. 20. ἤδῃ Vrat. a. Videamus nunc rationes. Antiquum fuit ϝιδειν et inde ϝιδει, vnde factum ἤδει. At Iones, et hinc veteres Attici pronuntiarunt ϝιδην. ϝιδης. ϝιδη, vnde eſt ἤδη. v. Etymol. p. 419. et inter recentiores Valken. ad Il. XXII, p. 55. 56. nam X, 280 occurrit augmentum ἠείδεις. Brunck. ad Ariſtoph. Nub. 329. Porro ὃς ἤδη. fuit ϝϝιδη. neque adeo locum habet ὅς τ' ἤδη, quod e Schol. ὅς τις ἠπίστατο exſculpit vir doctus ad Eurip. Ion. 381 quodque in Schol. Ariſtoph. Plut. 9 legitur.

τά γε ὄντα Schol. Bibl. S. Germ. perperam.

Ceterum vſus verſus eſt varius apud veteres modo de vatibus, modo de viris prudentibus. Argutatur in eo Plutarch. de Ei ap. Delph. p. 387. B.

73. ὅς σφιν ἐϋφρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν. Ex quia Zenodotus legerat ὅς μιν ἀμειβόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα. In principio verſus ὅς σφιν occurrit: de quo ſemel monendum eſt; nam quoties illud occurrit in Homero, (cf. inf. 253. 336) variat lectio inter ὅς σφιν et ὅ σφιν vel ὅσφιν: hoc alterum, quod Ariſtarcheum eſſe fertur, habent h. l. Ven. et Sch. A. B. L. Amſt. tum codd. L. Vat. Eton. Harl. Lipſ. Mosq. 1. et a m. ſec. 3. In edd. ὅσσφιν Flor. Ald. pr. Inde ὅ σφιν Ald. 2. et ex ea ductae. ὅς φιν Rom. et ſecundum hanc ὅς σφιν Turn. Steph. Sane vtrumque rationem habet, et vſum; eſt enim ὁ et ὃς Homericum pro οὗτος; v. Etymol. p. 614. pr. antiquitatem tamen habere videtur ὅ σφιν. At ὅς σφιν vſus probat. Porro εὖ φρονέων fere in libris ſcribitur; „vtrumque patitur metrum" addit Ern. Non vtique h. l. quo requiritur εϋ. In orationem Calchantis commentatur Dionyſ. Art. rhet. c. 9, 7, p. 345. R.

vſſ. 74. 75 per interrogationem efferri malebat Stephanus. Sicque codd. Cant. Vrat. a. A. c. Barn. ed. De voc. ἑκατηβελέτης, alibi ἑκατηβόλος, aliquid monere,

Digitized by Google

neceſſe non eſt, e veteribus. Apertum eſt eſſe τὸν ἑκὰς βάλλοντα, vnde factum ἕκατος, et ex hoc ἑκατηβόλος. Ex etymo ϝεκας eſt ϝεκατος. Mirum eſt, Simonidem iam ſignificatum τοῦ ἑκατηβελέτης ita aut ignoraſſe aut corrupiſſe, vt τὸν ἑκατὸν βέλεσιν ἀνελόντα τὸν ἐν Πυθοῖ δράκοντα interpretaretur: referente Euſtath. p. 52.

76. τοὶ γὰρ Vrat. b. Mosq. 1. 3. ἐγὼ 2. Tales varietates hoc primo libro tantum enotabo, vt ſpeciminis loco ſint.

τοί γ' ἄρ' malit Sylburg. ad Dionyſ. l. c. Scilicet γὰρ eſt idem ac γε ἄρα.

καί μοι ἔμοσσον. Schol. br. ἄλλως· „καὶ κατάνευσον."

77. ἦ μέν μοι, eſſe Homericum pro ἦ μήν, iam Sch. Ven. A. obſeruauit, idque ſollenne et habet rationem quod Doricum ἦ μάν eſt. Scilicet eſt hoc ex antiqua ſcriptura; cum nondum ε et η diſcerneretur; poſtea factum eſt ἦ μήν. Neque aliter ſe res habet in Herodoto. v. Gregor. p. 223 et ibi Koen. Poetae mox promiſcue vſi ſunt vt metro conſulerent; vt Apollonius. Alio modo argutantur in ἦ et ἦ. hoc ſcribi ſi βεβαιωτικὸν ſit, concedit et h. l. Sch. A. ſcribere tamen iubet ἦ μέν, vt et alii volunt. vid. Etymol. In Heſych. eſt ἦ μέν μοι. ἄντως μοι ex h. l. Semel de his monuiſſe ſatis eſto; etſi ea variatio et disputatio iterum iterumque per totum Homerum occurrit. εἰ μέν — ἀρήξεις (hoc a m. ſec. forte e v. 83.) Vrat. b. et Vindob. ἀρῆξαι eſt ap. Suidam in ἦ μέν μοι.

78. ὀΐομαι. Lipſ. ap. Bentl. et ὀΐω Vindob.

80. Κρείσσων γὰρ βασιλεύς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηι, &c. (In Schol. ※ male) quod Zenodotus ſcripſerat κρειστω. Sch. Ven. vterque Lipſ. Amſt. ſeu vitio codicis, ſeu prauo iudicio, ſi quidem comparatiua ita nonnulli olim ſcripſerant. Iterum monitum in Schol. ad Γ, 72. 91. Π, 688. H, 114. Et ſic γλυκίω inf. 249. Porro „Zenodotus totum verſum ἀθετεῖ." ſcripſerat adeo verſum, ſed damnauit. Cauſſa adiecta non eſt: an in nonnullis codd. abſuerat? Certe ſimillimus eſt iis verſibus, qui a rhapſodis

interpoſiti ſunt; ab alio rhapſodo tum ſequentes duo inſerti eſſe poſſunt, qui ſaltem ſine eo, ceu fulcro, concidunt. Grauior autem et ſimplicior Chryſis oratio, ſi cum v. 79 finitur. — ὅτε χώσεται pro optatiuo.

ἀνδρὶ χέρηι. Sic χέρηι ſcribitur vbique. attamen contractum eſſe volunt ex χερείονι grammatici, ipſe Etymologus. Ex Sch. A. patet, eam doctrinam eſſe Herodiani, qui etiam laudat Il. Λ, 400 ἀλλὰ τὸν υἱὸν γείνατο οἷο χέρεια. et Ξ, 382 χέρεια δὲ χείρονι δόσκεν. Ex χερείονι tamen fieri deberet χερεῖ, χερῆι. Verius credas fuiſſe χέρης, vnde et χέρηα, χέρηες occurrunt in Odyſſea. Verſus paſſim pro ſententia laudatur, vt ap. Philoſtr. Vit. Soph. I, 8, 2. Sententiam reddit Pindarus: νεῖκος δὲ κρεσσόνων ἀπωθέσθ' ἄπορον Ol. X, 46. ad quem Schol. hunc verſum laudat, vt et Schol. Eurip. ad Alceſt. 965. vbi κρεῖσσον οὐδὲν ἀνάγκας εὗρον. ἐπικρατέστερον. δυνατώτερον. Similis locus eſt inf. H, 111. 2.

81. εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ κατα πέψῃ. Pro γάρ τε eſt γάρ τι in Schol. Eurip. Med. 120.

κατα πέψῃ vbique legitur, etiam in Apollon. Lex. h. v. κατα πέψοι Vat. et Laud. cum vno Vindob.

De vſu et iunctura τοῦ εἴ. εἴ κε multa disputata ſunt a viris doctis ad Tragicos. Nobis videndum eſt de vſu Homerico. Eſt ſane ille plerumque hic, vt iungatur εἴπερ γάρ τε cum ſubiunctiuo. Vt: μοῦνος δ' εἴπερ τε νοήσῃ, Il. K, 225. Λ, 116. X, 191. Nec tamen vſus optatiui prorſus inſolens eſt, plerumque quidem addito κε, vt εἴπερ γάρ κ' ἐθέλοιμεν Il. B, 123. Θ, 205. N, 287 et ſine περ, vt ſup. 60 εἴ κεν θάνατόν γε φύγοιμεν. nec tamen exemplo caret optatiuus ſine κε, v Odyſſ. Υ, 42 εἴπερ γὰρ κτείναιμι, et ibid. 49 εἴπερ — νῶϊ περιστᾶεν. Iam loca ſunt plurima, in quibus lectio variat inter optatiuum et coniunctiuum, vbi fruſtra eam ad alterutrum redigas, conſtituto pro arbitrio canone grammatico: Sic K, 106. 7 εἴ κεν Ἀχιλλεὺς — μεταστρέψῃ φίλον ἦτορ, alii μεταστρέψοι. Multo minus pronuntiari poteſt in Homero ſoloecum eſſe εἰ cum

ſubinnctiuo, ſed vbique reponendum eſſe optatiuum; quid enim facias tot locis, v. c. Il. O, 403 εἴ κεν οἱ θυμὸν ὀρίνω; Frequentior omnino vſus eſt cum ſubiunctiuo, praeſenti quidem et aoriſto tempore: εἴπερ γὰρ, εἴπερ γάρ κε, εἴπερ ἄν, εἴπερ τε. At cum indicatiuo, temporibus omnibus, frequentiſſime iungitur εἴπερ, εἴπερ τε, εἴπερ καὶ, εἴπερ τε καὶ, εἴπερ γάρ τε, εἴπερ γάρ τε καί. Sic quoque εἴ κε. εἰ δέ κε. εἰ δέ κε μή. Vulgata lectio eſt quoque apud Diog. Laert. VII, 114 vbi per hos duo verſus Zeno declarat, quod μῆνις ſit ὀργὴ πεπαλαιωμένη καὶ ἐπίκοτος, ἐπιτηρητική.

χόλον καταπέψῃ. ἐν ἑαυτῷ παρακατάσχῃ a cibis concoquendis, quos ſtomacho retinemus, recte Apollon. Lex. ad h. l. Sic quoque Sch. br. Amſt. Et ſpectant huc verba Etymol. in πέσσει. ὅθεν τὸ κατατέψῃ, ἀντὶ τοῦ κατάσχῃ, καταδαπανήσῃ, ὅ ἐστι καταπραΰνῃ. eſt adeo κρατεῖν, domare, continere iram, non modo retinere, vt πέψαι χόλον B, 234 vbi v. Vnde illud Pindari Ol. I, 87 μέγαν ὄλβον καταπέψαι, aequo animo ferre, capere, perferre, fortunam, ne ad ὕβριν rueret.

82. Ἀλλά γε καὶ — Excitat verſum Ariſtot. Rhet. II, 2. et ſententiam ornat Eurip. Med. 119 ſqq. *Clarke.*

ἀλλά τε Ven. et fr. Eton. male; nec non Galen. de Hippocr. et Plat. plac. III, 2.

83. σὺ δὲ, Φράσαι, εἴ με σαώσεις. vide an me ab iniuria tutum praeſtare poteris. (ξ) Zenodotus: Φράσον. Hoc illud eſt, quod Apollon. Lex. in Φραδέος reſpicit: Φραδέος συνετοῦ, δυναμένου ἐπιΦράσασθαι. ὅ ἐστιν ἐπινοῆσαι. (Il. Ω, 354 Φράζεο, Δαρδανίδη,) Φραδέος νόου ἔργα τέτυκται. Pergit ſiue ipſe, ſiue alius grammaticus: ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ καὶ τὸ Φράσαι. (aut excidit interpretatio: quae in Sch. br. eſt λόγισαι. σκέψαι, et in Heſych. διανοήθητι. σκέψαι: aut ſubintelligi poteſt ex anteced.) ὅπερ ἀγνοήσας Ζηνόδοτος μεταγράφει· σὺ δὲ Φράσαι εἴ με σαώσεις. (recte vidit Tollius, Φράσον fuiſſe Zenodoteam lectionem, Φράσαι Ariſtarcheam) οὐδέποτε τοῦ ποιητοῦ ἐπὶ τοῦ εἰπεῖν τάσσοντος τὴν λέξιν. διόπερ Ἀρίσταρχος ἐν τῇ P τῆς Ἰλιά-

δος ἠθέτησεν (non verſum ſed lectionem Φράσον). Suſpicor Ariſtarchum hanc obſeruationem appoſuiſſe in nota ad P, 144 Φράζεο νῦν, ὅππως τε πόλιν καὶ ἄστυ σαώσῃς. Zenodotus ſcilicet hoc Il. A, verſu notionem animo tenebat: *tu autem dic*, λέγε, quemadmodum etiam vulgo vertitur. Videtur ille non ignoraſſe Φράζεσθαι nusquam in Homero hac notione occurrere, ſed vbique ad animum referri, vt ſit, *excogitare*, *deliberare*, *obſeruare*, id quod veriſſimum eſt; (v. Etymol. in Φράζω) mutauit adeo, aut e varietate lectionis arripuit Φράσον. Atqui nec Φράζω in actiuo, notione τοῦ λέγειν, Homero frequentatur. Vnus eſt locus, quo actiuum habetur, Od. Λ, 22 χῶρον, ὃν Φράσε Κίρκη. eſt tamen ibi non *dixit*, ſed *monſtrauit*. Abiit inde in obſeruationem vulgarem, eſſe diuerſa Φράσον et Φράσαι: Sic Thomas quoque et Ammonius. Loca laudata ſunt ad Apollon. Lex. p. 698. ed. Toll. Similis controuerſia nata de πέφραδε, quod per *dixit* redditur, etſi plerumque eſt *monſtrauit*, *declaravit*. v. ad Ξ, 335. Porro τὰν στήθεσσιν δ. pro τὰ 'ν, τὰ ἐν, Salter. legebat, ne articulus deſit. At hunc reſpuit vſus Homericus. εἴ με σαώσας Laud. ap. Bentl. male. Od. Π, 260 καὶ Φράσαι, εἰ — ἀρκέσει. cf. ibid. 256. 7. inf. B, 258 εἴ κ' ἔτι — κιχήσομαι.

Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος. Vindob. ἐπαμειβόμενος indocte.

85. εἰπὲ θεοπρόπιον ὅ τι οἶσθα. Legitur θεοπρόπον, οττι περ cod. Cant. apud Dionyſ. Halic. Art. rhet. c. 9, 7. p. 386. vbi totam Achillis orationem commendat. ὅτι Lipſ. Flor. ap. Ern. (at ſtatim em. in Ald. 1.) v. ſup. ad 64. Tum Sch. A. ὅτι τὸ οἶσθα χωρὶς τοῦ Σ. οὕτως γὰρ λέγει διὰ παντός. Quid voluit ſibi grammaticus? ſcilicet, quod in ſecunda perſona οἶσθα, non οἶδας, (quod vno in loco, ſi recte teneo, obuium Od. A, 337 θελκτήρια οἶδας videtur eſſe mutandum) ſcribit Homerus: cum οἶδα, οἶδας, οἶδε, eſſe debeat; ſed ex οἴδασθα factum ſit οἶσθα. Adiicitur θα vt in ἧσθα et aliis.

86. Alii οὐ· μὰ γάρ. alii οὐ μὰ ſcribebant, docente Sch. B. Homerus promiſcue οὐ μὰ, et ναὶ μὰ, Attici fere

negatiue vtuntur: vt multi docuerunt. οὐ μὰ τὸν vn. Vindob. In fine Zenodotus Κάλχα. At Θόαν N, 222. Αἴαν N, 68 ad q. loc. vide.

87. ἀναφαίνεις. mſ. Tzetzae ap. Bentl. ἀγορεύεις. forte ex v. 109.

88. Iunxere olim δερκομένοιο σοι. v. Sch. A. B. L. *dum a te adſpicior*, male accepto vocis vſu: quod non vidiſſe grammaticos, mireris. Nam etiam Sch. br. ὁρῶντος ἢ ὁρωμένου, et Euſtath. φαινομένου, aut βλεπομένου Paraphraſtes; monuit quoque Waſſenberg p. 29. nam δέρκεσθαι paſſiue non adhibetur; quod paſſim iam monitum, etiam a Villoiſono ad Apollon. h. v. in quo bene: δερκομένοιο, ὁρῶντος, ἀτενίζοντος. ſic δέρκεσθαι, εἰςορᾶν in Homero paſſim, v. c. Il. Ξ, 140. 1. Achilli Φόνον καὶ φύζαν Ἀχαιῶν δερκομένῳ.

89. οὔτις — σοι — χεῖρας ἐποίσει. Eſt ἐφήσει in Vrat. a. Sane poſſit tolerari: Od. N, 376 Φράζευ, ὅπως μνηστῆρσιν ἀναιδέσι χεῖρας ἐφήσῃς. item Υ, 29. 39. 386.

90. οὐδ' ἦν Ἀγαμέμνονα εἴπῃς. Excitat verſum et improbat Achillis imprudentiam prouocando iram regis, poſtquam bene exorſus erat verba ſup. 59 et recte iram coercens v. 220, Plutarchus de aud. poet. p. 26. D. Superbe ſane dictum eſſe videtur ab Achille; poteſt tamen et ſine contumelia dictum accipi cum Sch. A. οὐχ ὑβριστικῶς εἴρηται, ἀλλὰ φιλοφρόνως, quaſi de regis voluntate ſecurus ipſe ſit.

91. ἐνὶ στρατῷ quod vulgo lectum erat, etiam in ed. Ven. expreſſum eſt. at Sch. A. Ἀχαιῶν αἱ Ἀριστάρχειοι· ὁμοίως καὶ ἡ Σωσιγένους, καὶ ἡ ἈριστοΦάνους, καὶ ἡ Ζηνοδότου. Sic Ven. A. (In Lipſ. Scholion eſt confuſum cum Schol. ad v. 97, quod eodem modo factum in Schol. Townlei.) eſtque adeo haec verior lectio: ἄριστος Ἀχαιῶν. Forte alterum, ἐνὶ στρατῷ, petitum ex B, 22 vbi magis conuenit, cum Ἀχαιῶν praeceſſiſſet.

93. ξ Signo nil reſpondet in Schol. Sed fuiſſe ſuſpicor ξ propter omiſſum περὶ, nam haec ἐπισημείωσις ſexcenties inculcatur in Scholiis, aut propter οὕταρ,

quod et in Ven. expreſſum. hoc enim, vti v. 65 εἴταρ, voluerunt conſtare ex οὐ et enclitica τἀρ, ſi enim eſſet τε, ſequi debuiſſe alterum τε. Scilicet legebant οὐδ' ἑκατόμβης, vt eſt in Ven. et Townl. et in vno Vindob., non οὔθ' vt nunc legitur. Inanes tricae; nam compoſita vox eſt ex οὔτε ἄρα.

95. Ad hunc verſum obelus ſpectat, quem verſui 94 male appictum eſſe aiunt Sch. A. B. L. Etiam Vat. ap. Bentl. ἀθετεῖται ὡς περιττός. At hoc altero 95 poſſumus vtique bene carere: ſi modo haec cauſſa idonea eſt, non tam ad verſum reprehendendum, quam νοθείας accuſandum.

96. — in ed. Ven. obelus eſt appoſitus: ſorte tamen ille ad v. 95 ſpectabat.

97. οὐδ' ὅγε πρὶν λοιμοῖο βαρείας χεῖρας ἀφέξει. Fuit olim Ariſtarchea lectio: οὐδ' ὅγε πρὶν Δαναοῖσιν ἀεικέα λοιγὸν ἀπώσει. Ita Schol. Ven. A. et Lipſ. in quo aberrauit illud ad v. 91. et Vatic. ap. Bentl. In Veneto Scholion eſt turbatum alienis inſertis his: Λέξεις ἐκ τῶν πρὸς Κωμανόν· (Ariſtarchi fuit liber.) τὸ μὲν (leg. τὸν μὲν) ἀεικέα λοιγὸν ὄλεθρον ἀπεοικότα λέγει· (non λέγειν) τοῦτο δέ ἐστιν, ἀπεχθῆ. ἀπριάτην δὲ, σαφὲς, ὡς ἄνευ τοῦ πρίασθαι, καὶ ταὐτὸν τῷ νῦν λεγομένῳ δωρεάν. haec ſpectabant ad vſ. 99. His eiectis continuanda ſunt reliqua in Scholio οὕτως αἱ Ἀριστάρχου, καὶ ἡ Μασσαλιωτική. καὶ ἡ Ῥιανοῦ τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον· (Vat. et Lipſ. addunt, καὶ σχεδὸν πᾶσαι.) Ἔοικεν οἶν ἡ ἑτέρα (vulgaris) Ζηνοδότου εἶναι. Ariſtarchea lectio ex diuerſa rhapſodorum verſus recitatione profecta locum habuiſſe videtur in ea editione, quae meram Ariſtarcheam recenſionem redhibebat. Parum tamen in ea placet λοιγὸν ἀπώσει. Homericum eſt λοιγὸν ἀμῦναι. ἀλάλκειν. Retinenda igitur altera Zenodotea. Hanc vulgatam lectionem agnoſcit quoque Etymologus in ἀφέξει, verſu adſcripto et addit, ἀφέξει, ἐπίσχει. παύσει. Schol. br. ἐπίσχοι. παύσει. Suidas: ἀποκωλύσει. ἀποστήσει. Conuenit inf. M, 248 ἀφέξεαι. vnde duae gloſſae confuſae ſunt in Heſychio h. v. ἐφέξει vn. Vindob. indocte.

Markland. ad Lyſiam p. 592 tentauit *οὐδ' ὅγε — κῆρας ἀΦέξει.* Videntur adeo displicuiſſe verba *χεῖρας ἀΦέξει.* Verum hoc eſt refingere et argutiora ſubſtituere ſimplicioribus et bonis. Nec memini *κῆρας ἀπέχειν* vſu Homerico probari; eſt *κῆρας ἀμύνειν* Δ, 11. *κῆρας ἀλάλκειν* alibi. At *χεῖρας ἀπέχειν*, transitiue, de eo, qui vim ab aliquo propellit, dictum quoque alibi. Od. Υ, 263 *κερτομίας δέ τοι αὐτὸς ἐγὼ καὶ χεῖρας ἀΦέξω πάντων μνηστήρων* et Od. Χ, 316 *κακῶν χεῖρας ἀπέχεσθαι.* Koeppen, acumine vix probando, iungebat *χεῖρας Λοιμοῖο*, Peſtilentia in perſonam mutata, vt ei tribuantur manus.

98. *πρίν γ' ἀπὸ πατρὶ Φίλῳ δόμεναι.* Vrat. a. *ἄπο.* ſed eſt *ἀποδόμεναι.*

99. *ἀπριάτην.* Apollon. Lex. p. 149 pro aduerbio haberi voluit, vt *ἄρδην, σποράδην*; idque omnes Schol. recoquunt cum Euſt. Ita eſſe debuerat *κατ' ἀπριάτην* ſc. *μοῖραν* aut ſimile quid. Enitatur ſic duplex, et eiusdem ſignificatus, epitheton *ἀπριάτην, ἀνάποινον.* Addit Apollonius, ſi adiectiuum eſſe voluiſſet poeta, dicturum fuiſſe *ἀπρίατον* vt *ἀνάποινον.* Vt in hoc incideret, cauſſa fuit quod Od. Ξ, 317 legitur: *ἔνθα με — ἐκομίσσατο Φείδων ἥρως ἀπριάτην.* Vlyſſes loquitur; ſi adiectiuum eſſet, deberet *ἀπρίατον* dictum eſſe; eſt ergo habendum per ellipſin dictum, pro aduerbio, vt *δωρεὰν* eodem ſenſu, omiſſo *κατά.* Crates grammaticus alio modo occurrere voluerat ſcribendo *ἥρως ἀπριάτης.* Notat hoc Apollonius *κακῶς* factum. Ceterum niſi Odyſſeae locus eſſet, nihil impediret, quo minus in noſtro loco *ἀπριάτην* ad puellam referri et pro epitheto haberi poſſit: non enim nouum eſt in Homericis duo epitheta ſynonymice apponi. *ἀνάποινον, ἄνευ λύτρων,* etiam Suidas.

100. ἐ- quia Zenod. *αἴ κέν μιν.* Ait Grammaticus: ridiculum eſſe, vatem incerta loqui. At non ille meminit, ſexcenties *αἴ κεν* eſſe pro *ἵνα.* Quod prima in *λασσάμενοι* corripitur, praeter morem fit, v. ad vſ. 583.

101. *ἤτοι, ἦτοι* et *ἆρ, ἄρ'*, vt ſemel moneamus, eſt perpetua varietas ſcripturae nec digna res enotatione. Sa-

Digitized by Google

ne ἦ est asseueratiuum et debebat esse ἦτοι, vt ἦ μήν. Sed vsus probauit ἤτοι, forte vt distingueretur ab ἦ τοι *sane tibi*. Apollon. de Syntaxi p. 15, l. 17 ἤτοι ait esse modo copulatiuam, et idem valere quod μέν, itaque sequi δέ, τοῖσι δ' ἀνέστη. modo disiunctiuam, ἤτοι νέος, ἠὲ παλαιός. Esse idem quod δέ, nec Homerum ἤτοι disiunctive adhibuisse, notat, etsi alieno loco, auctor Prouerbior. app. e Vatic. II, 12. ϝειπὼν Bentl.

103. Ἀχνύμενος, λυπούμενος Schol. et Hesych. ex h. l. Idem ἀχλύμενος. male, Bentleio quoque iudice.

103. ※ 104. ※ asteriſmi appoſiti, quia iidem verſus translati in Od. Δ, 661. 2 minus bene. Hi vſſ. 103. 4. paſſim recitantur ad irae ſigna et deformitatem declarandam. ita ap. Themiſt. Or. VIII, p. 111. Stobaeum ſerm. XX, p. 172. (p. 376.)

ἀμφὶ μέλαιναι. vt iungantur ἀμφιπίμπλαντο. Sic Vrat. A. Mosq. 3. Et ſic nonnulli inter veteres in Schol. Ven. A. B. L. et ipſe Euſtath. adde Schol. Pindar. Pyth. IV, 194. ſicque malebat Stephanus. ἀμφιμέλαιναι, quod vulgatius, agnoſcunt alii in Schol. Etymol. Heſych. Manet ſane ambiguum in aliis quoque locis, et parum refert. Cum tamen innumeris exemplis de prauo grammaticorum ſtudio, compoſita effingendi conſtet: maiorem antiquitatis auctoritatem habere videtur ἀμφὶ μέλαιναι. Accedit quod ne ſibi quidem conſtant grammatici et editores. Inf. P, 183 πύκασε Φρένας ἀμφὶ μελαίνας praeferunt. At ibid. 499. 573 repetunt ἀμφιμελαίνας. Apud Pindarum l. c. ſunt Φρένες λευκαὶ, ex natura diaphragmatis, quatenus omento ſplendet; contra ſanguinis epitheton perpetuum eſt, *ater*.

Φρένες. diaphragma. v. primo loco Ariſtoteles de part. animal. III, 10. add. Schol. ad Il. Π, 481 et Euſtath. ad h. l. vna cum Schol. Leid. Eaedem Φρένες aliis locis ſunt πραπίδες, vt inf. 608 antiquiore vſu.

μένος ἐπὶ τοῦ θυμοῦ verſu adſcripto Apollon. Lex. Ceterum ab Homericis his progreſſa eſt ſchola Pythagorica in collocanda vi ac ſede animi ἐν Φρεσὶν, *in corde*,

Digitized by Google

et τοῦ θυμοῦ *in iecinore:* de quibus videnda hiſtoria placitorum philoſ. cf. Plutarch. de plac. philoſ. IV, 4, 5.

104. πίμπλαντο. pro hoc eſt πλήσαντο in Sch. br. ed. pr. Nolim pro lectione habere; excidit πίμπλαντο. πλήσαντο. ἐπληροῦντο.

ὅσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐίκτην. De ὅσσε eſt diſputatum in Sch. B. v. inf. ad Λ, 356.

ἐίκτην pro εἰκείτην. ὡμοιῶντο. δυϊκῶς. Apollon. Lex. h. v. Sic Apollonius Argon. ὡς ἰνδάλλοντο dixit II, 1297. Hemiſtichion eſt quoque in Sc. Herc. 390 de apro. Verſum παρῳδεῖ Ariſtoph. Pace 754.

105. Iterum turbae in ſcriptura: κακοσσόμενος. Sic Ven. B. Sch. breu. in ed. pr. Heſych. Codd. Cant. Vrat. a. Mosq. 3. fragm. Eton. et edd. vsque ad Argent. quae diuiſim κάκ' ὀσσόμενος intulit, ſicque ſcribunt alii, Apollon. Lex. h. v. Ven. c. Sch. A. cf. Valk. de Schol. p. 108. ſic legi norat Euſtath. Melior ſane grammatica diuiſim ſcribere eiusmodi vocabula docuit. Alia eſt dubitatio de ſenſu, quem ex etymologia conſtituunt (longa eſt diſputatio Porphyrii Quaeſt. 16, etiam in Schol. B. ad h. l. repetita). Modo ὄσσομαι accipitur *video*, (et τῷ ὄσσε praeceſſerant) idque ſequitur Apollon. Lex. κακῶς ὑποβλεψάμενος, cum Etym. et Heſych. Comparant ſic ὑπόδρα ἰδών. et ap. Ariſtoph. βλέπειν μανικόν τι καὶ τραγικὸν, cum ſimilibus, vt ὄσσεσθαι ſit vultum induere, habere: quod ſequitur Fiſcher. ad Plat. Phaed. 35. Alii, vt Sch. A. Townl. et Porphyr. ab ὄσσα, *vox*, vel vt ſit Φήμη, adeoque κάκ' ὀσσόμενος, *male ominans, augurans, vaticinans*, vel vt ſit *maledicens.* Si vſum Homericum circumſpexeris, quod tamen primo loco erat faciendum, notio *praeſagiendi*, tanquam ab ὄσσα, vbique aut habetur, aut pro fundo ſignificationis eſſe videtur. Eſt autem modo *portendere, praedicere* aut *ſignificare aliis:* Od. B, 152 aues ὄσσοντό τ' ὄλεθρον. Sic Il. Ξ, 17 mare commotum ὀσσόμενον, tempeſtatem venturam *portendens* et *ſignificans*, modo *praeſentire, praeſagire* et omnino *praeuidere* animi iudicio. Sic Il. Σ, 224 audita Achillis

Digitized

voce fugiunt Troiani, ὄσσοντο γὰρ ἄλγεα θυμῷ. Od. E, 389 Vlysses: πολλὰ δέ οἱ κραδίη προτιόσσετ' ὄλεθρον. adde Od. K, 374. Σ, 153. Inde Od. A, 115 et Υ, 81 dictum de re, quam in animo versamus, agitamus. Sic et προτιόσσομαι, Il. X, 356. Od. Ξ, 219. Quod autem proxime ad h. l. accedit Il. Ω, 172 Iris ad Priamum: *venio ad te οὐ κακὸν ὀσσομένη*, opponitur ἀλλ' ἀγαθὰ Φρονέουσα, estque adeo *non male animata aduersus te*, quod quidni et huic loco accommodatum putes? Obtinet tamen ratio Apollonii, vt sit κακῶς ὑποβλεψάμενος (quod alias ὑπόδρα ἰδών) sic et Eustath. Hesych. vbi v. Intpp. In Etymol. est περιβλεψάμενος. Quam rationem cum recte improbet Porphyr. l. l. fallitur tamen ille, cum ait ὄσσεσθαι in Homero nunquam esse *videre*; nam Od. H, 31 μηδέ τιν' ἀνθρώπων προτιόσσεο, μήδ' ἐρέεινε. sic et Ψ, 365. Sic et ὄσσεσθαι Apollon. Rh. IV, 318. et ἐπιόσσεται II, 27.

106. οὔπω ποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπας. εἶπας legitur inde ab Ald. 2. Antea in Flor. et Ald. 1. erat εἶπες quod et in Cant. (ap. Bentl.) hic et vs. 108. Vrat. c. A. Lips. Ven. cum Sch. A. B. Porphyr. Qu. Hom. p. 106. Hellad. Chrestom. p. 13, vbi ex his versibus docetur, iratos homines bis terue eadem iterare; deprauatum hinc ἔειπες in Townl. Vrat. 2. Vat. Eton. fr. Eadem varietas alibi quoque occurrit: Θ, 146. Ω, 744 et inf. A, 286. 552.

Schol. B. ait εἶπας esse lectionem Aristarcheam, ipse tamen eam damnat; εἰπὼν γὰρ, inquit, ἀεὶ καὶ εἴποιμι λέγομεν. Fac haec dici; non tamen per hoc tollitur alterum, quin et εἶπα vsu frequentatum sit. Porro simul ratio habenda est versus 108 ἐσθλὸν δ' οὐδέ τί πω εἶπας ἔπος οὐδ' ἐτέλεσσας, vbi εἶπας et ἐτέλεσσας vtrumque aoristo redditum, mutuo se tuentur. Itaque nec h. l. tollendum illud esse visum est; sequimur enim canonem: mutari temere lectionem, nouamque inferri, quoties pro vtraque lectione argumenta paria militant, nec in alterutram partem grauior adest auctoritas critica.

Grauius est alterum: κρήγυον εἶπας. quod olim fuisset κρηγυον ϝειπας, corrupto metro. Occurrit iam Bentl.

Digitized by Google

ſn ſchedis: *οὐ πώποτ' ἐμοὶ τὰ κρήγυα ϝείπας.* Sic et Salter. Sane id poſtulat oppoſitum verſu ſequ. *κακά.* probabile ſit fuiſſe qui hiatui perperam cauere vellet, quem ſexcenties haud curarunt.

Vox *τὸ κρήγυον* hoc vno loco legitur: occurrit tamen apud Hippocratem. cf. Erotian. h. v. Conſtituunt grammatici vim vocis ex etymo; (*τὸ τῷ κέαρι ἡδὺ καὶ προσηνὲς, τὸ θυμῆρες.* Sch. Etymol. Porphyr. Qu. Hom. Corruptum eſt *τὸ κρέατι* et *κέρατι* ap. Moſchopulum. Euſtathius malebat ducere *ἀπὸ τοῦ ἥδειν· τὸ κῆρ.*) aut *verum*, aut *bonum; ἀγαθὸν, ὠφέλιμον, ὑγιὲς*, vt Heſych. hoc recte: vt v. 108 pro eo *τὸ ἐσθλὸν* ponitur. Vide Etymol. Suid. Heſych. vbi cf. Intpp. Hellad. p. 12. Porphyr. Qu. Hom. 16. p. 106. et Schol. ad h. l.

De articuli vſu in *τὸ κρήγυον, τὰ κακὰ* v. ſup. ad vſ. 11.

108. *ἐσθλὸν δ' οὐδέ τί πω εἶπας ἔπος.* Eſt *οὔτε τι* in Laud. Vrat. a. Mosqu. 1. Townl. fr. Eton. *οὔτ' ἔτι* Barocc. at *οὐδέ τι* verius: quod et Ven. habet. Eo ſpectat Sch. A. *οὕτως αἱ Ἀριστάρχου καὶ Ἀριστοφάνους. καί ἐστιν ἐμφατικὸν τὸ οὔτε* (immo *οὐδὲ*) *ἀεὶ λεγόμενον.* Etiam Heſych. *οὐδέ τί πω, οὐδέποτε. οὐδαμῶς.* cum Sch. br.

εἶπες etiam h. l. Ven. cum Sch. A. et ſic Townl. et vn. Vindob. *οὐ δὲ τέλεσσας* alius.

110. *ἀθετεῖται*, tanquam otioſus et eneruis; ſic et Sch. A. B. et Vat. ap. Bentl. (in quo haec ſunt: *ὅτι ἀθετουμένη αὐτὴ* (lego *ἀθετουμένου αὐτοῦ*) *οὐκ ἐλλιπὴς, ἀλλὰ σύντομος ἔσται ἡ ἑρμήνεια.*) Ita *ἀγορεύεις, οὕνεκα* eſt pro *ὅτι.*

112. *βούλομαι πολὺ* (*μᾶλλον*) *αὐτὴν οἴκοι ἔχειν,* (*ἢ τὰ ἄποινα δέχεσθαι.*) de forma loquendi v. ad 117.

113. *ῥα* deeſt L. et malit Bentl. *καὶ γάρ ἑ* (*καὶ γαρ ϝε*) Κλυταιμνήστρας Laud. *προβέβουλα, προκέκρικα, προτετίμηκα. ἀπὸ τοῦ βούλω* — Etymol. c. Sch. br. Heſych. Suida.

114. *οὐ ἕθεν* conſtanter editur; nusquam *οὐχ ἕθεν.* (niſi quod in Stobaeo Ecl. phyſ. ed. Cant. p. 86 erat

οὐϑέν.) atque in hoc manifesta est vis τοῦ Digamma: οὐ ϝέϑεν, etsi eam grammatici ignorant, cum lectionem laudant tanquam receptam. v. Hesych. Etymol. Apollon. Dysc. ap. Reiz. p. 425. ἕϑεν esse pro ἕο, h. e. αὐτοῦ, h. l. αὐτῆς quis non videat! at Zenodotus οὗϑεν pro οὐδαμῶς esse voluit: Etymol. in καί σφεας. Adeo ignorabatur iam tum vis et vsus τοῦ Digamma. Docent contra grammatici multa de accentu: ἕϑεν per se scribendum esse; at si iunctum cum altero, fieri encliticam; scribendumque adeo οὗ ἕϑεν. sic videtur aliis dissentientibus Aristarchus praecepisse, in Sch. Ven. A. adde B. L. et Etymol. in ἀπὸ ἕϑεν, et meliora exemplaria id exhibere, docet Eustath. p. 61 med. Retinuere hoc Alexandrini in οὗ οἱ. Ita Apollon. II, 290 ὡς οὗ οἱ ἔτι. et III, 470 οὕνεκεν οὗ οἱ ἄγωγε. cf. Doruill. Vann. crit. p. 393, cui tamen de Digammate nondum satis liquebat. cf. inf. ad E, 4 δαΐϊ οἱ. Contra alii ἀπὸ ἕϑεν v. Etym. in ἀπὸ ἕϑεν. cf. Schol. ad Il. Γ, 128. Manet hoc: ab Homero fuit, ου ϝεϑεν. Similiter inf. Ω, 214 οὗ ἑ non οὔχ ἑ.

κουριδίης ἀλόχου. proprie est quam quis virginem, κόρην, duxerat. Sic κουρίδιον ἄνδρα dixit E, 414 τὸν ἐκ παρϑενίας ἄνδρα γεγαμηκότα αὐτήν. vt ibi Sch. br. Videntur oppositae esse secundae feminarum nuptiae.

115. οὔτ' ἄρ Φρένας. malebat Bentl. οὔτε Φρένας, deleto ἄρ.

116. ἀλλὰ καὶ ὣς ἑ. Si veteres Grammaticos audimus, scribemus ὥς. Eustath. p. 62 περισπᾶται τὸ ὡς παρὰ παλαιοῖς. Φέρεται γὰρ ἐν τοῖς Ἡροδώρου καὶ Ἀπίωνος, ὅτε τὸ ὡς, ὅτε δηλοῖ τὸ ὅμως (*veruntamen*) περισπᾶται. Eadem Schol. Cant. et monet de re Schol. Ven. A. et Amst. Apollon. in ὡς p. 725. cuius locus translatus est in Hesych. in ὡς p. 1601. Apud Etymol. p. 824, 48 etiam ὥς scribitur quando est pro οὕτως vt inf. 217.

Ceterum pauca sunt loca, in quibus grammatici hoc monuere, Γ, 159. K, 719. Interpunxerunt nonnulli — πάλιν. εἰ τόγ' ἄμεινον, βούλομ' ἐγὼ — Sch. A. εἰ τόγ' ἄριστον vn. Vindob.

Digitized by Google

117. Totum verſum Zenodotus ἠθέτηκε, cum ſententia inepta ſit. At Schol. A. adiicit, non ſeorſum, ſed cum antecedentibus iunctim eſſe recitandum: ἐν ἤθει γὰρ λέγεται. Scilicet haeſerunt veteres in ἢ ἀπολέσθαι. v. Sch. B. L. et A. Euſtath. Voluerunt itaque eſſe καὶ αὐτὸς ἀπολέσθαι. Etiam recentiores multis modis ſunt aggreſſi: voluerunt eſſe, *et non;* ſic iam Philelphus in Epiſt. ad Lapum (in Centuria philologic. Epp. e bibl. Goldaſti p. 18) nec aliter Clarke: *et nequaquam mei cauſſa perire.* Enimuero ex vſu et more priſci ſermonis, a contrario rem declarantis, aut poſito vno negantis contrarium, declarandum hoc eſt. Vid. Galenus ad Hippocr. de medic. offic. To. XI. Charter. p. 85, vbi ſimile eſt ex Hippocrate: παντὶ τῷ σπέλει ἢ ἡμίσει. Vulgaris forma loquendi eſſet: volo enim copias ſaluas eſſe: βούλομαι δὴ λαὸν σόον εἶναι. pro hoc dictum βούλομαι μᾶλλον τὸν λαὸν σόον εἶναι ἢ αὐτὸν ἀπολέσθαι. Expedita eſſet ratio emendandi βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, οὐδ' ἀπολέσθαι ex Il. Θ, 246 νεῦσε δέ οἱ λαὸν σόον ἔμμεναι οὐδ' ἀπολέσθαι. Sed his verſus interpolatus eſſe videtur ab Ariſtarcho. Quomodo autem ſententiae ſuccurri poſſit interrogatione, non aſſequor. μᾶλλον in comparatione omitti ſollenne eſt Homero: vt modo 112 ἐπεὶ πολὺ βούλομαι αὐτὴν οἶκοι ἔχειν. P, 331 ἡμῖν δὲ Ζεὺς μὲν πολὺ βούλεται ἢ Δαναοῖσι νίκην. Od. M, 350. P, 404. Γ, 252 et ſaepe alibi. Sunt etiam Herodoti loca hoc modo expedienda, vt I, 172 προσκεχωρήκασι δὲ (Caunii) γλώσσαν μὲν πρὸς τὸ Καρικὸν ἔθος ἢ (ſupple μᾶλλον ἢ) οἱ Κᾶρες πρὸς τὸ Καυνικόν.

— λαὸν σόον ἔμμεναι. Si res tanti eſſet, reuocandum eſſet σῶν. Nam οὕτως, σῶν, αἱ Ἀριστάρχου. Addunt B. L. et Vat. ap. Bentl. ὅτι ἅπασαι σῶν εἶχον. vt illud νῦν τοι σῶς αὐτὺς ὄλεθρος Il. N, 773. Et ſic ſaepe σῶς in Homero; verum et σόος occurrit, et Ionico propius hoc eſſe putes. Vitioſe h. l. etiam σῶος ſcribitur vt in Vrat. a.

120. Λεύσσετε γὰρ τόγε πάντες, ὅ μοι γέρας ἔρχεται ἄλλῃ. λεύσσετε. Ita per σσ vulgo ſcribitur. λεύσετε iam

olim Aristarchus probauerat, vt futurum esset a λεύω. (Sic recte B. L. turbata sunt Sch. A.) At Herodianus nouum verbum a futuro ductum esse voluit, vt οἴσω ab οἴω, οἴσω. At alii λεύσσω scripsere, vt a futuro discerneretur: hoc et Ven. habet et Eust. et occurrit in Etymol. quod tamen et alterum habet ex Scholio ad h. l. Et sic in Aristophane et in Tragicis scriptum et editum; etiam in Apollonio Rh. v. Brunck. I, 1307. Vna littera λεύσω est in Hesych. et in codd. Lipsi. Fr. Eton. Vrat. a. b. idque in edd. induxerat Ald. 2. Iterum inuexit σσ Turneb. ex Rom. Quidni tamen λεύσω satius esse putemus; vt γλαύσω fuit? Inuitus haereo in his argutiis; video tamen iis semel defungendum esse. Rich. Payne p. 69 scribit λεϝσσω et esse idem quod γλαϝω (ex λάω?) vnde γλαϝσω. γλαυσσω. Ducit quoque hinc γλαϝωπις, γλαυκῶπις Ἀθήνη, neque hoc spectare ad colorem, sed ad obtutum acrem; sic Hesychium accepisse (ille φοβερὸν, λαμπρὸν habet). Hinc γλαϝκος esse; γλαυκὸς de mari spectare ad maris impetum et motum, non ad colorem; γλαϝξ, γλαυξ, de noctua; γλαυκιόων de leonis obtutu acri et terribili.

τότε Vrat. a. ὅ μοι Sch. B. et L. et primo loco Apollon. Lex. in ὅ, accipiunt pro ὅτι, vt more Homerico sit pro καθ' ὅ, ὅτι. Alias accipitur: videtis quale munus a me aufertur. ἔρχεται. οἴχεται, pro ἄγεται. Ad ἄλλῃ est reprehensio Ptolemaei Oroandis f. ἐν τῷ γ' Ὁμηρικῶν ὑποδειγμάτων qui obseruationem super permutatione vocum ἄλλος et ἕτερος ex h. l. illustrare voluerat. Sed ἄλλῃ est ἀπέρχεται ἀλλαχόσε.

121. τόνδ' hic et aliis locis Barn. pro τὸν δ' edidit, reprehensus propter id a Clarkio; recte; etsi non aliter aliae edd. nec mutatum nisi a Turnebo, hinc in Steph. ποδάρκης, primo nunc loco obuium, grammaticis et glossographis notatum, ipsi Apollonio in Lex. ὁ τοῖς ποσὶν ἐπαρκούμενος, hinc et pro βοηθῶν, ait ille, proprie *valens cursu*, tum omnino celer, ποδώκης.

122. Ἀτρεΐδη κύδιστε. Bentleius malit κέρδιστε, *vaferrime*: sane pro contextu acute. Spectat tamen τὸ κῦ-

Digitized by Google

δος ad imperatoriam dignitatem: vt in nota monitum. Apud Euſtath. ad Od. B, 190. p. 1441. l. 18 Seleucus narrat Ariſtophaneam lectionem fuiſſe Φιλοκτεανέστατε, quae cur ceſſerit alteri Φιλοκτεανώτατε, haud intelligo. Vulgatam tamen Apollonius quoque interpretatur Lex. h. v.

124. οὐδέ τί πω ἴδμεν. ſic et editum e Ven. at Sch. A. habet που. οὕτως καὶ ἡ Σωσιγένους καὶ ἡ Ἀριστοφάνους. Et Sch. B. L. cum Vat. αἱ πᾶσαι δέ που ἔχουσαι. Parum refert. οὐδέ τί πω eſt vel *nullo modo*, vel *necdum*; eſt enim πω ex πῶς. οὔ πως, et οὔ πω. Heſych. οὐδέ τί πω. οὐδέποτε. οὐδαμῶς.

Ceterum orationes, quae ſequuntur, admirati ſunt veteres. *Nonne*, ait Quinctil. X, 1, 47, *vel in primo* (libro) *inter duces illa contentio — omnes litium explicant artes?* Scilicet placere eae poſſunt, quia conueniunt perſonis ac temporibus, animique ſenſus verborum grauitate ac proprietate reddunt.

125. Cum poſt οὐδέ τί πω ἴδμεν ξυνήϊα κείμενα πολλά. ſequatur: Ἀλλὰ τὰ μὲν πολίων ἐξεπράθομεν, τὰ δέδασται: fuere qui iungerent — κείμενα. πολλὰ ἄλλα τὰ μὲν — Sch. A. B. Contorte factum! Quod vulgo dicitur πλῆθος κοινῶν, κειμένων, hoc Homero eſt vbique τὰ πολλά.

Videtur ex h. v. duxiſſe exordium carminis ſui Choerilus (ap. Ariſtot. Rhet. III, 14) Νῦν δ' ὅτε πάντα δέδασται. quod Virgilio eſt Ge. III. *omnia iam vulgata.*

126. παλίλλογα ταῦτ' ἐπαγείρειν. Tyrannio acuebat ταύτ' pro ταὐτά. Sch. A. B. L.

128. αἴ κέ ποθι Ζεὺς, mſ. Tzetzae et Vat. ap. Bentl. αἴ κέ ποθ' ὁ Ζεύς. perperam.

129. αἴ κέ ποθι Ζεὺς δῷσι. Edd. veteres δῶσι, monente quoque Erneſti: etiam Turn. Steph. Barnes, Clarke. Sic quoque in edd. Plutarchi de aud. poet. p. 103 To. VI. R. (p. 29. A.) et de ſui laude p. 141 To. VIII. Vitioſe tamen. Eſt enim δῶ. δῷς. δῷ. pro ΔΩΙ, tertia perſona, vt γνῶ. γνῷς. γνῷ. et hinc δῷσι, vt omnes grammatici ad h. l. etiam Etymol. Heſych. et Apollon. h. v.

Digitized by Google

Ergo δῶσι reſtitui, quod etiam Cantabrig. reuocarat. Zoïlus Amphipolita, et Chryſippus Stoicus, reprehenderant locum, dum δῶσι pro plurali acceperant. (v. Sch. A.) ſane tam indocte vt nihil magis. δῷ cum paragoge δῷσι, vt ἄγῃσι. Sic Od. Θ, 318 πατὴρ ἀποδῷσι laudat Sch. ad h. l. (vbi nunc legitur ἀποδώσει) Docuerat hoc Herodianus ἐν τῇ ὀρθογραφίᾳ.

Alia ſubtilitas grammatica in Τροίην occurrit, a multis repetita et inculcata; etiam ab Euſtathio; volunt h. l. ſcribi Τροΐην. Nam Τροίην abſolute dici, adiecto autem πόλιν dici Τροΐην. hoc Ariſtarchus exputauerat (ergo quod alias Τρωΐην, Τρῳήν). Reprehenſus ergo Zenodotus, qui h. l. Τροΐην ediderat, vt nunc editur; quaſi Τροίη πόλις, *Troia vrbs*, non aeque bene dici poſſit. Etſi hoc ſtatuam: primo ſuauius ad auditum videri Τροΐν, tum antiquius videri fuiſſe hoc; cum contracta ſeriora ſint. Eſt aliud, in quo argutati ſunt: non eſſe Ilium h. l. intelligendum, aiebat Ariſtarchus, aſſentiente, vt videtur, Herodiano, et ipſo Apollonio Lex. in Τροίης, vt nec Od. Λ, 509 ἤτοι ὅτ' ἀμφὶ πόλιν Τροΐην, ſed *vrbem aliquam Troadis*: καὶ ἐπείσθη αὐτῷ ἡ παράδοσις ſatis patienter. Cauſſa affertur: quia incertum erat, vtrum Ilium caperetur; quo quid ieiunius? atqui expectabatur hoc, alias non oppugnaſſent.

εὐτείχεον eſt ſollenne Ilii epitheton. Quod inf. 164 Τρώων πτολίεθρον legitur, nihil obſtat; nam eſt pro πόλις Homerico vſu.

ἐξαλαπάξαι. vox Homerica: de qua tamen grammatici non agunt, niſi ad E, 166.

131. 132. μήδ' οὕτως — κλέπτε νόῳ. Reddunt omnes κλέπτειν, ἀπατᾶν, παραλογίζεσθαι. Sic et Apollon. ex eo Heſych. ad quem v. Intpp. Suidas, Etymol. Etiam Sch. Ariſtoph. Pl. 27 et Sch. Sophocl. El. 54, adſcripto verſu. vnde κλοπὴ, ἀπάτη ap. Sophocl. Philoct. 1025 et Sch. Eſt ergo: noli me circumuenire, vt, oſtenſa ſpe recuperandi tale munus ex praeda, nunc id, quod habeo, dimittam. νόῳ eſt adiectum priſco more, vt φρεσὶ et al.

Digitized by Google

Dubito tamen, annon omnino ſit: ne ita reputa, cogita, machinare. Nam κλέπτειν eſt omnino clam aliquid agere, aut animo agitare, adeoque fraudulenter, vafre.

μήδ᾽ varie ſcribitur, modo μὴ δ᾽ modo ſine omni accentu; nil refert, modo teneas quod ſequeris, vbique. Semel et hoc monitum eſto.

ἀγαθός περ ἐών. E Schol. Apollonii I, 299 diſco, Ariſtarchi obſeruationem ad h. l. fuiſſe de περ, eſſe illud pro δή vel γέ. quod vtique verum eſt in multis locis, vt in eo, quod laudat, Od. P, 47 Φυγόντι περ αἰπὺν ὄλεθρον. Quoties autem περ et ἔμπης ſe excipiunt, eſt *licet* et *tamen*. De voce θεοείκελος et θεοειδής philoſophatur Plato de Rep. VI p. 501. B.

133. 134. — „ἀθετοῦνται, tanquam exiles ac ieiuni, cum ſtructura, tum ſententia, nec Agamemnonis perſona digni.“ Sch. A. Damnantur ergo grammaticorum iudicio; non antiquitatis auctoritate.

133. ἦ ἐθέλεις, ὄφρ᾽ αὐτὸς ἔχῃς γέρας, αὐτὰρ ἔμ᾽ αὖτως ἧσθαι δευόμενον. Edd. ant. cum Turn. et Steph. excepta ed. Rom. etiam codd. Lipſ. Vrat. b. c. Moſc. 3. Correxit Barnes accinentibus codd. etiam Venetis. Scilicet, vt ſemel moneam, obſeruarunt grammatici, ἐθέλω eſſe Ionicum et Homero frequentatum; non autem θέλω. cf. vel Euſtath.

ὄφρα male volunt pendere ab ἐθέλεις, et laudant tanquam ſchema orationis mutatae ὄφρα ἔχῃς ἧσθαι. Nec vero eſſe poteſt, *interea dum*. Sic deberet eſſe ὄφρα ἔχεις. Legitur conſtanter ἔχῃς, et eſt abſolute dictum: ita vt tu (interea) habeas tuum munus, me munere priuato.

ἔμ᾽ αὖτως ἧσθαι. In multis, et Townl. Vrat. c. eſt ſcriptum αὕτως, etiam aliis locis; et tuetur hoc Schol. Ven. B. vt discernantur αὖτως, μάτην, et αὕτως, οὕτως. v. Etymol. cf. inf. A, 525. vide ad Γ, 220. Debet adeo in Apollon. Lex. h. v. ſcribi: αὖτως, ἐπὶ μὲν τοῦ, ματαίως. grammaticum inuentum, quo vti licet, ſi placet.

Digitized by Google

135. Ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας — Deesse ad h. v. apodosin, πεύσομαι, ἢ ἡσυχάσω, vel καλῶς ἔχει. εὖ ἔχει. iam veteribus notatum: Sch. Amst. Reg. Ven. add. Eustath. Schol. Aristoph. Pl. 469. ad quem Schol. Rauennas recitat εἰ μὲν δώσουσι. Sch. Thucyd. p. 170, 47. lib. III, 3 et al. vt recentiores taceam. Adde Gregor. de Dial. p. 19. refert is cum Ven. hoc ἀναντιπόδοτον inter Atticismos; alii autem, vt Sch. Reg. et Amst. Ven. B. non ἐλλιπὲς, sed ἀρχαϊκὸν esse contendunt, aliis exemplis laudatis: cf. Wassenb. p. 166. Dicendum erat, cum μιμήσει, cum gestu, κατ' ἦθος, ἠθικῶς, pronuntiandum esse. cf. Not.

136. ἄρσαντες κατὰ θυμὸν, — vnde fit γέρας θυμῆρες, ἀρεστόν. ab ἄρω, ἁρμόζω, ἀρεστὸν ποιῶ. cf. Schol. vt sit munus ἀντάξιον τῆς Χρυσηΐδος.

ἄρσαντες. Aristarchus ἄρσαντες scribi voluit; nam esse ἅρμα, adeoque ἄρω esse debuisse; et est sane ἁρμὸς, ἁρμόζω. Est tamen nec minus ἄρμενος. ἄρθμος. ἐπάρω. χαλκήρης. Obstitit Aristarcho Herodianus, et defendit ἄρσαντες ab ἄρω. Sch. A. B. L. Amst. Reg. et Vat. ap. Bentl. cum Eustathio ἐκ τῶν παλαιῶν. Vtrumque interpretatur Apollon. Lex. h. v. ἅρσαντες et ἄρσαντες· Illustrandus ex illis Etymologus. Videtur aliquando vtrumque vsu habitum esse; seruatum tamen alterum solum ἄρω. Hoc autem iam Homerico aeuo vsu habitum esse, docet compositum ἐπάρω, quod ἐΦάρω non est.

137. εἰ δέ κε μὴ δώωσιν. Sch. B. δώσουσιν sicque Vindob. Fragm. Eton. scilicet ex v. 135. Nam, quod centies obseruatum: futurum indicatiuum et aoristus II. subiunctiui eodem loco habentur.

139 — ἀθετεῖται, quia sine eo sententia absoluta est; et absurdum est, quod additur ὁ δέ κεν κεχολώσεται, nam hoc per se intelligitur futurum esse. Sch. A. apud Eustath. p. 67. Longinus pro insititio versum habuisse fertur. Sublato versu tollitur quoque ambiguitas; manifesta enim fit apodosis: ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι pro ἑλοίμην. Agnoscit quidem versum Apollon. Lex. in ἵκωμαι.

Digitized by Google

et ex eo Hesych. Tollendus tamen versus, si quis alius; iudice quoque Bentleio.

140. Ἀλλ' ἤτοι — Al. ἦτοι perpetua variatione; v. ad 101. vt et αὖτις et αὖθις de quo ad A, 27. Suidas hoc versu vtitur ad docendum, quid sit ὕστερος λόγος.

141. Νῦν δ' ἄγε νῆα μέλαιναν ἐρύσσομεν εἰς ἅλα δῖαν. Laborat versus vitio metri: quod iam Bentleius notauit; nam ϝερύω fuit antiquitus, quod nunc est ἐρύω. v. Exc. ad h. v. ergo non esse potuit μελαιναν ϝερυσσομεν. Apparebit vitium multo clarius, si similia loca comparaueris: inf. A, 485 νῆα μὲν οἵ γε μέλαιναν ἐπ' ἠπείροιο ϝέρυσσαν. idem vs. Od. Π, 325. 329. Porro Il. Ξ, 76 νῆας — πάσας δὲ ϝερύσσομεν εἰς ἅλα δῖαν. Od. Δ, 666 νῆα ϝερυσσάμενος. 780 νῆα μὲν ἂρ πάμπρωτον ἁλὸς βένθοςδε ϝέρυσσαν. idem vs. Θ, 51. Expectes itaque et h. l. fuisse — νῆα ϝερύσσομεν εἰς ἅλα δῖαν. Exciderat puto epitheton, quod restitutum putarunt, aut exemplo aliorum versuum interpolatrice manu intulerunt, μέλαιναν. Fac fuisse versum: Νῦν δὲ θοὴν, ἄγε, νῆα ϝερύσσομεν εἰς ἅλα δῖαν. Minus numerosus esset versus: Νῦν δὲ μέλαιναν νῆα ϝερύσσομεν εἰς ἅλα δῖαν. Nisi haec admiseris: fatendum est, versum a rhapsodis esse insertum cum toto loco 140—147. ad explendam narrationem, ex eo, quod mox subsequutum esse narratur. Cuius generis loca multa in Homericis mihi videor obseruasse: vt supplerent rhapsodi, quae primi carminis auctores prisca simplicitate et breuitate aut omiserant aut summatim attigerant. Sane inuictis argumentis talia probari non possunt; continentur ea intra iustae alicuius suspicionis fines.

ἐρύσσομεν emendate iam in ed. Flor. legitur; at in codd. vt Barocc. Laud. passim ἐρύσομεν media breui. Et sic in hac voce fere vbique aberratur.

142—144. Obseruanda in his vss. modorum et temporum diuersorum vis eodem loco habita: ἐρύσσομεν. ἀγείρομεν. θείομεν. ἀναβήσομεν. v. Exc. ad A, 66.

142. ἐς δ' ἐρέτας ἐπιτηδὲς ἀγείρομεν. Aristarchus ἐν δ' ἐ. ediderat. εἰ δ' L. apud Bentl. εἰς δ' Vrat. b.

Digitized by Google

In ἐπιτηδὲς mira ſubtilitas grammaticorum occurrit, in Scholiis, Euſtath. Etymol. Heſych. et in Apollon. Lex. Volunt ii eſſe pro ἐπιτηδέας, ἐπιτηδεῖς, ἐπιτηδὲς, quomodo et ἀκλεὲς ſit pro ἀκλεεῖς. Atqui perperam et hoc ſtatuunt. nam fuit non modo ἀκλεὴς, ſed et ἀκλὴς, ἐος, ἀκλέες. v. ad B, 115. H, 100. at ἐπιτηδὲς, aut ἐπίτηδες vt alibi ſcribitur, eſt pro κατὰ τὸ ἐπιτηδὲς, ἐπιτηδείως.

143. θείομεν, ἄν δ' — verſum ἀθετεῖ Zenodotus. At Sch. A. cenſet, Chryſeidis mentionem neceſſario fieri. cf. 310.

θείομεν. ex antiqua forma θέω ſit θῆμι, τίθημι· ex θέω, ſit θῶ, θῶμεν, θέωμεν, θείομεν. Et ſic in ceteris huic ſimilibus; vt ſemel moneam.

146. ἐκπαγλότατ' ἀνδρῶν. dubitari poteſt, ſitne ſimpliciter, ſumme, princeps, vt ἔκπαγλος ſit θαυμαστὸς, τιμιώτατος· pro quo militat alter locus Σ, 170 Ὄρσεο, Πηλείδη, πάντων ἐκπαγλότατ' ἀνδρῶν, Πατρόκλῳ ἐπάμυνον. an ſit cum vi dictum: terribilis, violentus. Sic Etymol. h. v. ἐκπληκτικώτατε. Φοβερώτατε. Additur tamen ἢ ἐξοχώτατε. Et Heſych. θαυμαστότατε. ἐκπληκτώτατε.

147. ὄφρ' ἡμῖν Ἐκάεργον ἱλάσσεαι. Sch. A. contendit ἦμιν eſſe ſcribendum. Docent enim veteres, primam acui, ſi indefinite ponitur, ſin definite, vltimam acui aut circumflecti. v. Sch. A. et inf. ad 214. 579. Γ, 163 et Etymol. h. v. ἦμιν Ionicum eſſe, docet idem in ἄμμι, quod Aeolum eſſe, ἧμιν (voluit ἀμὶν vel ἀμμὶν) Doricum contendit. Conuenit, quod ἦμιν, vel ἡμὶν, ſcribitur metri cauſa, vt vltima corripiatur.

Nihil monent grammatici de altera difficultate, eaque grauiore, metrica: quod in ἱλάσσεαι prima corripitur, cum in ἵλαος et deriuatis producta ſit: quod firmare poteſt ſuſpicionem ſupra memoratam, vſſ. 140—147 ſerioris commatis eſſe. Certe poterat hoc verſu carere carmen. De voce ἱλάσκομαι v. inf. ad v. 583.

148. ξ- praefixum; deb. eſſe ξ— nam obſeruatur tantum hoc, quod Achillis ira iam ad Agamemnonis verba

Digitized by Google

vſ. 138 ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι ἢ τεὸν ἢ Αἴαντος ἰὼν γέρας, efferueſcere debuit, nunc autem in verba erumpit.

ὑπόδρα. multa argutantur grammatici de hac voce eiusque etymo et ducta inde eius vi. Quae Sch. B. habent, ſunt in Etymol. add. Euſtath. Recentioribus eſſe ὑποδρᾴξ, monet Apollon. Lex. ὑποδερκόμενος eſt in Quinto III, 251. Ex disputatis tenebimus hoc: ὑπόδρα eſſe torve, ὑποβλεπτικῶς. δριμέως. βλοσυρῶς.

149. ἀναιδείην ἐπιειμένε. primo nunc loco occurrit forma antiqua loquendi, etiam in libris ſacris notata: vt de habitu mentis dicatur ἐπιειμένον εἶναι· ſic I, 372. ἀλκὴν H, 164 et al. *veſtitum*, pro, inſtructum, inſignem eſſe et conſpicuum aliqua re, moribus, indole.

κερδαλεόφρον. Vrat. c. κερδαλεόφρων. At vulgatum tuentur etiam Sch. A. B. L. De voce κέρδος et cognatis v. ad Z, 153. Dubitari h. l. poteſt, ſitne de lucro an de fraude accipiendum. Sequar prius, cum ſupra vſ. 122 Agamemnon dictus ſit Φιλοκτεανώτατος. Eſt ergo κερδαλέος, et κερδαλεόφρων, ὁ φρονῶν τὰ κερδαλέα, h. l. φιλοχρήματος, vt in Schol. redditur, aut potius ὁ πλεονέκτης, ſuis vtilitatibus ſtudens adeoque aliena appetens: Videtur quoque hoc ſequutus eſſe Apollon. Lex. h. v. at Ariſtarchus, ait idem, reddit, φρόνημα κερδοῦς ἔχων, ἤγουν ἀλώπεκος adeoque pro fraudulento. Habuit ille in animo locum Pindari Pyth. II, 142. Similia ſunt in Sch. A. B. ad Il. K, 44. Euſtath. Etymol. Heſych.

Ceteroqui quod haec contumelioſius dicta, quam perſonis talibus conueniat, vt multa alibi, v. c. 225, arguuntur a multis, etiam a veteribus, et ab ipſo Platone de Rep. III, p. 391. p. 389. 390. non tam, quod Erneſti Riccio in Quaeſt. Homer. nimium tribuens putabat, in verſione latina ad verbum facta eſt quaerendum, quam potius in moribus rudis aetatis heroicae: cui non minus haec condonanda ſunt, quam hominibus doctis ruri enutritis, ſi conuiciis plebeiis alios exagitant.

150. πῶς τίς τοι πρόφρων ἔπεσι πείθηται Ἀχαιῶν. Non eſt otioſe poſitum πρόφρων; poteſt enim aliquis pa-

Digitized by Google

rere inuitus. Bene Sch. br. προθύμως. Saepe sic, vbi abesse posse videbatur, adiicitur πρόφρων, hac cum voluntatis propensae significatione. Sic sup. 77. 544 et saepe. πείθοιτο vnus Vindob. indocte cum hiatu.

151. ἢ ὁδὸν ἐλθέμεναι. Dubitabat Bentleius annon fuisset ἠὲ λόχονδ' ἐλθεῖν vel ἰέναι. vt inf. 227 legitur: οὐδὲ λόχονδ' ἰέναι. Saltem is locus pro interpretatione huius versus habendus est; quod faciunt quoque Sch. B. L. T. Itaque ὁδὸν interpretantur ἐνέδραν. nec sine ratione: nam insidias facere debuere *ad viam*, ἐφ' ὁδῷ. vt Demosthenes dixerat ἐν ὁδῷ καθελών. v. Harpocrat. in ὁδός. add. Eustath. Hesych. Laudat quoque versum Sch. Pindari Ol. X, 37 ὁδὸν ἐλθέμεναι, ἀντὶ τοῦ ἐνέδραν ἐλθεῖν, vbi in Pindaro: ἐφ' ὁδῷ ἀντὶ τοῦ, λόχῳ. Nihil itaque in poeta mutandum est.

153. μαχησόμενος. Bentl. em. μαχεσσόμενος. v. inf. ad 298.

ἐπεὶ οὔτι μοι αἴτιοί εἰσιν. Bene obseruat Eustath. Homero αἴτιον aliter dici quam sequioribus, quibus simpliciter est, qui in caussa est. At Homero est ὁ αἰτιατέος, ὁ ὑπὸ μέμψιν καὶ αἰτίαν κείμενος. obnoxius. incusandus.

154. οὐ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν. „Aristarchus iunctim πώποτ'" Sch. A. Scilicet scripserant alii οὐ γάρ πώ ποτ', non deterius puto. Addit Sch. A. οὔποτε et οὔπω ποτὲ, de praeterito, οὐδέποτε de futuro dici. Versu vsi sunt passim seriores prouerbii loco, vt Dio Or. XLIII, p. 191. To. II. ed. R. Plutarch. de aere alieno p. 829 E. Lucian. Amor. 31 et alii.

155. βωτιανείρῃ interpretantur βόσκουσα τοὺς ἄνδρας, τρέφουσα, Schol. et ipse Apollon. Lex. h. v.

156. ἐπειή — Argutiae sunt grammaticorum in Sch. A. B. L. dum scribunt ἐπειῇ, vt sit ἐπεὶ ᾗ, βεβαιωτικῶς dictum. v. Etymol. in ᾗ. et Eustath. ad h. l. et al. Est quoque ἐπειῇ in ed. Rom. in cod. Vindob. et al.

157. οὔρεα τε σκιόεντα. Aristarchus: σκιόωντα. Sch. A. at Apollon. Lex. σκιόεντα, σύσκια. Versu saepe vtun-

Digitized by Google

tur ſcriptores prouerbiali modo vt Plutarch. Sympoſ. V. pr. et Philoſtratus cum al.

158. ὄφρα σὺ χαίρῃς. recte χαίρῃς, non χαίροις. Recte quoque Achilles; venerant enim ad Troiam Achiui χάριν Ἀτρείδῃσι φέροντες Od. E, 307. etſi neget Thucyd. I, 9. et metu potius ductos fuiſſe contendat. Ex loco noſtro probat quoque Pauſan. III, 24 extr. Achillem non fuiſſe inter procos Helenae.

159. τιμὴν ἀρνύμενοι Μενελάῳ (ξ·) quod ἠθέτησε Zenodotus, cum non videret τιμὴν h. l. eſſe τιμωρίαν, et ἀρνύμενος eſſe εἰςπραττόμενος παρὰ Τρώων. Sch. A. bene. Adde Etymol. in τιμὴ — ἐπὶ δὲ τῆς τιμωρίας· τιμὴν ἀρνύμενοι Μενελάῳ. καὶ γράφεται ποινήν. fuit ergo gloſſema hoc quoque lectum. Et iam Apollon. in τιμήν· — ἐπὶ δὲ τῆς τιμωρίας· τιμὴν ἀρνύμενοι. add. Heſych.

Bentleius, qui τιμὴν, vt vulgo fit, pro *honore* accipiebat, laudatis quoque verſibus Il. Υ, 80. 81, ad πρὸς Τρώων offenſus, emendauerat πρὸς Δαναῶν. vti legitur Π, 85 ὡς ἄν μοι τιμὴν μεγάλην καὶ κῦδος ἄροιο πρὸς πάντων Δαναῶν. et E, 552 venerant ad Jlium Achiui τιμὴν Ἀτρείδῃσ', Ἀγαμέμνονι καὶ Μενελάῳ, ἀρνύμενοι. poterat afferri quoque locus Z, 446 vbi pro τιμὴ memoratum videtur κλέος· nam Hector, fortis, inquit, eſſe didici, ἀρνύμενος πατρός τε μέγα κλέος ἠδ' ἐμὸν αὐτοῦ.

Praeſtat tamen τιμὴν accipere pro vltione: etiam in ſeqq. P, 92 Menelaus de Patroclo: ὃς κεῖται ἐμῆς ἕνεκ' ἐνθάδε τιμῆς. Od. Ξ, 70 Jlium adierat Ἀγαμέμνονος εἵνεκα τιμῆς. add. ibid. 117. Et eſt τιμὴ proprie, *quo ſatisfacimus alteri*, iniuriam compenſamus; cf. Γ, 285. 6. 8. 9. et 459. Et ſic toties de Achille τίειν. τιμᾶν. τιμὴ, cf. inf. 510. vti τιμὴ eſt pretium Od. X, 57 τιμὴν ἀμφὶς ἄγοντες ἑεικοσίβοιον ἕκαστος. πρὸς Τρώων autem eſt pro παρὰ, vt ſaepe, etiam in Herodoto obuium.

Super ἄρνυμαι multa argutantur grammatici ex etymo, inprimis Etymologus et Euſtathius ex iis, pluribus locis: eſſe ἀντικαταλλάσσειν. Homero eſt *capio*, tum, *appeto*, vt capiam, σπουδάζω λαβεῖν, vt X, 160 ἐπεὶ

οὐχ ἱερήϊον οὐδὲ βοείην ἀρνύσθην. et h. l. *parare cupientes tibi vltionem.* Eſt tandem *tueor*, (cupio tenere, retinere,) vt Z, 446 ἐπεὶ μάθον ἔμμεναι ἐσθλὸς ἀεὶ — ἀρνύμενος πατρός τε μέγα κλέος ἠδ' ἐμὸν αὐτοῦ. Od. A, 5 multa perpeſſus, ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων.

160. τῶν οὔτι μετατρέπῃ. Indocte τῶν ad Τρώων refertur in Sch. A. immo eſt ὧν πεπραγμένων εἰς τὴν σὴν χάριν. In fine verſus, οὐδ' ἀλεγίζῃς Vrat. a.

162. πολλὰ μόγησα. Ἰακῶς. fuit Ariſtarchea lectio. Sch. A. Cur tandem hoc magis loco quam aliis? pro vulgato πόλλ' ἐμόγησα.

ᾧ ἔπι. Apollon. Lex. in η. p. 323 laudat ᾗ ἔπι. vbi v. Toll. idem tamen in ἐπὶ laudat ᾧ ἔπι.

δόσαν δέ μιν recitat Sch. Vat. ad vſ. 229.

163. (ξ÷) ὁππότ' Ἀχαιοί. Zenodotus οὐδ' ὅτ' Ἀ. ignorauit enim, addit Sch. A. quod ἔχω eſt pro εἶχον. Scilicet acceperunt veteres locum de praeteritis; vt eſſet: quoties vrbs aliqua Troianorum capta eſt, ſeu capitur, exiguam ipſe praedae partem abſtulit, aut auferre ſolet; adeoque Τρώων πτολίεθρον eſſe *oppidum Troadis* aliquod; vnde et vſ. 129 laborabant in πόλιν Τροίην, eſſe enim vrbem Troadis. Itaque etiam inf. 168 ἔρχομ' ἔχων ipſis eſt pro ἠρχόμην. Poterant forte pro ſe laudare locum Jl. B, 226. 7. 8. in verbis Therſitae: πλεῖαί τοι χαλκοῦ κλισίαι, πολλαὶ δὲ γυναῖκες εἰσὶν ἐνὶ κλισίῃς ἐξαίρετοι, ἃς τοι Ἀχαιοὶ πρωτίστῳ δίδομεν, εὖτ' ἂν πτολίεθρον ἕλωμεν. vbi etiam opponitur capiendum mox Jlium. Vide tamen notam. Praeſtat ad futurum tempus referre, et accipere ἔχω pro ἕξω, *Troia aliquando capta*, in quo praeiuit Ienſius. Pro οὐ μέν σοί, οὐ γάρ σοι recitat Plutarch. de aud. poet. p. 28. F.

164. εὖ ναιόμενον. Ita discretim ſcribendum eſt, ſi nobis conſtare volumus. v. Excurſ. ad h. v. Etiam ſic Vrat. a. Moſc. 1. etſi codicum leuis auctoritas in his eſſe poteſt. Vulgo iunctim εὐναιόμενον. πτολίεθρον Homero

Digitized by Google

ſimpliciter eſſe πόλιν, ſaepe videbimus. Notabile eſt, quod nusquam πολίεθρον occurrit.

165. ἀλλὰ τὸ μὲν πλεῖον. πλεῖστον Vrat. b. πολυάϊκος πολέμοιο. varie exponitur epitheton. v. Schol. Euſtath. ab ἄϊσσειν petendum eſſe nemo dubitet; Apion inepte argutatus eſt, qui ἀπὸ τοῦ ἄκοντα (*inuita*) τὰ βέλη ἰέναι duxerat. πολυόρμητον exponit Apollon. Lex. in ἀϊκάς. Videtur verius eſſe ὁ πολλὰς ὁρμὰς ἔχων καὶ κινήσεις τῶν μαχομένων, vt Heſych. et Etymol. Simili modo πόλεμος πολύκμητος, *pugna, in qua multum laboratur.* Proprie pugnantes ſunt πολυάϊκες, πολλὰ ἀΐσσοντες; transfertur hinc ad pugnam ipſam. Schol. Ven. B. et Euſt. ad Z, 2 vocem aiunt declarari per iſtum verſum: πολλὰ δ' ἄρ' ἔνθα καὶ ἔνθ' ἴθυσε μάχη πεδίοιο (Z, 2.) Conf. inf. ad O, 709 et ibi Sch. A.

168. ἐπὴν κεκάμω πολεμίζων. Turbata Scholia A. Si tamen conferas B. L. Vat. Etymol. h. v. res ita ſe habet: Ariſtarchus et Herodianus ἐπεί κε κάμω ſcripſerunt. Recte hoc: nam ἐπεί κε νομῷ μιγέωσι inf. B, 475. ἐπεί κε πρῶτα λίπῃ Od. Λ, 220. ἐπεί κε γένηται, Od. P, 23. At alii ἐπὴν κεκάμω, vt λελάχωσι, πεπίθωνται, notiſſimo more, quem Ionicum, appellant: v. c. Koen. ad Gregor. p. 202. Etiam Euſtath. vtriusque lectionis meminit, at ipſe habet ἐπήν κε κάμω. vt Mosq. 1. et C. ap. Bentl. Manet res ambigua; et occurrit vbique diſſenſus codd. edd. et grammaticorum: H, 5 ἐπὴν κεκάμωσιν et ἐπήν κε κάμωσιν. item P, 658 ἐπεὶ ἆρ κεκάμῃσι vbi ἄρ κε κάμῃσι videtur durius fore, ἄρ κε. Verum occurrit quoque γάρ κε ſaepe. vt inf. 293 ἦ γάρ κεν. Saltem analogiae haud repugnat, ex κέκαμα prodire potuiſſe κεκάμω· etſi equidem praeferam ἐπήν κε κάμω diuiſim.

169. Νῦν δ' εἶμι Φθίηνδ'. Sch. A. Φθίηνδ' αἱ Ἀριστάρχου. καὶ ἡ Ζηνοδότου ὁμοίως. at in Sch. Reg. et Amſt. eſt: Ζηνόδοτος δὲ χωρὶς τοῦ, δέ.

ἐπειῇ etiam h. l. ſcribitur, et ἐπεί ῇ Apollon. Lex. p. 322 in ῇ. et Etymol. in η. cf. ad 166.

Digitized by Google

Φερτερόν ἐστιν. in aliis accentus variat *Φέρτερον ἐστὶν*, vt in Vrat. a. ſic *Φέρτερος εἰμί.* et ſic ſexcenties in aliis. Scilicet vt et hoc moneam vno loco: grammatici ipſi ſibi in his non conſtant, multo minus librarii. Nec tamen haec et alia ad poetam ſpectant, ſed ad grammaticam; adeoque, ſi omiſero, nil peccare videbor.

Ceterum 169. 170. 171. recitantur a Platone in Hippia p. 370 C.

170. 1. *σὺν νηυσὶ κορωνίσιν.* Barocc. et Mori *κορωνῇσιν.* Barnes legendum cenſet *κορωνῇσ'*, at eſt merum vitium librarii. Quae ſint naues *κορωνίδες* v. ad B, 392.

οὐδέ σ' ὀΐω ἐνθάδ' ἄτιμος ἐὼν ἄφενος καὶ πλοῦτον ἀφύξειν. Modos, quibus vulgo locus expediri ſolet, ſuppeditant iam veteres in Scholiis, Sch. A. L. Vat. br. aut vt *ἄτιμος ἐὼν*, nominatiuus abſolute poſitus ſit pro genitiuo abſoluto: *ἀτίμου ἐόντος* ſcil. *ἐμοῦ.* aut vt hyperbaton ſit, cum ſint iungenda: Νῦν δ' εἶμι Φθίηνδε — *ἐνθάδ' ἄτιμος ἐών.* vtrumque parum commode. Sunt qui *ἄτιμος* ad Agamemnonem referant; vt his ille reſpondeat vſ. 175 *παρ' ἐμοίγε καὶ ἄλλοι, οἵ κέ με τιμήσουσι.* id tamen grammatica non admittit; poteſt quidem dici: *ἐγὼ ὀΐω ἀφύξειν — ἄτιμος ἐών.* non autem: *ὀΐω σε ἄτιμος ἐὼν ἀφύξειν.* nam ſic neceſſe eſt *ἄτιμον ἐόντα* ſcribere: contra quam Clarke putabat. Quod acutius intuenti facile occurrit, eſt, vt *σ'* accipiatur pro *σοι*, aut quod facillimum, mutetur in *σοι οἴω.* Malis forte ſic *ἀφύσσειν.* nam *οἴω* cum futuro eſt fere ſpero (vt inf. 427 *καί μιν γουνάσομαι, καί μιν πείσεσθαι οἴω* E, 252. 350) aut metuo (vt ſup. 59 *νῦν ἄμμε οἴω ἄψ ἀπονοστήσειν.*) Eſt tamen et ſuſpicor, puto, *ὑπονοῶ*, apud me conſtitutum habeo, cum futuro: vt inf. 296 *οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔτι σοι πείσεσθαι οἴω.* ita et paullo ante 289. Hoc idem in animum veniebat Bentleio, poſtquam plura tentarat in ſchedis: *οὐδέ σ' οἴω ἐνθάδε δηθύνοντ'*, vel *οὐδέ σ' ὀΐω ἐνθάδ' ἄτιμον ἐόντ'*, reſpectu vſ. 159 *σοὶ ἄμ' ἑσπόμεθα, τιμὴν ἀρνύμενοι Μενελάῳ σοί τε.* Aduocat quoque Od. Ξ, 370 et 117. Poterat quoque ſcriptum eſſe *οὐδέ τ' οἴω*, pro *οὐδέ τε.* ne-

Digitized by Google

que ego ita animatus ſum, vt parem opes, ipſe contemtus, ſc. tibi.

171. ἄφενος καὶ πλοῦτον ἀφύξειν. Excitat verſum Etymol. et ἀφύσσειν interpretatur ἀντλεῖν. vt Sch. br. ἀπαντλήσειν. et melius προσωρεύειν, vel vt in Barnes eſt, περισωρεύειν, *accumulare*. Quod apud Heſychium eſt: ἄφυξιν, ἀπάντησιν, Bentl. quoque em. ἀφύξειν, ἀπαντήσειν.

ἄφενος. In Barocc. et Mori et Moſc. 1. e correct. eſt ἄφενον. vtrumque Homero frequentatur. ἄφενος eſſe proprie prouentum vnius anni, et ex multorum annorum copiis oriri πλοῦτον docent Schol. Suid.

173. Φεῦγε μάλ', εἴ τοι θυμὸς — Dubitant grammatici, ſintne iungenda: Φεῦγε μάλ', an: Φεῦγε, μάλ' εἴ τοι, an μάλα abundet.

Pro εἴ τοι fuit quoque ſcriptum ἤ τοι. Scli. B. L. Vat. Deberet ſic eſſe, ἦ τοι *quo tibi lubitum eſt*. Pro ἐπέσσυται fuit lectum ἐέλδεται Schol. B. L. Vat. Verum etiam Od. K, 484 θυμὸς δέ μοι ἔσσυται ἤδη. ergo et ἐπισείεσθαι, ὁρμᾶσθαι ἐπί τι. Et Scli. Leid. ἐφορμᾶται. ἐπέρχεται. ἐπιθυμεῖ. Tum Schol. breu. οὐ γὰρ ἐγώ σε interpretatio forte eſt non lectio. Tum ἔγωγε et 174 ἔμοιγε, etſi non minus recte foret ἐμοί γε ſcriptum, et πάρ' ſcribere iubent grammatici in Sch. A. et ſaepe alibi. v. Etymol. in ἔγωγε. εἵνεκ' ἐμεῖο vitioſe codd. pars.

175. οἵ κ' ἐμὲ τιμήσουσι Themiſt. recitat Or. XXXI p. 354. recte. Et Cic. ad Diu. III, 7. Eleganter quoque dictum: Ὅν τινα τιμήσουσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο Muſae, ap. Themiſt. Or. XXXI extr.

ξ— quod κε abundat, et τιμήσουσιν eſt pro τιμήσειαν. „Obſeruatio aliis quoque locis facta, vt K, 44 ἥτις κεν ἐρύσεται ἠὲ σαώσει. In ſeriore poeta probarem οἵ γε vt L. Bentl. et Barocc. habent. In Schol. Lipſ. eſt οἱ καὶ τιμήσωσι. at κεν cum futuro frequens, pro optatiuo: vt adeo viris doctis obtemperandum non ſit, qui κε vel ἄν cum futuro obuium mutare ſolent, vt Dawes in Callim. Iou. 93 τίς κεν Διὸς ἔργματ' ἀείσει; eſt adeo οἵ

με τιμῷεν ἄν. Exempla vſus plura extant; nec modo ſup. 139, verum et ſeqq. A, 523 ἐμοὶ δέ κε μελήσεται ὄφρα τελέσσω. Δ, 176 καί κέ τις ὧδ' ἐρέει. pro εἴποι ἄν. I, 155 οἵ κε ἕ — τιμήσουσι. adde ad I. 75. Λ, 433.

μητίετα ſcribi voluit Ariſtarchus; idque obtinuit. Multis hac de re agunt A. B. L. Abſurdum eſt quod de vocatiuo pro nominatiuo, et Attico more, (v. c. Gregor. p. 40) narrant: eſt antiqua forma quam aeolicam, ſi placet, appellare licet. Eſt autem μητιέτης, βουλευτικὸς, v. Sch. A. ad 508 vbi iterum hac de voce agitur, et ap. Etymol. h. v.

177. ※ quia idem verſus in Odyſſea non recte legitur. Sic Schol. A. Verſum in Odyſſea occurrere non memini; at iterum verſus legitur Il. E, 891 de Marte, vbi itidem aſteriſcus appoſitus: quo loco Schol. A. ait, verſum inde in Il. A. eſſe translatum. Et ſane, ſi quid video, verſus ab h. l. eſt alienus; at locum ſuum tuetur inf. E, 891. Debebat ergo — ※ (obelus cum aſteriſco) appictus eſſe, qui nec Euſtathio ad alterum locum E, 891 ignotus fuit. Forte tamen aut hinc ductae ſunt a cyclicis narrationes de rixis Achillis in temporibus Antehomericis, aut ex iisdem verſus hic inſertus eſt.

178. τόγ' ἔδωκεν. Vindob. τόδε δῶκεν.

179. νηυσί τε σῇς Vat. ſed Ionicum σῇς.

180. 1. οὐκ ἀλεγίζω — οὐδ' ὄθομαι. Aliquoties his vtitur poeta: discrimen ſynonymorum grammatici fere ex etymo conſtituere volunt in Schol. et Etymol. Vereor ne ratio nos fugiat. Sufficit tenere, eſſe ſynonyma. Myrmidones qui ſint, videbimus ad B, 684.

184. ξ— deb. eſſe ξ Nam Sch. A. notat: ὅτι τὸ ἄγω (ἄγω κε) ἀντὶ τοῦ ἄγοιμι.

185. Αὐτὸς ἰὼν — grammatica ſubtilitate obſeruatum eſt, omnes orationis partes hoc verſu occurrere: ap. Plutarch. Plat. Quaeſt. p. 1009. B.

186. στυγέῃ δὲ καὶ ἄλλος. στυγέοι Barocc. Sane poſt ὄφρα bene, inprimis e doctorum virorum Canone. At h. l. στυγέῃ, poſt εἰδῇς praeſtat. Eſt autem στυγεῖν h. l.

Digitized by Google

ſimpl. vereri. Apollon. Lex. *ἐπὶ τοῦ Φοβεῖσθαι.* Sch. br. *μισηθῇ. εὐλαβηθῇ.* hoc alterum melius. Similia Heſych. *Φρίσσειν* Euſtath. Scilicet antiquo vſu *Φιλεῖν* dicitur pro probare, amplecti; ergo etiam *μισεῖν* pro abhorrere, metuere, recuſare; ſaepe ſimpliciter, praeferre et poſthabere.

187. *Ἴσον ἐμοὶ Φάσθαι.* Male nonnulli, ipſe Lipſ. *Φᾶσθαι.* Euſtathius: *τὸ ἴσον Φάσθαι, τὸ ἐναντίον εἰπεῖν.* Et Sch. br. *ἰσηγορῆσαί μου, τουτέστιν, ἐξ ἴσου πρὸς ἐμὲ λέγειν.* At eſt ſimplicior ratio: *Φάσθαι, ἑαυτὸν εἶναι ἴσον ἐμοί.*

189. *στήθεσσι λασίοισι.* laborant veteres in epitheto. in Schol. et Heſych. in *λασίοις* et in *στήθεσσι.* Simpliciter ornare illud puto, et ad virile robur, adeoque ad animum fortem refero.

ξ ſpectat ad *διάνδιχα μερμήριξεν. ὅτι δύο ἐμερίμνησεν, οὐκ ἐναντία ἀλλήλοις* — ait Sch. A. ſcilicet fuit illud mirum veterum iudicium, duo illa, de quibus dubitaret, eſſe: *remouere alios*, et, *Agamemnonem interimere. ἢ τοὺς μὲν ἀναστήσειε — ὁ δ' Ἀτρείδην ἐναρίζοι.* Male vero; haec duo ſunt coniuncta. At duo diuerſa illa ſunt: *num* Agamemnonem occidat *an* iram comprimat; vt etiam Sch. B. L.

μερμήριζεν Cant. et mſ. Tzetzae. Barocc. Mori. vnus Vindob. Atque ſic Plutarch. in Coriol. p. 229. C. recitat.

191. *τοὺς μὲν ἀναστήσειεν, ὁ δ' Ἀτρείδην ἐναρίζοι.* Verſus eſt ap. Apollon. Lex. in *ἀναστήσας* — *ἔστι δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ, ἀνάστατον ποιῆσαι* (vt leg.) adſcripto hoc verſu. Emendandus hinc Heſych. in *ἀναστήσειν.*

ἐναρίζοι. Ita Apollon. Lex. l. c. Etymol. Heſych. mſ. Tz. Euſtath. et Ven. cum vulgo ſit *ἐναρίξοι*, etiam in Sch. br. *Φονεύσοι.* nec eſt, quod dubites hoc recte dici poſſe; nam aoriſtos optatiuos et futurum indicatiuum aequipollere ſaepe videbimus. Bentl. malit *ἐναρίξαι* vt conueniat cum *ἀναστήσειεν·* quod tamen in Homero non deſiderabo. Vrat. a. *ἐναρίξει.*

192. *ὅτι ἐκλύεται τὰ τῆς ὀργῆς. διὸ ἀθετεῖται.* Sch. A. Pendet hoc iudicium ab altero illo prauo: quod *διάν-*

διχα accipiebant de binis illis: ἢ τοὺς μὲν ἀναστήσειεν, ὁ δ' (quasi hoc esset pro ἠδὲ, καὶ) Ἀτρείδην ἐναρίζοι. Sic sane versus hic erat otiosus. Apparet porro hoc exemplo, τὸ ἀθετῆσαι grammaticorum interdum ad merum iudicium eorum spectare, non rationem criticam subesse.

Alia est argutatio in ἢ — ἠὲ in Sch. A. B. L. Amst. (ad 190) volunt hoc alterum esse ἦε. additur: καὶ οὕτως ἐν τῇ καθόλου. Locus is Herodiani est excerptus in Etymol. p. 415, 44. ad quem cf. inf. Sch. A. ad vs. 219. nil tamen video quod rationem habeat.

193. ἕως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε. Mirum in hoc et aliis nonnullis veterum scripturam esse seruatam, nulla de caussa idonea; nam ἕως haud dubie idem est quod alibi scribitur ὡς. Tollius quidem in schedis malit accipere ἕως aliquamdiu; vt O, 277. P, 727. 730. Φ, 602. est certe pronuntiandum, vna syllaba ὡς. Mirum tamen illud est, quod, quoties hoc ἕως pro ὡς occurrit, toties fere altera insolentior ratio metri occurrat: ὁ ταῦθ', quod pronuntiatum esse debuit ὁττα῀θ' ὥρμαινε. Grammaticorum argutias vide et ad h. l. et ad E, 349 apud Eustath. p. 554. 555. Clarke pronuntiari voluit ὥσω. v. ad h. l. ad Il. O, 539 et al. Od. Δ, 90. Rich. Payne Knight p. 66 ex antiqua scriptura ἓϝος deducit, et contendit primam modo corripi modo produci. Fac corripi: quid tamen vel sic huic loco faciemus? Ipse, quoties metrum obstat, alia loca emendat, vt Od. B, 148. E, 123. Il. P, 727. — Bentleius em. ἕως (vna syllaba) ὅγε ταῦθ' vt Od. E, 386 ἕως ὅγε Φαιήκεσσι. Simili ratione occurrit in ceteris locis, vbi ἕως ὁ ταῦθ' vel ἕως ὁ τὸν, ὁ τῷ, occurrit. At vero occurrit quoque ἕως ἐγὼ, vt Od. Δ, 90 et alia, in quibus non vna ratione vtitur ad vitium tollendum. Non praeteriit haec doctiss. Hermann. de Metris p. 86. 87 de his disputans; vt tamen rationem aliquam satis tutam haud reperiat. Donec meliora edoctus fuero, maneo in hoc, vt a pronuntiatione veterum illa repetam; quae ad scripturam nondum erat efficta et emendata.

Digitized by Google

Ceterum, quod ad Athenes monitum refertur, quod prudentia ſuadere poterat (v. Not. ad 188) negari quidem nequit, rationem habere commentum hoc poetae in eo ipſo, quod Athene prudentia ſuadet; nec tamen, quod Heraclides, Dionyſ. Halic. et alii volunt, allegorice haec a poeta narrari dicendum eſt. Saepius monuimus de diſcrimine hoc inter poetae narrationes e priſcarum aetatum ſenſu ortas, et a ſymboliço ſermone ductas; et inter ſequiorum allegorias, inde petitas. Altera ex parte, niſi ſolem lucere negabis, negari nequit, Athenes numen a ſymbolica notione iam tum profectum, aut iam tum cum ea coniunctum eſſe debuiſſe; cur enim Mineruae, nec alii numini partes dantur bona et ſalubria monendi?

Porro ſemel monendum eſt: quod nunc inter vulgo nota habetur, ante XX annos non aeque: quicquid homines cogitant, ſuſcipiunt, peragunt, ita vt conſilii concepti cauſſa aut obuia non ſit aut ratio, quomodo res geſta ſit, vulgo non occurrat, id ad numen referri, quod id aut clam moneat, aut homines ad id impellat aut eos afflet, aut clam adiuuet rebusque agendis ipſum interſit.

194. ξ praefixum: ſed Schol. A. excidit. Niſi Zenodoti alia lectio fuit: puto fuiſſe ξ ad difficultatem notandam, vnde apodoſis initium ducat, quae per ſubſequens τέως vel τέφρα erat declaranda, vt Λ, 411. 412. Schol. A. ad 193 accepit ἕως pro τέως, et ſubſtitit in θυμόν. ἕλκετο — Et ſane ſic Od. B, 148 Τὼ δ' ἕως μέν ῥ' ἐπέτοιτο, *aliquamdiu*. O, 539. 540. Erat quoque procliuior ad hoc Tollius, qui adſcripſerat loca Il. O, 277. P, 727. 730. Φ, 612. Melius alii apodoſin incipiunt ab ἦλθε δ' Ἀθήνη. vt δὲ iterum ſit in apodoſi vſurpatum: quam ſane mirum eſt in hoc libro tam frequentem occurrere, in ceteris minus. Habet in his locum quod grammatici aiunt δὲ poni pro δή. Bentl. coni. ἦλθεν Ἀθήνη, et citat Il. Σ, 16, hoc idem ἦλθεν Ἀ. laudat Barnes neſcio vnde. ἕλκε γὰρ ap. Heracl. alleg. 17 legitur. ἕλκετο Vrat. a.

Digitized by Google

Carituri eſſemus his omnibus, ſi grammatici nobis reliquiſſent locum ſic ſcriptum: Ὡς ὁ ταῦτ' — (*Sic* ille animo agitabat) θυμόν. Ἕλκετο δ' ἐκ κ. μ. ξίφος. Ἦλθε δ' Ἀ.

195. — ※ 196. — ※ obelus cum aſteriſco: quod non bene e poetae perſona haec dicuntur: Schol. A. adeoque is, qui ſigna appoſuit, putauit ea melius locum habere poſt verſ. 207. vbi iterum e Mineruae perſona recitantur, hoc loco autem damnauit. At inf. ad v. 208. 9, ὅτι ἀμφοτέρους Ζηνόδοτος ἠθέτηκε. an igitur et illo loco? et *omnino* ſublatos eſſe voluit? Ita putes a grammatico *altero loco ſaltem* vindicari eos, tanquam magis accommodate appoſitos: οἰκείως δὲ μᾶλλον κεῖνται εἰς προτροπὴν τοῦ Ἀχιλλέως. Si verum eſt, Zenodotum omnino ſuſtuliſſe verſus, poteſt ille hoc reſpexiſſe, quod ſi omnes dii in Aethiopiam profecti ſunt, quomodo Minerva a Iunone miſſa *ex caelo*, οὐρανόθεν, delabi potuit? Nam quaeſitum hoc eſſe inter veteres, e Sch. B. et Leid. colligo; et Porphyrii quidem eam ζήτησιν fuiſſe ſit probabile e Sch. Leid. et Sch. B. Lipſ. inf. ad 221. Qui a poeta auertere vellet inconſiderantiae crimen, potuit verſus a rhapſodo inſertos pronuntiare. Licet adeo ſuſpicari voc. σφωΐτερον v. 216 in errorem induxiſſe, quod, hoc vno loco obuium, ſeriores ita conſtituerunt, vt ſit *veſtrum ambarum*. Dicas vel ſic v. 221 ſupereſſe; ſed is minus premit, potuit enim dea in Olympum redire, vndecunque tandem illa venerat. Verum his argutiis omiſſis, de quibus cf. Schol. Ven. ad A, 216. 222. Ξ, 295, praeſtat aut fateri, bonum Homerum dormitaſſe, aut pronuntiare cum Ariſtotele, ἄλογον hoc non eſſe poetae tanquam poetae nec carminis; ſed lectoris, qui argutias ſuas aliunde infert. Grammatici ita expediebant, vt dicerent, θεοὶ δ' ἅμα πάντες 424 eſſe τοὺς πλείστους, aut *deos*, non *deas* in Aethiopiam abiiſſe.

Interpunctionem: ἦλθεν Ἀθήνη· Οὐρανόθεν πρὸ γὰρ ἦκε tentabat Bentl. at inf. 208 hoc idem fieret durius.

197. Πηλείωνος nonnulli ap. Sch. A. Quod coma correpta Achillem retrahit Minerua, displicebit forte noſtris hominibus; nec tamen amplectemur argutias grammaticorum, quae id eo referunt, quod mentis et prudentiae ſedes in capite eſt. Illuſtrationem huius opinionis v. ap. Bernard. ad Theophan. Nonn. Praef. p. 8. add. Io. Lydum p. 84 vbi h. v. laudatur.

Malis ξανθῆς τε. ſicque cod. Maximi Tyrii XIV, p. 257. R.

198. ξ quod Zenodotus ὄρητο, ſcripſit, reprehenſus, quod Ionicum eſſe putauit, cum ſit doricum. Ven. A. B. et L. c. Vat. Atqui doctior erat in hoc Zenodotus quam eius aemuli. Antiqua forma fuit ὄρημι vel ὄρημαι. cf. ſup. ad v. 56.

οἷῳ Φαινομένην legerunt Sch. B. et L. et Vat. vt cum ſeqq. iungantur. Sic vero δ' eiiciendum erat: οἷῳ Φαινομένην τῶν ἄλλων οὔτις ὁρᾶτο.

199. μετὰ δὲ τράπετ' Ionico more Cant. et Harl. ap. Bentl. Moſc. 2. et Heraclid. allegor. 17. et reuocandum eſt. Vtinam codices vbique in Ionica conſpirarent!

200. ξ huic ſigno quid in Sch. A. reſponderit, notatum non eſt: ſiue propter nomen Παλλάδος eiusque etymon; ſiue quod δεινὼ ὄσσε ad γλαυκῶπιν ſpectare putavit grammaticus; ſeu quod φάανθεν, ἀντὶ τοῦ ἐφωτίσθησαν, οἱ τοῦ ἥρωος ὀφθαλμοὶ, vti nonnulli acceperant: vt Achillis oculi ita illuſtrati fuerint, vt deam agnoſceret. δὲ autem eſſe γάρ.

δεινὰ δέ οἱ Heracl. Alleg. Hom. Tum Bentl. corrigit φάανθην, vti μάανθην, vt ſit dualis. Sic ſane ſaepe, vt ὄσσε — λαμπέσθην. ſed et alterum, vt Π, 792 στρεφεδίνηθεν δέ οἱ ὄσσε.

202. τίπτ' αὖτ') Moſc. 2. αὖ. quae varietas fere eſt perpetua. αἰγίοχος primo nunc occurrit ὁ ἔχων τὴν αἶγα, quae poſtea αἰγίς. cf. ad B, 148.

203. ἦ ἵνα ὕβριν ἴδῃ. ξ Nil in Schol. reſpondet; haud dubie notata fuit Zenodotea lectio ἴδῃς. Scilicet ἴδῃ (ab ἴδωμαι) Scholion A. vindicat: οὕτως καὶ ἡ Ἀρι-

στάρχου. Adde Schol. Γ, 163. Δ, 205. Sicque Ven. A. tum Sch. B. L. Vat. Euſt. qui ἴδῃ' pro ἴδηαι. Apollon. in ἵνα pro ὅπως. et Schol. Pind. P. IV, 276 ἴδῃ ἀντὶ τοῦ ἴδηαι. codices autem cum alii tum Townl. Vrat. a. c. tres Moſc. duo Vindob. Sicque editum erat ante Barneſ. Contra ἴδῃς eſt in paucis: vt Barocc. Si res ex vſu diiudicanda eſt, Homerus ἴδωμαι, ἴδηται, ἰδέσθαι, amat; etſi verum eſt et ἴδεν, ἰδεῖν, occurrere; ἴδῃς tamen vix trinis locis, N, 449. O, 32. vbique cum varietate. Itaque ἴδῃ reſtitui.

At grauior eſt difficultas metrica, propter digamma; nam fuiſſe ϝιδεῖν, ϝιδέσθαι, et ſic alia, dubitari nequit. Atqui h. l. ὕβριν ἴδῃ, quod eſſet ὑβριν ϝιδῃ, metrum violat; eſt porro hiatus ἵνα ὕβριν. Bentleius emend. ἤ ἵν' ἐφ' ὕβριν ὁρῇς. vt Od. N, 214 Ζεὺς, ὅτε καὶ ἄλλους ἀνθρώπους ἐφορᾷ. P, 487 θεοὶ — ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες. Laudat et Il. X, 254, vbi ἐπιδώμεθα. Saltem ſic emendem: ἤ που ἵν' ὕβριν ὁρῇς vel ὅρῃ' pro ὅρηαι. vt Od. Ξ, 343 τὰ καὶ αὐτὸς ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὅρηαι. Potuiſſe talem permutationem inferri, diſcas ex variatione, v. c. P, 646 ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι et ὁρᾶσθαι.

Ceterum aliis in locis vbique eſt ὄφρα in ſimilibus; v. c. E, 221 ὄφρα ἴδηαι, οἷοι Τρώιδι ἵπποι. Z, 365 ὄφρα ἴδωμαι. vt ibi legendum. T, 144 ὄφρα ἴδηαι. Adde Φ, 61 et al. An et hic fuit: ὄφρα ϝίδῃ ὕβριν Ἀ. Ἀ.; Niſi haec fuere; neceſſe eſt ſtatuere, etiam hunc verſum rhapſodis deberi, qui Homericam prosodiam ignorabant. In capite verſus ἦ inde a Barneſ. legitur; ante quem ἤ editum hic et alibi: nam ea vbique variare, iam dixi.

204. ἔ- quod Zenodoti lectio: τὸ δὲ καὶ τετελεσμένον ἔσται, vt mox 212. at grammaticus monet, melius Minervae conuenire tam aſſeueranter loqui, quam Achilli, adeoque melius iſti loco ſeruari. Ariſtarchus legebat: τὸ δὲ καὶ τελέσσθαι ὀΐω. etſi haud conſtare puto, hoc ex codicum auctoritate eum repoſuiſſe, praefero tamen vulgari, quia poetae iſtud ſollenne, perfectum pro futuro poni inſolens eſt; niſi forte reduplicatiuae formae vocem

et h. l. intulere: *τετέλομαι*. Omnino grammaticorum lectiones plerumque ſunt emendationes et interpolationes priſcae lectionis, quam ſuis rationibus et opinionibus adverſari videbant aut credebant. Potuit adeo antiquior lectio eſſe *τετελεσμένον ἔσται*, hoc ſenſu, ſi quidem argutari placet: *erit aliquando res ad exitum perducta.*

205. *τάχ' ἄν ποτε θυμὸν ὀλέσσῃ*) *ὀλέσσαι* L. et mſ. Tz. ap. Bentl. tum Ven. et Townl. male. nam *ὀλέσσῃ ἄν* pro futuro ponitur: v. Not. ad A, 137. *ἧς* non edd. vett. ſed ſola Flor. nam *ἧς* iam in Aldd. habetur.

ὑπεροπλίῃσι media producta vt in tot aliis ſimilibus vi accentus: vt cenſebat Hermann. de Metris p. 81. cf. inf. B, 731. Ad *γλαυκῶπις Ἀθήνη* monet Bentl. ap. Ouid. Met. VI, 130 non *flaua virago*, ſed *raua* eſſe legendum.

Super vi vocis *γλαυκῶπις* multa veteres, v. inprimis Etymol. Optimum eſt a colore oculorum qualis leonum eſt, illud declarare. v. Phurnut. c. 20. Niſi omnino *fulgidos* oculos deſignare voluit antiquitas; quod illuſtrat Schol. Apollonii I, 1281. Hactenus bene; convenit deriuatio a *γλάω* (quod et fuit *λάω*) *γλαύσσω* quod et *λεύσσω* fuit, *intueor;* propoſita a Rich. Payne Knight p. 69, modo *γλαυκὴ θάλασσα* ad ſignificatum ſatis conueniret: cf. ſup. *λεύσσω* vſ. 120. Inepte Pauſan. I, 14 ſub f. a Libyca Minerua epitheton repetit.

207. *τεὸν*) *τὸ σὸν* Ven. Vrat. A. Moſc. 2. Townl. male. nam articulum poeta non habet.

208. ※ ÷ 209. ※ ÷ prius ſignum eſt appoſitum reſpectu v. 195. 6. qui iidem verſus. Alterum quod Zenodotus eos *ἠθέτηκε*· hoc male videtur h. l. in Schol. repetitum; nam priore tantum loco improbauerat verſus hos Zenodotus.

211. *ἀλλ' ἤτοι*. Sane poſt alterum *ἀλλ' ἄγε* ſuſpectus eſſe poteſt verſus confictus ex v. 224 ſqq. quo melius careret oratio. Grammatici nil de hoc monent; at laborant illi in interpretatione. Ptolemaeus et Seleucus interpungebant poſt *ὀνείδισον*, iungendo: *ὡς ἔσεταί περ, ὧδε γὰρ ἐξερέω*, duriſſimè, vt ſit, *ὥσπερ γὰρ ἔσται, οὕ.*

Digitized by Go

τω καὶ ἐρῶ. Sequitur hoc Schol. Lipſ. et Vat. at Sch. Ven. A. improbat. Non viderunt eſſe: ὡς ἔσεταί περ, *quicquid in buccam veniet; vt fors ferat.* ὀνειδίζειν autem de beneficiis in ingratum collatis; vt accurate Schol. Eurip. ad Or. 1244 οὐκοῦν ὀνείδη ταῦτα πλύων, ῥῦσαι τέκνα.

212. debuit eſſe ξ· nam Zenodotus ſcripſerat h. l. τὸ δὲ καὶ τετελέσθαι οἴω, quod melius in hominem cadit v. 204 quam nunc in deam. Schol. A. B. L.

214. πείθεο δ' ἡμῖν) ἥμιν Ariſtarchus. v. ſup. ad 147. improbantibus B. et L.

216. σφωΐτερον eſſe duale, *veſtrum duarum*, adeoque ad Iunonem et Athenen referendum, obſeruat Sch. A. eoque ipſo refelli Zenodotum verſus 195. 6. 208. 9 tollentem. Vide ad eos verſus. Ab Apollonio tamen Rhodio σφωΐτερος pro *ſuus*, vel *eius*, ſing. et plur. adhibetur, etſi improbantibus grammaticis, v. c. I, 643. II, 546. III, 335. 600. atque etiam pro *tuus* lib. III, 395. qua de re iam monitum eſt a Ienſio ad Lucian. et ab al.

χρὴ, vſu acuitur, non χρῆ, quod ratio grammatica poſtulabat. Saepe de hoc grammatici monent; inprimis Euſtath. ad Il. I, 309. p. 751 et Etymol. h. v.

ἔπος εἰρύσασθαι. Eſt εἰρύσσασθαι in Harl. Eton. At ἐρύω media breui eſt, *traho*; et fuit ϝερυω. at ἐρύω et ῥύω, *tueor, ſeruo*, media longa. v. Excurſ. ad A. vſ. 141.

217. ὣς γὰρ ἄμεινον. ὣς ſcripſere veteres h. v. περισπωμένως, cum ſit pro οὕτως, vt Etymologus docet p. 824, 47. ſi modo vera tradita ibi ſunt. Nam alibi hoc de ὡς monetur, quoties eſt ὅμως. Vide ſup. ad 116.

218. μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ· Ionice debuit eſſe μάλα τε κλύον. αὐτοῖ legitur apud Clement. Alex. Strom. V. pr. Vim forte quaeras τοῦ τε, et malis γε. at τε antiqui ſermonis more, in quo particularum vis ac poteſtas nondum ſatis conſtituta eſt, puta eſſe pro, etiam, viciſſim, vt ſimiliter καί. Tum ἔκλυον eſt pro κλύουσι. Ver-

Digitized by Google

ſus paſſim recitatur; ſerius adhuc ap. Eunap. Vit. Soph. p. 98. Commel.

219. 220. Debuit his vſſ. appicta eſſe ξ'. Nam Zenodotus legerat: Ὡς εἰπὼν, πάλιν ὦσε μέγα ξίφος, οὐδ' ἀπίθησε vno verſu.

De ἦ, ἔφη, in Sch. A. eſt locus, qui et in Etymologo habetur.

221. ἡ δ' Οὔλυμπόνδε βεβήκει. Recte ſe habet Ionica ratio; etſi et hic δ' ἐβεβήκει Cant. L. ap. Bentl.

De ἐβεβήκει et ἐβεβλήκει ad nauſeam vsque inculcat obſeruationem ſuam Clarke, non poſſe pro eo ſtare βέβηκε. Quaeras tamen amplius: cur tandem in his verbis plusquamperfectum locum habeat aoriſti vel imperfecti. Reddunt qnoque aut ſubſtituunt grammatici plerumque ἔβη. ἔβαλε. Praeſtat, puto, dicere, eſſe imperfecta a βεβήκημι, βεβλήκημι. vnde fit ἐβεβήκην, — κη et κει. vt ἐτίθη, et ἐτίθει.

222. μετὰ δαίμονας ἄλλους in Olympo. Atqui dii ad Aethiopes abierant: Sch. B. L. De hac difficultate iam monitum ſup. ad vſ. 195.

223. ἀταρτηροῖς ἐπέεσσι, h. e. σκληροῖς. χαλεποῖς. λυπηροῖς. proprie ἀτηρὸς, eſt βλαβερὸς, βλαπτικός. Sic Sch. Apollon. Lex. h. v. Etymol. Heſych.

225—233. Totum locum ἠθέτηκε Zenodotus; ſane cum Platone de Rep. III, p. 390. A. et Plutarcho de aud. poet. p. 67. ſcilicet, quod conuicia in Agamemnonem ab Achille dicta improbarunt; probabili quidem ſenſu honeſti; ab heroum tamen aetate alieno. Alii in Sch. et Euſtath. varia comminiſcuntur ad eleuanda aut mitiganda conuicia, quae tamen ex ſenſu et more rudiorum hominum dicta ſunt. v. Notam.

κυνὸς ὄμματ' ἔχων. quod ſup. vno verbo κυνώπης.

226. οὔτε ποτ' ἐς πόλεμον ἅμα λαῷ θωρηχθῆναι. Bentl. lenius conſtituebat: οὔτε ποτὲ πτόλεμόν δ' ἅμα λ. Et ad 227 laudat Od. Ξ, 217 ὁπότε κρίνοιμι λόχονδε.

228. τόδε τοι. Diuerſa in accentu ſequuntur grammatici. In Flor. et ſeqq. erat τὸ δέ τοι. Mutauit Barn.

in τόδε τοὶ, quod iam Steph. in margine habebat, cum in Rom. eſſet τό δέ τοι. Sane iam Sch. Ven. A. το δε τοι, ἐν δύο μέρεσι λόγου. οὐ τόδε. ἵνα ᾖ· τοῦτο δέ σοι θάνατος νομίζεται. (Φαίνεται Apollon. cum Heſych. Sch.) De κὴρ v. Apollon. h. v.

229. 230. ἦ πολὺ λώϊόν ἐστι, κατὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν δῶρ' ἀποαιρεῖσθαι, ὅστις σέθεν ἀντίον εἴποι. Sch. Ven. A. Amſt. Vat. poſt εὐρὺν interpungi et Ἀχαιῶν δῶρα iungi volebant, vt eſt ſup. 62 δόσαν δέ μοι υἷες Ἀχαιῶν.

230. Δῶρ' ἀποαιρεῖσθαι. Nusquam alias niſi in hoc primo libro, hic et 275 occurrit hic hiatus in ἀποαιρέω pro ἀΦαιρέω, neque αἱρέω fuit ϝαιρεω, vt cum Bentl. ſcribere liceat αποϝαιρεισθαι. Alias vbique ἀΦαιρεῖσθαι eſt. Neque occurrit aliud ſimile quam ἀποώνυμαι N, 262 et in Odyſſ. aliquoties. Diuerſa ſunt αποϝειπειν. αποϝεργει. Ambiguum ἐπιάλμενον, H, 15.

Iam pro εἴποι, quod vulgo legitur, εἴπῃ repoſui, quod grammatica poſtulat: v. c. Σ, 507. 8 κεῖτο — τάλαντα, τῷ δόμεν, ὃς μετὰ τοῖσι δίκην ἰθύντατα εἴπῃ. Sicque cod. Ven. tum Cant. Vat. et Schol. Harl. Eton. Fragm. Barocc. et Laud. Vrat. a. b. At aliam mouet difficultatem ἀντίου ϝείπῃ, quod repugnat metro; ἀντία ϝείπῃ repones facile cum Bentleio; ſic quoque Salter.

231. Grammatici nonnulli ſupplebant δημοβάρος εἷς β. at Philoxenus ἐν τῷ περὶ προσῳδιῶν ſeiunctim accipiendum eſſe docuerat. v. Not. δημοβάρος, ὁ τὰ τοῦ δήμου καινὰ κατεσθίων. Apollon. Lex. h. v.

232. λωβήσαιο eſt pro ἐλωβήσω ἄν. Sententiam comparat Schol. Sophoclis cum Ai. 447. 8. 9.

234. Nihil ſane ad h. l. in Scholiis occurrit. Morantur in ναὶ μὰ pro νὴ (vid. iam Apollon. in μὰ, vnde Heſych. Suid. in μά. add. Lex. M. S. Montf. Bibl. Coislin. p. 236. Auctor de Soloecis ad calc. Ammonii p. 202.) et in ſceptri vſu. Bene tamen hoc in Sch. Ven. τὰ γὰρ ἑξῆς· ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, ἦ ποτ' Ἀχιλλῆος.

Digitized by Google

Verba τὸ μὲν οὔποτε Φ. καὶ ὅ. laudat Heſych. T. II. p. 1397. quaſi noui quid ſit in τὸ μέν.

235. ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν. Sch. br. et Heſych. τὴν ῥίζαν. aut potius τὸν κορμόν. Pro τομὴν fuiſſe qui κόμην legerent ait Vrſin. (ad Virg. p. 456.) ap. Clarke, nimirum e loco Virgil. Aen. XII, 209 *poſuitque comas et brachia ferro.* Qui ii fuerint, non memoratur: Bentl. laudat Od. Ψ, 195 ἀπέκοψα κόμην ταναυφύλλου ἐλαίης. Imitator Quintus VIII, 161 vbi haſta Pelias γενεὴ δέ οἱ ἐν κορυφῇσι Πηλίου αἰπεινοῖο, τομὴν ὅθι λεῖπε καὶ εὐνήν.

ἐπειδὴ vt ſemel moneam, ſaepe in libb. et edd. ἐπεὶ δὴ, nec dubito antiquam hanc ſcripturam fuiſſe. Verum obtemperandum eſt vſui.

237. νῦν αὖτέ μιν — Φορέουσι. μιν (vt et ἑ) pro αὐτὸ dictum, τὸ σκῆπτρον, h. l. notat Apollon. Lex. p. 460.

238. ἐν παλάμῃς. mirum in παλάμαις conſpirare Lipſ. Vat. Barocc. Laud. Townl. Moſc. 1. et cum his ipſum Ven. δικασπόλοι et θεμιστοπόλοι, nomen antiquum regum: quorum munus praecipuum erat vt ius dicerent. Notat Dionyſ. V, 74. Ant. R.

239. οἵτε θέμιστας πρὸς Διὸς εἰρύαται. Moratur me metri ratio in εἰρύαται, ductum ab εἰρύω, ex ῥύω, ἐρύω, media producta. cf. Excurſ. ad A, 141. Corripi adeo credendum τὸ υ ante vocalem; verum fuit εὔρυνται. — πρὸς Διός. παρὰ τοῦ Δίος. Heſych. h. v. ex h. l. adeoque Iura a Ioue conſtituta: ὁ δὲ non ὅδε legere iubet quoque Sch. A. et laudat Od. Λ, 147 ὅ δέ τοι νημερτὲς ἐνίψει. ὅ δέ τι Vrat. b. Bentl. malit τὸ δέ τοι. Tandem μέγας ὅρκος ἐσεῖται. L. ap. Bentl. cum Barocc. ſed hoc Dorum eſt, non Ionum.

240. ἦ ποτ' Ἀχιλλῆος ποθὴ ἵξεται. Sch. vet. Heſiodi p. CXVII b. εἴποτ' Ἀ. Ceterum haec eſt illa Ἀχιλλέως εὐχὴ, cui ſimilis erat illa precatio Camilli in exilium diſcedentis, vt ciues mox ſui deſiderium inuaderet: ex Appiano ap. Suidam in ea voce.

Digitized by Google

241. ξύμπαντας vulgatum. Vt de re leuiſſima ſemel moneam. σύμπαντας Barocc. Vat. Lipſ. Vrat. a. b. A. et ipſe Ven. Variant in his vbique fere codd. nec idonea de cauſſa, niſi vbi breuis antecedens eſt producenda vel corripienda. Ita E, 861 ἔριδα ξυνάγοντες non συνάγοντες. Iam vbi talis cauſſa non adeſt, praeſtat retinere συν, vt inf. 399 ὁππότε μιν συνδῆσαι.

τοῖς δ' οὔ τι δυνήσεαι χραισμεῖν. Ven. τότε δ' οὔ τι. Ven. et ſic Ariſtarch.

δυνήσῃ L. apud Bentl. Vrat. a. a m. pr. Moſc. 1. 2. Etiam haec varietas ſaepe occurret; non vllius momenti, niſi vbi — εαι ante conſonam occurrit, tum aut pronuntiandum eſt vna ſyllaba aut ſcribendum. Antiquior autem ſcriptura haud dubie fuit — εαι. Contractiones ſerioris inuenti ſunt.

242. χραισμεῖν. abſolute, vt ſaepe, iam ſup. 28. 566. 589. Plena oratio eſt χραισμεῖν, χραισμῆσαί τινί (πρὸς) τι. *prodeſſe.* Adeoque etiam ad auertendum malum. βοηθῆσαι. Ita Λ, 120 ὡς ἄρα τοῖς οὔ τις δύνατο χραισμῆσαι ὄλεθρον. ad propulſandum adeſſe, propulſare. H, 144 ὅθ' ἄρ οὐ κορύνη οἱ ὄλεθρον χραῖσμε σιδηρείη.

εὖτ' ἂν πολλοὶ — πίπτωσι. ἀντὶ τοῦ ὁπόταν. Etymol. verſu laudato. vt et alibi pro ὅτε. ὁπότε. cum indicatiuo. Λ, 734 εὖτε — ὑπερέσχεθε. Od. N, 93 εὖτ' ἀστὴρ ὑπερέσχε. Alias inſeruit comparationi; vt Γ, 3. 10.

243. σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις. grauiter dictum, et hinc a tragicis frequentatum: h. e. τὴν ψυχὴν σπαράξεις λυπούμενος vt Sch. br. vel ἀνιώμενος, vt Heſych. ad quem vide. Etymol.

244. χωόμενος ὅτ' ἄριστον Ἀχαιῶν οὐδὲν ἔτισας. Vereor ne hic verſus rhapſodis debeatur; eſt enim otioſus et infringit orationis vim; vixque ex Achillis perſona probabiliter appoſitus, vt ſe ἄριστον Ἀχαιῶν ipſe appellet. Nunc video etiam a Bentleio verſum notatum eſſe. Grammatici haerent in οὐδὲν, quod eſt pro οὔ.

245. προτὶ δὲ σκῆπτρον βάλε γαίῃ. Alii ποτί. Sexcenties occurrit haec varietas: ſemel itaque defungendum eſt

Digitized by Google

opera, vt vniuerse de eo moneam. Vtrumque esse Homericum dubitari nequit, metro exigente modo hoc modo illud. v. c. Ἕκτωρ δὲ πρωτὶ ἄστυ. ἡ δὲ μολοῦσα ποτὶ μέγαρα. Alibi vtrumque locum habet, et vtrumque in libris habetur; Codicum tamen nulla in his est auctoritas. Grammatici non nisi ariolationes apponunt; licet itaque et nobis ariolari; definiri enim potest nihil. Aiunt igitur ποτὶ esse Doricum: v. c. Etymol. Eustath. ad P, p. 1106, 20. add. Gregor. p. 84 et ibi Koen. Ab editore nihil potest postulari, quam vt, vtrum vtrum praetulerit, constantiam seruet in iis, in quibus metrum non intercedit. Equidem πρωτὶ praetuli, quia est antiquius et asperius, ex πρὸς, προσὶ, προτί. — Schol. Apollonii Rh. III, 322 ex h. l. docet, ποτὶ esse Homero, quod vulgo παρά. παρέβαλε τῇ γῇ.

247. ἐμήνιε Clarke pronuntiatum esse censet ἐμῆνι, quia ι in μηνίω producitur. Nisi est inter exempla vocalis longae correptae ante vocalem: Sic Il. M, 10. Od. P, 14 et al. — ἐμήνυε L. ap. Bentl.

248. ἡδυεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς Πυλίων ἀγορητής. Versus passim in vsus scriptorum vocatus. Ludit in eo ad τὸν Λόγον transferendo Clemens Paedag. I, 6. p. 128 Pott.

249. ἓ quod in Zenodotea legebatur γλυκίω (vt sup. vs. 80 κρείττω ad quem vs. vide).

Ceterum hic versus τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή, ad Platonem translatus est cum figmento, pueri insedisse ori apes: Olympiod. vita Platon. pr. inde a multis frequentatus vt a Dione Chrysost. a Cicerone Cat. 10.

250. τῷ δ' ἤδη δύο μὲν (multi codd. vitiose δύω) γενεαὶ — versus saepe excitatus, etiam ab Hesych. in γενεά, in notione γενεᾶς declaranda, item de Nestore trisaeclo. Argutantur quoque multa in re per se clara, quod senex forte septuaginta et quod excurrit annos natus tertiam γενεὰν attigisse satis splendide dicitur: v. Porphyr. Qu. Hom. s. 13. Schol. Eustath. Hesych. De aetate,

qua quis liberos generare poteſt, interpretatur γενεὰν Apollon. Lex. h. v. Variae vocis γενεὰ ſignificationes expoſitae ſunt a Schol. B. ad Δ, 60. qui locus exſcriptus eſt ex eod. Apollonio. Paria habet Etymologus in γενεά. Alia congerere nihil attinet.

251. δύο γενεαὶ — ἐφθίαθ', οἵ οἵ πρόσθεν ἅμα τράφεν ἠδὲ γένοντο. ξ quod Zenodotus αἵ οἱ. ſed vulgata reſpicit notionem ipſam, τοὺς ἄνδρας.

ἐφθίατο. ἔφθιντο. non ἔφθινται. a φθίμι. v. inf. ad Σ, 446.

ἅμα τράφεν. Barn. „γρ. ἅμ' ἔτραφεν." non eſt varians lectio: ſed hoc ſigno declarare ille plerumque ſolet, poſſe ita ſcribi. Centies me in fraudem induxerat, vt variantes lectiones ab eo apponi putarem. De voce τράφεν pro ἐτράφησαν v. ad B, 661.

ἠδὲ γένοντο e Vrat. a. adſciui. Debebam Ionicas formas vel ſine omni codd. auctoritate adſciſcere. Metuebam tamen *patruae verbera linguae.*

253. ὅς σφιν. ὅ σφιν et h. l. pars codd. et ipſe Venetus cum edd. ante Turnebum. Sed v. ad 73.

254. ὦ πόποι primum occurrit, in ſeqq. aliquoties obvium. Vocem exclamantis eſſe ſatis conſtat; verum origo ignoratur. Volunt antiquum nomen eſſe, πόποι, οἱ δαίμονες quod iam apud Plutarchum habetur: v. Apollon. Lex. h. v. Heſych. Etymol. Euſtath. Niſi vocabulum eſt a ſono factum; vt παπαί.

ἦ μέγα πένθος Ἀχαιΐδα γαῖαν ἱκάνει. Eſt hoc Homericum illud ſaepe obuium: χαλεπὸν δέ με πένθος ἱκάνει. εἴπερ τί σε κῆδος ἱκάνει. ἀλλὰ τό γ' αἰνὸν ἄχος κραδίην καὶ θυμὸν ἱκάνει. et ſimilia, in quibus ἐπὶ ſupplendum pro ἐφικνεῖται. Sic quoque alia: ἄδος τέ (πρὸς) μιν ἵκετο (κατὰ) θυμόν Λ, 88. Ita locum habet quod Etymol. ait: Ἱκάνω — σημαίνει καὶ τὸ παραγίνομαι καὶ καταλαμβάνω appoſito hoc verſu.

255. ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος. etiam apud Ariſtot. Rhet. I, 6 legitur. recitat quoque vſſ. 255. 6. 7 Plutarch.

Digitized by Google

de vtil. ex hoſt. p. 87. F. et Schol. Thucyd. VI, 79. p. 428, 17. ad illuſtranda Thucydidea.

ἦ κεν. ὄντως ἂν χαρείη Etymol. in η. γηθήσει Vrat. z. quod defendi poſſet; at alterum tuetur ratio et auctoritas. De κεχάρομαι v. ad O, 98.

Ad ſententiam conuenit inf. T, 63 ſq. Ἕκτορι μὲν καὶ Τρωσὶ etc.

257. μαρναμένοιϊν. Theodor. Gaza p. 162 μαρναμένοισιν.

258. οἱ περὶ μὲν βουλὴν Δαναῶν, περὶ δ' ἐστὲ μάχεσθαι. Editum βουλὴν e Veneto: οὕτως Ἀρίσταρχος, καὶ ἐν τῷ πολυστίχῳ. Sch. A. Sicque etiam Herodianus, Sch. B. L. Amſt. Vat. Vt alibi: N, 621 Ζεῦ πάτερ, ἦ τέ σέ Φασι περὶ Φρένας ἔμμεναι ἄλλων. Od. A, 66 ὃς περὶ μὲν νόον ἐστὶ βροτῶν. Od. Σ, 247 ἐπεὶ περίεσσι γυναικῶν εἶδός τε μέγεθός τ' ἠδὲ Φρένας ἔνδον ἐούσας· Nec aliter alii, vt Apollon. III, 408 ἄεθλος — τόν ῥ' αὐτὸς περίειμι χεροῖν. His auctoritatibus nititur lectio mutata; etſi βουλῇ etiam Apollon. Lex. in περὶ agnoſcit. Similem diſputationem inf. ad N, 729 videbimus; vbi βουλῇ περὶ ἔμμεναι ἄλλων.

Porro paſſim ſcribitur πέρι — πέρι, vt in Vrat. a. e. et edd. vsque ad Turnebum, qui e Romana reſtituit περὶ, nam eſt περι — εστε. At πέρι ſcribunt tantum ſi poſtponitur nomini. cf. Sch. B. L.

259. Ἀλλὰ πίθεσθε. Hoc verſu ſtolide vſum vide Fauorinum ap. Plutarch. in Bruto p. 1000. A.

ἐμεῖο. Male ἐμοῖο, priſco errore, Seh. br. ſicque Vrat. b. cum edd. Flor. Ald. 1. emendatum in Ald. 2.

260. 1. ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀρείοσιν, ἠέπερ ὑμῖν, ἀνδράσιν ὡμίλησα. ξ Eſt Zenodotea lectio; quod cum alii ſuperbe dictum putarent, mutarunt in ἡμῖν. Sic Ven. cum Sch. A. ſcilicet ex noſtro decori ſenſu. cf. Euſtath. ὑμῖν etiam Heſych. agnoſcit in ἤδη. vbi firmatur ſignificatus vocis ἐπὶ τοῦ παρωχημένου χρόνου ἀορίστου. etſi non minus ἦ δὴ γὰρ eſſe poſſet, vt inf. 573. Verum

iſta ambiguitas ſexcenties occurrit. De ὁμιλεῖν, quod primo nunc occurrit, v. ad μεθομιλεῖν inf. 269.

Ceterum vſſ. 260—266 et 273 recitat Dio Chryſ. Or. LVII et rhetorice in ſententias commentatur. Verſus 260. 1 recitat Plutarch. de ſui laude p. 544 F. et inde docet, recte aliquem gloriari poſſe ad contundendam aliorum ferociam. Themiſt. Or. XV, p. 198 mutat in mitius, καὶ ἄλλοισιν βασιλεῦσιν. Senectuti conſentaneum eſſe, iuuenilia facta praedicare, monuerunt ex his vſſ. alii: cf. Cic. Cat. 10.

261. οὔποτ' ἐμ' Moſc. 1. Apud Apollon. Lex. p. 48 (T. I, p. 60) ἐπεὶ οὔποτέ μ' οἵγ' ἀθήριζον. Apud Etymol. in ἀθήριζον corrupte verſus legitur. In vocis ἀθηρίζειν etymo multi ſunt grammatici v. Euſtath. Schol. ad h. l. Schol. ad K, 67 e Porphyr. cf. Od. Ψ, 174. Etymol. h. v. Heſych. et hinc Steph. Lex. videtur proprie eſſe ἀθέρα, *paleam, abiicere.*

262. ξ- ſed deb. eſſe ξ qula omiſſum μὴ, οὐδὲ μὴ ἴδωμαι. vt B, 488 ſimiliter factum: πληθὺν δ' οὐδ' ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω (pro οὐδὲ μὴ ὀ.). Grauius erat obſeruatu, ἴδωμαι, ἴδωμαι ἄν, pro futuro poni. Obſeruavit quoque Lesbonax de figuris p. 186. 7. Recitat vſſ. 262 — 265 Pauſan. X, 29 p. 871 vbi de Polygnoti pictura.

263. Pugnae Lapitharum cum Centauris, feris et ſilveſtribus montium Theſſaliae, vt Pelii, incolis, vetus fuit fama accepta et a poetis expoſita etiam ſingularibus ἔπεσιν; e quibus narrationem ſuam adornaſſe videtur Ouidius Met. XII, 210 ſq. Altera pugnae mentio fit B, 742. Od. Φ, 295 ſq. add. Heſiod. Sc. Herc. 178 ſq. Sch. br. et Ven. ad noſtrum locum.

264. Narrant Schol. c. Euſtath. apud ſeriores Ξάδιον ſcribi; legerunt ergo h. l. Καινέα τε, Ξαδιόν τε. Apud Euſtath. eſt etiam Καινέα θ' Ἐξαδιόν τε. At eſt Ἐξάδιος etiam ap. Heſiod. Θ, 180 et Ouid. Met. XII, 266 *Dixerat Exadius.* ἀντιθέους τοὺς ἀγαθοὺς appellari (vix tamen ſenſu philoſophico) ait Plutarch. de Iſ. et Oſir. p. 360 F.

Digitized by Google

265. Abeſt verſus a Cod. Ven., et a Scholiis: et a codd. L. et Eton. ap. Bentl. Townl. a pr. m. Vrat. a. a pr. m. Mosq. 2. a pr. m. et trib. Vindob. At legitur in Dione Or. LVII. l. c. In Vrat. b. ordo verſuum eſt: οἷον Πειρίθοον. Θησέα. Καινέα τ'. Potuit verſus ſerius accedere; potuit quoque antiquo aliquo codice excidere, vnde pars ſeriorum codicum deſcripta eſt. De vltima in Θησέα (nec minus in Καινέα) recte quaerit Clarke, longa ne ſit, vt notiſſimo more eſt apud Atticos, an breuis; Necdum video, quod dubitationem in Homero tollat; nam, ſi eſt longa vltima, pronuntiandum erit binis ſyllabis. Ad digamma confugit Payne Knight p. 51.

Ceterum de *Caeneo* ſunt vſſ. I, 59 ſqq. Apollonii Rh. et ibid. I, 40 de *Polyphemo* Elati f. Memorauerat tamen idem alium Polyphemum Taenaro ortum Neptuni f. ex Europa, curſus velocitate nobilem lib. I, 179 ſq. quſ tamen aliis in locis ipſi Apollonio *Euphemus* eſt; reſtitutus quoque nunc a Brunckio. In idem tamen lectionis vitium inciderat iam Valer. Flacc. qui I, 457 ſq. de Polyphemo narrat ea, quae ad Euphemum, Taenarum redeuntem, ſpectare videntur.

268. ϑηρσὶν Lipſ. Vrat. b. vt fere ſcriptores ſcribere ſolent, qui verſus recitant; ſic Ariſtides To. II, p. 293. De voc. vide inprimis Apollonii Lex. h. v. Φλᾶν pro ϑλᾶν comparat Schol. Ariſtoph. Plut. 694. In etymologia vocis ὀρεσκῴοισι laborant grammatici. v. Schol. Euſtath. Heſych. Etym. Apollon. h. v. qui ceteris praeiuiſſe videtur ex Apionis auctoritate: aut dici ὀρεσκῷον pro ὀρεσίοικον, quod parum grammatice ſit, aut pro ὀρεσίκοιτον. παρὰ δὲ τὸ κεῖμαι, ὅ ἐστι κοιμηϑῆναι δύναται εἶναι Ἰαπῶς. καὶ γὰρ διὰ τοῦ Ι εἴρηκεν, ὀρεσκῴοις (vt cum Villoiſ. et Toll. legendum). καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ κῴδιον οἱονεὶ κοίτιον (immo κοίδιον, κωίδιον) ὥστε καὶ κῶας διὰ τοῦτο. — Verum in his neceſſe eſt poni, κείω etiam fuiſſe κοίω, adeoque κεῖται et κοῖται. Praeſtat hoc eo, quod Strabo narrat vocem ἀπὸ τῶν κώων (ὁ κῶος) h. e. κοιλωμάτων, ductam eſſe, lib. VIII, p. 564. de qua notione v. inf. ad

B, 581. Fuit vero etiam ὀρεσκόος, vt apud Aeſchyl. VII ad Th. 534 μητρὸς ἐξ ὀρεσκόου. At ὀρεσκῴων σκυλάκων eſt ap. Eurip. Hippol. 1277. Ὀρίκτιτον σῦν dixerat Pindarus. v. Fragm. Pind. CLVI, p. 150.

269. μεθ' ἑμίλεον. Sic Ariſtarchus: Schol. Ven. A. et ſic Vrat. a. Ariſtarchus adeo ſibi haud conſtitit, cum alias iuncturis compoſitorum nimium indulget. μεθομιλεῖν acceperant grammatici συμμαχεῖν hoc quoque loco: quod etiam facit Schol. Eurip. ad Phoen. 1417. Contra quos pugnant Sch. B. et L. Redditur in Sch. br. συναναστρέφην. Concedendum tamen eſt proprium vocis vſum Homericum eſſe in commilitio et ſocietate pugnandi: Neſtor cum iis ſe militaſſe, vna cum iis bello et expeditioni interfuiſſe pronuntiat. cf. ad Λ, 502.

270. ξ— Ni forte ξ— fuit: excidit pars Scholii; qua Zenodotea lectio aut interpretatio vocum τηλόθεν ἐξ ἀπίης γῆς reiecta fuit. De hac voce ἀπίη γῆ iam inter veteres fuit diſceptatum, aliis *terram longinquam*, ἀπίης, τῆς πόῤῥωθεν οὔσης, interpretantibus, aliis Peloponneſum, ab Apide Phoronei filio. v. quae congeſſit Waſſenberg ad Paraphr. p. 42. Scholia Ven. A. aiunt: ὅτι παραλλήλως, τηλόθεν ἐξ ἀπίης. Addit: οἱ δὲ νεώτεροι, τὴν Πελοπόννησον ἐξεδέξαντο. Eadem repetuntur alibi: Γ, 49. Quomodo tamen *recentiores* memorari poſſunt, cum Apia de Peloponneſo iam apud antiquiores, vt ap. Sophoclem et ipſum Aeſchylum occurrat? Scilicet qui poſt Homerum, tanto interiecto temporis interuallo ſcripſere, omnes ſunt οἱ νεώτεροι. Accipiendum tamen Scholion tantum de iis, qui Homerum interpretati ſunt; ex his recentiores Peloponneſum h. l. intellexere; in quibus eſt Etymol. At antiquiores, in quibus fuit Apollonius Lex. videntur verius vidiſſe; etſi enim h. l. Peloponneſus intelligi poſſit, ſunt tamen Homerica loca, in quibus manifeſte appellatiue dicitur terra longinqua, ἀπίη γῆ, Od. Π, 18 *vt pater amplectitur filium* ἐλθόντ' ἐξ ἀπίης γῆς. add. Od. H, 25. Ceterum hoc idem pronuntiatum, τοὺς νεωτέρους Apiam Peloponneſum dixiſſe, etiam Geographi

Digitized by Google

repetierunt: Strabo VIII, p. 570 C. (qui et verſum 270 recitat p. 16 B.) et Steph. Byz. in Ἀπία. Scilicet *Apia* tantum poetarum nomen factum, nunquam geographicum nomen fuit; vti plura ſunt terrarum nomina, quae tantum in poetis occurrunt, vere in hominum vſu nunquam fuerunt. Itaque non ſunt probandi, qui cum Sch. Thucyd. I, 9 antiquius nomen *Apiam* fuiſſe aiunt, mutatum poſt Pelopem in Peloponneſum.

271. ξ quod Zenodotus ſcribit: κατ' ἐμωυτὸν, *Sch. Ven. A.* Sane Ionice ita ſcriptum eſſe debuit, ſi ex Herodoto et Hippocrate aeſtimes. Aliud, quod in Homeri exemplaribus notatur, eſt, quod in nonnullis vna voce κατ' ἐμαυτὸν erat ſcriptum; hoc improbauit Ariſtarchus et alii qui compoſitum ἐμαυτὸν apud Homerum occurrere negabant; ſed ἐμ' αὐτὸν (οὕτω κατὰ παράδοσιν ait Sch. A.) ſcribere iubebant; vt nec ἑαυτὸν, ſed ἓ αὐτόν. Ita et σὲ αὐτὸν et σ' αὐτὸν non σεαυτόν. At in ſecundo caſu vulgare occurrit σαὐτοῦ. σαὐτῆς quod Ionice eſſe debuit σεωυτῆς binis ſyllabis. Appingitur vulgo in Ionicis ſcriptoribus diaereſeos nota σεωΰτῆς. ἑωΰτῆς. Spectant ad hanc obſeruationem etiam illa, quod ἕο αὐτοῦ et ἑοῖ αὐτῷ in Homero ſcriptum eſt, non ἑαυτῷ nec ἑαυτοῦ. qua de re quoque ſubtiliter egit Apollon. de Syntaxi lib. II, f. 19. cf. Schol. Ven. Res iam antea ex Euſtath. et Etymol. erat nota. Codicum, inprimis vulgarium, nulla in his poteſt ratio haberi, vt nec edd. vett. Neque talia pro Homerica ratione haberi poſſunt; ſed ſunt repetenda ab ea aetate, qua diſtingui verba coeperunt; adeoque inter Alexandrinos.

272. ξ Notatum fuit μαχέοιτο. nam haec obſeruatiuncula ſaepe repetitur, quod eſt μαχέομαι, μαχέσομαι. cf. ad 298. Sic quoque Dio l. c. Or. LVII. Ariſtid. T. II, p. 372. tum Etymol.

273. ξύνιον. Variauit ſcriptura iam olim. ξύνιεν, quod et Ven. habet, fuit lectio Ariſtarchea quam et Herodianus lib. XVII (τῆς καθόλου puto) memorauerat: Schol. A. Scilicet, vt ſemel moneamus, duplex fuit antiquitus

Digitized by Google

verborum in *μι* forma, altera in *εω. αω. οω.* altera in *μι.* In Homero formae antiquioris exempla multa occurrunt: ſuperſunt etiam tempora in vulgari flexione multorum verborum. Ita fuit *ἰέω* et *ἵημι. ξυνιέω* et *ξυνίημι.* Vnde occurrit *ξυνιεῖς.* Fuit forte et *ἴω, ἴον.* Nunc tamen aoriſtum eſſe *ἴον* ab *ἰέω*, e grammaticorum vſu dicimus; ergo et *ξύνιον* h. l. cum Etymol. h. v. *ξυνίει* imperatiue, eſt Od. A, 271 *εἰ δ' ἄγε νῦν ξυνίει.* At a *ξυνίημι* eſt *ξύνες* B, 26. *ξύνετο* Od. Δ, 76. Sic *μεθιέω* fuit, v. Inf. ad Z, 523. K, 121. E, 880. et *μεθίημι*, vnde in Od. Δ, 372 manſit *ἠὲ ἑκὼν μεθίῃς.* Nihil adeo refert, vtro modo ſcribas, niſi, quod ſenſu *intelligendi* etiam alibi *συνίημι* in Homericis occurrit: vnde *ξύνιεν* eſt pro *ξυνίεσαν.* Vtramque formam habet Heſych. *ξυνίον ἀέκοντος ἐμοῖο* laudat Theod. Gaza p. 179. ſcilicet memoriae vitio ex v. 301.

275. *μηδὲ σὺ τόνδ' — ἀποαίρεο κούρην.* ξ ſignum ſpectauit ad vulgare illud: *ὅτι ἀρχαϊκῶς, τόνδ' ἀφαιροῦ, οὐχὶ τοῦδε.* Schol. A. et pro caſu ſecundo quartum poni in h. v. notat Gregor. Cor. p. 39. Eſt tamen in Homero perpetuum hoc, *ἀφαιρεῖσθαί τινά τι.* Tum *τόν γ'* Eton. *ἀποαίρεο* notabile propter hiatum vt iam 230.

277. *Πηλεΐδῃ, 'θέλ' ἐριζ.* Obſeruatio veterum fuit a multis repetita, (v. Schol. hic inprimis Ven. A. et ſaepe, vt ad Θ, 229. Euſtath. Etym.) apud Homerum eſſe *ἐθέλω* non *θέλω.* Itaque hic locus, in quo *θέλειν* a poeta admiſſum eſſe videbatur, nam *ἔθελ'* metrum reſpuit, variis modis fuit conſtitutus: vel *Πηλεΐδ' ἤθελ'* (ſic et Ven. et Moſc. a. 3.) vel *Πηλεΐδἠθελ'*, *Πηλεΐδὴ θέλ'* ſeu, vt Sylburg. conſtituit: *Πηλεΐδἤθελ'*, vel *Πηλεΐδη 'θέλ'*, quod vltimo loco in Schol. A. occurrit, quodque nunc recte receptum eſt inde a Turnebo. Simile eſt *δὴ 'φάμεν* Il. Θ, 229. At Ariſtarchus *ὀξύνει τὸν δή, τὸ πλῆρες λέγειν ἔθελε.* Scripſit ergo et is *Πηλεΐδήθελ'* vt vltima in *Πηλεΐδη* et prima in *ἔθελε* ſint contractae in *η.* Ad recentiores codd. in his non eſt attendendum. *Πηλεΐδη θέλ'* Vatic. *Πηλεΐδ' ἤθελ'* Lipſ. Ven. Eton. edd. omnes ipſa

Digitized by Google

Rom. et Steph. Sed recte Turneb. et Barnes. vt nunc legitur, quod pars quoque codicum habet, vt Mor. Barocc. Cant. et noſtri.

278. De ἔμμορε mira comminiſcuntur; eſſe pro μέμορε. Atqui nec praeteritum locum habet. Debet eſſe aoriſtus: ἔμορον et ἔμμορον a μόρω et μορέω, aufero portionem ſeu ſortem, μόρον vel μοῖραν. Ita Etymol. quoque ſenſit vt ſit ἔτυχεν, ἔλαχε. vti etiam exponunt vocem Sch. br. Heſych. et primo loco Apollon. ἔμμορε. ἔμοιρε (f. ἔμορε) κατὰ μοῖραν εἵληφεν.

280. θεὰ δέ σ' ἐγείνατο Moſc. 1. vn. Vindob.

281. ἀλλ' ὄδε Eton. Ven. Townl. Vrat. b. tum ἐπὶ πλ.. Vrat. c.

283. λίσσομαι, Ἀ. Nil ad haec veteres obſeruarunt; niſi quod Euſtath. habet: λιτανεύει τὸν βασιλέα, παύσασθαι τοῦ χόλου τῷ Ἀχιλλεῖ. Verſio in fraudem rapit: *verum ego precabor Achillem deponere iram;* ac ſi eſſe poſſet λίσσομαι Ἀχιλλῆϊ. Immo vero eſt μεθιέναι χόλον Ἀχιλλῆϊ cum tertio caſu, cum in alterius gratiam aliquid ſit; niſi mauis dictum χόλον Ἀχιλλῆϊ pro εἰς Ἀχιλλῆα. Mutaui itaque interpunctionem. Conuerſa enim eſt oratio Neſtoris ad Agamemnonem in hoc quoque verſu: *compeſce iram tuam; ego vero ipſe precor, vt.* αὐτὰρ eſt pro δὲ dictum, et, vtî hoc ipſum, merae copulae vim habet; ſic alibi, vt Od. H, 121. vel *et praeterea*, vt Od. O, 159. Verſus hos expreſſit Ariſtoph. Ran. 856 ſq. vbi Brunck. quoque de praua interpretatione vulgari monuit.

286. κατὰ μοῖραν ἔειπες, ἔειπας et hic Laud. duo Vindob. Moſc. 1. 2. cf. ſup. ad 106. In Apollon. Lex. voc. αἶσα p. 60 laudatur tantum: ναὶ δὴ ταῦτα, γέρον, κατὰ μοῖραν ἔειπες.

287. πέρι et hic edd. et codd. At v. ad 258. In Sch. Ven. A. E, 325. citatur ἀλλ' ὅδ' ἀνὴρ ἔθετω. Sane ἔθει, *ſolet*, ἔθων vidimus. Eſt tamen lapſus calami.

288. πάντεσσι δ' ἀνάσσειν laudat quoque Dio Chryſ. Or. II, p. 74. R. At rationibus τοῦ Digamma repugnat;

ergo Bentl. *πάντεσσι ϝανάσσειν* emendat, aut potius *πᾶσι δὲ ϝανάσσειν, πάντων δὲ ϝανάσσειν.*

289. *ἄτιν' οὐ πείσεσθαι οἴω.* Multa hic in Schol. L. parum ad rem facientia. Perperam grammatici *πείσεσθαι* ad *πάσχειν* referunt, aut, si a *πείθω* ducunt, *πείσεσθαι* modo actiue, modo passiue, significare volunt. Quod cum non perspicerent, nonnulli fuere, qui h. l. *ἅ τινα* seiungerent, *ἃ οὐκ οἶμαι ἕνα τινὰ ἄνθρωπον πείσεσθαι καὶ παθεῖν·* quam indocte! Vti est *πείθω τινά τι*, E, 252 *μή τι Φόβονδ' ἀγόρευ', ἐπεὶ οὐδέ σε πεισέμεν οἴω.* ita est *πείθομαί τί τινι* (in alicuius gratiam, *παρά τινος*). Semel hoc monitum sufficiet ad alia loca vt inf. 296. 427. Υ, 466. Od. Γ, 146. vbi Eust. Estque adeo h. l. *κατ' (ἄτινα) οὐκ εἴω ἐγὼ πείσεσθαι αὐτῷ.* Ceterum *πείθεσθαι* hic et 296 Mosc. 1.

291. *Τοὔνεκα οἱ προθέουσι.* Barnes: *γρ. τοὔνεκεν οἱ* non intellecto vsu *τοῦ* Digamma — ad *προθέουσι.* Nihil notatum in Apollonio, Hesych. Etymol. occurrit. Fuisse tamen ad h. v. Scholion, intelligas ex appicto in Ven. signo ⨪. Vulgo, etiam in Eustathio, redditur per *προτρέχουσι*, vt sit: *probra praecurrunt dicta, ὀνείδεα προτρέχουσι τοῦ μυθήσασθαι*, pro, *τῶν μύθων, αἱ ὕβρεις τοῦ λέγειν.* parum scite. modo *συνιᾶσι*, in Schol. br. (legendum forte *προιᾶσι*, a *προιέναι, προέσθαι, permittere*, quod Homero esset *προιεῖσι*, vt Λ, 270). Restat vt poeta dicatur antiquam formam adhibuisse: *προθέω* pro *προτίθημι.* vti in subiunctiuo *θῶ* et Ionice *θέω* habetur, et ipse poeta *θείω, θείομεν* dixit, vt sit adeo *προθέουσι* pro *προτιθεῖσι, permittunt, προτρέπουσι.* Vidit quoque Damm. in Lexico. Bentl. coni. *τοὔνεκά οἱ πόλλ' ἔστιν* — vt Υ, 246 *ἔστι γὰρ ἀμφοτέροισιν ὀνείδεα μυθήσασθαι πολλὰ μάλ'.* Hesych. corrupte *καιροθέουσι. κρατοῦσι. προτρέχουσι.*

292. *ὑποβλήδην.* ex *ὑποβάλλειν·* de quo v. ad Υ, 80, vbi est *ὑββάλλειν* de quo v. Apollon. Lex. Etymol. *ὑποβαλὼν λόγον, ὑποκρουστικῶς ἔτι λέγοντός τινος. ὡς ἐπὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος ὁ Ἀχιλλεύς*, versu hoc adscripto. Si-

Digitized by Google

milia, etsi aliis verbis Schol. br. Leid. Eustath. Hesych. vt sit lat. *interpellare*. Saepe tamen omnino *respondere*. Apollon. Arg. aliquoties adhibuit simpliciter pro, exorsus: κακῶς ait Schol. ad III, 400. Etiam h. l. ὑποβλήδην de interposito sermone simpliciter accipi potest; *excipiens, respondens*.

294. εἰ δή σοι πᾶν ἔργον ὑπεξομαι. Prima verba Herodianus ὀρθοτονεῖ. scribi ergo voluit δὴ σοὶ πᾶν. alioqui enim poetam δή τοι scripturum fuisse. v. Sch. A. B. L. docuerat plura de hac subtilitate grammaticus ad Od. Γ, 50 τοὔνεκά τοι πρότερον.

εἴπῃς Eton. Laud. Barocc. Ven. Townl. Vrat. a. b. Vindob. pro vulg. εἴποις. et iam vidimus istud Homerico vsu probari. Bentleius acute: πᾶν ἔργον, inquit, nusquam. Malim τι ϝέπος, vt B, 361 οὗτοι ἀπόβλητον ἔπος ἔσσεται, ὅττι κεν εἴπω. Scilicet ἔπος εἰπεῖν centies occurrit; at nusquam ἔργον εἰπεῖν. Porro εἴκω vbique Homero est ϝείκω, ergo et ὑποϝείκομαι. Mederi voluit Bentl. legendo: εἰ δή σοί τι ϝέπος ὑποϝείξομαι, ὅττι κε ϝείποις. De toto versu non habeo quod dicam.

295. ἄλλοισι δὴ ταῦτ' ἐπιτέλλεο. ξ— Schol. A. „κοινὸν τὸ ἐπιτέλλεο, καὶ ὁ γὰρ περισσὸς, διὸ ἀθετεῖται·" (debuit adeo versui obelus — appositus esse, non ξ—). Severum iudicium, et obscurum: ἐπιτέλλεο esse κοινὸν sensum debet habere, vocem esse vtrique membro communem, et repetendam altero loco μὴ γὰρ ἔμοιγε sc. ἐπιτέλλεο. adeoque versus sequens esset inutilis. (v. ad v. 296.) non vero 295. At tamen videtur statuere: esse γὰρ otiosum, ideoque versum improbari. Atqui γὰρ est pro δὲ, vt saepe in Homero, qui in particularum vsu longe ab subtilitate sequiorum abest. Tum B. et L. ἐμοί γε scribi volunt, non ἔμοιγε.

296. σήμαιν', οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔτι σοὶ πείσεσθαι ὀΐω. Eustath. τινὲς, ὡς καὶ Λογγῖνος δηλοῖ, νόθον οἴονται τὸν στίχον. Et hoc recte, nam si quem alium, hunc versum suppletum esse perspicies. Assentitur quoque Bentl.

Digitized by Google

οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔτι. praefert Sch. B. L. ἠθικῶς. Alii legerant ἔγωγέ τι vti Schol. et Vrat. a. Mosc. 2 et e corr. 1. vti 289 erat ἄτινα cum πείσεσθαι.

297. σὺ δ' ἐνὶ Φρεσὶ βάλλεο σῇσι· primo occurrit vetus loquendi forma, in seqq. aliquoties obuia ἐμβάλλεσθαί τι Φρεσὶ, θυμῷ, vt et ἐνθέσθαι de actu animi, quum ad cogitandum, considerandum ac deliberandum aliquid arripit ac suscipit, cf. K, 447. O, 566. Ψ, 313.

298. χερσὶ μὲν οὗτοι ἔγωγε μαχήσομαι. οὗτοι Ven. vterque, Lips. Townl. Alii οὔτι ἔγωγε. Porro μαχήσομαι in edd. tuetur Venetus. Schol. A. addit: οὕτως, διὰ τοῦ η, μαχήσομαι, οὐ διὰ τὸ ες, μαχέσσομαι. Tunc laudat pro se: „μαχήσομαι esse in Massilienſi, Argolica, Sinopica, Antimachi et Aristophanis recensione." Vtinam grauiora ex istis codd. notasset! Addunt Schol. B. et L. „Aristarchum per η scribere, at Heracleonem nomina quidem per η, verba autem per εσσ scribi voluisse, vt, Σολύμοισι μαχέσσατο." inf. Z, 184 vbi vide. Sic quoque scriptum est in Vat. Eustath. Mori, Vrat. a. Mosc. 1. 2. Fragm. Eton. Repetitur quoque obseruatiuncula et inculcatur a grammaticis pluribus locis. At supra 152 nihil erat monitum, vbi erat δεῦρο μαχησόμενος; Contra inf. 304 μαχεσσαμένῳ editur. Bentleius μαχεσσ. praefert, Vix res digna, vt verbum addam; vtrumque enim recte scribitur, modo constantiam serues. Orta videtur duplex scriptura in hoc et nonnullis similibus (v. ap. Eustath.) ex eo, quod antiquitus, cum nondum ε et η discretum esset, scriptum fuit μαχέσατο, idque postea grammatici modo μαχήσατο modo μαχέσσατο exararunt. Retinere praestat sollennem formam. Notabilior est altera ratio, rara quidem, cum poetae ad corripiendam syllabam η mutarunt in ε, vt γαμεθεῖσα apud Theocr. VIII, 91.

299. ξύν quia Zenodotus legerat, ἐπεί μ' ἐθέλεις ἀφελέσθαι, ex aliis forte exemplaribus. Barnes: γρ. ἀφέλεσθε διδόντες. Est autem dictum pro τὸ διδόμενον, *quandoquidem auferris id quod ipsi dederatis*, adeoque, addit paullo subtilius Schol. ὑβρίσαντες ἑαυτούς γε, οὐκ

ἐμέ. Porro esse σχῆμα Asiaticum μ' ἀφέλεσθε pronuntiat Lesbonax p. 182. esse Atticorum ait Gregor. Cor. Inepte! Duplex est antiquior vsus, ἀφελέσθαί τινά τι et τινά τινος, vt paullo ante vidimus.

301. Φέροις ἂν ἑλὼν diuisim recte codd. Ven. Barocc. Vat. cum Schol. br. At Schol. A. B. L. ἀνελὼν contendunt esse retinendum, nam ἄν bis positum Atticorum esse. Bentl. itaque coni. οὐχ ἕν τι Φέροις ἄν —

Porro ἀέκοντος (quod fuit ϝεκοντος) Schol. B. scribere iubet ἀ ἑκοντος, quod et aliis locis monent grammatici esse faciendum.

ἐμοῖο Flor. Ald. 1. perpetuum fere sphalma; emendatum in Ald. 2.

302. εἰ δ' ἄγε μὴν, substituunt veteres εἰ θέλεις, εἰ βούλει, etiam Gregor. de Dial. p. 13.

303. αἶψά τοι αἷμα ἐρωήσει περὶ δουρί. αἶψά τῳ Bentl. acute. Et Eustath. ἀορίστως λέγει p. 107, 12. et antea 299 οὔτε τῳ ἄλλῳ. Attamen etiam Od. Π, 441 αἶψά οἱ αἷμα κελαινὸν ἐρωήσει περὶ δουρί.

ἐρωήσει. quod alibi de quocunque impetu vehementi, nunc est de sanguine *emicante*. Spectat huc in Hesychio ῥεύσει. Sch. br. cum Etymol. περιῤῥυήσεται τῷ δόρατι. Enargiam in hoc loquendi modo insignem agnovere veteres: Sch. B. L. ἐναργῶς δὲ πέφανται τὸ περὶ δόρυ μεθ' ὁρμῆς ἐπιχεόμενον αἷμα· καὶ ταύτας ἐμψύχους ἔλεγεν εἶναι παρ' αὐτῷ (Homero) λέξεις Ἀριστοτέλης.

304. μαχεσσαμένῳ etiam ap. Apollon. in τῷ vbi hoc versu vtitur, et in ipso Veneto; Schol. A. tamen Aristarchum η probare monet. μαχησαμένῳ rescripsi. v. ad 298.

305. ξ— Nil respondet in Schol. nisi quod iungi posse ait ἀγορὴν Ἀχαιῶν. forte fuit ξ—.

306. νῆας ἑίσας. Primo nunc occurrit; quo sensu dictum sit dubitatur. v. inf. ad 468.

307. ξ— Videtur et hic ξ— fuisse; notatur enim, quod Μενοιτιάδης, patronymicum, ponitur absolute, proprio nomine non adiecto.

Digitized by Google

308. νῆα θοὴν ἅλαδε προέρυσσεν. Heſych. male προέρευσεν. v. mox 435. 485. Od. O, 496.

309. ἐς δ' ἑρέτας ἔκρινεν. Pro hoc: ἐν δ' ἑ. Ariſtarſtarchus. Ven. A.

310. ξ. Signo nil in Schol. reſpondet. Sed reſpicit illud forte Sch. ad v. 143 quem Zenodotus eiiciebat.

311. ἐν δ' ἀρχὸς ἔβη. ἂν δ' ἀρχὸς ἔβη Harlej. Laud. Barocc. Vrat. A. vnus Vindob. alter ἀνὰ in raſura. br. Schol.

312. ἐπέπλεον ὑγρὰ κέλευθα. ἀπέπλεον Vrat. a. a pr. m.

314. οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο. Sic potiores. ἀπολυμαίνοντο Barocc. cum aliis et Apollon. Lex. h. v. ἀπολυμαίνοντο. ἀπεκαθαίροντο, ἀφηγνίζοντο. ordo tamen litterarum eſſet ἀπελυμ. Reſpicit locum Pauſanias VIII, 41. p. 683, vbi de Lymace Arcadiae fluuio, ita dicto καθαρσίων τῆς Ῥέας ἕνεκα· μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ὅμηρος, ἀπολυμαίνεσθαί τε ἐπὶ τῇ λύσει τοῦ λοιμοῦ τοὺς Ἕλληνας καὶ ἐμβάλλειν τὰ λύματα εἰπὼν σφᾶς ἐς θάλασσαν. Cf. Hemſterh. ad Ariſtoph. Plut. p. 215. Ceterum primam in λύω produci, obſeruat Labbe, cum in λύσις, λυτὸς, corripiatur, hocque ad h. l. illuſtrat Clarke ſimilibus exemplis. Plura v. in Etymol. in θύω. Cauſſam in eo quaerit R. Payne Knight p. 69, quod λυϝω olim fuit, quodque aſpiratio interdum quieuit. At quando et cur fiat, non magis docuit, quam Clarke. Quantum aſſequor, fuere plurima verba, quae duplicem haberent formam, vſum et pronuntiationem, alteram breui vocali, alteram longa: inde diuerſa quantitas in nonnullis temporibus; inde futurum ſecundum, quod appellant, cum aoriſto altero, penultima correpta extat.

315. ἔρδον δ' Ἀπόλλωνι τελήεσσας ἑκατόμβας. ἔρδον, alii ἕρδον. Sane vtrumque ſcribitur; et videtur vtrumque pronuntiatum eſſe vſu Graecorum. ἔρδειν probat Etymol. Videtur conuenire ἔργμα. Apud Heſiodum eſt Ἔργ. 801 οἳ ἐπ' ἔργματι τούτῳ ἄριστοι. non ἐΦ'. et ſeruandum hoc per totum carmen; ergo et Od. H, 202 εὖθ' ἔρδωμεν

praeſtat ſcribere *εὖτ' ἔρδωμεν*. Praeterea autem antiquior ſcriptura tertia eſſe debuit per digamma; nam occurrunt Il. Ξ, 261 *μή οἱ ἀποθύμια ἔρδοι*, fuit *ϝερδοι*. Od. O, 359 *Φίλα ϝερδοι*. manſit hoc conſtanter in *ϝεργον* cum deriuatis, vt digamma ſeruaretur; etſi in *ἔρδειν* et *ϝερδειν* vſus variet: nam ſic v. c. Il. I, 53 *πόλλ' ἔρδεσκε*. K, 508 *ὅ τι κύντερον ἔρδοι* et ſic porro.

τελησσας ἑκατόμβας. *τελησσας* varie explicant grammatici. Praeſtat tenere, quod primo loco poſuit Apollon. Lex. eſſe pro *τελσίας* voc. propr. de victimis nullo vitio laborantibus.

316. *παρὰ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτοιο*. Epitheton hoc primo nunc obuium; ergo de eo paucis monendum. Eſt *ἀτρύγετος* vox antiquata, quam grammatici ex etymo interpretati ſunt, cum vſu illa exoleuiſſet: vel vt ſit pro *ἄτρυτος*, *non vexatum* mare vento; vel a *τρῦξ*, *τρυγὸς*, faex, vt ſit *ἁλὸς βαθεῖα*, *ἄβυσσος τρύγα μὴ ἔχουσα*, vel a *τρύγη*, *τρύγην μὴ ἔχουσα*, *τὸν καρπὸν*, oppoſitum terrae: hocque verius, modo teneas antiquum vſum. Voc. *τρῦξ* et *τρύγη* dictum eſt de vini, tum et de aliarum frugum prouentu; abiit *τρῦξ* ad faeces vini, at *τρύγη* manſit de tritico. Praeiuit Apollon. Lex. h. v. et Etymol. Heſych. hinc alii; etiam Schol. inprimis ad Il. O, 27. Eſt adeo *mare ſterile*, *ἄγονον*. quo forte ſenſu et *ἀπύμων θάλασσα* dicta fuit; maris *ἀκάρπιστα πεδία* dixit Eurip. Phoen. 218. vbi cf. Valk. p. 81. et opponitur *terrae arabili*, *frugiferae*, quae ſollenni epitheto *τραφερὰ* appellatur. Rich. Payne Knight p. 72, cum meminiſſet Oceanum dici *ἀπάντων γένεσιν*, mauult exponere *mare inexhauſtum*, *perpetuo generans*, (vt *α* ſit intenſiuum) notione Oceani ad mare traducta. Il. P, 425 etiam *ἀὴρ ἀτρύγετος* occurrit; qui *vaſtum inane* Lucretii eſt.

317. *κυίσσῃ δ' οὐρανὸν ἷκεν*. De *κυίσσῃ* praeeunte Porphyrio agunt grammatici ad h. l. add. Etymol. Apollon. h. v. De varietate in ſibilo geminato v. ſup. ad 66. Pro *ἷκεν* eſt quoque *ἵκεν* vt in vno Vindob.

319. οὐ δ' Ἀγαμέμνων λῆγ' ἔριδος τὴν πρῶτον ἐπηπείλησ' Ἀχιλῆϊ. paullo insolentius dictum ἀπειλεῖν τὴν ἔριδά τινι, vel ἐπαπειλεῖν. Schol. br. supplent κατὰ, καθ' ἣν — esset adeo, non cessauit ab ira, perstitit in ira, in qua minatus erat — quod languet. nam non destitit a minis quas fecerat inter rixandum. Apollon. Lex. voc. ἔρις recitat: λῆγ' ἔριδος κρατερῆς, memoriter vltima voce addita ex Il. N, 358 notante Villois. πρῶτος Vindob. indocte.

320. ξ (non ξ) quia alius Eurybates, Vlyssis praeco Il. B, 184. Respicitur porro Scholion de Pylaemene duplici ad E, 576. N, 643. B, 851.

321. ὀτρηρὼ, vox obuium significatum habens, δραστικοὶ, ἐνεργεῖς, σπουδαῖοι. notatur tamen in Schol. Etymol. Hesych. et iam in Apollon. Lex. in ὀτρηροὶ, quod ad Od. A, 109. spectat, vnde cepit Hesych. In etymo ineptiunt grammatici. Debuit esse verbum ὀτρέω, quod et ὀτρύω. ὀτρύνω. altior origo latet.

324. 5. εἰ δέ κε μὴ δώῃσιν. sic quoque Ven. et Schol. At Barocc. et Mori c. Vindob. δώωσιν, vt v. 137 erat.

ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι ἐλθὼν σὺν πλεόνεσσι sc. σὺν ἀνδράσιν. At Sch. br. et Leid. cum Eustath. iungebant: ἕλωμαι ἐλθὼν, σὺν πλεόνεσσιν, vt esset: ἕλωμαί κεν αὐτὴν μετὰ πολλῶν καὶ ἄλλων κτημάτων. quod acumen forte natum est ex minis Achillis vs. 300.

326. κρατερὸν δ' ἐπὶ μ. Barnes „γρ. κρατερόν τ' —"

327. τὼ δ' ἀέκοντε βάτην. Bentl. „nisi ἀκέοντε fuit, vt βῆ δ' ἀκέων vs. 34."

328. Post Μυρμιδόνων abest δ' in ed. Rom. in aliis τ' interponi ait Barnes.

330. ξ (non ξ) quod a contrario dicta sunt οὐδὲ γήθησεν pro ἐλυπήθη. Sch. A. *animo commotus est.* Schema notarunt multi, etiam recentiores, et notatum exemplum simile Virgilii Aen. VI, 350 vbi Charon — *nec vero Alciden me sum laetatus euntem Accepisse lacu.* Ita mox vs. 332 eloquentia in silentio obseruatur. Clarke laudauit Hermog. περὶ μεθόδου δεινότητος. c. 37.

Digitized by Google

332. οὐδέ τι. Non οὐ δέ τε. Etiam Cypria τι. Schol. Ven. A.

335. οὔτι μοι ὔμμες ἐπαίτιοι. οὔτοι vitium ſolius Ald. pr. οὔτε Rom. Tum ὔμμες non ὕμμες· monent Sch. ὑπαίτιοι Laud.

Suauiter haec detorquet Plut. de tranquill. p. 864, T. VII, quam grauis dolor ſit, ſi quis ſibi dicit, οὔτις ἐμοὶ τῶν ἄλλων (f. τῶν δ' ἐστὶν) ἐπαίτιος, ἀλλ' ἐγὼ αὐτός.

336. ⊱ quod Zenodotus legerat ὁ σΦῶϊν quod eſſet ὑμῶν vel ὑμῖν; vt v. 338. At σΦῶϊ eſt vos duo. cf. ad A, 8. Scilicet duo ſunt grammaticis obſeruata: primo, quod ὃ σΦῶϊ et ὃς σΦῶϊ occurrebat: de quo iam vidimus ad 73. Schol. Ven. et Vat. ὃ σΦῶι δίχα τοῦ σ. ὁμοίως τὸ ϑώρηχ' ὃ γὰρ ἦν οἱ (Il. Σ, 460). In edd. h. l. conſtanter ὃς, et in plerisque codd. at ὃ Lipſ. Moſc. 1. a m. pr. et ex Ven. ὁ σΦωι. editum. Altera quaeſtio eſt iam memorata de σΦῶι et σΦῶιν; hoc et Moſc. 1. habet et in Apollon. Synt. p. 166 editur; male puto: nam ſententia verborum ibi poſtulat σΦῶϊ. Idem ibid. obſeruat, σΦῶι accentum ſeruare, nec ſcribi poſſe, ὅς σΦωι.

337. Πατρόκλεες Mori.

338. ⊱ haud dubie propter μάρτυροι forma antiqua quae prorſus exoleuerat ſerius (vt Sext. Empir. adu. Grammat. p. 260 teſtatur) pro μάρτυρες· quae obſeruatio ad faſtidium repetitur, v. ad B, 302 et h. l. Euſtath. p. 114. Eſt quoque μάρτυρες in Barocc. et aliis. in eod. ἔστον, eſtote, at ἔστων, ſunto. Porro σΦῶϊν, αὐτοῖν Apollon. Lex. h. v. cum hemiſtichio.

340. ⊱ quia τοῦ βασιλῆος ἀπηνέος dictum ſit pro βασιλῆος τοῦ ἀπηνέος· Schol. Ven. A. et Euſt. p. 113. ſecundum obſeruationem iam ſup. factam v. 11. τὸν Χρύσην ἀρητῆρα, ad quem locum vide. At Grammaticus non vidit τοῦ eſſe Homero pro τούτου vel ἐκείνου τοῦ β. Scholion Porphyrii, haud magni momenti, de regibus medio loco inter deos et homines collocatis a Valkenario ad Ammon. p. 240 exſcriptum, eſt idem quod e Ven. B. et Lipſ. adſcriptum eſt a Villoiſ.

Digitized by Google

Porro pro ἀπηνέος Seleucus ἐν τῇ πολυστίχῳ ſcribebat ἀναιδέος, ſcil. ex emendatione, quia ſic ſup. v. 149 ἀναιδείην ἐπιειμένε.

Ad εἴποτε in Vrat. a. ſuperſcr. η. Forte voluit ἤ ποτε vt A, 240. ſed obſtat γένηται.

341. ἐμοῖο. Vrat. b. vt 259.

342. ἦ γὰρ ὅγ' ὀλοῇσι Φρεσὶ θύει. Turbat metri ratio in ὀλοῇσι. Atque in hoc manifeſta fit vtilitas doctrinae de Digamma. Nam ſcriptum fuiſſe patet ολοϝῃσι, quod pronuntiatione duplicatum eſſe apparet ολοϝϝῃσι. Sic et Il. X, 5 Ἕκτορα δ' αὐτοῦ μεῖναι ὀλοὴ Μοῖρ' ἐπέδησεν. fuit ολοϝϝη. Aliena itaque ſunt commenta de verſu λαγαρῷ ap. Euſtathium hic et aliis locis. vt inf. M, 208. Multae ſunt ineptiae ſuper στίχοις ἀκεφάλοις, μειούροις, λαγαροῖς de quibus multi multa. Loc. primarius eſt ap. Athen. XIV, p. 632 D.

Antiqua eſt ſeu lectio ſeu interpolatio ὀλοίῃσι, quam Ven. cum Sch. A. agnoſcit; etiam Heſych. Etymol. Potuit ita pronuntiari, nam etiam ὀλοοίτροχος, quod remotius eſt, occurrit Il. N, 137. At ὀλωῇσι, quod Barnes intulit ex Euſtathio, interpolatum eſt. Bentleius etiam ſcribebat ἦ γάρ ῥ' vt ſup. 113. καὶ γάρ ῥα.

343. Mire laborant grammatici in interpunctione: Sch. A. v. Notam ad h. v. οὐδέ τοι Vat. mſ. Tz. Laud. Porro pro νοῆσαι videtur deſiderari poſſe notio *videndi*. Hoc ſenſiſſe videtur Bentl. qui coni. εἶδε. vel οὐδέ τι οἶδεν ὁρᾶσθαι. Il. Σ, 250 Polydamas: ὁ γὰρ οἷος ὅρα πρόσσω καὶ ὀπίσσω. Sic et Od. Ω, 451. Et Il. Γ, 109 οἳς δ' ὁ γέρων μετέῃσιν, ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω λεύσσει. Eſt autem ὁρᾶσθαι, ὁρᾶν Heſych. v. c. Il. Γ, 306. Nimis tamen ſubtiliter haec: cum ipſum illud *videre* de animo dictum ſit νοεῖν· etiamſi non memineris notum illud: νοῦς ὁρᾷ. Ceterum miror Schol. et Euſtath. accipere τὰ πρόσσω, praeterita et τὰ ὀπίσω, τὰ μέλλοντα. Sic et inf. Il. Σ, 250 faciunt.

344, μαχέοιντο Ἀχαιοί. Hiatus non eſt Homericus; etſi non aliter Ven. Sch. A. et Schol. Theocr. 3, 24. Iam

Digitized by Google

Barn. „γρ. μαχεοίατ'" nec adſcripſit vbi? Emendanerat quoque ſic Bentleius.

349. λιασθεὶς, χωρισθεὶς, ἐκκλίνας. Schol. Heſych. De voce v. ad O, 520. Verſum recitat Plutarch. de aud. poet. p. 26 E. De lacrimis heroum multi multa. Scilicet non decori ratio in his habita priſca aetate, nec turpe viſum naturae ſenſum pateſacere. Turpitudo a cauſſa proficiſci viſa, ab ignauia, mollitie, mulierculae amore; at h. l. ab indignatione proficiſcitur.

350. ἁλὸς πολιῆς primo loco epitheton occurrit, receptum quoque a latinis poetis, *canum mare*, ab albicante ſpuma: ſic Schol. ad h. l. Sch. Apollon. Arg. I, 454. Etymol. in h. v. ſed interpolatus. At multa argutantur grammatici ſuper vi et etymo: v. Euſtath. multis locis: vnde Phauor. Sch. B. ad T, 267.

ἐπὶ οἴνοπα πόντον. Sch. Lipſ. ap. Bentl. et Waſſenb. „γρ. καὶ ἐπ' ἀπείρονα." τὸ οἴνοψ optime redditur τὸ μέλαν. vt et μείλανα πόντον videbimus Ω, 79. Schol. B. et L. οἰκεῖον τῇ θινὶ (leg. τῇ ἁλὶ) τὸ πολιὸν, τῷ πόντῳ τὸ ἄπειρον καὶ τὸ οἶνοψ. proprio aliquo modo Mari Aegaeo epitheton hoc *fuſci* maris conuenire, contendebat Wood p. 319. Ceterum Schol. non male obſeruat, cum arte aliqua poetam hoc parare, vt, Achille propter moerorem ſeorſum ab aliis in littore, mari alluente, ſedente, Thetis ad eum accedere poſſet.

351. ξ quod Zenod. χεῖρας ἀναπτάς. non omnino indocte. Eſt enim ἀναπτὰς ex ἀνάπτημι ex πτέω πτῆμι, quod olim fuit, poſtea factum πετάω, πετάννυμι (cf. ad P, 371) vnde πέπταται. πέπτατο. χεῖρας ἀναπτὰς eſt adeo idem quod ἀναπετάσας. Sic Od. Λ, 391 πιτνὰς εἰς ἐμὲ χεῖρας. Probabile itaque fit antiquiorem lectionem hanc fuiſſe. Sch. Ven. B. et L. c. Vat. γρ. τινὲς χεῖρας ἀνασχών. — ἠράσσατο Mor. Mox requiro Ionicum ἐπεί με τέκες.

353. τιμὴν μὲν Vrat. a. περ eſt, *quidem*. τιμὴν πέρ μιν Vindob.

356. ἑλὼν γὰρ ἔχει γέρας αὐτὸς ἀπούρας. Iungenda ſunt ἔχει ἀπούρας. ὅπερ ἀπηύρα. Super ἀπούρας mira comminiſcuntur grammatici; aiunt eſſe ab ἀπορίζειν et provocant ad Il. X, 489. dictum pro ἀπορίσας, ἀφορίσας, ἀφελόμενος. Sic et Euſtath. At Etymol. ex ἀπαυράω. ἀπαυρήσας factum contracte ἀπαύρας. Non viderunt eſſe debuiſſe formam veterem non vnam: ἀπαυράω, ἀπαυρέω et ἀπαύρω, vnde ἄπηυρα, ἀπαύρας. Eſt ἀπαύρειν et ἀπαυρεῖν idem quod ἀφελέσθαι. vti et Apollon. Lex. h. v. interpretatur.

Recitat verſum Ariſtot. Rhet. II, 2.

357. ὣς Φάτο δακρυχέων. τοῦ δ' ἔκλυε πότνια μήτηρ. Verſum notarunt grammatici propter rhythmum ἐνόπλιον. v. Schol. Ariſtoph. Nub. 651. τοῦ δὲ κλύε nusquam legitur.

358. Ἡμένη. verſus repetitus inf. Σ, 36. Habitat autem Nereus cum aliis diis marinis in fundo maris Aegaei, v. Apollon. IV, 771 ſq. vbi et regia: v. Exc. II ad Virgilii Georg. IV. Quaeſtionem grammaticorum, de commoratione Thetidis apud Peleum eoque relicto apud patrem Nereum, v. inf. ad 396. inpr. Apollon. l. c.

359. καρπαλίμως δ' ἀνέδυ πολιῆς ἁλὸς, ἦὖτ' ὀμίχλη. Prius hemiſtichium eſt ap. Heſych. ἁλός. tum ἠΰθ' ὁμίχλη, Vrat. b. et a. a m. ſec. At Ionicum eſt ὀμίχλη quod Etymol. docet hoc ipſo verſu adſcripto.

361. ἔπος τ' ἔφατ' ἐκ τ' ὀνόμαζε. pleonaſtica haec formula antiqua ſexcenties occurrit nulla alia cum vi quam vt pro ſimplici Φάτο ſit; etſi in ea argutati ſunt veteres. In Platon. Quaeſt. ſub Plutarchi nomine p. 1010 B. cum recte monitum ſit, proprie omnem orationem contineri nomine et verbo, ſtatuitur, Homerum voluiſſe hoc ipſum hoc verſu declarare; ὄνομα et ἔπος, pro τὸ ῥῆμα.

363. ἵνα εἴδομεν ἄμφω. Pamphilus olim ſcribi iuſſerat εἰδόμεν, eſſe enim pro εἰδῶμεν. Repugnant Sch. A. B. L. ſyllabam enim eſſe per ſyſtolen correptam; ac ſi nomine reperto cauſſa rei reperta ſit! Corinthium ſche-

Digitized by Google

ma appellat Lesbonax p. 178. et saepe notatum id veteribus, qui laudant fere pro exemplo hunc versum; vt Schol. Pindari Ol. I, 12. Eurip. Phoen. 743. Laborarunt alii quoque viri docti in constituendo hoc vsu τοῦ ἵνα cum indicatiuo: qui aliquoties occurrit, vt inf. H, 353 ἵνα μὴ ῥέξομεν οὕτω. ad quem loc. cf. Obss. et ex Scholiis notata ad Θ, 18 ἵνα εἴδετε. Equidem haec et similia ex antiquo nondum satis grammatice constituto sermone mansisse suspicor. cf. sup. dicta ad A, 66 αἴ κεν πως — βούλεται. Quid? quod illa migrarunt in politiorem Atticorum sermonem; vnde Brunck. ad Aristophanem aliquoties de eo monuit, vt ad Ran. 919. Sic et ὡς. ὅπως. ὄφρα.

364. τὸν δὲ βαρυστενάχων ξ- ὁ Σιδώνιος (Dionysius) περισπᾷ βαρυστεναχῶν (ex στεναχέω, oblitus etiam στενάχειν esse, vt Δ, 154 ἐπεστενάχοντο δ' ἑταῖροι·) ὁ δὲ Ἀρίσταρχος βαρύνει Sch. A. et ceteri. Duabus vocibus scribitur in Veneto hic et alibi; et hoc melius; nam huiusmodi composita grammaticorum acumini deberi multis argumentis patet. v. ad A, 164.

365. ξ- οἶσθα. quod ipse Achilles recusat ea, quae iam satis nota sunt, iterare: quo ipsum manifestium fit, versus XXVII sequentes esse alienos; habent itaque vss. a 366 ad 392 obelum, essentque adeo eiiciendi, modo nobis de veris rationibus huius critices constaret: sitne tantum grammatici iudicium, an fides antiquior. Quid? quod ne hoc quidem diiudicare possumus, vtrum probabilius sit, poetam breuitatem an potius copiam esse sequutum. Breuitas sane cum simplicitate aeui magis conuenire videtur: et probabilius sit rhapsodos attexuisse quam quae otiosa putarent rescidisse; altera tamen ex parte non male obseruatur a Schol. B. et L. οἱ δὲ ἀθετοῦντες τοὺς στίχους, οὐκ ἐῶσι μαθεῖν ἡμᾶς, ὅθεν ἦλω Χρυσηΐς. Porro τίη antiquior scriptura, teste Eustathio et Etymol. Est enim ex τί et ἦ. At alii τιή, et vna voce τίητοι. τί ἤτοι Mosc. 3. Semel monitum esto. cf. inf. ad Υ, 251.

ταῦτα ἰδυίῃ, haud dubie ſcriptum fuit, corruptum ignoratione τοῦ digamma, vt vulgo legeretur ταῦτ' εἰδυίῃ, cum metri vitio. ἀγορεύσω Eton. Vat. Lipſ. vnus Vindob.

366. Laudatur ap. Strab. XIII, p. 875 D. 910 A. cum tribus ſeqq. vbi hinc docet, Chryſen fuiſſe in ditione Thebes. Nobile fuit ſeriore aetate τὸ Θήβης πεδίον teſte Strab. l. c. p. 910 B. quod et ap. Polyb. Xenoph. al. occurrit, apud Melam I, 18 *campus Thebe* dictus. cf. ib. Voſſ. Eſt porro in Schol. B. et L. longa obſeruatio de quatuor narrationis generibus e rhetorum ſcholis petita; cuius tamen vtilitatem haud video: ſi audita quis narret, ſi mandata; ſi alium narrantem inducimus; ſi cui narrata ab ipſo in memoriam reuocamus.

368. μετὰ σφίσιν, non μετά σφισιν, (vt et nonnulli ap. Euſt. habebant) ſcribendum eſſe, docet Schol. A. ad h. v. nam ſi praepoſitio praemittitur pronomini, hoc acuitur: σὺν σοὶ, δῖα θεὰ K, 290. προτὶ οἵ (vel οἷ) δ' ἔλαβ' ἔντερα. Υ, 418 κατὰ σφέας γὰρ μαχέοιντο (immo μαχέσονται.) B, 366 ἀπὸ ἕο κάββαλεν, E, 343. ἀμφὶ ἃ παπτήνας Δ, 497. At ſuper ἄλτ' ἐπὶ οἵ μεμαὼς adhuc quaeri poſſe. Fuit haec Ariſtarcheae ſcholae doctrina, ad quam in grammaticis paſſim reſpicitur: cf. Etymol. in καί σφεας. Add. Schol. A. B. ad Δ, 2. N, 542. X, 326. Apollon. de Syntaxi pluribus locis.

369. Ἐκ δ' ἕλον. huc ſpectat gloſſa Heſych. ἐκ δ' ἕλον. ἐξέδωκαν. ſic quoque Sch. br.

370. δ' αὖ Vat.

372 ad 376. praeter obelum etiam habent notam ※ haud dubie, quia iidem verſus lecti ſunt ſupra v. 15 — 16. 22 — 25. Iam bene ſe haberet res, ſi liquido conſtaret, ſitne hic locus cum ſimilibus, notatus codicum auctoritate, a quibus ille abeſſet aliisue de cauſſis criticis, an tantum iudicio grammatici, qui haec iterata improbauerat. Per ſe lubricum eſt facere iudicium; poteſt enim ex ipſa antiquitatis ſimplicitate hoc defendi, quod bis eadem verba repetuntur; poſſunt tamen nec minus a rhapſodis haec eadem eſſe memoriter iterata. Noſtro

Digitized by Google

quidem animo insidet haec sententia, probabilius esse, talia adiecta esse, quam recisa.

373. στέμματ' omnes edd. ante Steph. etiam Rom. vide ad v. 14.

374. καὶ λίσσετο Ven. et Schol. A. B. L. cum Lips. vt sup. v. 15.

375. Ἀ. δὲ μάλιστα δύω, interpungit Bentl. vt v. 16. nec δύω κοσμήτορε iungit.

381. ἐπεὶ μάλα οἱ Φίλος ἦεν. Seleucus e Cypria et Cretica cum Theagene: ἐπεί ῥά νυ οἱ Φίλος ἦεν. Addit Sch. A. ἀπίθανον γάρ· ὁ δέ νυ λίαν Φίλος ἦεν. Putauit adeo grammaticus, non bene dici aliquem *valde* gratum esse deo. At sequente versu iterum οἱ δέ νυ. Clarke in particularum notatione diligens νυ, ex νῦν ortum, reddit: *Milites vero statim*: οἱ δέ νυ λαοί. Melius dices, omnino asseuerandi vim habere, et locum tenere τοῦ δὴ vtrumque τὸ νυ et τὸ νυν. Sicque iam veteres grammatici tradiderunt, Hesych. in νύ et νῦν. Eustath. p. 52, 21. vnde Wassenb. ad Paraphr. p. 30 quem vide. Apollon. Lex. νῦν. δή. laudato loco Il. O, 115. At differtius doctrinam veterum de νύ et νῦν exposuit Eustath. ad Il. K, 105 p. 792, 15. et ad Ψ, 485 p. 1312. secundum Apionem. Repetit partem Schol. ad Eurip. Hecub. 996. Quemadmodum tamen saepe particulae positu suo admittunt, vt possint varie accipi ac reddi, ita νυ interdum potest reddi per *nunc*, per μὲν, per οὖν, γάρ. vt in Apollon. II, 311. Schol. κλῦτέ νυν, ἀντὶ τοῦ οὖν. potius pro γὰρ initio sermonis, vbi tamen hoc ipsum est pro δὴ, γ' ἄρα. Tandem μάλα οἱ non hiatum facit, sed est μάλα ϝοι.

383. τὰ δ' ἐπώχετο κῆλα θεοῖο. Est τάχ' ἐπώχετο ap. Apollon. Lex. in κῆλα. sed vitio librarii, nec est varia lectio. Cetera iam sup. vs. 53 vidimus.

388. ἠπείλησε μ. Eton. sine ν. vt alii alibi. In Schol. A. praefixum τετελεσμένον vt et in vno Vindob. Sicque videtur iunctum fuisse cum ὅ. Sed ὁ est pro ὃς, notauit quoque Auctor de Soloecis p. 291.

389. Ad *ἑλίκωπες*, cum h. l. primum occurrat, expectabas Scholion, quod excidiſſe videtur; ſuperſunt nonnulla in Schol. br. pleniora habet Etymol. h. v. Adde Schol. ſup. ad 98. vbi *ἑλικώπιδα κούρην*. Occurrit aliud Γ, 190 in Lipſ. ſed ineptum, cum ab *ἑλίκη*, vrſa ſidere, ducatur, quaſi ſint, qui vrſam reſpiciunt. Apollon. Lex. h. v. *οἱ ἑλικοὶ κατὰ τὴν πρόςοψιν*, puto: *qui circumferunt, voluunt, obtutum, oculos.* hoc repetit Heſych. et Etymol. ſed additis aliis, dum *μελανοφθάλμους* reddunt, vel a ſuperciliis circumductis, vel ab oris rotunditate. Ad Π, 569 Schol. B. *ἀξιοθέατοι, πρὸς οὓς ἑλίσσομεν τοὺς ὀφθαλμούς*. Manifeſtum fit, ex etymo omnes vim vocis eſſe ſuſpicatos, verum vſum, veram vim, ignoraſſe. Difficultas ſimilis ineſt in *ἕλικες βόες*. de quibus v. ad Il. I, 462.

393. *ξ— παιδὸς ἑῆος*. „*ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἑοῖο*“ Sch. A. ſicque ſcriptum erat in Cant. (ap. Bentl.) Vrat. b. et vno Vindob.

Scilicet disputatum eſt inter veteres grammaticos: adhibeanturne pronomina poſſeſſiua pro ſimplicibus; et poſſitne adeo *παιδὸς ἑοῦ* eſſe pro *παιδός ἑο* vel, *οὗ*, quemadmodum putabant *παιδὸς ἐμοῦ* non eſſe a primitiuo *ἐγώ*, idem quod *παιδός μου*, verum ab *ἐμὸς*, vt ſane hoc interdum eſſe poteſt. Hoc cum affirmaſſet Zenodotus cum aliis: acceſſit alia opinio, *ἑὸς* non modo poni pro *ſuus*, ſed et pro *ἐμὸς* et *σὸς*, adeoque h. l. dictum eſſe *παιδὸς ἑοῖο* pro *παιδός σου*, *filii tui*. Atqui hoc eſſet ſoloecum. Verum de his, vt de altera quaeſtione, an digamma in *ἑὸς* locum habeat, v. Excurſ. ad h. v.

Praeferenda itaque viſa eſt altera lectio antiquitus tradita *παιδὸς ἑῆος* vel *ἑῆος*. etſi vocabuli antiquati vis et ipſa diuerſis modis accipiebatur. Fuere enim qui putarent *ἑῆος* eſſe pro *ἑο* ex *ἑΰς*, ſuus, vt Ξ, 9. (cf. Etymol. in *ἑῆος* p. 318.) Erat hoc idem in Apollon. I, 225 *πατρὸς ἑῆος*. nunc *πατρὸς ἑοῖο*. transtulerunt hoc idem ad h. v. adeoque et ipſi ſoloecum in h. l. intulerunt, vt eſſet pro *tuus*. Ipſe Ven. A. qui *ἑῆος* ſcribit, in hoc vitium con-

Digitized by Google

ſenſiſſe videtur. Videntur ſoloeciſmum abstergere voluiſſe alii, qui reddiderunt ἑὺς per ἴδιος, ex ἑὸς, quod et Euſtath. putabat p. 1363, l. 53. ἑὸν τὸ ἴδιον, τὰ ἑὰ, τῶν ἑάων. de quo paullo poſt dicam. Melius alii ἐὺς interpretati ſunt *bonus*, ſiue ex contexto, ſeu quod vſus antiqui memoria ſupererat. Promiſcue appoſuit Schol. br. ἑῆος ἀντὶ τοῦ σοῦ. οἱ δὲ ἀγαθοῦ, προσηνοῦς. ἢ ἰδίου. Quod medio loco poſitum eſt, probandum eſſe videtur. Nam ἑὺς, ἑέος, ἑῆος, et ἠὺς, ἠέος, vnde ἐῦ, quod factum εὖ, *bene*, videtur fuiſſe *bonus*, ἀγαθός. Exciderunt, puto, plura h. l. e Scholiis, at videndi Euſtath. Heſych. c. Intpp. Suidas et Etymol. primoque loco Apollon. Lex. ἑῆος, ἀγαθοῦ, προσηνοῦς. ἐπὶ μὲν τοῦ ἀγαθοῦ. ἐπεὶ παρὰ τὰ ἑὰ (leg. ἐὰ) τὰ ἀγαθά. τὸ δὲ προσηνοῦς — εἰ δύνασαί γε, παρίσχεο παιδὸς ἑῆος. (vltima ſuſpicor adiecta eſſe) Conuenit notio τοῦ προσηνοῦς in πατρὸς ἑῆος. quod in Apollonio locum habebat lib. I, 225. at in filio eſt vel fortis vel bonus, vt Φίλος υἱός. cf. inf. ad Γ, 244. Sic Schol. Ven. reddit ἀγαθοῦ inf. Il. O, 138, vbi etiam Zenodoti lectio explodituꝛ. ἀνδρὸς ἑῆος eſt Il. T, 342. Notio autem τοῦ ἑὸς, ἑὸν, pro ἀγαθὸς agnoſcitur in Il. Ω, 292. 296 ἑὸν ἄγγελον, *bonum omen*, cum et ibi alii vellent ἑὸν eſſe ſuum: vt vides ap. Apollon. de Syntaxi p. 157. Ad haec vide primo loco Tollii not. ad Apollonii Lex. p. 242. Firmatur notio illa τοῦ ἑὸς, *bonus*, ex noto illo quod dii dicunt δωτῆρες ἑάων, etſi et hoc paſſim ſcribitur ἐάων, male. Nam ex ἑὸς, eſt ἑὰ, Ionice ἐὴ ſc. δόσις, δωτίνη, aut ſimilis vox, vnde caſus ſecundus pluralis ἑῶν, ἑάων. vt Od. Θ, 325 et δῶτορ ἑάων 335. tum Il. Ω, 528 δώρων — κακῶν, ἕτερος δὲ ἑάων. etſi huius loci antiquitas in dubitationem vocari poteſt. At θεοὶ, δωτῆρες ἑάων aliquoties apud Heſiod. Θ, 46. 111. 632. 663. Male Euſtath. p. 1363 loco ante laudato ex ἑὸν τὸ ἴδιον, ducebat τὰ ἑὰ, τῶν ἑάων, vt ſit neutrum ἑῶν, comparatque ex Herc. Scuto 7 βλεφάρων ἀπὸ κυανεάων, ac ſi eſſet ἀπὸ τοῦ, τὸ βλέφαρον· at ibi eſt ab ἡ βλεφάρη.

Digitized by Google

Ceterum in principio verſus Bentl. legit ἀλλὰ σύγ', εἰ, cui adſtipulandum cenſeo.

Porro Lamb. Bos Obſſ. Miſc. c. 19 monet male ἀλλὰ reddi *ſed;* eſſe enim *quare.* Poſſe ita h. l. reddi, concedam. at eſt notus vſus vocis in adhortando, interdum ἀλλ' ἄγε; tum vero etiam Latini reddunt: *Verum.*

εἰ δύνασαί γε non dubitantis eſſe ſed ſupplicantis, aiunt Schol. B. L. Scilicet hoc volunt: eſſe *si quandoquidem,* pro εἴπερ. ἐπεί. Mox εἴποτε δήτοι vn. Vindoh.

395. ἠὲ καὶ ἔργῳ. quod eſſet ηε και ϝεργῳ haud dubie vitiata lectio: quod iam Bentl. monuit, et eſt legendum ἠέ τι ἔργῳ. Nam ſic poetà loqui amat. Sic Od. Γ, 99 ἢ ἔπος ἠέ τι ἔργον. Δ, 163 ὄφρα οἱ ἢ τι ἔπος ὑποθήσεαι ἠέ τι ἔργον. Il. E, 879 ταύτην δ' οὔτε ἔπεϊ προτιβάλλεο οὔτε τι ἔργῳ.

396. ξ̣ appicta eſſe debuit ſtigme in cod. Ven. vsque ad 406 ſiquidem Schol. A. ait, Zenodotum verſus hos vndecim damnaſſe; etſi eos appoſuerat, vt e Schol. ad 400. 404 colligo; vtinam teneremus, qua de cauſſa damnauerat. Potuit deſiderari antiqua auctoritas, potuit totus locus videri inſertus a rhapſodo; ſed potuit quoque tota cenſura proficiſci a praua opinione, videri haec Ioue indigna eſſe.

Cum haec ex Scholiis non comperias, diſces multas argutias ſuper diſtinctione verborum et ſuper γαρ σεο, ſitne γὰρ σέο, an γάρ σεο ſcribendum: hoc alterum Ariſtarchus amplectebatur, nullam enim vim pronomen habere; atque hoc ſequuta eſt eius ſchola; idque defendit quoque Apollon. de Syntaxi p. 166. At pro altera ratione, παρὰ σέο ſtabat Herodianus; eſſe enim παρὰ σοῦ καὶ (οὐκ inſerendum) ἄλλης. Scilicet alii σέο πατρὸς ἐνὶ μ. iungebant et de Thetidis patre, Nereo, accipiebant; atqui in Nerei domo Achilles non fuit; ſed audiit hoc Phthiae in patris, Pelei, domo, matre Thetide narrante: σέο ἄκουσα. Omitto alias Ptolemaei argutias. Nil refert; videtur tamen iudicium Herodiani praeſtare; itaque γὰρ σέο intactum relinquo; cum non propoſitum ſit,

Ariſtarcheam διόρθωσιν reſtituere, ſed probabilem Homeri lectionem reddere. cf. Sch. A. B. L. Pelei autem domum Thetis non reliquit poſt coniugium ſuum: quod fabulati ſunt ſeriores: inque iis primo loco Apollon. IV, 866 ſq. Apollod. III, 13, 6. Contrarium docet poeta Il. II, 574 ſq.

Tanquam exemplum, quomodo gratiae repoſcendae ſint, laudat et commentatur in h. l. Dionyſ. Art. rhet. c. 9. 15. p. 106 Hudſ. (366 R.)

Ridet fabulam, quae in ſeqq. exponitur, ſuo more Lucian. DD. 21. Offenderat ea nec minus philoſophos, vide Sextum Empir. p. 280. vnde nata licentia in allegoriam haec mutandi: de qua cum h. l. primum agendi ſit opportunitas, paucis de ea monebo. Diuerſiſſimi generis ſunt allegoria philoſophorum et ſermo ſymbolicus vetuſtiſſimorum hominum: qui cum omnia ad ſenſus referrent, nec ſermonem haberent philoſophicis notionibus reddendis idoneum, neceſſitate ducti, ea, quae cogitabant ſi eloqui vellent, ſymbolice eloqui debuerunt; non autem artem in eo quaerebant, non ingenioſi inventi vel *luſus laudem*, vt ſeriores in allegorica enuntiatione. Notum eſt porro, antiquiſſima ingenia, antequam contemplandae rerum ſingularum naturae ſtudium addixiſſent, in naturae vniuerſae primordiis rerumque originibus enarrandis inanem operam poſuiſſe; natos hinc eſſe antiquiſſimis aetatibus, forte quoque aliunde in Graeciam apportatos, mythos coſmogonicos et theogonicos, in quibus rerum natura, quaeque in ea continerentur, cauſſae, effecta, euenta, mutationes et viciſſitudines, per perſonas, facta et geſta, declararentur; elementa et elementorum discordiam cum ſubſequuto ſtabili rerum ordine in pugnam et victoriam abiiſſe; ex fabulis his antiquioribus maiorem partem fabularum poeticarum prodiiſſe, exutam tamen habitu illo coſmogonico, et in narrationes ad delectandum idoneas conuerſam; etſi ſubinde modo poetae modo philoſophi iisdem ad condienda praecepta vtilia vterentur; incidiſſe tamen poſtea philoſophos

et grammaticos in eum errorem, vt in ipsis mythorum originibus subtilitatem suam philosophicam quaererent, eorumque auctoribus eam affingerent: nunc hi homines mythos, qui olim fuerant symbolici, esse voluere allegoricos; quos inter se diuersissimi generis esse pronuntiaui iam ante XXX annos.

Iam autem mythus h. l. narratur, quem antiquiorem poeta esse manifestum est, nam eum tanquam aliunde iam notum leuiter perstringit. Eum symbolici generis esse, ex eo probabile sit, quod conuenit cum indole aliorum eius generis mythorum ex antiquis aetatibus: contra multo minus probabile esse video, in tale commentum incidere vulgus, cum nihil insit, quod cum rudium temporum fabulis popularibus vllo modo conueniat. In Iouem, summum Olympi imperium tenentem, conspirauerant dii eumque vinculis seu constrinxerant, seu constringere voluerant; tum Thetis ei subuenit, et aduocato Briareo vinculis liberauit, cuius robur inuictum deos a consilio deterruit. Prorsus haec conueniunt cum mythis cosmogonicis; similia narrantur ab Hesiodo, qui nec ipse ea commentus est, nec a vulgo, quod illo tempore nimium quantum aberat a tali acumine; sed ab antiquioribus poetis accepit, e quibus Theogoniam contexuit Hesiodus. Nomen Briarei a *βριαρὸς*, esse symbolicum, et vires praepotentes declarare manifestum est. Similis est fabula vincti Iouis a Typhone. Num haec a me disputata absurda sint, iudicent, qui ideoneam doctrinae copiam et aequitatis sensum incorruptum habent.

Verum haec quomodocunque se habeant, manet tamen istud, mythum esse carmine hoc antiquiorem; a poeta autem in rem gestam versum et tanquam rem vere gestam narratum; neque nunc amplius de commento aliquo cosmogonico esse cogitandum; adeoque veteres philosophos et grammaticos in eo peccare, quod ipsi poetae opiniones philosophicas et subtiles illi attribuunt; recte autem hoc seu vidisse, seu aliunde acceptum tenuisse, mythum ab origine cosmogonicum fuisse. Nec tamen al-

Digitized by Google

tera ex parte mythum eo sensu historicum esse apud poetam dixerim, quo Ernesti videtur accepisse, ac si primi eius auctores euentum aliquem verae historiae tradere voluerint. Etsi liberum cuiusque hisce de rebus, quae probabiliter tantum disputari possunt, iudicium esse debet.

Verum omissa de ipsa mythi natura disputatione, propius ad carmen spectat altera difficultas, quemnam locum in mythicis haec narratio habeat. Videri potest ad Titanomachiam spectasse vti quoque Agatharchidem censuisse videbimus in loco inf. ad v. 400 excitando. Titanes vincire Iouem voluisse videntur; cui Briareus auxilio venit: v. Hesiod. Θ, 624 sq. 713 sq. Enimuero in Iouis partibus tum fuere Iuno, Neptunus et Minerua, omninoque dii Olympii, qui h. l. sunt *οἱ θεοὶ ἄλλοι*, et in his ipsi fratres Iouis, iique, ne Titanes Ioue potirentur, pugnarunt.

Diuersum adeo hunc esse mythum a Titanomachia, manifestum est; et vetustum esse debuit carmen, in quo ab iis diis, qui in bello cum Titanibus socii Iouis fuerant, bellum motum fuit. In eorum qui in Iouem conspirauerunt, societate sunt Iuno, Neptunus et Minerua; qui, si hi versus ab antiquo poeta sunt, seu pugna seu insidiis Iouem in vincula seu coniecerant seu coniicere voluerunt: tum re animaduersa Thetis Briareum arcessiuit, qui Iouem liberauit et Olympiorum deorum impetum retudit.

397. *ὅτ' ἔφης θα.* probabile sit in Ionicis exemplaribus fuisse *ὅτε φῆς θα.* Ducit quoque eo Apollon. Lex. h. v. p. 687, vbi v. Villoiſ. et Toll. Adde inf. ad Φ, 186.

398. *ἐν ἀθανάτοισιν.* Dionys. in Arte rhet. l. l. *ἐν ἀθανάτῃσιν* exhibet; forte propter ea, quae mox memorabuntur; parum tamen necesse: similes loci sunt inf. 503 et al. Saepe autem hoc *μετ', ἐν, ἀθανάτοισι* additur satis otiose, vt inf. 525.

399. *ὁππότε μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι.* Sunt *Olympii dii* nunc qui sub Ioue agebant, Crono iam de regno deiecto et cum Titanibus in Tartarum de-

Digitized by Google

truſo. cf. grammaticos ad Ξ, 279. Illuſtrat per hunc vſ. ὁπότε pro ὅτε Schol. Apollonii I, 1349.

400. Ἥρη τ' ἠδὲ Ποσειδάων καὶ Παλλὰς Ἀθήνη. Verſus iam veteribus ſuſpectus: quod ſi eſt, ab interpolatore valde antiquo profectus ille eſſe debet iam ante grammaticos Alexandrinos: ne ſeriores memorem, qui eum laudant, vt Lucianum DD. XXI. adde Iou. Tragoed. 40. Verum iam ab Agatharchide eum lectum eſſe video de mari rubro p. 11 τὸν δὲ νομιζόμενον μέγιστον Δία ἐπιβουλευθῆναι μὲν ὑπὸ τοῦ ἀναγκαιοτάτου τῆς γυναικὸς ἀδελφοῦ, (leg. ὑπὸ τῶν ἀναγκαιοτάτων, γυναικός τε καὶ ἀδελφοῦ) σωθῆναι δὲ ὑπὸ τῶν ἐχθίστων, λέγω δὴ τῶν Τιτάνων (Briareum deſignat, qui paſſim inter Titanes refertur) οὓς ἀναβάντας ἐκ τοῦ σκότους καὶ τῆς ἐκεῖσε Φυλακῆς, ἐπεὶ τὴν χρείαν παρέσχοντο Φοβήσαντες τοὺς περὶ τὸν Ποσειδῶνα, καταβῆναι πάλιν ἑκουσίως εἰς τὸν Ἀχέροντα καὶ τὸν Ἅιδου τόπον. (videtur auctor confudiſſe Heſiodea cum Homericis; niſi nouum mythum ante oculos habuit.)

Senſerant veteres τὸ ἄλογον καὶ ἀνάρμοστον, quod Iuno, ſoror et vxor, Neptunus frater, et multo magis, quod Minerua filia, Iouem vincire voluere: itaque verſum damnaſſe videntur. Haec tamen ratio eſt philoſophica, non grammatica: quae in eo poſita erat, quod iam ante Alexandrinos et inter rhapſodos variatum in lectione et diuerſimode traditum fuit, vt verſum hunc 400 ab aliis recitatum, ab aliis omiſſum eſſe conſtaret. Id ipſum arguere videtur hoc, quod adiecta poſt οἱ θεοὶ ἄλλοι nomina trium deorum interpolationem ſapiunt: non enim reliqui dii praeter Iouem ad trium horum numerum reuocari poſſunt. Verum hanc rationem veteres non viderunt; vt vero priori illi, quod philoſophicum dixi, iudicio occurrerent, varia commenti ſunt. Primo ſcripſere καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων, quaſi non idem flagitium, a quo Minerua filia liberatur, relinqueretur in Apolline, Iouis filio. Memorat iſtud commentum Schol. Pindari ad Ol. VIII, 41, vbi verſibus laudatis addit: οὐχ ὡς

Digitized by Google

ἔνιοι· „καὶ Παλλὰς Ἀθήνη“ et Schol. Lycophr. 34. 399. Coniungi ita poterat mythus cum alio, quo Neptunus et Apollo a Ioue damnati sunt ad operas Laomedonti praestandas. v. laudatos Schol. Pindari et Lycophr. et Didymum in Schol. ad l. nostrum, breu. et Ven. In Sch. B. et L. et Eustath. p. 123 Zenodotus ita scripsisse dicitur; qui tamen totum locum damnasse dictus erat; v. ad 396. Alii versus transtulere, vt esset: Οἵη μὲν — Ἥρη τ' — Ὀππότε μιν. At quomodo Thetis sola, οἵη, fuit, si Iuno, Neptunus et Minerua operam suam coniunxerant? Alii, vt Homerum ab impietate absoluerent, ad allegoriam confugerunt, vt Heraclides c. 26 et Porphyrius, cuius longa illa ῥῆσις esse videtur, quae inserta est Sch. Ven. B. L. add. Eustath. Melius in Schol. A. ad 399 Didymus nouum fabularum ordinem substernit, quem sequuntur Sch. br. B. et L. ad 400. scilicet in Iouem nouo regno ferocientem surrexisse Iunonem, Neptunum, et Apollinem, tum Thetidem re comperta e patre Nereo Ioui consilia aperuisse, qui poenam exegerit, a Iunone quidem, vt suspensa esset in aere, a Neptuno et Apolline, vt in θητείαν venderentur Laomedonti.

402. ξ— quod μακρὸν Ὄλυμπον, vtpote montem, dixit; at si est caelum, dicit εὐρύν. Sch. A.

ἑκατόγχειρον, centum brachiis instructum, mythice dici antiquo sermone ad designandum robur, obuium est; in Indorum religionibus hunc vsum adhuc superesse nouimus. Attamen et in hoc argutatus est Aristarchus, voluitque dictum esse Briareum centum cubitorum, ap. Apollon. in Lex. h. v. In voce ipsa nihil variatur, etsi alibi ἑκατόγχειρ occurrit. Nunc tamen video in vno Vindob. esse ἑκατόγχειρα.

403. 4. 5. ※ habent praefixum; nisi fuit ✕ quo signo declararetur, formulam illam ὃν καλέουσι θεοὶ — iterum occurrere aliis locis: Υ, 74. Ξ, 291. Add. B, 413. Od. K, 303. Versus autem 405 repetitur de Marte E, 906. vtitur eo Plato in ingenii lusu duplicis Amoris, Ἔρωτος et Πτέρωτος. in Phaedro p. 347 B. Vide eum in-

Digitized

primis in Cratylo, vbi in nominum etymis argutatur ſeu per luſum ſeu pro ſaeculi more, p. 392.

Βριάρεον Moſc. 3.

Ceterum, quod ad loquendi formulam attinet, cum eiusdem rei ſeu hominis aliud nomen a diis, aliud ab hominibus repetitur, probabiliter nunc conſtitutum eſt, alterum nomen videri eſſe antiquius, alterum recentius et vſitatius: cf. Schol. Clarke ad h. l. et ad Z, 402. inprimis Koeppen ad h. v. Luſerunt in eo Comici. v. quos laudat Koen. ad Gregor. Cor. p. 38.

404. ξ Nam pro: ὁ γὰρ αὖτε βίῃ οὖ πατρὸς ἀμείνων, quod vulgo obtinet, etiam ap. Suidam in voc. οἵ. Zenodotus ſcripſerat, πολὺ Φέρτατος ἁπάντων (ſec. Schol. A. at πολὺ Φέρτερος ἁπάντων ſec. Euſtath.) ὁπόσοι ναίουσ' ὑπὸ Τάρταρον εὐρώεντα. Scilicet ſcriptum fuit:

— ὁ γὰρ αὖτε βίῃ πολὺ Φέρτατος ἦε
Πάντων, οἳ ναίουσ' ὑπὸ Τάρταρον εὐρώεντα.

quod iam viderant Steph. et Barnes.

βίῃ. Sch. A. οὐ διὰ τοῦ ν βίην. Ἀρίσταρχος. Si verum eſt, Ariſtarchum alteram lectionem in libris repertam reieciſſe, reſpuit ille lectionem doctiorem et Homericam, h. e. Homerico vſu probatam.

405. ※ quia idem verſus E, 906 repetitur, vt iam dixi: in quem locum non bene hinc traductum eum indicat Sch. A. minus bene idem patrem Neptunum intelligit.

καθέζετο. καθίζετο. Vrat. b.

κύδεϊ γαίων. Apollon. Lex. h. v. τῷ καθ' ἑαυτὸν ἀξιώματι γαυριῶν. vnde Heſych. at Sch. br. τῇ ἑαυτοῦ δόξῃ. minus bene. γαίειν antiqua vox, (γάω. γαίω. γαύω. γαῦρος. γαυριῶ. γήθω. γηθέω.) χαίρειν. γαυριᾶν. σεμνύνεσθαι. Heſych. Inſeruit hinc periphraſi τοῦ κυδιᾶν, σεμνύνεσθαι. Iterum occurrit E, 906. Θ, 51. Λ, 81. quod Il. O, 266 κυδιόων de equo generoſo. cf. ad B, 579.

406. οὐδέ τ' ἔδησαν. οὐδ' ἔτ' Sch. br. Mor. alii: et ex edd. Steph. Barnes, edd. ante Steph. quas Clarke ſequitur, prius habent. Eademque diuerſitas vbique fere

Digitized by Google

occurrit, quotiescunque haec particula legitur. Saepe vtrumque locum habet, οὐδ' ἔτι, et οὐδέ τε, etiam tertium, οὐδέ τι. In aliis tamen locis οὐδέ τε solum seruari potest, vt Od. B, 182 ὄρνιθες δέ τε — οὐδέ τε πάντες. Nostro in versu οὐδ' ἔτι esset, *nec amplius vincire ausi sunt*. Est tamen οὐδέ τ' etiam in Veneto.

407. τῶν νῦν μιν μνήσασα. In Mori, Barocc. τῶν νῦν μιμνήσασα. In Dionys. Hal. Art. p. 106 τῶν νῦν μοι μνήσασα. Fuere quoque qui τῶν νυν scriberent, vt enclitica sit: Wassenb. notante ad Paraphr. p. 30.

παρέζεο, καὶ λαβὲ γούνων. Ven. παρ' ἕζεο. Tum λαβὲ volunt esse Atticum, vulgare λάβε. Grauius est λαβὲ γούνων, quod vsu scriptorum est λαβοῦ. Aiunt igitur Homerum λαβεῖν etiam cum secundo casu iungere. At videtur esse ellipticum: λαβὲ αὐτὸν κατὰ, ἐκ, τῶν γονάτων. Nam et alibi λαβεῖν, vbi verbum regens est, cum quarto casu iungitur: λαβεῖν γούνατα, vt Ω, 465. 478.

408. Αἴ κέν πως. haec est illa Ἀχιλλέως εὐχή, ex Suida h. v. nota, qua quis precatur vt illatam sibi iniuriam vlciscantur dii, inprimisque eorum, qui patria electi, vt sui desiderium iniiciatur ingratis ciuibus, precantur. Has preces Camillus feciſse narratur ab Appiano (in Excerpt. Peiresc. lib. II. p. 39 ed. Schw.) et a Plutarcho in Camillo p. 135 B. contra quam Aristides fecerat apud eund. in Aristide.

409. ἕλσαι. legitur quoque ἕλσαι. Verum fuit non vna vocis et deriuatorum forma: modo cum leni, modo cum aspero, modo cum digamma: ἕλω, ϝελω, ἕλω. Inde εἱλέω, ϝειλέω, εἱλέω, et sic reliqua. Saepe de his monebitur; inprimis v. ad Z, 424.

410. ἵνα πάντες ἐπαύρωνται βασιλῆος. ἐπαύρεσθαι vel ἐπαυρεῖσθαι h. l. cum vi, experiri poenam stultitiae regis. Est enim proprie ἀπολαύειν, tum experiri, sentire, vti γεύεσθαι. Sic Il. Z, 353. O, 17. cf. Odyss. Σ, 106. tum et attingere telo. v. ad Il. Λ, 391.

412. ἣν ἄτην. hanc ἄτην, versu laudato, interpretatur Max. Tyr. diss. XIX, p. 376. R.

Digitized by

414. τί νυ σ' ἔτρεφον. Nuspiam vidi Ionicum τί νυ σέ τρέφον.

415. αἴθ' ὄφελες, *debebas*: vt ὡς ὄφελες. nunc reddi poteſt vtinam. αἴθε vel εἴθε ſolo vſu conſtat; grammatica ratio deficit. Multa de eo habet Apollon. de Syntaxi p. 246. 248. loco hoc laudato. Ammon. p. 8 et alii.

416. ἐπεί νύ τοι αἶσα μίνυνθά περ οὔτι μάλα δήν. durior iunctura. Suppleo αἶσά ἐστι ζώειν μίνυνθα, (pro ἐπὶ τὰ μίνυνθα) h. e. ἐπ' ὀλίγῳ χρόνῳ, vt Schol. et Etymol. τὸ μίνυνθα explicant, quod olim adiectiuum fuiſſe videtur. Vt vero αἶσα ipſa vita fatalis ſit, eodem modo vt μινυνθάδιος δέ τοι αἰὼν dictum eſt, qui efficere volet, vſu probare loquendi debet. μίνυνθά περ οὔτι μάλα δήν, priſca abundantia, rem a contrario iterandi: vt multa in Homericis: ἐπεί με κατ' αἶσαν ἐνείκεσας οὐδ' ὑπὲρ αἶσαν Γ, 59.

419. τοῦτο δέ τοι ἐρέουσα. Verſus eſt ap. Dionyſ. Hal. Art. rhet. p. 106, vbi male σοί.

420. Ὄλυμπον ἀγάννιφον nunc de monte. Apollon. Lex. h. v. Cum contrarium occurrat Od. Z, 72. ſq. v. Exc. ad A, 499.

422. μήνι' Ἀχαιοῖσι, πολέμου. Ex Homerica ratione eſſe debuit πτολέμου, vtpote poſt ſyllabam breuem.

423. Ζεὺς γὰρ ἐς Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας χθιζὸς ἔβη. Scripſi ἐς Ὠκεανὸν ſecundum Ven. et Sch. cum Euſtath. Sic et Harl. Eton. Vrat. b. c. Moſc. 1. Nec aliter legitur ap. Strabon. I, p. 5 C. p. 59 C. Diodor. III, 2. et Stobaeum Ecl. I, p. 53 ed. Heer. Lesbon. p. 180. Expreſſum quoque erat in ed. pr. Mutauit tamen ſtatim Ald. 1. et inde ceterae; niſi quod a Waſſenberg reuocatum eſſe video ἐς. Comparant grammatici cum ἐς Μενέλαον. εἰς Ἀγαμέμνονα δῖον. Igitur accipiendum eſt pro πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ οἰκίαν. *ad Oceanum deum profecti ſunt; κατὰ δαῖτα, ad epulas, vocati ab ipſo.* At communis interpretatio eſt, Oceanum eſſe h. l. τὸν ποταμὸν, ex Homerica notione, (Herodoto parum probata,

Digitized by Google

II, 21. 23 et al.) qui terram ambit; et δαῖτα esse Αἰθιοπήων, adeoque accipitur *de sacro ab Aethiopibus instituendo.*

μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας. Aristarchus scripserat ἐπ' ἀμ. bene! modo constaret, feceritne hoc librorum auctoritate an iudicio. Scripserat ille hoc ἐν τῇ ά τῆς Ἰλιάδος ὑπομνήματος (f. ἐν τοῖς εἰς ά τῆς Ἰλιάδος ὑπομνήμασι). Agnoscit tamen μετὰ Apollon. Lex. h. v. et Hesych. quod conuenit cum altero loco inf. laudando Od. A, 22 de Neptuno: ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας. Fuere alii, qui, vt ex Sch. B. et L. constat, legerent, μετὰ Μέμονας Αἰθιοπῆας, quasi a Memnone nomen hoc duxissent. Nomen quoque gentis in Aethiopia memorant Plin. et Ptolem. v. Iablonsky de Memnone p. 43. quae ad poetam nemo facile referet.

424. Χθιζὸς ἔβη κατὰ δαῖτα, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο. — Ad obelum spectant verba in Sch. A. Ἰστέον δὲ, ὅτι τινὲς γράφουσι· μετὰ δαίμονας ἄλλους. διὸ ἀθετεῖται. Ita versus fuit improbatus, non is qui nunc legitur, sed qui illo modo legebatur; et recte fuit improbatus; nam quis μετὰ ter repetitum ferat? et qui sunt illi δαίμονες ἄλλοι, ad quos profecti sunt? Nec satis apparet, quomodo ex ista lectione versus stare potuerit: Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα — μετὰ δαίμονας ἄλλους, deficiente metro. nam θεοὶ nunc locum non habebat. Ne ter legeretur μετὰ, putes forte fuisse adoptatam alteram lectionem, quam mox videbimus, κατὰ δαῖτα. Verum totam rem aliunde illustrabimus, simulque Aristotelis loco lucem affundemus: vnde apparebit, non lectionem huius loci illam fuisse, sed Scholion esse turbatum et corruptum. Non h. l. fuit lectum, μετὰ δαίμονας ἄλλους, sed quia sup. 221 ita fuit lectum, reprehensus fuit hic versus θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο.

Apud Aristot. Poet. c. 25 (p. 202 Harl.) de fontibus λύσεων locus est truncatus: ** τὸ γὰρ πάντες, ἀντὶ τοῦ πολλοὶ, κατὰ μεταφορὰν εἴρηται. Scilicet, qua de re sup. ad v. 195 monitum iam est, Grammatici alicuius

ſubtilitas (quam et in Porphyrii Scholio a Sch. B. inf. ad Ξ, 295 ſeruato agnoſcas) reputauit, cum ſupra Minerva et Iuno in Olympo verſari dictae eſſent, v. 208. 221. 222 eodemque loco Minerua in Olympum reuertatur μετὰ δαίμονας ἄλλους, repugnare nunc verba: θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἔποντο, non enim *omnes* afuerunt Olympo, ſi Iuno et Minerua remanſerunt. Ab Ariſtotele πάντες per πολλοὶ redditur; at noſter grammaticus verſum totum improbauit: διὸ, inquit, ἀθετεῖται. Alius πάντες nullam vim habere putauit; eſſe dictum vt Παναχαιοὶ pro Achivis ſimpliciter: ap. B. et L. ad 423. Hoc modo locum Ariſtotelis, quem Dan. Heinſius recte vidit mutilatum eſſe, expediendum eſſe arbitror. Multa philoſophantium turbam in hos verſus commentatam eſſe, apparet vel ex Excerpto ap. Stobaeum Ecl. I, p. 52. ed. Heer.

μετὰ δαῖτα legebatur vulgo. Ariſtarchus κατὰ δαῖτα, pro ἐπί. Etiam alios poetas κατὰ pro ἐπὶ adhibere, vt Sophoclem: ἐγὼ κατ' αὐτὸν, ὡς ὁρᾷς, ἐξέρχομαι, notat Schol. A. Idem inuenerat κατὰ in codd. οὕτως δὲ εὕρομεν καὶ ἐν τῇ Μασσαλιωτικῇ καὶ Σινωπικῇ καὶ Κυπρίᾳ, καὶ Ἀντιμαχείῳ καὶ Ἀριστοφανείῳ· nolim putare has diuerſas fuiſſe editiones, ſeu recenſiones, exceptis Antimachea et Ariſtophanea, ſed tantum exemplaria Maſſiliae, Sinope et in Cypro aſſeruata; maluiſſem tamen tantas auctoritates in re grauiore memorari: etſi fatendum eſt, ἰέναι, βῆναι, κατὰ δαῖτα inſolentius dictum eſſe; et ſollennius eſſe μετὰ, ἐπὶ, ἐς. At v. c. Δ, 199 βῆ δ' ἰέναι κατὰ λαὸν eſt pererrauit agmen, quod alias ἀνὰ στρατόν. Melius fuiſſet legere κατ' ἀμύμονας Al. *per Aethiopiae fines.* Pro ἐν τοῖς ἀμύμοσιν Αἰθίοψι Lesbonax dictum cenſet et inter figuras refert. At auctoritas antiquorum tuetur κατὰ δαῖτα, etiam Apollonii in Lex. h. v. Quae in eodem Scholio Ven. A. ſequuntur, luxata ſunt, nec conſtat, ſpectentne ad antecedentia: Καλλίστρατος δὲ ἐν τῷ πρὸς τὰς ἀθετήσεις, ὁμοίως καὶ ὁ Σιδώνιος καὶ ὁ Ἰξίων ἐν τῷ ϛ' πρὸς τὰς ἐξηγήσεις. hi videntur μετὰ legiſſe. Iidem etiam legerunt ἔποντται, pro ἔποντο. Nam ſequitur: καὶ τὸ· θεοὶ δέ τε

πάντες ἔπονται. Schol. Lipſ. corruptum eſt: Ἀρίστ‹αρ›χος γράφει· ἐπὶ δαῖτα (immo κατὰ pro ἐπὶ) οἱ δὲ ἄλλοι· κατὰ δαῖτα. καὶ ἔποντο διὰ τῆς αι.

425. Δωδεκάτῃ δέ τοι αὖτις ἐλεύσεται Οὔλυμπόνδε. Longum eſſet, ſi referre vellem omnia commenta veterum et recentiorum in hos vſſ. 423. 4. 5. maxime cum nihil ad liquidum perduci poſſit; quandoquidem nos deficiunt ea, quibus interpretatio inniti debebat, cum nec rem aliunde ſatis notam habeamus nec ex verbis eam conſtituere poſſimus. Expeditum igitur eſt, alios refellere; at de ſuo meliora afferre, quae alii refellere nequeant, ardua res eſt, quoties nihil praeterquam quod opineris afferri poteſt. Ipſa lectio et verborum ſententia difficultates habet: Qui ἐπ' Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας χθιζὸς ἔβη κατὰ vel μετὰ δαῖτα legerant, interpretabantur verba de ſacro apud Aethiopes per XII dies celebrato; ad quod deos, quibus illud habebatur, veniſſe antiquo more traditum credebant. Eſt enim hoc ſollenne, vt dii ſacris ſuis interſint et in iis epulari dicantur; vnde ad ſacrificia et feſta proficiſci ſolent. Sic Pindarus Ol. VIII, 68 Neptunum ait redire Corinthum, ἑπόψόμενον δαῖτα, et apud Oeneum cum omnibus diis, praeter Dianam, ſacrum eſſet factum, θεοὶ δαίνυνθ' ἑκατόμβας, Il. I, 531. Olim etiam deos in ſuis feſtis et ſacris in hominum conſpectum veniſſe fabulati ſunt, vt Od. H, 201. Et omnino hinc δαῖς pro ſacrificio, v. c. Il. Δ, 48 οὐ γάρ μοί ποτε βωμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης. Si tamen verba ipſa grammatice exigas, ſenſus ineſſe poteſt quoque hic: Iovem ad Oceanum, deorum parentem, eſſe profectum, vt epulis ab eo paratis intereſſet. Oceani ſedes eſt in Aethiopum finibus, qui vltimi ſunt orbis terrarum. Solent dii adire Oceanum et Tethyn; ita Iuno praetexit cauſſam profectionis ſuae Il. Ξ, 200 ſe ad Oceanum tendere. Aethiopes memoratos dixeris tantum ad fines terrae, πείρατα γαίης, declarandos. Conuenit Quintus Smyrn. XII, 156 Δὴ τότ' ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥοὰς καὶ Τηθύος ἄντρα Ζηνὸς

ὑπερθύμοιο θεῶν ἀπάτερθε μολόντος, Ἔμπεσεν ἀθανάτοισιν ἔρις. δαῖς in deorum vita declaranda vulgaris res.

Assumtus est ad interpretandum hunc locum alter ex Odyss. A, 23. vbi Neptunus a ceteris diis aberat, Ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας, Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν, Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος, Ἀντιόων ταύρων τε καὶ ἀρνειῶν ἑκατόμβης. Ἔνθ' ὅγε τέρπετο δαιτὶ παρήμενος. Manifestum est, eum qui hos vss. scripsit, locum Iliadis eo, quo vulgo accipitur, sensu et ipsum accepisse atque etiam amplificasse: iter ad ipsos Aethiopes fit, et ad sacrum, quod ab ipsis paratur. Adiicitur praeterea aliquid de Aethiopum sedibus occidentem et orientem versus spectantibus. Multum operae posuere viri docti in Aethiopia hac ad geographicas rationes reuocanda, siue ex nostra, siue ex antiqua orbis terrarum notitia. Qualis tamen Homerica aetate fuerit et quam late patuerit, ignoratur. Nouimus saltem hoc, Aethiopum nomen late patuisse, et veteribus terras quas iis assignarent fuisse parum notas. Argutati quoque viri docti multa sunt in eo, quod nostro in loco Aethiopes ἀμύμονες dicti sunt. Potest hoc simpliciter epitheton ornans esse, *praeclari* vt sint. Potuere tamen quoque fabulae esse de iis populis, vt de Hyperboreis piis et religiosis, quos Apollo amat et adit; potuere adeo Aethiopes laude iustitiae celebrari, eosque adire Iupiter cum aliis diis. Cum ab Aegyptiis nonnullarum rerum famam ad Graecos, Homeri iam aetate veniisse magna suspicio sit, quidni de ipsis Aethiopibus supra Aegyptum per mercatorum societates adiri solitis aliqua fama obscura et incerta peruenire potuit? Suspicari et coniectare licet in his; definiri potest nihil. Itaque nec pro certo pronuntiare licet, fabulas de extremo Africae occidente in Perseide, tum in Heracleis et aliis carminibus narratas cum his verss. aliquid commune habere; verba certe nihil suppeditant. Est etiam in ipsa Iliade locus, qui fabulam horum versuum repetit: magna tamen suspicio est rhapsodi alicuius fetum eum esse; Il. Ψ, 205.

Digitized by

cauſſam, cur moram facere nequeat, Iris praetexit: Οὐχ' ἕδος· εἶμι γὰρ αὖθις ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥέεθρα, Αἰθιόπων ἐς γαῖαν, ὅθι ῥέζουσ' ἑκατόμβας Ἀθανάτοις, ἵνα δὴ καὶ ἐγὼ μεταδαίσομαι ἱρῶν. Verſuum horum auctor et ipſe locum noſtrum de feſto et ſacro Aethiopum acceperat, quod dii adire crediti eſſent. Viri docti interpretationem hanc ſequuti, praeſidia eius circumſpexere. Communior ſententia obtinuit, reſpici ad Iouis feſtum Diospolitanum: quod apud Diodorum quoque memoratur, I, 97. vbi ſacellum Iouis quotannis trans Nilum vehi in Libyam (oram occidentalem) et inde duodecimo die reuerti ὡς ἐξ Αἰθιοπίας τοῦ θεοῦ παρόντος ait. Hoc ornarunt alii in Scholiis ad v. 425 et ap. Euſtath. p. 128 cum ipſo Ariſtarcho: ibid. p. 1386. addunt (ibid. ad 423) Oceanum Aegyptiis appellari Nilum: v. ap. eund. Diod. I, 12 et 19.

Eſt alia ratio, ad quam numerus duodenarius duxiſſe videri poteſt, ex Aegyptiorum aſtronomia petitus; *Solem* videbant quotannis ad Aegypti fines auſtrales accedere, adeoque *Aethiopes adire;* iam ſunt XII ſigna Zodiaci et XII menſes in deos mutati, ſeu verius hieroglyphis redditi; quos *Solem ſequi* certo modo dici poterat. Confer ad haec doctam Commentationem Gattereri noſtri de Theogonia Aegyptiorum in Soc. P. Scient. Gott. 1785. Vol. VII et *Weltgeſchichte* 1785. Vol. I p. 213. Sunt et huius explicationis veſtigia apud Euſtath. p. 128. Subtiliores argutias Stoicorum, qui ſtellas e mari nutriri opinabantur, v. ap. Macrob. Sat. I, 23 et in So. Scip. II, p. 170 ſeq.

Sunt aliae disputationes doctorum virorum, in his Georgii Coſtardi, ad aſtronomicas rationes haec reuocantis; cenſuit enim eſſe Aethiopes Cuſchaeos, hoc eſt Babylonios ad ſinum Perſicum habitantes, et reſpici Sacaea, feſtum, quod poſt ſolſtitium aeſtiuum agebatur; iisdem diebus luem Achiuos afflixiſſe. Aliena haec eſſe a geographicis Homericorum temporum notitiis facile patet.

Digitized by Google

425. ξ Nil respondet in Scholiis, in quibus tantum est observatio de festo Diospolitano: de quo paullo ante monitum est.

426. Quaerunt grammatici, cur Thetis non in Aethiopiam extemplo iuerit. v. B. et Sch. Leid. vnde apparet, argutiarum auctorem esse Porphyrium. προτὶ Cant. Argutantur et in χαλκοβατὲς, ipse Apollon. h. v. cf. Not. στερεὸν est etiam ap. Suidam.

427. καὶ μὶν πείσεσθαι οἷω sc. ἐμοί. cf. ad 289. vt sup. ἄϊκε πίθηται. Male Eustath. pro πείθειν accipi vult.

428. ἀπεβήσετο Mosc. 1. sollennis varietas. cf. ad B, 35. nuspiam Ionicum vidi τὸν δὲ λίπ'.

429. ξ quia περὶ omissum, περὶ γυναικός. Sch. A.

430. Αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς — Artificium poetae in narrandis rebus minutis, voluit dicere, exilibus, tenuibus, multum praedicauit Clarke ad h. l. et ad B, 102. I, 210. 589 et al. nec minus alii, qui de sensu pulcri egerunt. Res tamen non tam artis erat habenda, qua instructum poetam nolim putare, quam sensus alicuius a natura profecti et sagacitatis in animaduertendo eo, quod animos audientium tenere potest; tum vero felicitatis alicuius hoc est, quod versatur poeta in rebus vitae priscae exponendis, quae delectant simplicitate sua et, quod earum obuia et ad intelligendum facilis species et natura est, ita vt statim, vbi expositae fuerint, in sensus incurrant: quo ipso etiam fit, vt singula singulis versibus complecti possit. Quod secus se habet in rebus arte doctiore aetatis nostrae effectis, quarum descriptio vix esse potest satis ἐναργὴς, quia propter maiorem ac copiosiorem instrumentorum et adiumentorum apparatum est impedita, adeoque molesta, multo magis, si verbis propriis, quae poesis respicit, haud vtaris et tibi multa circumloquenda sint. Nostro autem aeuo, quo ad sensus nostros similia ex nostra aetate tenuia, exilia et vulgaria habituri essemus, delectat vetustatis aspectus et simplicitas.

431. ἐς Χρύσην ἵκανεν. Chryse ergo erat vrbs maritima, in qua Chryses sacerdos templo Apollinis Sminthei

Digitized by Google

praeerat; nisi forte nihil aliud fuit quam templum cum agro. Est autem Homerica Chryse diuersa ab alia recentiore, propius ad Troiam, inter Troiam vrbem et Promontorium Lectum, in colle sita. At vetus remotior erat versus austrum, haud longe ab Adramyttio ad littus sita cum nauium statione, ad quam Vlysses vnius diei nauigatione peruenit: vide Strabon. XIII, p. 901. 910. 911. Diei iter a Pedaso abfuisse, nescio qua fide, Eustathius narrat, quem v. p. 34. 77. Suberat vrbs ditioni Eetionis, regis Thebes. De templo Apollinis Sminthei cf. Eustath. p. 34. Sch. Ven. et Leid. ad vs. 37. 38. 366. Male nonnulli Chrysen in insula iuxta Lemnum quaesiuerunt. v. Fabrett. ad Tab. Iliac. p. 317.

432. ἐντός. Aristarchus ἐγγύς. Sch. A. Versus est ap. Strab. XIII, p. 911 B. vbi docetur, Chrysam antiquiorem alio loco sitam fuisse quam recentiorem.

434. ὑφέντες Zenodotea est lectio: eaque probanda; nam ὑφίενται, demittuntur vela et malus cum antennis. Agnoscit quoque Hesych. ὑφέντες, χαλάσαντες. ὑφελόντες. At Aristarchus ἀφέντες legebat: Sch. A. αἱ δὲ ἄλλαι πᾶσαι ἀφέντες. Sch. B. et L. ἱστοδόκη quid sit, res ipsa docet; docent tamen omnes Schol. et Glossogr. primo loco Apollon. h. v. Adde Ammon. et ad eum Valken.

435. προέρεσσαν habebant editiones Argolica, Sinopensis et Sogenis. Sch. A. Eadem varietas et alibi, vt Od. I, 73. O, 496. vt Od. N, 279. Parum interest; suavius tamen προέρυσσαν ἐρετμοῖς, προσείλκυσαν, προσήγαγον, quam προέρεσσαν ἐρετμοῖς. Alterum προερύειν iam sup. vs. 308. Inf. I, 358 — νῆας, ἐπὴν ἅλαδε προερύσσω.

436. ἐκ δ' εὐνὰς ἔβαλον. De voc. εὐνή, *saxo quod pro ancora fuit*, v. Schol. Apud Apollon. Lex. in εὐνὰς est: λέγει δὲ καὶ κατ' ἐπέκτασιν ἀγκύρας εὐναίας. Iam cum paullo ante idem laudet verba nostri: εὐνὰς δ' ἔβαλεν, acute suspicatur Tollius, lectum fuisse olim h. l. εὐναίας δ' ἔβαλον. In Apollonio tamen εὐνὰς, non εὐναίας praefixum fuisse, manifestum est. πρυμνήσια δῆσαν nuspiam lectum vidi.

Digitized by Google

438. *βῆσαν ἑκηβόλῳ* 'A. Iugulat hic verſus obſeruationem de Digamma: nam eſt *ϝεκηβόλῳ*. Supra v. 310 erat: *ἐς δ' ἑκατόμβην βῆσε θεῷ*. Tentabat Bentl. et h. l. *βῆσε ϝεκηβολῳ*. quod tamen non conuenit. Satis probabile ſit, verſum eſſe ſerius confectum ex priore loco, iam a rhapſodo, qui omnes partes et momenta rei actae huc congerere volebat.

439. cum binis ſeqq. extat ap. Strabon. XIII, p. 911 C.

440. *ἐπὶ βωμῷ ἄγων* erat in Apollon. Lex. in *βωμούς*, monente Villoiſ. at in *ἐπὶ* pro *πρὸς*, ſcriptum eſt *βωμὸν*, nec monitum quicquam.

443. ξ— quia *ἀγέμεν* etiam ad *ἑκατόμβην* referri poteſt: quo ſit vt alter verſus 444 abeſſe poſſit; *διὸ καὶ ἀθετεῖται* Ven. A. Similia ad Φ, 479 repetuntur. Videtur adeo verſus hic a nonnullis afuiſſe: quem ab interpolatore profectum eſſe arguit hoc quoque, quod vitium ineſt ex ignoratione *τοῦ* Digamma.

444. — v. ad verſ. antec.

ὄφρ' ἱλασόμεσθα ἄνακτα. non ſola Veneti auctoritate receptum eſt, verum granioribus de cauſſis metricis: quibus adducti iam Bentlei. et Dawes ita correxerant. Editum erat in Flor. et Ald. 1. *ὄφρ' ἱλασσώμεσθα ἄνακτα.* Vitium manifeſtum eſt emendatum in Ald. 2. *ὄφρ' ἱλασσώμεθ' ἄνακτα.* atqui huic digamma intercedit. Recepta tamen haec lectio vulgo, reperta quoque in codd. vt Vrat. b. A. Vindob. at *ἱλασώμεθ'* erat in Vrat. a. quod nec minus metro repugnat. Nam ab *ἱλάσκομαι* breuis eſt *α* in *ἱλάσομαι*. vnde ſup. 100 ſcriptum erat *ἱλασσάμενοι*. Vera lectio eſt *ἱλασόμεσθα* quam tuentur codd. Cant. Harl. Eton. Ven. Lipſ. (in quo tamen *ἱλασόμεσθ'* male legitur) Moſc. 1. vn. Vindob. Schol. Ven. B. Lipſ. De prosodia vocis cf. inf. ad 583.

445. *πολύστονα κήδεα. πολλῶν στεναγμῶν ἄξια* Schbr. et Heſych.

446. *ὁ δὲ δέξατο* Townl. et Eton. recte: pro vulg. *ὃ δ' ἐδέξατο*.

Digitized by Google

446. 447. Debuit ⸬ olim adſcripta eſſe; nam Zenodotus duo verſus in vnum contraxerat: *ὡς εἰπὼν, τοὶ δ' ἄρα θεῷ ἱερὴν ἑκατόμβην ἕξείης ἔστησαν.* Addit Schol. A. ita Chryſeidem, cuius maxime mentio erat facienda, eſſe ſublatam. At nec verborum vſ. ſequ. ſtructura ſic maneret integra.

ἱερὴν ἑκατόμβην Zenodotum legiſſe modo vidimus. Corrupte igitur adſcripta ſunt in Schol. A. „*πλειτὴν ἑκατόμβην. ἱερὴν εἶχον αἱ Ἀριστάρχου.*“

449. *οὐλοχύτας* Apollon. in Lex. interpretatur h. v. non eſſe vas, (fuerunt adeo qui ſic acciperent!) ſed ipſum hordeum fractum, quod in frontem victimae ſpargitur. Recte haec; et repetierunt hinc Heſych. Etym. Schol. B. L. ad h. l. etiam Schol. Apollonii Arg. I, 409.

οὐλοχύτας ἀνέλοντο. Legerat *προβάλοντο*, vt 458 occurrit, etiam h. l. Euſtath. Et Schol. apud Waſſenberg. *προβάλοντο, προήνεγκαν, ἐβάστασαν.* quod vltimo loco poſitum eſt, ſpectat potius ad *ἀνέλοντο.* ſiquidem hoc eſt, quod in Nota poſui, manu ſuſpenſa eleuare molam ſupra victimae caput, dum preces fiunt; tum fit alterum, *προεβάλοντο.* Alii *ἀνελέσθαι* accipiunt, eſſe de caniſtro vel vaſe tollere molam. Apollon. *ἀνέλοντο* legerat; at Etymol. vnum *προβάλοντο* interpretatur.

Ceterum ritus hos ſacrorum qui ſequuntur, ex antiquiore aeuo, qui a ſerioribus ritibus paſſim recedunt (v. Dionyſ. Hal. VII, 72. qui etiam ex h. l. probat, priſcos Romanos iisdem ritibus ac Graecos veteres vſos eſſe,) illuſtratos nunc habemus in libris antiquitatem Graecam enarrantibus, locus tamen eſt inter claſſicos.

451. 452. verſus repetiti e ſup. 37. 38.

453. *ἦδη μέν ποτ' ἐμεῦ.* Eſt in Harl. *ἤ δὴ*, quod praeferam: Inf. Π, 236 variatur: *ἦ μὲν δή ποτ' ἐμὸν ἔπος ἔκλυες εὐξαμένοιο.* vbi v. Eſt perpetua in his vocibus varietas. Poterat etiam eſſe *εἰ μὲν δή ποτ' — ἦ δ' ἔτι καὶ νῦν.*

454. *Τίμησας μὲν ἐμὲ, μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν.* ⸬ (debuit eſſe ※) quod is verſus iterum legitur inf. Π,

Digitized by Google

237. male tamen ex h. l. translatus, iudice Sch. A. quia Achilles Graecorum clade laetari haud potuit, Chryſes potuit, vt barbarus. Vide ad c. l. in quo duo vſſ. 236. 238 ex h. l. 453 et 455 expreſſi ſunt.

τίμησας poterat eſſe quoque ἔκλυες τιμήσας.

μέγα δ' ἵψαο. notatum a grammaticis. Sch. br. μεγάλως ἔβλαψας. Etymol. ἴαψεν, ἔβλαψεν — τὸ θέμα, ἰάπτω et ἵπτω. vnde ἰψάμην, ἵψαο, appoſito hoc ipſo verſu. Heſych. ἵψαο, κατέβλαψας. ἔφθειρας. Idem monſtroſe δίψαι, βλάψαι. ex δ' ἵψαι. et in Apollon. Lex. ἵψαι, φθεῖραι. τὸ αὐτὸ ἰάψαι. add. Suidam in ἵπτω. cf. ſup. ad vſ. 3 προΐαψε.

455. ἠδ' ἔτι καὶ νῦν — Vt ἦ δ' ἔτι locum haberet, deberet antea lectum eſſe ἦ δὴ μέν. Sed ἠδ' communis eſt lectio codd. et edd.

456. ἤδη νῦν. Harlej. ἦ δὴ νῦν.

458. οὐλοχύτας προβάλοντο. nunc recte poſt preces factas: vt monitum ad vſ. 449. Eſt tamen et h. l. ἀνέλοντο in Vat. Cant. Vrat. b. traductum ex vſ. 449 vt recte Clarke cenſet.

459. ξ— reſpexit puto τὸ αὐέρυσαν, quod vna voce exhibet Ven. A. cum Schol. A. B. L. ſicque occurrit vulgo ſcriptum Pindar. Ol. XIII, 114 ὅταν δ' εὐρυσθενεῖ παρταύποδ' αὐερύῃ Γαιάοχᾳ. quae grammaticis, placentibus ſibi in nouis compoſitis deberi, mihi probabile fit: nam αὖ ἐρύῃ ipſa ſermonis ratio fert, et h. l. αὖ ἔρυσαν. αὖ eſt πάλιν, retro. Vtrumque memorat Euſtath. Corruptius Schol. Pindari ἀνρύῃ ἀντὶ τοῦ ἀνερύῃ, ἤγουν ἀνατρέπῃ, ἀντὶ τοῦ σφάζῃ. vt in Homero ἀνέρυσαν vnus Vindob. Induxerat αὐέρυσαν Ald. 2. verum rediit ad veriorem ſcripturam, quae in Flor. et Ald. 1. erat, Turneb. Mira eſt ſubtilitas in Schol. B. L. vbi a Cumaeis hic mos petitur: qui tamen communis eſſe debuit in ſacris, quae diis ſuperis fiebant.

459. 460. 1. vt vſ. 462. 3 apponit auctor vitae Homeri ſub falſo Herodoti nomine c. 37. vt inde probatum eat, Homerum Aeolenſem fuiſſe; nam ὀσφύν (lumbos ſeu

Digitized by Google

coxam) haud memorari h. l. inter proficias, quam ſoli Aeoles apponere in ſacro haud ſoleant; tum eosdem ſolos quinque cuſpidum furcis vti, aliōs Graecos trinarum cuſpidum. Leuiſſima ſane argumenta. Probabilius fit, Aeoles antiquum ritum, ab aliis mutatum, retinuiſſe. Et ſi ille Aeolenſis fuit, dicendum eſt, aut antiquiore aeuo Aeolenſium et Ionum ſermonem fuiſſe eundem, aut iam tum Ionicum ſermonem fuiſſe poetis epicis proprio aliquo vſu frequentatum.

460. Exciderunt haud dubie ad h. v. Scholia, quae inſerta ſunt ad Il. B, 423 et Φ, 363. Legerant alii *κνίσῃ* plurali numero, *τὰ κνίσῃ*. In Sch. ad B, 423 ipſi Ariſtarcho hoc tribuitur; vix recte. Ita conuenire videbantur *τοὺς μηροὺς κατεκάλυψαν τὰ κνίσσῃ*, etſi parum convenit quod ſequitur: *ποιήσαντες αὐτὰ δίπτυχα*. De ſcriptura *κνίσῃ* et *κνίσσῃ* dictum iam ad vſ. 66.

461. ξ— *διπλῇ* reſpexit *τὸ ὠμοθέτησαν*. de reſectis vndique pinguioribus carnium partibus, quae femoribus imponebantur: *δίπτυχα ποιήσαντες, διπλώσαντες τὴν κνίσσαν, τὸν ἐπίπλουν*, vt bene Lipſ. et Apollon. h. v. eodem modo. Minus bene Schol. ad Il. B, 423 *ἐπίπλουν εἰς δύο διελόντες*, ſcil. propter duo femora. Alii ap. Euſtathium: vt alterum femur alteri imponerent. Ceterum hic locus, aut plures ex eo verſus inde a 458 aliquoties repetuntur ſiue a poeta ſiue a rhapſodis; B, 421 ſqq. Od. M, 359 ſq. Γ, 447 ſqq.

462. *ἐπὶ σχίζῃς*. Suidas h. v. vulgare habet *σχίζαις*. at Sch. Ariſtoph. Pac. 1024 *ἐπὶ σχίζῃ. αὐθόπα οἶνον* nunc primum legimus: *τὸν πυρωπὸν*, ſeu *μέλανα*. quod praeeunte Heliodoro a multis traditum, etiam ab Athenaeo lib. I, p. 26 B. et probabilius eſſe videtur quam quod alii habent, et Apollon. *τῇ Φύσει θερμόν*. vel vt alii *διάπυρον*.

463. *πεμπώβολα* Cumaeis in vſu fuiſſe, aliis triūm dentium furcas aiunt Schol. B. et L. et Euſt. Fac hoc ita ſe habere; an propterea hinc potiit Homerus? cf. ad 459. In Vindob. huic verſui adſcriptus erat vſ. 426 ex

Digitized by Google

Il. B. Argutias in παρ' αὐτὸν pro παρ' αὐτῷ vid. apud Thom. Mag. p. 679.

464. αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρ' ἐκάη. Sic editur. Vt magis Ionica fieret oratio, Ptolemaeus ſcribebat μῆρε κάη hic et B, 427 (Putauit ergo τὼ μῆρε eſſe τὸ μῆρος). Etiam Ariſtarchus ſic ſtatuerat: qui tamen adiecerat: et μηρα καη ferri poſſe. Ita ſane dicerem τὰ μηρὰ melius ſcribi: nam τὸ μηρὸν fuit, vt Od. N, 26 μηρὰ δὲ κείαντες. v. Clark. ad Od. Γ, 179. Mirum eſt, putaſſe grammaticos μηρὸν eſſe dictum per ἔκθλιψιν pro μηρίον. Apollonius probabilius, μηρία eſſe exſecta ἐκ τῶν μηρῶν, vt et Schol. in Etym. voc. μηρία. Verſus idem repoſitus B, 427. Od. Γ, 461. M, 364, vbi variat ſcriptura, modo μῆρ' modo μήρ'. eumque παρῴδησεν Ariſtoph. Pac. 1092. 3. Mirum eſt quod μηρία, τὰ μηριαῖα ὀστᾶ eſſe volunt grammatici in Schol. et Suida.

σπλάγχνα πάσαντο Ariſtarch. in Schol. A. B. quod reſtitui. Vox πάσασθαι, priore breui, primo nunc obuia, pro γεύσασθαι, ſaepius occurret. Egit de ea Valken. ad Ammon. p. 187. ſq. locus praecipuus eſt Athen. I, p. 28 F. p. 26 A.

465. Grammaticorum nouae argutiae in Μίστυλλον τ' ἄρα τἄλλα. Ptolemaeus legebat: τάργ' ἄλλα (an pro τ' ἄρ γ'). At reſpondet Schol. A. vulgari lectione prius τε eſſe copulam, alterum articulum τἄλλα pro τὰ ἄλλα. At Herodianus repoſuit, Homerum articulo non vti, eſſe adeo alterum τε et ipſum copulam. Dices: Immo τὰ eſt pro ἐκεῖνα, more Homerico. Niſi, vt ἄρα τ' pro ἄρα τε ſit, priore loco δὲ legas: μίστυλλον δ' ἄρα τ' ἄλλα. Vocem μιστύλλειν παρὰ τὸ μεῖον recte ducit Etymol. vnde μειστὸς, μιστὸς, μιστύλλω. εἰς μικρὰ διέκοψαν v. inf. ad H, 315. Cum tamen et μυστίλλεσθαι ſcriberetur, et μυστίλλη, pro diuerſis habuerunt et multa alia argutati ſunt grammatici, v. Etymol. h. v. Heſych. Schol. Ariſtoph. Pl. 627. vbi v. Hemſt. Schol. Lycophr. 154. Euſtath. pluribus locis, Koen. ad Gregor. p. 264. add. Herodot. I, 132. Ceterum hi verſus aliquoties repetuntur, vt B, 427

Digitized by Google

ſq. Od. M, 364. Ξ, 429 ſq. cf. H, 317 ſq. Ω, 623. Od. T, 422 vbique tamen eſt μίστυλλόν τ' vel τε. Nec Ptolemaei acumen alibi repetitur. In fine pro ἔπειραν vn. Vindob. ἔπειρον.

466. Etiam hic verſus aliquoties legitur: B, 429. H, 318. Ω, 624. ad hunc vide.

467. ⊱ ſigno nil in Scholiis reſpondet. At illud miror, vtrumque verſum 467 et 8 non obelo transfixos eſſe a priſcis; ſunt enim, vt nunc totus locus legitur, manifeſte inſerti aliunde, nam ſunt otioſi, et ingrata eſt triplex αὐτὰρ in verſus principiis 464. 467. 469. Niſi quod paullo ante ad 460. 1 in Notis propoſui, optione eligere malis, vt vſ. 467 ex ſententia eliminetur. In vno Vindob. deſunt vſ. 468. 469. Ceterum πένος de paratu dapum ſollenne. Obſeruant grammatici πόνον Homero nusquam de dolore dici. Dictum tamen pro aerumna, ταλαιπωρία vt B, 291. ἡτοιμάζοντο Apollon. Lex. h. v.

468. οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἴσης. οὐδ' ἔτι Vat. Mor. Barocc. quod Stephanus quoque malebat, improbante Clarkio et Berglero praef. p. 4.

δαιτὸς ἴσης. Quae δαὶς ἴση ſit, disputatum eſt inter veteres et recentiores. Occurrit haec vox in Homero de nauibus, vt iam A, 306 vidimus, de clipeo, ἀσπίδα πάντοσ' ἴσην, vt Γ, 347. tandem vt h. l. de epulis. Accipitur ab aliis ἴσος pro ἶσος, quod tamen analogia caret, alii per *bonus* interpretantur, vt ſit δαῖς ἐσθλὴ, ἀγαθὴ, quod ſenſui conuenit; eſt tamen ea vox ἐΰς, non ἴσος.

Interea vtrumque et auctoritatem habet et rationem. δαῖς ἴση, ἀγαθὴ, iam Zenodoto acceptum erat, teſte Athenaeo I, 10 p. 12 E. Adſtipulatur Erneſti ad locum noſtrum, et ad Δ, 48. ex quo loco, οὐ γάρ μοί ποτε βωμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἴσης, firmatur ea interpretatio: Iupiter enim de ſuis ſacris loquitur, quae in partes aequas distribui nec ſolent nec poſſunt. Placet hoc tanto magis, quod A, 575 ipſa vox δαὶς ἐσθλὴ in hac re adhibetur: οὐδέ τι δαιτὸς ἐσθλῆς ἔσσεται ἦδος. Erunt itaque et νῆες ἴσαι *bonae*, vt et Erneſti accepit ad A, 306. Sicque

Digitized by Google

Schol. ad Od. T, 574. Conueniunt quoque *Φρένες ἴσαι*, Od. Λ, 336 *bonae*. Licet itaque credere, non modo *ἐὺς, ἐὺ*, verum etiam *ἴσος* in vſu fuiſſe.

Sunt tamen quae nec minus pro altera interpretatione memorari poſſunt, vt *ἴσος* ſit idem quod *ἶσος*. Primo verſus B, 765 *ἵππους σταφύλῃ (σταθμῇ) ἐπὶ νῶτου ἴσας*. vbi eſſe pro *ἴσας* manifeſtum ſit. Conuenit *ἀσπὶς πάντοσ' ἴσῃ*. v. ad Γ, 347. *ἴσῃ* ergo et *ἴσῃ δαῖς*, dicta erit propter portionem cuique ſuam attributam per miniſtros. (v. Sch. br. B. L. ad h. l. Heſych. Etymol. in *δαίς*.) hinc *μοῖρα. νωμᾷν* et *δάσασθαι μοίρας*. et *μοῖρα ἴση* Od. Υ, 281. 2. Reſtant *νῆες ἴσαι*, quas reddunt *ἰσοτοίχους, ἰσοπλεύρους*. v. Sch. ad A, 306. E, 63 et Apollon. Lex. *τὰς ἐξ ἑκατέρου μέρους ἴσως πλεούσας*. paullo argutius, quam volebat; melius tamen quam alii, qui, *ἀπὸ τοῦ ἰέναι, πορευτικὰς* eſſe voluerant, ap. Euſtath. ad A, 306. 602.

Poſt haec omnia quaeſtionem nondum ita expeditam eſſe arbitror, vt pronuntiari poſſit de antiquata hac dicendi forma. Niſi forte cenſeamus fuiſſe *ἶσος* et *ἴσος* vtroque ſignificatu vſurpatum, vt ſit *par, aequus*, et idem *iuſtus, bonus*. Vt *δαῖς ἴσῃ* h. l. et alibi, *epulae bene inſtructae* ſint, requirere videtur formula *οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἴσης. bene et ex animo epulati ſunt;* vt B, 708 *οὐδέ τι λαοὶ δεύονθ' ἡγεμονῆος*, contenti erant, habebant ducem, qualem animo expetebant, bonum ducem. Ducere videri poteſt ad idem iudicium Apollon. Lex. *ἴσας. τὰς νῆας — ὅταν δὲ — Φρένας ἔνδον ἴσας, εὐκράτους, ἀγαθάς*. vnde eadem ap. Heſych. leguntur.

Si *ἴσος* ex *ἶσος* ductum eſt, debuit olim ſcriptum eſſe *ϝισος*. Nam per totum Homerum *ϝισος* fuiſſe apparet. Manet tamen ambiguum, quando *ἀσπίδα πάντοσ' ἴσην* occurrit, volueritne antiquus poeta hoc an *πάντοσε ἶσην*, (*παντοσε ϝισην.*)

469. *αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἔντο*. primum nunc occurrit. Reddunt *ἐκορέσθησαν* recte; tum vero volunt *ἔω* eſſe *πληρόω*. perperam. Erat *ἔω*, quod

Digitized by Google

nunc eſt ἵημι, ἐξέω, olim ἐξέω, pro ἐξίημι, ἐξιέναι, ἐκπέμπειν, ἐκβαλεῖν τὸν ἔρον, τὸν πόθον cibi, adeoque famem; conſentit Etymol. in ἔντο. Altera interpretatio ἕω, πληρόω nata eſt ex contexto, et ignorata ellipſi: cf. ad Il. T, 402 ἐπεί χ' ἑῶμεν πολέμοιο.

470. κοῦροι μὲν κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο. Schol. Theocr. III, 18 κοῦροι δὲ στ. Verſus hic cum ſeqq. iterum occurrit inf. I, 175 et Od. Γ, 339. Φ, 271. Ambigitur vtrum de corollis, quibus crater cinctus eſſet, an de repleto vsque ad oram cratere ſit accipiendum. Si prius eſt, iungenda erunt κρατῆρας ποτοῖο, crateres vino plenos, ἐπεστέψαντο abſolute, ſc. ἄνθεσι. Seriores hoc more pocula coronandi vſos eſſe nemo dubitat; ſed quaeritur de vita heroum aut potius de Homerico more. Nam tragici et hinc alii ſuorum temporum morem in hoc, vt in aliis, in heroum vitam intulere, vt ipſe Virgilius Aen. I, 724. At Homerici heroes corollarum vſum ignorarunt. Itaque ipſi veteres accipiunt στέφεσθαι, ἐπιστέφεσθαι κρατῆρα, craterem vsque ad oram, vino oram ambiente, implere. ὑπὲρ τὸ χεῖλος ἐπλήρωσαν, ὥςτε δοκεῖν ἐστέφθαι τῷ ὑγρῷ. Sch. B. L. Et Athenaeus I, 11 p. 13 E. (vnde Suidas ſua petiit in ἐπιστεφέας κρ.) ἐπιστέφονται ποτοῖο οἱ κρατῆρες, ἤτοι ὑπερχειλεῖς οἱ κρατῆρες ποιοῦνται, ὥςτε διὰ τοῦ ποτοῦ ἐπιστεφανοῦσθαι. add. XIV, p. 674 F. Convenit inf. Θ, 232 κρατῆρας ἐπιστεφέας οἴνοιο. item Od. B, 43 pro πλήρεις. itaque caſus ſecundus iungitur, quem vocabula copiae requirunt, vt πλήρης οἴνου. Otioſus eſſet hic genitiuus in altera acceptione, *coronare pocula vini*, κρατῆρας οἴνοιο, atque oratio ieiuna. Aliter res ſe habet Θ, 70 vbi δέπας οἴνοιο occurrit, eodem modo quo ἀσκὸς οἴνοιο. πίθοι οἴνοιο. κισσύβιον οἴνοιο· hic enim vini notio vim habet.

Hisce de cauſſis videor mihi veteribus recte paruiſſe, ſimulque occurriſſe iis, quae contra interpretationem hanc monentur, apparebitque Virgilianam rationem ab hac diverſam declarare quidem, quid Virgilius ſenſerit, Tragicos plerumque ſequutus, non autem, quid Homerus.

471. Νώμησαν δ' ἄρα πᾶσιν ἐπαρξάμενοι δεπάεσσιν. Variam habet interpretationem et hic verſus propter vſum ignotum vocis ἐπάρχεσθαι hac in re. In Sch. B. Leid. Lipſ. eſt ἐπιχέαντες parum grammatice; nam ἐπάρχεσθαι δεπάεσσι, ſic iunctum, non poteſt eſſe infundere in pocula; ἐπιχέειν. ἐγχέειν εἰς τὰ δέπα. Saltem ſic dicendum, per ellipſin haec efferri pro ἐπαρξάμενοι ἐγχέαι. Etſi et ſic praeſtabit νώμησαν δεπάεσσι, pro ἐν. σὺν δ. Súſtuli itaque interpunctionem poſt πᾶσιν.

Alii ἐπαρξάμενοι de libatione acceperunt: ἐπαρξάμενοι σπονδὴν τοῖς θεοῖς, πᾶσιν ἐνώμησαν· eadem Schol. vnde et Heſych. reddit σπείσαντες. At enim non pueri libant; ſed conuiuae qui poculo ſibi praebito libant: adiicitur quoque hoc ipſum σπεῖσαι in altero loco Od. Σ, 424 Νώμησαν δ' ἄρα πᾶσιν ἐπισταδόν. οἱ δὲ θεοῖσι σπείσαντες πίον. Sic et Od. H, 183. 4. Φ, 272. 3. Viderat hoc quoque Gronou. Obſſ. I, 4. Apud Euſtath. ad Od. Φ, p. 1908, l. 61 eſt ἐπάρξασθαι ἐπὶ τοῖς φθάσασι πάλιν ἄρξασθαι. reſpectu particulae praepoſitae.

Cum ex his non multum proficias, videtur redeundum eſſe ad interpretandi vias certiores. ἐπάρχεσθαι eſt omnino, incipere, initium facere; cuiusnam rei? eliciamus ex ipſis verbis νώμησαν ἐπαρξάμενοι ſc. τοῦ νωμᾶν. Sedent conuiuae in longis ſedilibus, alii propiores crateri, in menſa poſito, alii remotiores. Miſcetur vinum in cratere: facit hoc κήρυξ, vel οἰνοχόος, implentur inde pocula, τὰ δέπα; et distribuuntur ſingulis conuiuis, initio ab iis facto, qui proximi ſedent: hoc eſt ἐπαρξάμενοι τοῦ νωμᾶν· adeoque νωμῶσιν ἐν δεπάεσσι, accedentes ad ſingulos pocula circumferunt pueri, ſeu ipſe praeco. Od. Σ, 424 vbi Τοῖσιν δὲ κρητῆρα κεράσσατο κήρυξ — Νώμησε δ' ἄρα πᾶσιν ἐπισταδόν. (Factum id eſſe ita, vt primo loco praeberetur ei qui a dextra ſederet, et ſic porro a dextra, videtur innui per ἐπιδέξια. v. inf. ad 594.) Conveniunt cum his loca: Od. H, 182 Ποντόνοος (κήρυξ) δὲ μελίφρονα οἶνον ἐκίρνα, Νώμησε δ' ἄρα πᾶσιν, ἐπαρξάμενος, δεπάεσσιν. Sicque κοῦροι loco noſtro et Il. I, 176. Od.

Digitized by Google

Γ, 339. 340. Φ, 271. Elliptice inde efferri coepit, quod Od. Σ, 417 eſt: Οἰνοχόος μὲν ἐπαρξάσθω δεπάεσσι. quod explendum erit ἐπαρξάσθω νωμᾷν τὸν οἶνον ἐν δεπάεσσι. Sane hoc δεπάεσσι iungitur modo cum ἐγχέαι, vt Od. I, 9 μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων Οἰνοχόος Φορέῃσι καὶ ἐγχείῃ δεπάεσσι. et cum ἐνοινοχοεῖν, Od. Γ, 472 Οἶνον ἐνοινοχοεῦντες ἐνὶ χρυσέοις δεπάεσσι.

Mature tamen ellipſis coepit latere, nam Hymn. in Apoll. 125 Apollini Themis νέκταρ τε καὶ ἀμβροσίην χερσὶν ἐπήρξατο, poſitum eſt ſimpl. praebuit; niſi et ibi ſuppleas νωμᾷν, νέμειν, παραθεῖναι.

πᾶσιν autem οὐ τοῖς ποτηρίοις, quod factum a nonnullis, ἀλλὰ τοῖς ἀνδράσιν, iungendum notante Athenaeo l. c. p. 13 E.

472. 3. 4. recitat Plutarch. de Muſica pr. p. 1131 C. et iterum ſub fin.

472. ξ— quod παννημέριοι non eo valet, vt per totum et integrum diem cantauerint; ſed per id quod diei adhuc ſupererat. Eadem Sch. B. L. tam grauis viſa eſt obſeruatio! Cēterum verſum laudat, et epitheti ac numeri ſuauitatem commendat Ariſtides Quintil. de Muſica lib. II, p. 82.

473. καλὸν ἀείδοντες παιήονα (ξ—) ὅτι Παιήονα οὐ τὸν Ἀπόλλωνα ἀλλὰ τὸν ἐπὶ καταλύσει λοιμοῦ ὕμνον. καὶ τὸ καλὸν ἀντὶ τοῦ καλῶς. Sch. A. Paria Sch. B. Lipſ. Leid. et iam Apollon. ex eoque Heſych. tum Etymol. Quod hymnum ad depellendam peſtem cani ſolitum pronuntiant, ex h. l. et contexto petitum eſſe apparet. Porro ποτὲ μὲν vox notat τὸν λεγόμενον παιᾶνα εἰς Ἀπόλλωνα ait idem Apollon. Lex. h. v. quod tamen fieri vix potuit antequam nomen Παιήονος, qui deus medicinae in Homero eſt, ad Apollinem transferretur. At antiquitus nomen hymni ſeu genericum ſeu laeti ſaltem euentus fuiſſe videtur; nam iterum caeſo Hectore victoris hymnus eſt: Il. X, 391. qui vſus vocis etiam eſt apud bonos ſcriptores: v. Ruhnken. ad Timaeum voc. παιανίσαι. Certiora non habemus. Si cum deo Paeeone aliquid com-

mune hymnus habuit: dicendum est, fuisse proprie hymnum εἰς τὸν Παιήονα, medendi deum, E, 401. 899. 901. Od. Δ, 232. dictum et ipsum Παιήονα. Nisi suspicari velis vtrumque versum 473 et 4. esse a rhapsodis serius suppletos: cum iam Apollo Παιήων et Παιὰν vsu frequentaretur. Versum 474 ἀθετεῖσθαι statim videbimus. Quinque genera hymnorum memorant Sch. B. L. et Leid. hic iam ap. Valken. ad Phoen. p. 729. De voc. Παιήων video nunc docte disputari a viro doct. Ilgen ad H. in Apoll. p. 300.

474. μέλποντες Ἑκάεργον. ὁ δὲ Φρένα τέρπετ' ἀκούων. Respicit hunc versum, puto, memoria tamen lapsus, et confundens alterum locum N, 493 Xenophon. Sympos. 8, 30 ἔστι μὲν γὰρ δήπου καὶ Ὁμήρῳ· γάνυται δέ τ' ἀκούων. Debuit autem huic versui adscriptus esse obelus; nam pronuntiant Sch. A. B. L. ἀθετεῖται, et addit Sch. A. ὅτι νομίσας τις τὸν Ἀπόλλωνα Παιήονα εἰρῆσθαι προσέθηκεν αὐτόν. nec iniuria. modo adiectum esset: debeaturne obelus iudicio grammaticorum an codicum auctoritati. Fuisse autem, qui Apollinem h. l. intelligerent, ex eo quoque apparet, quod fuere, qui seiungerent: καλὸν ἀείδοντες, παιήονα μέλποντες ἑκάεργον. ap. Eustath. p. 138. Quando primum nomen Παιήων, Παιών, Παιὰν, ad Apollinem translatum occurrat, videant alii. In Pindaro P. IV, 481 Παιάν τέ σοι τιμᾷ Φάος antiquus vsus vocis esse videtur; ap. Aeschylum aliquoties est omnino hymnus. Παιὰν pro Apolline in Sophocle occurrit. Bentleius versum delendum esse censet et ipse; obseruat idem praeterea vocem μέλποντες suspectum versum facere; nam alibi est μέλπεσθαι H, 240. Π, 182. At apud alios occurrit μέλπειν, vt ap. Apollon. I, 569. 1151. II, 716. apud quem etiam est II, 704 ἰοπαιήονα Φοῖβον μελπόμενοι.

477. ⊱ ὅτι οἱ ἑξῆς ἐκ τῆς Χρύσης μετέρχονται etc. Sch. A. Emenda τῇ ἑξῆς. Obseruatio spectat ad numerum dierum duodenarium. Nam χθιζὸς ἔβη 424 et sequitur 493 Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐν τοῖο δυωδεκάτη γένετ' ἠώς.

Digitized by Google

De ἠριγένεια, *mane orta*, multis agunt Schol. Heſych, et primo loco Apollon. Lex. h. v.

479. ἴκμενον οὖρον, *ventum ſecundum* eſſe, in aperto eſt; verum vocis origo et ſenſus ignoratur proprius; ab ἰκμὰς, vt humidus ſit, duci nequit: etſi ſic a multis traditur, etiam in Alleg. Homer. p. 55. vt ab ἰκόμενος ſit, vnde πορευτικὸς redditur, non magis admittit ratio grammatica: etſi propterea etiam ἴκμενος quidam ſcripſerunt. Debuit eſſe verbum ἴκμι. ἴκμαι, et inde ἴκμενος.

480. οἱ δ' ἱστὸν στήσαντ', ἀνὰ δ' ἱστία — Sch. br. legerunt στῆσάν τ', ἔστησαν, nec male, ſequente τε.

481. ἐν δ' ἄνεμος πρῆσε μέσον ἱστίον. πρήθειν eſt proprie Φυσᾶν flare, vt Π, 350. et hinc altero loco incendere, conflato ſc. igni. Ita digerenda ſunt grammaticorum notata, in Schol. Suida, Etymol. Heſych. et Euſt.

Commendant verſus numeros Sch. B. et L. hic quoque notum illud repetit, quod ab aliis quoque notatum eſt: Ἀριστοτέλης φησὶν, ὡς κινούμενα ὀνόματα γράφει ὁ ποιητής.

482. ἀμφὶ δὲ κῦμα στείρῃ πορφύρεον μεγάλ' ἴαχε. Malebat Barnes πορφῦρον, ſine cauſſa, vt Clarke monuit; nam et πορφύρεος eſt media breuſ. Scilicet fuit πορφύρω, media longa, vt Ξ, 16. vbi mare nigreſcit, πορφύρει, et πορφυρέω, πορφυρῶ, media breui. Eſſe autem πορφύρεον τὸ μέλαν certatim docent grammatici, inque iis Euſtath. cf. ad Ξ, 16.

μεγάλ' ἴαχε haud dubie eſt corruptum, et emendatum iam a Bentl. μεγα ϝιαχε et a Dawes, qui et inter ι et α interponebat digamma ϝιϝαχε. Scilicet ἰάχω, ἰαχὴ, cum cognatis, pronuntiata ſunt cum digamma: vt γένετο ἰαχὴ τε Φόβος τε. quod aliquoties occurrit, primum Δ, 456. vbi alia loca congeſſit Clarke, cauſſam hiatus ignorans. Sunt loca pauca, quae repugnant; ſed ea emendatione egere videntur. cf. ad B, 316 ἀμφιαχυῖαν. In Heſych. erat μεγάλ' ἴσχε. nunc emendatum.

483. διαπρήσσουσα κέλευθον. legebatur κέλευθα ſono minus grato. At κέλευθον eſt lectio multorum librorum:

Digitized

Cant. Harl. Vat. mſ. Tz. ap. Bentl. Vrat. a. b. A. Eton. add. Vindob. accedit Ven. c. Schol. Euſtath. Sch. br. Etiam ſic Od. B, 429.

484. *κατὰ στρατὸν* eſt Ariſtarchea lectio; quod docet Schol. A. ſimiliter vt ſup. 424. ſicque Lipſ. Vindob. Alii legunt *μετὰ*, quod vſui ſollenni conuenit: ſicque Cant. Vat. mſ. Tz. ap. Bentl. Barocc. Eton. Vrat. A. Townl. Moſc. 1. vn. Vindob. etiam Lipſ. et Ven.

486. *ὑψοῦ ἐπὶ ψαμάθοις*. Erat *ψαμάθου* in ed. Flor. Ald. 1. ſed ſtatim Ald. 2. recepit *ψαμάθοις*. Errant codices inter vtramque lectionem. *ψαμάθου* Vrat. c. Moſc. 3. et ex corr. 1. Vindob. *ψαμάθοιο* (deb. *ψαμάθοι'*) Mori. Cant. Lipſ. Vrat. a. b. vn. Vindob. Schol. Apollonii III, 257. at *ψαμάθοις* firmatur auctoritate Ven. et Sch. tum Apollonii Lex. p. 301. Vſus pluralis in hoc voc. frequens ap. Homer. et eodem modo *ὑψοῦ ἐπὶ νοτίῳ* Od. Δ, 785. Eſt itaque *ἐπὶ ψαμάθοις* retinendum: quod et legitur in Hy. in Apoll. 507. Variat ſimili modo lectio N, 12 *ὑψοῦ ἐπ' ἀκροτάτης κορυφῆς Σάμου*, vbi Townl. *ἀκροτάτῃ κορυφῇ* non male. Et in hac ipſa voce inf. Ψ, 853, vbi vulgatum erat *ψαμάθοιο* et *ψαμάθου*, cum vera lectio ſit *ψαμάθοις*. Totus verſus ab alia manu adſcriptus erat in Lipſ. Townl. et Eton.

ὑπὸ δ' ἔρματα μακρὰ τάνυσσαν. De etymo voc. *ἔρμα*, quod eſt *ἔρεισμα*, *στήριγμα*, cf. B, 154. Multa diſputantur in Schol. Etymol. Euſtath. pluribus locis. Add. Sch. A. B. ad Π, 549. vbi eſt *ἔρμα πόληος*. columen vrbis. at Δ, 117. ſagitta eſt *μελαινῶν ἕρμ' ὀδυνάων*. vbi vide. Male ab *ἐρείδειν* ducunt *ἔρμα*. Praeſtat dicere, *εἴρειν*, iungere, conſerere, adeoque firmare, ſtabilire, fuiſſe primitus *ἔρειν* et *ἔρσιν*, cf. ad Ξ, 182. — Quae ex Schol. B. et L. adſcripta ſunt, iam erant vulgata e cod. Leid. a Valken. Diſſ. p. 139 praemiſſo nomine *Πορφυρίου*.

487. *αὐτοὶ δὲ σπίδναντο* Vrat. a. b. pro vulg. *αὐτοὶ δ' ἐσπίδναντο*.

Digitized by

488. *αὐτὰρ ὁ μήνιε, νηυσὶ π.* In Hesych. erat *ὁ μήνυε*, corr. Bentl. Clarke pronuntiare iubet *μήνι*, quia media est longa, vt B, 769. at iam sup. 422 vidimus *μήνι' Ἀχαιοῖσι*. Necesse est adeo, vocalem longam ante aliam vocalem corripi posse: vt in *ἰθύειν* Λ, 551. P, 661 *ἠμύειν*. v. ad B, 148.

488—492. Excidérunt obeli. Nam hos versus Zenodotus *ἠθέτηκε*, at v. 491 *οὐδέ ποτ'* ne scripsit quidem. Iudicium haud obtusum: si quidem suppleti esse possunt ab eo, qui nexum narrationis seruare vellet. Modo adscripsisset, solone animi iudicio, an quod versus libris tunc aberant, ita statuerit. Recitat vss. Plutarchus de Tranquill. p. 465 E. verum is omnino vulgatam lectionem recitare solet.

489. *Πηλέος υἱός*. Ita editum erat vsque ad Barnes. qui mutauit *Πηλῆος υἱός*, quod tamen Harl. Bentleii habet et Mosc. 1. Clarkius *Πηλέως* reposuit, quod habebat ap. Bentlei. Vat. et Mor. ap. Barn. Laud. Barocc. add. Eton. Vindob. Mutationis ratio nulla idonea est: nam omnes formae, *ηος* quidem frequentissime, sed et *εος* et *εως* occurrunt, vt lubricum sit aliquid velle ita constituere vt ab ea lectione, quam antiquitas dedit, recedamus. Disputare licet et ambigere in notis quantum libet. ergo *Πηλέος* retineamus quod, binis syllabis pronuntiandum, h. l. constanter seruant codd. ceteri, etiam Ven. Similis varietas est Il. T, 216. Π, 21. Aliter res se habet Π, 203. vbi vide.

490. *οὔτε ποτ' εἰς ἀγορὴν* — Erat *οὐδέποτ'* in L. ap. Bentl. et sic Gregor. de Dial. p. 190. *κυδιάνειραν, τὴν ἐνδόξους ἄνδρας ἔχουσαν* vel *ποιοῦσαν*. Sch. br. et Hesych. Optime ipse poeta interpretatur Il. I, 441 — *ἀγορέων, ἵνα τ' ἄνδρες ἀριπρεπέες τελέθουσι*. Debuit olim esse *κῦδις*. Vnde et *κυδίων, κυδίστος* venit.

491. *οὔτε ποτ' ἐς πόλεμον. ἀλλὰ Φ*. Ita iam Wolf. edidit ex Ernesti iudicio. Erat antea *ἐς πόλεμον γ'*. fulcrum hoc in seriore poeta saltem certis in locis, quae determinationem aliquam admittunt, recte apponeres, non

in Homero, qui tono tantum tribuere videtur, vt fulcro non indigeat. Statim hoc acceſſit in Ald. pr. At abeſt γ' a Cod. Lipſ. Vrat. A. b. c. Moſc. 1. a pr. m. tum a Barocc. Vat. et aliis, ita Plut. l. c. Bentl. haud male ex vſu poetae emendat: οὔτε ποτὲ πτόλεμόν δ'. Sed et ἐς πόλεμον recte, vt ſup. 126. E, 132.

ἀλλὰ Φθινύθεσκε φίλον κῆρ. Hemiſtichion cum vſ. ſequ. de Pyrrho ſcite adhibet Plutarch. in Pyrrho p. 390 C. quod iam Clarke notauit; iterum in Cleomene p. 821 B. C.

Φθινύθεσκε vi transitiua acceptum eſt in Sch. br. ἔΦθειρε. Et ſane Φθινύθειν vim habet cum τοῦ Φθείρειν tum τοῦ Φθείρεσθαι· poteſt tamen h. l. accipi pro ἐτήκετο (κατὰ) τὸ κῆρ.

492. αὖθι μένων. αὖθι pro αὐτόθι nunc primum occurrit. Notauit vocem ipſe Apollon. Lex. αὖθι, ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ. Confunditur paſſim cum αὖθις, iterum, quod idem eſt ac αὖ, αὖτε. cf. Sch. B. ad K, 62. Etymol. in αὖθι. Heſych. Schol. Apollonii I, 1356. Ammon. p. 27.

ἀϋτήν τε πτόλεμόν τε. recte πτόλεμον poſt ſyllabam breuem τε. Et hoc per totum Homerum obſeruandum; etſi vbique fere librarii aberrant, vt h. l. Lipſ. et alii.

493. Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐν τοῖο δυωδεκάτη γένετ' ἠὼς — ξ — (obelus praefixus locum non habere potuit) Mirum fuit Ariſtarchi acumen, qui ſcripſerat ἀλλ' ὁτεδὴ, vt ὁηλαδή· „at nec Homerus ea voce vtitur; et corrumpitur ſententia; eſſet enim ex ὁτὲ, interdum.“ (Hoc neceſſe non eſſet: ſed ὁτεδὴ, τοτεδὴ, ſe exciperent, quando, tum; eſſet tantum inutile ſtudium compoſitione procudendi vocabula noua.) Ariſtarchum refutauerat Pamphilus; et Herodianus ἐν τῇ Ἰλιακῇ προσῳδίᾳ aſſeuerabat, vſum τοῦ ὁτὲ omnino eſſe nullum in Homero; idem tamen in libro XIX τῆς καθόλου agnouerat vſum in Il. A, 64. 65. ὁτὲ μέν τε — ἄλλοτε δέ. Haec Sch. A.

Digitized by Google

Mirum quoque quod ἐκ τοῖο in iisdem Sch. A. a grammaticis antiquis pro forma Theſſalica venditatur, pro ἐκ τοῦ. ita tamen etiam Apollon. de Syntaxi p. 55.

496. παιδὸς ἑοῦ. Bentlei. dubitabat, quomodo digamma tueretur in παιδὸς ϝεου. nam vt ϝεό eſt, ita videbatur quoque ϝεος eſſe debuiſſe. Enimuero fuit vel ϝου vel ἑϝου. v. Excurſ. ad 393.

ἀλλ' ἤγ' ἀνεδύσατο κῦμα θαλάσσης. Ven. ἀνεδύσετο, vt ἐβήσετο. v. Sch. A. etiam ſic Moſc. 1. Praeſtat h. l. vulgatum, quippe in narrato facto.

497. ἀνέβη μέγαν οὐρανὸν Οὔλυμπόν τε. ξ quod non accipiendum eſt, quaſi Olympus ſupra caelum eſſet; ſed quia montis cacumen ſupra nubes aſſurgit. Sch. A. paullo ſubtilius. v. Excurſ. de Olympo ad A, 494.

498. εὐρύοπα Κρονίδην. primum nunc legitur; et Sch. A. ψιλῶς, μεγαλόφωνον, ὡς τὸ ἐριβρεμέτης. ἢ μεγαλόφθαλμον, διὰ τὸ προνοητικόν. Additur tamen in iisdem et Sch. B. priore ſenſu ductum eſſe παρὰ τοὺς ὤπας, in altero παρὰ τὴν ὦπα, ὅ ἐστι τὴν Φωνήν. quae erronea ſunt; ita enim εὐρύωπα eſſet. Sed vt αἰθοψ, νώροψ, ita εὐρύοψ eſſe potuit, vnde εὐρύοπος, εὐρύοπα, late proſpicientem. vnde et ductum eſt εὐρυόπης. Sic E, 265 εὐρύοπα Ζεύς. Manet tamen vel ſic ambiguitas, annon ab ὄψ, ὀπὸς, Φωνὴ, vnde ſit ἦνοψ. μέροψ. ducere praeſtet, vt ſit late ſonans, tonando, ἐριβρεμέτης. ἐρισμάραγος. βαρύκτυπος. Nec certiora diſces e grammaticis, Sch. br. Euſtath. Etymol. Heſych. et primo loco, Apollon. Lex. h. v. Chryſippus, vt dignius numine epitheton eſſet, acceperat τὸν δεινὸν ἐν τῷ διαλέγεσθαι (ab ὄψ, ἡ Φωνὴ) καὶ διαβεβηκότα (h. e. ὑπερβεβηκότα) τῇ δυνάμει τοῦ λόγου. ap. Plutarch. de aud. poet. p. 31 E.

498. 499. repetuntur inf. Il. E, 753. 754. et prior iterum Θ, 3. Recitat εὗρε δὲ — Stobaeus Ecl. lib. I, p. 2. Ex vſ. 500 ſqq. profecit Callimachus in Dian. 26.

501. ὑπ' ἀνθερεῶνος ἑλοῦσα. non poteſt ἑλεῖν cum caſu ſecundo iungi; nec ὑφελεῖν vſu notum eſt. Verum ſupplendum: ἑλοῦσα αὐτὸν ὑπὸ τοῦ ἀνθερεῶνος σὺν τῇ δε-

ξιᾷ. Ita et ſup. 107 ξανθῆς τε κόμης ἕλε Πηλείωνα· pro ἐκ. κατὰ κόμης. et 407 λάβε (κατὰ) γούνων (αὐτόν.) Morem ſupplicum notauit Plinius XI, 45 *antiquis Graeciae in ſupplicando mentum attingere mos fuit.* Notus locus Callimachi H. in Di. 126.

503. Reſpicit locum Dionyſ. Hal. in Arte rhet. 9.

504. κρήγυον Vrat. A. et al. v. ad 41.

510. ὀΦέλλωσί τέ ἑ τιμῇ. τιμὴν praefixum eſt Scholiis B. L. ſicque Vrat. b. et A. Etiam Euſtath. τινὲς δὲ γρ. τιμὴν, vt ſit αὐτὸν κατὰ τὴν τιμήν. quod tamen minus gratum.

ὀΦέλλωσίν τε οἱ τιμὴν aduerſante metro ed. Flor. quod non debebat probare Erneſti. Eadem varietas eſt in codd. Vindob.

512. ἀχέων Vrat. a. ſed vitio librarii, qui χ et κ, ſaepe permutat.

513. εἴρετο. hoc repoſui, nam ita et alibi Homerus εἴρετο. εἴροντο. nusquam ἤρετο quod vulgatum erat; emendatum quoque ἀνήρετο Il. Φ, 508 et ἐξήρετο E, 756. Apollon. Lex. in εἴρετο. tum vero et h. l. ſic legerant Ven. et Sch. B. L. in his adiectum: εἴρετο, ἔλεγεν. εἴροντο δὲ κήδε' ἑκάστη Od. Λ, 541. tum porro Mor. Laud. Eton. Lipſ. adde Townl. Vrat. a. Moſc. 1. tres Vindob. et cf. Etymol. in εἴρω. Variat quoque alibi ſcriptio, vt apud Platon. et al. Ex Schol. Lipſ. laudat Bentl. ὁ δ' Ἴξίων ἔγρετο. κακῶς. Etiam αὖτις et αὖθις variat: v. ad vſ. 27.

515. ἀπόειπ'. De voce v. ad I, 309.

517. μέγ' ὀχθήσας. primo nunc occurrit vox haec ſaepius in Homero obuia, valde vexata grammaticorum commentis, ex etymo ductis. Si ad loca ipſa animum attenderis, vſum vocis eſſe intelliges, aut in *graui dolore* aut in *indignatione:* vtrumque facile reuocari poteſt ad *animum valde commotum* aut ad notionem τοῦ στενάξαι, *ingemiſcere.* Audiamus primum Apollonium Lex. h. v. p. 520 ὀχθήσας, οἷον μετεωρίσας τὴν ψυχήν· τὸν δὲ μέγ' ὀχθήσας (ex Il. H, 454) ἀπὸ (δὲ del.) τῶν ὄχ-

θων, αἳ εἰσιν ἀναστήματα τῶν ποταμῶν. (quod *de commotione animi est* intelligendum. Commode laudant Lexica ex Sophoclis Oedipo 914 ὑψοῦ γὰρ αἴρει θυμὸν Οἰδίπους ἄγαν λύπαισι παντοίαισι.) Pergit Apollon. τάσσουσι δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ στενάζειν, ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς. καὶ γὰρ ὁ στενάζων τεταράκται τὴν ψυχήν, καὶ ὁ μετεωριζόμενος. Partem Scholii huius exscripsit Hesych. adiectis aliis quae ad etymologiam ἀπὸ τοῦ ἄχθος, (quod est βάρος,) ἀχθέω, spectant, quam Etymol. quoque habet. Eodem redit Scholion Ven. A. B. ad h. l. εἰς ὕψος ἐπάρας τὸν θυμὸν, παρὰ τοὺς ὄχθους. ἢ μεγάλως ἀχθεσθεὶς παρὰ τὸ ἄχθος. At Sch. br. μέγα στενάξας καὶ δεινοπαθήσας. Eadem occurrunt aut similia in Eustath. ad h. l. et alibi, inprimis ad Il. O, 101. Sch. Ven. ad Il. Σ, 5. Quod ad Il. Θ, 208 in Cod. Lipsi. adscriptum super ὀχθίζω laudat Ernesti, etiam apud Eustath. reperitur p. 707, 8.

518. ἦ δὴ sic Apollon. Lex, in ἦ et Ven. A. et Etymol. in ἦ ὄντως. ἀληθῶς. Alii ἤδη, quod nonnulli pro ἐπειδὴ acceperunt in Sch. Leid. et Eustath.

— ὅτε μ' ἐχθ. L. C. Vat. ap. Bentl. Ven. Vrat. a. Mosc. 1. Townl. suauius forte ad aurem quam ὅτ' ἐμ' ἐχθοδοπῆσαι. ὅτε μ' ἐχθοδοπῆσαι ἐφῆσεις Ἥρη. Apud Platon. et al. ἐχθόδοπος est inuisus: Timaei Lex. p. 128. adeoque ἐχθοδοπεῖν *inuisum esse*. Nec tamen hoc sensu dictum esse potest h. l. propter ea quae sequuntur, ὅταν μ' ἐρέθῃσιν ὀνειδείοις ἐπέεσσιν. nam si quem opprobriis prouoco, ille non tam inuisus fit, verum irascitur, exasperatur. Vnde patet ἐχθοδοπῆσαι h. l. esse, *irasci* Iunoni. Schol. Etymol. reddunt ἀπέχθεσθαι. et ἐχθρὸν καταστῆσαι. Hoc alterum habet locum et quod in Etymol. est: τὸ διὰ λόγων μαχέσασθαι. Atque ita etiam euenit: inf. 539 Αἶψα δὲ νερτομίοισι — Iuno Iouem asperis dictis ad iram prouocat, et procedit res ad iurgia et minas.

519. Ἥρη primo casu Aristarchus, vt sit ὅταν ἡ Ἥρη — τότε ἐχθοδοπῆσαί μ' ἐφῆσεις (suppleuit adeo αὐτῇ) Sic Ven. A. B. et Schol. ap. Bentl. Est et in Ed. Flor.

Digitized by Google

Ηρη. Scilicet ſic interpungere debebant: ὅτε μ' ἐχθοδοπῆσαι ἐφήσεις, Ἥρη ὅταν μ' ἐρέθῃσι — ὅτ' ἄν e Lipſ. notatum ſicque Ven. et Sch. A. B. cf. Etymol. h. v. quem ſupple e Schol. A. Etiam haec ſcripturae varietas vbique occurrit, nec in ſingulis locis enotatione digna. Nil refert vtro modo ſcribas: modo conſtanter. Retinerem ὅτ' ἄν quia etiam ὅτε κεν diſtincte ſcribitur, et quia omnes contractiones duarum vocum ſerioris compendii ſunt habendae; nullo tamen cum fructu haec nouatio fieret.

ὀνειδείοις praeeunte Oxon. reſcripſit Barnes, cum vulgo editum eſſet ὀνειδίοις. quod et per totum Hom. plerique libri habent Ven. Eton. Vrat. c. al. At altera ſcriptura ὀνείδειος alibi occurrit, (etſi vbique v. c. B, 277. II, 628 cum varietate) eamque tuentur h. l. plures codd. vt Mor. et L. Bentl. Agit de forma vocis Sch. A. ad Φ, 471.

520. ἦ δὲ καὶ αὕτως. ſic, nulla de cauſſa. Minus bene Sch. μάτην. ψευδῶς.

521. καί τέ μεν. καί τ' ἐμὲ, Vat.

522. ἀπόστιχε. Apollon. Lex. ἄπιθι. „Heſych. male ἀπόστειλε et ἀπέστηλε" (quod iam alii correxerunt.)

μή σε νοήσῃ antea legebatur; non multum refert; ex regulis tamen criticis alterum μή τι propter antiquam auctoritatem erat reponendum; nam Sch. Ven. A. οὐχὶ, μή σε, ἀλλὰ μή τι, αἱ Ἀριστάρχου, καὶ αἱ ἄλλαι σχεδὸν πᾶσαι διορθώσεις. Declaratur quoque exemplis τι non vacare; id quod nemo ignorat. Similia Sch. Lipſ. ap. Waſſenb. verſus 536. 7. vtrique lectioni accommodari poteſt.

524. κατανεύσομαι. Eſt Ariſtarchea lectio: nam fuit quoque lectum ἐπινεύσομαι eodem ſenſu; verum, cur vox damnanda eſſet, fuit forte cauſſa, quod ἐπινεύομαι non occurrit, ſed tantum ἐπινεύω, vt 528. P, 209 et al. Schol. A. οὕτως κατανεύσομαι, οὐχὶ ἐπινεύσομαι, Ἀρίσταρχος ἐν τοῖς πρὸς Φιλητᾶν προφέρεται. Apud Waſſenb. e Leidenſi extat Porphyrii ζήτημα, cur Iupiter non ſtatim promiſſum perſolverit? Ineptae quaeſtioni ſoluendae ineptiora afferuntur.

Digitized by Google

Simpliciter erat reſpondendum: ita tota narratio epica perierat; nam res ſtatim erat ad finem perducta. — τῇ κεφαλῇ κ. Vrat. a. male. idem πεποίθεις. Laudat hunc verſum Etymol. in κραίνω ad vocis huius etymon ex nutu capitis conficiendum.

526. ℰ— ὅτι περιώρικε τοὺς τρέπους inquit Sch. Ven. A. h. e. quod poeta definiit modos, quibus aliquid irritum fieri poteſt.

παλινάγρετον. Apollon. Lex. παλίλληπτον, οἷον μεταμέλητον. Idem reliqua verba interpretatur. In Sch. B. L. e Porphyrio de trinis his modis promiſſi haud ſervati multa disputantur; etiam in Sch. A. adde Euſtath. Tum monentur alia de interpunctione ab aliis aliter inſtituta. Similia Schol. Amſt.

De τέκμωρ nil monetur in Ven. τέκμωρ, τέλος, eſt in Apollon. Lex. τέλος, σημεῖον, in Sch. br. At v. ad Z, 349. H, 30.

527. οὐδ' ἀτελεύτητον γ' ὅ, τι. Ita fere ſcriptum et editum erat. Recte γ' eiicitur, ſi conſtare nobis volumus (v. ad v. 491). Et eiectum iam a Wolfio, ex Erneſti auctoritate, qui in mſ. Lipſ. et in ed. Flor. abeſſe monuerat, abeſt quoque in Mor. Laud. Vrat. a. b. c. A. Moſc. 1. et Veneto. Adde binos Vindob. Schol. Eurip. Alc. 981. Maxim. Tyr. diſſ. X, p. 182. R. Themiſt. IX, p. 127. et Stobaeum Serm. XI, p. 136, vbi legitur ὅπερ ἂν κεφ. at p. 139, vbi e Trismegiſto vſſ. 525. 6. 7. excitantur, eſt ὅ τι κεν. Iouis nutum hinc expreſſere multi: v. Callim. in Di. 40.

528. Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀ. Quod Phidias hinc diuinum Iouis ſignum adumbraſſe narratur, notum eſt: v. Plin. XXXIV, 8. Valer. Max. III, 7. ext. 4. Locus claſſicus eſt Strabon. VIII, p. 543. A. B. Polyb. fragm. XXX, 15, 3. magna ſcilicet viſione, ſeu phantaſmate per hos verſus in eius mente excitato. Alia enim ad ipſam autem petere inde vix potuit. Ad Euphranorem traductam video in Schol. L. ad 530. cum Euſtathio. cf. Valer. Max. VIII, 11, 2.

Digitized

κυανέοισιν ἐπ' ὀφρύσι. L. Eton. et mſ. Tz. ap. Bentl. item Vrat. c. et hoc voluit vn. Vindob. κυάνοισιν. Colorem voci ſubeſſe *nigricantem* dubitari vix poteſt poſt tot alia, quae et ſignificatum illum vocis, et Iouem, Neptunum et Plutonem *nigra* barba et capillo exhibitum fuiſſe teſtantur. Nuper tamen vir doctus (*Whitaker de orig. Arianiſmi* p. 282) docere nos voluit, declarari *ſupercilium cyano tinctum*, pigmento quod nos appellamus Indicum (*Indigo*) cum quo confundit quoque *henna* Arabum. Mirum, ſi hoc ita ſe habuit, nihil quicquam hac de re veteribus notum fuiſſe; cum tamen de rubricae vſu in ſignis deorum ſatis moneant. Saltem docendum erat, ex India, Aegypto vel Arabia iam Homeri aetate illata fuiſſe pigmenta.

Ceterum verſus tres ſeqq. recitat Strabo VIII, p. 543. et verſum priorem iterum XVII, p. 1168 C. paſſim alii vt Dio Or. XII, p. 383. Themiſt. XVI, p. 210. Lucian. Icarom. 33. Senſum reddidit Callim. in Dian. 39 ὡς ὁ μὲν εἰπὼν μῦθον ἐπεκρήηνε καρήατι.

ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. Proprie ſupercilia non annuunt, ſed oculi vel caput. ὀφρὺς proprie attollitur vel demittitur, ἐπαίρεται, κατάγεται. Tum vero ei tribuuntur, quae fronti propria ſunt, vt contrahatur, relaxetur. συστέλλεται, συσπᾶται, συνάγεται. at nunc tribuitur, quod capiti proprium eſt, vt annuat. Nam h. l. τὸ ἐπινεύειν fit *moto capite*; alias idem, vt et *annuere*, generalius dicitur pro concedere preces et ſic porro. Igitur vſus loquendi haec confudit, ipſa natura eo ducente; nam iuncta haec eſſe ſolent, motus capitis, frontis et ſupercilii. Vnde recte Plin. XI, 37 *Supercilia homini et pariter et alterne mobilia, et in iis pars animi; negamus, annuimus.* Grammatici aiunt, poſitam eſſe partem pro toto. Iterum de Ioue dictum occurrit P, 209. Et Od. Π, 164. Minerua ſignum dat haud dubie moto capite, ἦ δ' ἄρ' ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε. et Vlyſſes ſociis, vt ſe ſoluant: Od. M, 149 ὀφρύσι νευστάζων, et Od.

Digitized by Google

I, 468 ἀνὰ δ' ὀφρύσι νεῦον ἑκάστῳ, et idem Telemacho Φ, 431 ἦ καὶ ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε.

529. Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος. Esse ἀμβροσίας simpliciter θείας probabile sit: v. Exc. ad h. v.

ἐπερρώσαντο. Videamus primum de voce, tum de eius scriptura. ῥώεσθαι est cum impetu ferri, se mouere. Inf. Ω, 616 Νύμφαί δ' αἵτ' ἀμφ' Ἀχελώϊον ἐρρώσαντο sunt saltantes. ὀρχούμεναι. cf. inf. ad Λ, 50. Σ, 411. 417. ἐπιῤῥώεσθαι Od. Υ, 107 de vehementi motu corporis in mola agitanda, hoc est in pistilli impulsu: τῇσι δὲ (μύλῃσιν) ἐπερῥώοντο γυναῖκες. De heroibus remos impellentibus Apollon. II, 663 ἐπερῥώοντ' ἐλάτῃσιν. idem aliquoties ea voce vtitur, vt et τῷ ῥώεσθαι. Et de comis Apollinis lib. II, 679 χρυσέοι δὲ παρειάων ἑκάτερθε πλοκαμοὶ βοτρυόεντες ἐπερῥώοντι κιόντι. vt de iubis equorum Ψ, 367 χαῖται δ' ἐρῥώοντο. Apparet ex his vtramque vocem, simplicem et compositam de comis et iubis inter cursum succussis et in frontem defluentibus dici; id quod conuenit h. l. de capite quassato defluentibus in frontem comis. Etymol. ἐπερῥώσαντο, ἀντὶ τοῦ, ἐπεσείσθησαν, ἐκινήθησαν. ἔστι ῥώω σημαῖνον τὸ κινῶ καὶ σείω. laudato hoc versu. Etiam Apollon. Lex. ἐσείσθησαν. Plura perperam admiscet Hesych. Infra de equo est ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται ὤμοις ἀίσσονται Il. Z, 509 quod inde ductum in Hymno in Cer. 177.

Dawes Miscell. crit. p. 175. se offensum profitetur iunctura ἐπερῥώσαντο — ἀπὸ κρατός, nec habere ἐπὶ in verbo quorsum referas; itaque ἐπὶ sublatum esse vult, legitque ϝεϝερρωσαντο, siue vt ipse pingit ϝεϝερρωσαντο. Atqui in hoc τοῦ digamma vsu est nulla analogia, vt ερρωσαντο sit ϝερρ. et hinc ϝεϝερρ. Recte adeo scribitur ἐπερρωσαντο. Tum ἐπὶ habet in loco nostro sensum suum: defluunt comae in frontem, in genas, in ceruicem, in humeros; legerat sic Apollonius l. c. nec aliter locum intellexerat, quam nos accipimus.

Digitized by Google

ἄνακτι in fine verſus legit Harlej. per ſe non male; et ſic ap. Apollon. l. c. eſt πλοχμοὶ — ἐπερῤῥώοντο κιόντι.

530. ξ. quod Zenodotus ſcripſerat κρητὸς, quod tamen nec Ionicum eſt, nec neceſſe; cum κρατὸς, κρατὶ, κρᾶτα, toties apud Homerum occurrat: vti Od. Θ, 92. Sch. A.

μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον. Apud Clement. Cohort. Gent. p. 28 Pott. vbi vſſ. 528. 9. 530. adſcripti ſunt, legitur ἐλέλιξαν, vt ad comas referatur, χαῖται — ἐλέλιξαν. minus bene. Etiam Θ, 199 ipſa Iuno Σείσατο δ' εἰνὶ θρόνῳ, ἐλέλιξε δὲ μακρὸν Ὄλυμπον. In Etymol. expreſſum eſt μέγα δ' ἐλέλιξεν. Vocis ἐλελίζειν vſus, notio et etymon, nihil habent, de quo ambigas; ſaepe apud Homerum occurrit; redditur a grammaticis σείειν. συστρέφειν, κινεῖν, μεταβάλλειν. Sic Apollon. Lex. Heſych. Euſtath. et Etymol. hoc ipſo verſu laudato: ἐκίνησεν. ἔσεισε. Ecce extitit Dawes, qui (Miſc. crit. p. 51. et p. 177) negat, vocis hanc vim eſſe; eſſe, *percutere*, quia ap. Pindar. eſt Φόρμιγγ' ἐλελίζειν, quod reddi poteſt *percutere lyram*, itaque nec Neptunum ἐλελίχθονα eſſe *quaſſatorem* terrae ſed *percuſſorem*. Virum doctum pro imperio agere cum alias ſaepe tum in hoc videmus vel maxime: expellit ille vocem ex toto Homero et ſubſtituit ϝελιξε. ϝελιχθη et rel. ab ἑλίσσειν. quod fuit ϝελισσειν. ab εἴλεω, ἕλω, quae fuere ϝελω. ϝειλεω. Recte haec; verum nec minus in locum τοῦ Digamma ſuccedere potuit ſyllaba reduplicata, ελ. Donec igitur certiora tenebimus, retineamus, quod ſedem ſuam ſatis certam habet: nam vtuntur ea Pindarus, Tragici, Comici, Callimachus, Apollonius. At concedam in locis nonnullis, vbi notio eſſe debet τοῦ εἰλεῖν, *voluere*, *flectere*, ἑλίσσειν quoque locum habere, et forte etiam ἐλελίζειν mutari poſſe in ϝελισσειν. v. inf. B, 316. Λ, 39. Haeſerat in his iam Bentlei. qui modo digamma appoſuit, modo omiſit. Rich. Payne Knight Daweſio accedit.

531. τώ γ' ὣς βουλεύσαντε διέτμαγεν. Sch. B. L. αἱ πᾶσαι διὰ τοῦ ε. διέτμαγεν. et ſic Venetus A. ſicque edi-

Digitized by Google

tum inde ab Ald. 2. vsque ad Barnes, qui non bene intulit διέτμαγον, quod in Flor. et Ald. 1. erat, quodque legitur in cod. Lipſ. Vrat. A. et a pr. m. in a. Moſc. 3. a pr. m. 1. a m. ſec. Hoc quomodo grammatice defendam, vt vim habeat, *disceſſerunt*, non habeo dicere. At διέτμαγεν eſt pro διετμάγησαν, *disiuncti, diremti ſunt*, h. e. *disceſſerunt a ſe inuicem*. atque idem docent Euſtath. Heſych. Etymol. Apollon. hi duo nouiſſimi tamen etiam διέτμαγον agnoſcunt. Eſt διέτμαγεν a διέτμαγον ap. Apollon. III, 343. verum actiue: nauem λάβρον ὕδωρ πνοιή τε διέτμαγεν. vt in Odyſſ. H, 276 αὐτὰρ ἔγωγε Νηχόμενος τόδε λαῖτμα διέτμαγον. At aliis locis διέτμαγον relictum eſt in edd. vbi διέτμαγεν deſideratur; lib. III, 1147. II, 298. Similiter peccatur in locis Homeri, aut ſaltem variatur in codd. et edd. Il. M, 461. Od. N, 439. At in aliis conſtanter Il. H, 302. Π, 354. vbi Sch. A. de varietate monet. Apud Pindarum P. IV, 300 eodem ſenſu dictum eſt οἱ μὲν κρίθεν, pro διεκρίθησαν.

βουλεύσαντε. Apollon. Lex. h. v. βουλευσάμενοι. βουλὴν συνθέντες. hoc melius.

532. εἰς ἅλα ἅλτο. Hiatus vix ab Homero eſt. Bentl. iam vidit ἅλαδ' fuiſſe: Recte. Sic Od. K, 351 ἐκ δ' ἱερῶν ποταμῶν, οἵ τ' εἰς ἅλαδε προρέουσι. De ἅλτο v. inf. ad Λ, 192.

533. Ζεὺς δὲ ἑὸν πρὸς δῶμα. Male habebat hiatus Bentleium: qui legebat: Ζεὺς δ' ἄρ' ἑὸν vel Ζεὺς δέ γ' ἑόν. Niſi haec acceſſerunt a ſeriore rhapſodo: quod et alibi factum hoc ipſum voc. arguere videtur; arbitror fuiſſe Ζευς δε ϝον προς δωμα. Nam digamma, promuntiando duplicatum breuem antecedentem producebat. De ἑός v. Exc. ad A, 393. vbi ſub fin, de Digamma hac in voce.

534. ἐξ ἑδέων. Alii ἑδρέων apud Schol. A. B. L. Sicque L. Mor. Barocc. Vindob. Iterum inf. 581 ἐξ ἑδέων.

535. μεῖναι ἐπερχόμενον. Sch. B. ἀντὶ τοῦ, ἐπερχομένου.

ἀλλ' ἀντίοι ἔσταν ἅπαντες. Sch. B. ἄμεινον „ἦλθον" γράφειν. τοῦτο γὰρ ἐναντίον τῷ μεῖναι, καὶ πλείονος τιμῆς

ἐχόμενον. Eadem Bentl. e Schol. affert; profecta a critico nimis ſubtili. Immo vero ἔσταν etiam ſine codd. auctoritate eſſet praeferendum; eſt pro ἀνέστησαν. Etiam Etymol. ἔσταν legerat in voc. ἀντίος. In Townl. et Eton. eſt ἀντίον.

536. 7. οὐδέ μιν Ἥρη ἰδοῦσ' ἠγνοίησεν ὅτι οἱ συμΦράσσατο βουλάς. Lenior forte eſſet iunctura οὐδὲ μὲν — Nunc eſt ſtructura vulgo Attica dicta pro: οὐκ ἠγνοίησεν ὅτι αὐτὴ συνεΦράσατο βουλάς οἱ αὐτῷ.

Porro antiquae edd. diſtinguebant inde ab Ald. 2. ἠγνοίησεν, ἰδοῦσ' ὅτι — Iunxere adeo, vt et Barnes et Clarke iungere videntur ἰδοῦσ' ὅτι. Atqui hoc Homericum non eſt: *videns quod*, ſed eſt ἰδεῖν τι, vel ἰδεῖν abſolute. Nec laudari poſſunt loca, vt Il. Θ, 32 Ἴδμεν ὅ τοι σθένος οὐκ ἐπίεικτον, nam hic eſt *ſcimus*, *nouimus*. et Od. Φ, 122 τάΦος δ' ἕλε πάντας ἰδόντας, ὡς εὔκοσμος στῆσε eſt τάΦος ἕλεν ὡς. Iungenda ſunt οὐκ ἠγνοίησεν, ὅτι. vt γινώσκειν ὅτι v. c. Il. Θ, 175.

536. Quae ab hoc inde verſu vsque ad libri finem ſequuntur, poſſunt ſerioris rhapſodi videri, vt tot alia; ſunt enim a ſumma narrationis aliena; poſſunt quoque defendi ex epicis rationibus tanquam episodium, quo poeta declaret aliquid quod ad rerum ſummam ſpectet. Aperiuntur enim his vſſ. Iunonis conſilia Ioui aduerſa et odia in Troianos. Exſequitur hoc poeta per altercationem Iovis et Iunonis 537—567. Iam eadem iurgia erant iterum componenda: quod fit inde a vſ. 568. commento nouo ac ſingulari.

538. ἀργυρόπεζα Θέτις. οἷον λευκόπους. v. Apollon. Lex. h. v. vnde alii grammatici petiere. πέζη pro ποῦς etiam ap. Hippocratem. Zenodotus Arcadum et Dorum vocem eſſe, in ἐθνικοῖς narrauerat, ap. Galen. in Gloſſis Hippocr. Debuerat dicere, antiquam eſſe vocem.

ἅλιον γέροντα hic vt ſup. 358 Nereum eſſe nemo non videt, Heſiod. Θ, 234. Omnes tamen Schol. ἄδηλον eſſe aiunt, Πρωτέως ἢ Φόρκυος. εἰ μὴ, διὰ τὸ· κλῦτε πασί-

γνηται Νηρηΐδες, Νηρέως. Sic leg. pro Φόρκυνος. Eſt vſ. 52 Il. Σ.

541. Αἰεί τοι Φίλον ἐστὶν, ἐμεῦ ἀπὸ νόσφιν ἐόντα. Poterat eſſe ἐμεῦ ἄπο. Verum ἀπὸ eſſe ſcribendum, monent Sch. A. B. L. vt iungatur ἀπὸ — ἐόντα, ἀπόντα. Quod parum referre videtur. Tum debuiſſe eſſe τοι — ἐόντι notant Schol. Apollon. I, 441. ſed alterum eſt ex nota ſyntaxi, paſſim illuſtrata, v. c. ad Thucyd. II, 36.

542. δικαζέμεν h. l. eſſe βουλεύεσθαι in nota dictum; quod antea συμφράζεσθαι βουλὰς, nunc tamen potius δικαιοῦν, ſtatuere. Euſtath. reddit διακρίνειν καὶ οἰκονομεῖν. Sch. A. πράττειν, nimis late. Ita et inf. Θ, 431 Τρωσί τε καὶ Δαναοῖσι δικαζέτω, ὡς ἐπιεικὲς, de iis ſtatuito ex aequo.

543. ὅττι νοήσῃς. non ſcribi ὅττι conſtanter in codd. nec in antiquioribus ſcriptum eſſe facile expectes, ſed ὅτι; geminari enim litteras pronuntiatione, non vero ſcriptione, nouimus. Recepit ὅττι ſtatim ed. Ald. a. Tum νοήσῃς auctoritate librorum L. Eton. Vrat. A. et a. (a pr. m.) c. a m. ſec. Moſc. 1. tum Ven. Lipſ. Schol. br. receptum. Saepe haec tempora variare in codd. videbimus; variare etiam cum optatiuo; nam dici poteſt: ὅτι νοήσειας ἄν, vel νοήσαις.

548. τόν γ' εἴσεται. Dubitari non poteſt, γ' ſerius interpoſitum eſſe, cum antea lectum eſſet τὸν εἴσεται ex τον ϝεισεται. Nam ϝειδὼ cum deriuatis vbique agnoſcitur.

549. ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε θεῶν ἐθέλοιμι νοῆσαι. Ita edd. At ὃν δέ κ' ἐγὼν C. Eton. Harl. L. Vat. mſ. Tz. ap. Bentl. Vrat. omnes. Moſc. 1. 3. Townl. cum Veneto. Schol. br. et edd. Flor. et Ald. 1. Sed receptum δ' ἂν in Ald. 2. Nil refert; mutandum tamen fuit his auctoritatibus. ἐγὼν licet ſuſpicari, grammaticis deberi pro ἐγώ.

550. μή τι σὺ ταῦτα διείρεο. Vrat. b. μήτε.

552. ἔειπες. auctoritatibus obſequutus reſcripſi, etſi nec ἔειπας damnandum: quod in edd. venit per Turnebum e Rom. Nam antea ἔειπες legebatur, idque nunc habet Ven. cum Schol. H. Eton. ap. Bentl. Laud. et Lipſ.

Vrat. omnes, Mosc. 1. 3. Townl. duo Vindob. Perpetua est haec varietas: vide ad vs. 106.

553. *καὶ λίην σε πάρος γ' οὔτ' εἴρομαι* — Legunt *λίαν* et *πάρος τ'* Harl. et Eton. alterum, *πάρος τ'* etiam Mor. Barocc. *λίην* in Homero simili fere modo frequentatur ac *μάλα. οὐ λίην, οὐ μάλα, μήδ' ὅλως* v. c. N, 284 plane, omnino, nunquam. Sch. *καὶ πάνυ.* — *πάρος γ' οὔτ' εἴρομαι οὔτε μεταλλῶ. οὐ πολυπραγμονῶ* pro *εἰρόμην.* tempus praesens de re praeterita. Vsus frequens in *πάρος· πρίν.* Sic inf. M, 347 *οἱ τὸ πάρος περ ζαχρηεῖς τελέθουσι.* ad quem loc. vide Obss. et ad Δ, 264. Porro fuit olim lectum quoque *οὐδὲ*, quod damnant Grammatici: Ven. A. *οὔτε μ. οὕτως αἱ Ἀριστάρχου, καὶ ἡ Ῥιάνου, καὶ ἡ Ἀριστοφάνους* etc. putes de re grauissima agi. Accedunt B. L. *διέρεσθαι* esse idem quod *ἔρεσθαι* apparet collato 550.

554. *εὔκηλος* esse scribendum, non *εὔκηλος*, vt *ἔκηλος*, omnes monent grammatici (Scilicet *ἔκηλος*, *ϝεκηλος*, de quo v. ad E, 759 resoluunt in lenem Aeoles).

ἄσσ' ἐθέλῃσθα. Est Aristarchi obseruatio repetita quoque in Etymol. tria esse quae voc. hoc designat: *τινὰ, ἄτινα* et *ὅσα.* Scribi *ἄσσα* aspere, si sit *ἄτινα*, at *ἄσσα*, si sit *τινὰ*, (vt Atticum *ἄττα.*) Ergo sic scribendum Od. T, 218 *ὁποῖ' ἄσσα*, (non *ἅσσα*) et si sit *ὅσα* (quod vix multum diversum esse potest ab *ἄτινα*). Melius Ptolemaeus aiebat, *ἄσσα* non scribi, nisi sit pro *τινά.* Additur ex Herodiano, *ἅσσα* esse compositum ex *ἑὰ* et *σὰ*, (satis contorte) idque Megaricum fuisse pro *τινά.* Haec Schol. Ven. A. B. add. Eustath. Hesych. et primo loco Apollon. Lex. *ἅσσα. τινὰ, ποταπά.* — Est aliud quod mirum est: solere vbique per totum Homerum edi *ἐθέλῃσθα*, contra *εἴπῃσθα* et alia similia.

555. *μή σε παρείπῃ.* Ex *ϝέπω. ϝεῖπον* esse debebat *παρϝείπῃ.* Et priore syllaba producta occurrit Z, 62. 337. et al. Bentleius itaque emendat *παρέλθῃ*, vt sup. 132 *παρελεύσεαι.* et Od. N, 291 *ὅς σε παρέλθοι.* Disputat contra hoc Burgess vir doctissimus praef. ad Dawes

Digitized by Google

p. XXVII. Nec mihi Bentleiana emendatio probatur, ſed ea de cauſſa, quia neceſſaria non eſt. Scilicet in compoſitis plerisque digamma eliditur; vt in ἔπω, non modo παρειπεῖν, ſed et ἐνέπω, docet. Sic ϝερυω. et tamen θύρην δ' ἐπέρυσσε κορώνη Od. A, 441. et ſic alia. Subtilior eſt alia Burgeſſii obſeruatio, annon ſcriptum fuerit μή σε παρεῖπεν ſiue παρῆλθεν, nam de re praeterita agitur; cum μὴ — παρέλθῃ eſſet de re futura dictum, vt multis exemplis docet, v. c. Od. Θ, 230. Enimuero quod vſus ſermonis requirebat erat optatiuus: μή σε παρέλθοι (ἄν), παρείποι. iam autem Homerus ſaepe pro optatiuo ponit ſubiunctiuum et in hoc ipſo μή. ſeu priſco vſu grammaticis imperfectae, ſeu vitio librariorum antiquiorum. Porro παρειπεῖν, παραφάσθαι, παραπείθειν, παραλογίσασθαι proprie ad aliud, quam ſequi par erat, conſilium aliquem adducere; adeoque decipere, in fraudem inducere. Exempla v. ap. Valk. ad Theocr. p. 356. Videtur inde eſſe idem quod πείθειν, vt Z, 337 Νῦν δέ με παρειποῦσ' ἄλοχος μαλακοῖς ἐπέεσσιν ὤρμησ' ἐς πόλεμον. Apollon. II, 14 ἐπέεσσι παραιφάμενοι πεπίθοιεν μειλιχίοις.

558. κατανεῦσαι. apud Heſych. et κατανεῦαι occurrere, Bentleius obſeruat. In hoc tamen loco omnes conſentiunt in vulgatum.

559. πολέας. Zenodotus πολεῖς. Sch. Lipſ. vt ſane aliquando pronuntiari coepit.

τιμήσεις vn. Vindob.

560. Sch. A. γρ. τὴν δὲ μέγ' ὀχθήσας vt erat v. 517.

561. Appictum in Ven. ※ quod non apparet quomodo huic verſui conueniat, cum alibi ille haud occurrat. Niſi reſpexit grammaticus locum K, 279. vbi Vlyſſes de Minerua: οὐδέ σε λήθω κινύμενος. Δαιμονίη Heſych. μακαρία. Scilicet et hoc ex vulgari vſu, vt ὦ θαυμάσιε, et ſimilia, ſimpliciter eſt *o bona.*

562. ἄπο θυμοῦ Steph. ſicque Vrat. b. ſed mutata ſcriptura opus non erat. ἀπὸ θυμοῦ εἶναι quod ſequioribus ἀποθύμιον εἶναι. Simili modo ἀπ' οὔατος εἶναι Σ, 272. X, 454. ἀπὸ δόξης εἶναι K, 324. ἀπὸ πραπίδων ἐλθεῖν X, 43.

Digitized by Google

563. ἔσσαι Lipſ. Townl. Vrat. A. niſi indocte ſcriptum binis ſyllabis eſt pronuntiandum.

564. Appictum ξ nihil tamen in Scholio occurrit, quod de Zenodotea aliqua lectione moneat. Puto fuiſſe ξ vt ei reſpondeat in Schol. A. ὅτι τὸ μέλλει οὐκ ἐστὶ χρονικὸν, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἔοικεν. Hoc et alia Scholia repetunt; et Heſych. in μέλλει. (et latet idem in μελιεοικε, vt Bentl. obſeruat) Suidas. cf. Etym. p. 576 f. Verum nec ſic tollitur obſcuritas ſententiae. Multo minus eſt in verbis quod Euſtath. affert: — ἠθικῶς εἶπεν, οἷον, ἐμοὶ ὡς ἔοικε, Φίλον ἐστὶν, ἀντὶ τοῦ, οὕτω μοι ἀρέσκει, οὕτως ἐγὼ θέλω. ita deberet eſſe οὕτω τοῦτ' ἐστὶν, ὡς ἐμοὶ μ. Φ. vel εἰ δὲ, (ſc. ὀίεαι) οὕτω τοῦτ' ἐστὶν, (οὕτω) ἐμοὶ μέλλει Φίλον εἶναι. Verum vt verba nunc ſe habent, non aliter interpretari licet, quam in Nota factum. μέλλει εἶναι eſt pro ἔσται, adeoque idem ac Φίλον ἐστί μοι.

565. ἀλλ' ἀπέουσα κάθησο, ἐμῷ δ' ἐπιπείθεο μύθῳ. Eſt hiatus in κάθησο, ἐμῷ forte excuſandus, quatenus prius hemiſtichium claudit. Bentl. tamen tentabat μεῷ, vel κάθησό γ'. At ſimiles verſus occurrere videbimus plures: vt ſtatim 569. Infra Δ, 412 Τέττα σιωπῇ ἧσο, ἐμῷ δ' ἐπιπείθεο μύθῳ. Mox 566 εἰσὶν Ὀλύμπῳ Vindob. Alteri.

567. ξ quod Zenodotus ἄσσον ἰόνθ' (in verbis: μή νύ τοι οὐ χραίσμωσιν ὅσοι θεοί εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ ἄσσον ἰόνθ', ὅτι κέν τοι ἀάπτους χεῖρας ἐφείω.) idem eſſe voluit ac ἄσσον ἰόντε. *ad deos* itaque retulit, Iunoni auxilio venientes, et dualem voluit eſſe pro plurali, ἰόντες θεοί. Idem et alii grammatici ſtatuerunt. v. ad E, 487. I, 182. Euſtath. h. l. ſicque recentiores: quos Clarke refellit. Notae ſunt virorum doctorum hac de re disputationes, nec tamen huius loci. Alexandrinos ſtatuiſſe, dualem pro plurali adhiberi poſſe, docet vel vnus Arati verſus 1023 (Dioſem. 291) καὶ ὀψὲ βοῶντε κολοιοί. idemque ſequuti ſunt hymnorum auctores vt H. in Apoll. 456. 487. etc. Verum de antiquioribus quaeritur. cf. ad Pindar. Ol. II, 158. inf. ad Δ, 452. 3.

Digitized by Google

Zenodoteam lectionem improbat Sch. A. *οὔκ ἐστι δὲ*, inquit, *ἀλλ' ἀντὶ ἰόντος. συγχεῖ δὲ καὶ τὸ Διός.* Obscura haec: mens tamen grammatici: esse ἄσσον ἰόντι progenitiuo absolute posito, *ἐμοῦ ἄσσον ἰόντος*, vt *ad Iouem* referatur.

Schol. Lipsi. (ap. Wassenb.) „*ἰόντα ἀντὶ τοῦ ἰόντος.*" Recte, si modo recte explicatur. Vsus loquendi est *χραισμεῖν τινί τι*, vt in illo: *οὐκ αὐτῷ χραίσμησεν ὄλεθρον.* v. Υ, 296. Λ, 120. H, 143. 4. Scilicet *χραίσμειν* et *χραισμεῖν*, *ἀπὸ τοῦ χράω*, *impetum facio*, ductum, iungitur cum datiuo commodi, *χραισμεῖν πρὸς τὸν ὄλεθρόν τινι*, in alicuius gratiam; est adeo *βοηθεῖν*, *ἀρκεῖν*, *ἐπαρκεῖν τι*, *ἀλάλκειν*, vnde tandem vulgaris notio *auxiliari, prodesse*. cf. Etymol. h. v. Est adeo et h. l. verius: *μὴ οὐ χραίσμωσί σοι πρὸς ἐμὲ ἄσσον ἰόντα*, h. e. *ἐπιόντα. ne tibi haud subueniant*, subuenire possint, *contra me, inuadentem te*, vt ad verbum reddam, h. e. *me manus tibi iniiciente.*

Bentleius tentat ἄσσον ἰών, hac distinctione: — *ἐν Ὀλύμπῳ, ἄσσον ἰὼν ὅτε κέν τοι ἀάπτους χεῖρας ἐφείω.* Hoc idem Clarke in medium protulit; non probante Ernestio: „quia frigida inest tautologia." Iudicio huic non omnino subscribo; mutatione tamen locum indigere non puto.

Contra Zenodoteam rationem est adhuc aliquid quod moneam: referebatur in ea ἄσσον ἰόντε ad deos subuenientes; poterat hoc modo versus solita ratione strui: *μὴ νὺ τοι οὐ χραίσμωσι θεοὶ ἄσσον ἰόντες, ὅταν τοι ἀάπτους χεῖρας ἐφείω.* Enimuero est in vsu τοῦ ἄσσον ἰέναι aliquid nondum animaduersum, quod intercedat: ὁ ἄσσον ἰὼν vbique est is, *qui aliquem aggreditur, vt vim inferat*, non vero is, qui accedit, vt vim et iniuriam propulset. Sic inf. O, 105 *ἦ ἔτι μεν μέμαμεν κατὰ παυσέμεν ἄσσον ἰόντες.* Ξ, 247 *Ζηνὸς δ' οὐκ ἂν ἔγωγε Κρονίονος ἄσσον ἰκοίμην.* Adde X, 92. Z, 143. Igitur et h. l. de Ioue locum habet, non de diis dici potest auxiliantibus Iunoni.

Digitized by Google

χραίσμωσιν — ὅτε κεν — ἐφείω. (pro ἐφῷ. ἐπιβαλῷ) eadem forma, qua Δ, 54. 55 οὐκ ἄν τοι χραίσμῃ — ὅτ' ἐν κονίῃσι μιγείης.

ἀάπτους χεῖρας. Multae ſunt grammaticorum argutiae ſuper voce ἄαπτος in Schol. Euſtath. Etymol. Apollon. Lex. et Heſych. vbi v. Notam. Saltem ſummatim attingam potiora. Ariſtarchus pronuntiabat leniter ἀάπτους, vt nunc vſu receptum eſt. Zenodotus ἀἄπτους, quia eſt ab ἄπτω, ἅπτομαι, ſunt enim manus quas nemo audet attingere, adeoque nec ad eas accedere, inuictae, ἀπροσπέλαστοι. Ariſtophanes ἐν ταῖς γλώσσαις ſcripſerat ἀέπτους, ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι, mirumque eſt quod Lipſ. (vitioſe puto) habet: αἱ πᾶσαι ἀέπτως ἔχουσιν. Ad hanc lectionem ſpectat in Heſych. ἄεπτον, ἰσχυρὸν, ἀνίκητον, monente Bentleio. At in Schol. A. ab ἰάπτω ducit grammaticus, vt ſit pro ἀΐαπτος; eſt is Herodianus, vt ex Schol. B. L. intelligo. Longum eſſet omnia perſequi: cf. Euſtath. Tandem μή νύ τι Moſc. 3.

569. καί ῥ' ἀκέουσα καθῆστο ἐπιγνάμψασα φίλον κῆρ. Iterum hiatus in καθῆστο ἐπιγ. (eo tamen loco, quo ferri poſſe puto: cf. ad 565) Bentl. em. καθέζετ' vt vſ. 536. Tum ἀέκουσα Vrat. b.

ἐπιγνάψασα perpetua variatione et ſollenni omiſſionis more τοῦ μ in hoc et ſimilibus, Flor. ed. mſ. Laud. et al. Heſych. vbi v. Not. At ſeruat μ Apollon. Lex. h. v. ἐπιγνάμψασα. ἐπικαταχλάσασα. συμπείσασα.

570. ὤχθησαν. Scribitur ὄχθησαν in Eton. et in Lipſ. quod ex antiquiſſimis codicibus ductum eſſe pronuntiat, et ad Il. X, 235 remittit Ern. qui et in Addendis adiicit: „adde ad O, 101. et bona lectio eſt in poeta, qui augmenta negligere ſolet.“ Ionicum eſt, augmentis vacare, non Homero proprium. Nec vero hic aliquid definiri poteſt, illo enim tempore ο et ω non habebant diſtinctas notas. Eſt quoque ὄχθησαν in Heſych. ſed in eodem ὤχθησαν. ἠγανάκτησαν. ἐλύπησαν (f. ἐλυπήθησαν) ἐστέναξαν. — Οὐρανίωνες h. l. generale epitheton deorum;

Digitized by Google

alibi proprie antiquiores Dii ex Urano nati: cf. Schol. Ariſtoph. Nub. 246.

572. ξ— *πρὸς τὸ ἐπίηρα.* Scilicet infinitae fuere grammaticorum disputationes ſuper hac voce. Ariſtarchus iungebat *ἐπίηρα*, repugnantibus aliis, qui *ἤρα* per ſe legi volebant. Iam ſuper *ἤρα* noua controuerſia, partim de forma vocis partim de ſcriptura. Alii, inprimis *οἱ νεώτεροι*, ait Euſtath. ab *ἐρᾶν*, *ἐρανὸν*, *ἠρανὸν* ducebant contractum *ἤρον*, et *ἐπίηρον*, vnde h. l. *τὰ ἐπίηρα* eſſe volebant. Ita fere ſeriores ſtatuerunt; cum his ſenſit auctor inſcriptionis Herodis Attici in Regillam v. 19 *Τῷ δὲ Ζεὺς ἐπίηρον* (ſc. *Φέρων*) *ὀδυρομένῳ ἀκόρητον* — vbi v. Salmaſ. recte disputantem p. 101. At Herodianus ab *ἦρ*, *ἠρὸς*, *ἦρα*, *ἐπικουρία*. Heſych. *ἦρα*, *χάριν*, *βοήθειαν*, *ἐπικουρίαν*, vbi v. Notas. qui tamen et alterum *ἐπίηρα* habet: *τὴν μετ' ἐπικουρίας χάριν* (haec ex Apollonii Lexico) *μεγάλην. ἢ ἐκ τῆς περιουσίας. ὡς Ἀντίμαχος.* Ergo iam apud hunc voc. occurrere debuit. In Etymol. eſt *ἦρ*, *ἦρος*. At in Schol. Ven. A. *ἦρ*, *ἠρὸς*, hoc recte, vt *χεὶρ*, *χειρὸς*, *χεῖρα*. et ſic gloſſa Moſc. 1. in qua monetur quoque differre ab *ἦρ*, *ἔαρ*. Iam *ἦρα Φέρειν* ſaepe alibi occurrit, ap. Homer. vt inf. Ξ, 132 *θυμῷ ἦρα Φέροντες*, tum et apud alios; (ap. Quint. XIV, 444. 507 et al.) nec minus tamen *ἐπίηρα*, et *ἐπίηρα Φέρων*, (v. c. Sophocl. Oed. T. 1113 (Br. 1094) quod illud eſt de quo dubitatur, ſitne eo modo ſcribendum an *ἐπὶ ἦρα Φέρων*. Si prius: neceſſe eſt, olim *ἐπίηρ* primo caſu dictum fuiſſe, (vt *αὐτόχειρ*. *ἀντίχειρ*) Sin cum Brunck. ad Analecta To. III, p. 112. et ad Apollon. Rh. *ἐπὶ ἦρα Φέρων* ſcripſeris, iungenda erunt *ἐπιΦέρων ἦρα*. Atqui nec vocabulum Homericum eſt *ἐπιΦέρω*, nec dicitur *χάριν ἐπιΦέρειν*, *ἐπικουρίαν ἐπιΦέρειν*, nec forte dici poteſt: ſed *χάριν Φέρειν*, *gratificari*, *obſequi*; vt E, 211. 874. Accedamus igitur grammaticis: *καὶ ἐπεκράτησεν ἡ Ἀριστάρχου, καί τοι λόγον οὐκ ἔχουσα.* Nec male Euſtath. ad E, 211, p. 540 *ἔνθα ὅρα, ὡς ταυτόν ἐστιν εἰπεῖν χάριν καὶ ἦρα καὶ ἐπίηρα. ὃ γοῦν ἐν ἄλλοις εἶπεν· ἦρα Φέρων. καὶ, μητρὶ Φίλῃ ἐπίηρα Φέ-*

ρων· ἐνταῦθα οὕτω Φράζει· Φέρων χάριν Ἕκτορι δίῳ. Nolim igitur lectionem mutare, quandoquidem res ad liquidum adduci nequit. Certe ἐπίηρα vbique legitur in Sch. et Codd. add. Apollonii Lex. h. v. et Etymol. h. v. Etiam in aliis locis, in quibus ἐπίηρα occurrit, in vtramque partem disputari potest, Od. Γ, 164. Il. Π, 375. Σ, 56. Sic et in Apollonio, nisi quod vnus locus est, vnde apparet, cum ἐπίηρα iunxisse, non ἐπιΦέρειν, IV, 376 ὄφρ' ἐπίηρα Φέρωμαι, ἐοικότα μαργοσύνῃσιν, est enim, *mercedem auferre*. Putares vocem ab ἄρω ductam fuisse, vnde et ducitur ϑυμήρης, de eo, quod gratum est. Ex Od. Γ, 164 Ἀγαμέμνονι ἦρα Φέροντες apparet ϝηρα fuisse, et ἐπιϝηρα. Etiam Bentl. emendabat ἐπὶ ϝῆρα Φ. Porro λευκωλένῳ Ἥρῃ non admittit digamma. Conf. hac de re Excurs. ad A, 55. Fuit olim alia lectio τετιημένῃ ἦτορ, vt Schol. Ven. B. et Lipsi. testantur; eaque multo magis accommodata.

573. Ἦ δὴ λοίγια ἔργα. ἤδη defendebant Apion et Herodorus apud Eustath. cf. ad v. 518. et Apollon. Lex. in ἤδη hoc versu probat cum futuro illud iungi. Est tamen apud eundem ἦ δὴ in ἦ. At ἦ δὴ ἐκ παραλλήλου Schol. Apoll. I, 631. Tum οὐδέτ' C. ap. Bentl. Lipsi. Vrat. b. Mosc. 1. 3. Scilicet quod iam ad A, 406 monuimus: quotiescunque hoc vocabulum occurrit, diuersitas scripturae est in codd. et edd. οὐδέ τι. οὐδ' ἔτι. οὐδέτι. οὐδετί. v. c. inf. 593. 602. Ad ἀνεκτὰ Scholion olim fuit, vt colliges ex Sch. Θ, 355. ἀνεκτὰ, ἀνασχετὰ, ὑπομονῆς ἄξια Etymol. cum Sch. br.

574. σΦῶ reuocaui. Barnes intulerat σΦῷ, quod esset pro σΦῶι duali, v. c. Il. Λ, 775. ex quo sane ductum debuerat scribi σΦῷ. Iam veteres grammatici super scriptura multa disputarunt: subiicit Etymol.: „σΦῶ tuetur vsus: ἡ παράδοσις οὐκ εἶδε τὸ ι ἐγκείμενον. v. Ven. B. et L. Eustath. Etym. in Νῶ. cf. inf. ad E, 219. Nobis semel haec attingere necesse fuit; breuissimis tamen, ne in nos vertatur illud Herodici in grammaticos (Athen. V. f.)

Digitized by

Φεύγετ' Ἀριστάρχειοι — οἷσι μέμηλε τὸ σφιν καὶ σφῶϊν καὶ τὸ μιν ἠδὲ τὸ νιν.

575. *ἐν δὲ θεοῖσι κολῳὸν ἐλαύνετον.* Lipſ. *ἐπιτείνετον* et Euſtath. *ἐπιτείνετε.* Melius Sch. br. *θόρυβον ἐγείρετε.* Inſolens hoc. Potius dictum putabimus pro *ἐνελαύνετον θεοῖς*, immittitis adeoque excitatis inter deos. *εἰςφέρετε. ἐμποιεῖτε.* Vidit id iam Koeppen, qui comparat Pindari P. VIII, 11. *παρδίᾳ πότον ἐνελάσῃ* et Tyrtaeum II, 10 *εἰς χόρον ἐλάσητε* (ſc. *ἑαυτούς.*) De *κολῳὸς* ex *κολοιὸς* multa ſunt apud grammaticos.

576. ※ praefixus aſteriſcus; nil in Scholio reſpondet; reſpici puto verſum iteratum Od. Σ, 402. 3. *ἦδος* eſſe, non *ἧδος*, monet Schol. A. et prouocat ad Herodianum *ἐν τῇ Ἰλιακῇ προσῳδίᾳ.* Similia habet Schol. Apollonii I, 1294. Contra *ἧδος* eſt in Apollonii Lex. h. v. vbi v. Toll. Sufficit et *ἦδος*, ab *ἥδω*, et *ἧδος* fuiſſe, vt *ἄδος.* cf. ad Λ, 318. Eſt quoque *ἧδος* in Eton. et Ven. Iam noua dubitatio ſuccedit: in cognatis *ἥδω. ἡδὺς*, occurrit digamma; debuit ergo eſſe *ϝῆδος.* Itaque Bentl. emendat *ἔσται ϝηδος.* Vide inf. ad E, 203.

ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ. τὸ χέρειον, pro *τὸ κακόν.* quod Euripidi Phoen. 896 eſt: „*ἐπεὶ δὲ κρεῖσσον τὸ κακόν ἐστι τἀγαθοῦ*“ h. e. *ἐπικρατέστερόν ἐστιν*, vti Schol. ad e. l. exponit noſtro verſu appoſito. Iterum Od. Σ, 403 *οὐδέ τι δαιτὸς ἐσθλῆς ἔσσεται ἧδος, ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ.* ad quem Barnes memorat verſum Sophoclis Philoct. 456 *ὅπου τὸ χεῖρον τἀγαθοῦ μεῖζον σθένει.* ſic fere Homericum accipit Schol. Thucyd. I, 33. p. 76, 1.

577. *μητρὶ δ' ἐγὼ παράφημι.* Eſt *πάρφημι* in Sch. Lipſ. ap. Bentl. Dixit autem poeta *παραφάσθαι*, vt alibi *παρειπεῖν*, pro *συμβουλεύειν·* monet Euſtath. Apollon. Lex. h. v. Vide inf. ad Λ, 792 *παρειπών.* cf. ſup. ad 555.

578. ξ— ſpectat *στιγμὴ* ad voc. *ἐπίηρα.* de quo vide ad 572. Ad *πατρὶ φίλῳ* et ad *μητρὶ φίλῃ* 572 reſpicit Apollodor. I, 3, 5. et inde docet, Iouis filium e Iunone

Digitized

habitum esse Vulcanum: cum eius natales alii diuersis modis tradant.

579. σὺν δ' ἡμῖν δαῖτα ταράξῃ. vn. Vindob. ταράξει. Esse ἤμιν scribendum monet Sch. A. scilicet quia indefinite dictum est: de qua subtilitate v. sup. ad 147. In Hesychio est: σὺν δ' ἡμῖν δαῖτα ταράξαι.

580. 1. εἴπερ γάρ κ' ἐθέλῃσιν Ὀλύμπιος ἀστεροπητὴς ἐξ ἑδέων στυφελίξαι· ὃ γὰρ πολὺ φέρτατός ἐστιν. Primo ἀστεροπητὴς vbique legitur, etiam ap. Hesych. Bentl. tamen legendum monet ἀστεροπητά. Sic sane, si memineris, esse μητιέτα Ζεὺς, εὐρύοπα Ζεὺς, νεφεληγερέτα, στεροπηγερέτα. Occurrit tamen et aliis in locis semper ἀστεροπητὴς, et simili modo ὑψιβρεμέτης sup. 354 et al. Tam lubrica res est iudicium in rebus grammaticis quae ab vsu pendent.

Porro alii interpungebant olim post ἐθέλῃσιν, vt στυφελίξαι esset optatiuus; alii aliter in Sch. A. Amst. Reg. vnde saltem apparet, διορθώσεις etiam de interpunctione laborasse.

581. ἐξ ἑδέων στυφελίξαι. Etiam hic ἑδρέων Cant. Mori, vn. Vindob. vt 534. Tum Bentl. malit στυφελίξει. Concinne quidem; verum horridior sermo priscus omittit in apodosi: *potest id facere Iupiter.*

στυφελίξαι. Vocem a στυφελὸς, durus, ductam, interpretantur per ἀποκινῆσαι, ἀναστρέψαι Sch. br. per κινῆσαι, σεῖσαι, Etymologus, διασεῖσαι, Apollon. Lex. Plura cumulat Hesych. στυφελίζειν, διασείειν, κραδαίνειν, τινάσσειν, ὠθεῖν, πατάσσειν, ἐνυβρίζειν. Ex ἐλᾷν Etymol. et ex ἐλίσσειν Eustath. ductam esse vocem tradunt. Videamus probabiliora! Cum στυφελὸς, στύφειν, ex στύειν, eadem origine cum στέειν, στείβειν et al. proprie de rebus adstrictis, adeoque induratis, dicatur: notio vocis deducta est ad motum, quem res durae aliis cum vi admotae et allisae faciunt; Ita proprie dictum Il. Π, 773 πολλὰ δὲ χερμάδια μεγάλ' ἀσπίδας ἐστυφέλιξε. Adde E, 437. H, 261. M, 405. et de vento nubes impellente Λ, 305. et h. l. deturbare de sedibus. Sic quoque inf. X,

Digitized by Google

496. Od. P, 234. Adde Il. Π, 703. Σ, 158. Apollon. Arg. I, 384. Inde voc. deductum eſt ad eos, qui alios male mulcant, vexant, raptant vt ξεῖνοι στυφελιζόμενοι Od. Π, 107. Σ, 415. Υ, 324. Il. Φ, 380. 512.

ὁ γὰρ πολὺ φέρτατός ἐστι. Mſ. Tzetzae φέρτερος. quae aliis in locis perpetua codd. varietas eſt. Ceterum, vt ſemel moneamus, loco ita ferente, poetam, pro rudioris aetatis ſenſu, cum potentiam dei declarare vult, vbique fere corporis vires memorare, neque in iis exerendis de eo quod iuſtum et decorum eſt, cogitare. Ita et paullo poſt tribuitur Ioui, quod efferati ira, ſaeuientis et inſanientis, hominis eſt, dum ille flagris caedit Iunonem vſ. 587. adde O, 16. dum verbera et plagas vbique minatur, dumque, e ſomno euigilans fraudemque ſibi factam ſentiens, deos per atrium Olympi raptat Ξ, 277. O, 23. Haec ſatis teſtantur, rudius, quam pro Homericae vitae cultu, fuiſſe tempus et genus hominum, a quo iſti mythi primo narrati fuere.

582. ἀλλὰ σὺ τόν γ' ἐπέεσσι καθάπτεσθαι μαλακοῖσι. vn. Vindob. τόν δ'. Cum liquido fuerit antiquitus ſεπος, manifeſtum fit γ' ſerius eſſe interpoſitum, aut ſcrib. τόν γε ſεπεσσι.

καθάπτεσθαι. Cum hoc alias fere ſit λοιδορεῖσθαι, ὀνειδίζειν, notatur, nunc eſſe φιλοφρονεῖσθαι. ἱκετεύειν. v. Heſych. Euſtath. pluribus locis. Occurrit quoque in Platone et al.

583. αὐτίκ' ἔπειθ' Ἵλαος Ὀλύμπιος ἔσσεται ἡμῖν. Legitur h. l. Ἵλαος prima et ſecunda producta: ſane ſic quoque occurrit Hy. in Cer. 204 μειδῆσαι γελάσαι τε καὶ Ἵλαον σχεῖν θυμόν. Et ap. Heſiod. Ἔργ. 340 ὥς κέ τοι Ἵλαον κραδίην καὶ θυμὸν ἔχωσι (qui duo verſus ibi praecedunt, in quibus eſt θυέεσσι τε ἱλάσκεσθαι ex ſeriore eos interpolatione illatos eſſe, manifeſtum fit). Enimvero binis aliis locis media breui occurrit: I, 635 ἄλλα τε πολλ' ἐπὶ τῇσιν. σὺ δ' Ἵλαον ἔνθεο θυμόν. et Υ, 178. Nec aliter in Hy. in Veſtam et Mercur. 9. apud Pindar. Ol. III, 62. P. XII, 7. Callim. in Di. 129. et alios poe-

Digitized by Google

tas, etiam in Anthol. vt in Ariſtoclis verſſ. (ex Aelian. Hiſt. An. XI, 4.) ap. Brunck. Anal. II, 108. — σὸν δὲ τοσσένος. ἵλαος εἶης. Eſt Erneſtii obſeruatio: „Flor. et Ald. 1. Οὐλύμπιος. vt primae duae in ἵλαος corripiantur, vt B, 550 in ἱλάονται. Probo.“ Ita vero grauius malum infertur, nam prima in ἵλαος producitur in omnibus cognatis, ἱλάσκεσθαι. ἱλήκημι. ἵλημι. Od. Γ, 419 ὄφρ' ἤτοι πρώτιστα θεῶν ἱλάσσομ' Ἀθήνην. Od. Φ, 365 ἡμῖν ἱλήκῃσι καὶ ἀ. et Od. Π, 184 ἀλλ' ἱλήθ' ἵνα τοι — Il. Z, 380 et 385 δεινὴν θεὸν ἱλάσκονται. Add. ſup. A, 444 et 472. Etiam ἵλεως apud Tragicos prima vbique eſt longa; nec modo haec obſeruatio ad Homerum ſpectat, verum etiam ad Hymnos, ad Pindarum, Callimachum, Apollonium et ceteros poetas, vt adeo ἵλαος Οὐλύμπιος pronuntiandum eſſet ἵλως Οὐλύμπιος aut potius ſcriptum eſſet ἵλεως, nam Ionicum hoc fuiſſe patet ex vſu vocis ap. Herodotum.

Repugnant tamen etiam huic opinioni loca ſequentia: Il. B, 550 ἐνθάδε μιν ταύροισι καὶ ἀρνειοῖς ἱλάονται. Dixeris forte et h. l. pronuntiandum eſſe ἱλῶνται. Atqui ſup. A, 100 τότε κέν μιν ἱλασσάμενοι πεπίθοιμεν, et 147 ὄφρ' ἡμῖν Ἐπάεργον ἱλάσσεαι. tum vero loca Apollonii, in quibus ἱλάεσθαι primis ſyllabis correptis legitur II, 849 et IV, 480.

Etſi nullus ex his locis eſt, cui non medela ſuccurrere poſſis: tamen nihil ſtatuere licet, cui non alius habeat, quod reponat. Cum tamen, perpaucis exceptis locis, producta legatur prior in ἵλαος et in deductis omnibus, praeſtare videtur alterum, vt dicamus, loca illa excepta, (Il. A, 100. 147. B, 550.) in quibus ἵλαος priore correpta occurrit, videri in mendo cubare, inprimis cum tam facile emendari poſſint, vt ad ea loca dictum eſt.

Quod ad mediam attinet, in ἵλαος, quae modo correpta modo producta apud ipſum Homerum occurrit, aut dices fuiſſe ἵλεως, binis ſyllabis, aut mediam natura longam corripi tamen, quia α ante vocalem incedit; cui tamen ſuſpicioni non multum tribuo; aut eſſe eam natu-

Digitized by Google

ra breuem, produci tamen per digamma; vt ἴλαϝος fuerit, vt in ἀϝάσσατο et ἀϝϝάσσατο videbimus ad I, 116. Certe ſequiores ἵλαος media modo producta modo correpta adhibuere. Occurrit quoque apud Theocritum altero loco media breui, altero producta, V, 18. XXVII, 15.

584. 585. Ex h. l. Vulcanum perpetuo οἰνοχόου munere functum collegerunt. At Vulcanus facit hoc ſemel, ad matrem placandam et ad exhilarandum conuiuium; atque haec ipſa rei nouitas facit, vt, cum claudicantem feſtinanter agere viderent, dii ſuauiter rideant. Multa multi, in his Popius, ad h. l. argutantur.

Obſeruabimus potius illud: deos aſſediſſe perpetuo menſis, poculisque in iis appoſitis. Nihil enim memoratur de inſtitutis in hoc tempus epulis; at memoratur inf. 601. 602 de appoſitis dapibus. Sic Il. O, 85 ſq. aduenientе in Olympo Iunone propinantes accurrunt deae. Adde Ω, 101 ſq. Scilicet petitum et hoc ex heroum vita: v. inf. ad 602.

584. δέπας ἀμφικύπελλον eſt genus et nomen poculorum in vita priſcorum hominum, quod iam olim ſeriores ignorarunt; itaque modo cauum, modo anſis incurvis, modo duplici fundo inſtructum, h. e. habens fundum in media ſui parte, interpretantur: in hoc iam Ariſtoteles praeiuit; idque tenebimus. Egere de eo Schol. Euſtath. Etymol. Heſych. et ex iis lexica noſtra.

585. μητρὶ Φίλῃ ἐν χειρὶ τίθει. Erat ἐν χερσὶ, verum Ven. A. ἐν χειρὶ, vbi docet Schol. ſic habere Ariſtarchi διορθώσεις, et Maſſilienſem et Soſigenis et Ariſtophanis. Grauis auctoritas! modo eſſet in re grauiore. Conuenit inf. vſ. 596. Etiam Schol. Lipſ. πᾶσαι ἑνικῶς, ἐν χειρί.

587. ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδωμαι. Videntur aliqui accipere, *in conſpectu*: ita eſſet iungendum cum θεινομένην. Verum eſt pro σὺν ὀφθαλμοῖς. Occurrit et alibi, etſi ſollenne eſt ſine ἐν. Sic inf. Σ, 190 πρίν γ' αὐτὴν ἐλθοῦσαν ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδωμαι. Adde ibid. 135. Od. K, 385. Inf. Γ, 306 ἐπεὶ οὔπως τλήσομ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὁρᾶ-

σθαι μαρνάμενον Φίλον υἱόν. Alibi ἐνορᾷν. Od. Ξ, 343 τὰ καὶ αὐτὸς ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὄρηαι. Od. Θ, 459 Θαύμαζε δ' Ὀδυσῆα ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶσα (leg. Ὀδυσῆ' εἰν). Ω, 312 ἐν ὀφθαλμοῖσι νοήσας pro ἐννοήσας σὺν ὀφθαλμοῖς.

Locus qui sequitur a philosophis iure inter impia et diis indecora passim refertur, a Platone de Rep. II, p. 378 D. Sext. Empir. adu. Grammat. p. 280. Apparet mythum esse ex rudi antiquitate, nec ab auctore carminis primo inuentum, sed iam antiqua memoratione notum. Male autem mulcata a Ioue Iuno in Heracleis: cum Herculi Troia profecto tempestatem illa immisit: Ξ, 249 sq. 257 sq. O, 17 sq. cumque ei succurrere vellet Vulcanus, male ille a patre est acceptus: cf. mox ad 593. Fuere adeo iam tum Heracleae. Porro, quae tam definite dicta sunt de deo delato in insulam Lemnum et de Sintibus eum excipientibus, arguunt mythum Lemniis domesticum, et euentum aliquem priscae aetatis certum respicientem. Non adeo tam absurdum est, mythum memoriam antiqui euentus retinuisse, quae aliis verbis ita fuit tradita: arsisse aliquando repente Lemnum ignibus subterraneis: cumque eadem incendia et cum tempestatibus coniuncta sint, et emicantia inde fulgura inconditorum hominum iudicio facile a caelo profecta videri possent, conuenit sermoni antiquo, narrari haec sic, vt Vulcanus de caelo praecipitatus esse dicatur. More sollenni exornandi mythos, addita est caussa praecipitati de caelo pueri, quod matri ille suppetias ferre voluit. Non dissimilis fuit alter mythus, quo Vulcanus in mare proiectus esse fertur ab ipsa matre: (inf. Σ, 395 sq.) potuit ille ex cosmogonicis poetis petitus esse. Coniectura nituntur haec, nec tamen omnino vana; tum nec saniora ac rectiora attulit alius quisquam. Subesse debuit nec minus caussa aliqua, qua adducerentur homines, vt Vulcanum *claudicantem* in animum admitterent; quod si qua idonea caussa et probabilis se offert, quid vetat ea vti? etiamsi serius inepti homines ad meras argutias delapsi sunt. Dudum ante horum hominum tempora Attius dixerat ap.

Digitized by Google

Scriuer. Collectan. Trag. p. 137. — *Et Volcania templa ſub ipſis Collibus, in quos delatu' locos Dicitur alto ab limine caeli Aetnaea vi ſpirante vapor Fervidus.*

Ceterum cauſſam et originem claudicationis diuerſam narratam videbimus inf. Σ, 395 ſqq. proiecto puero vix nato ab ipſa matre. cf. ſub fin. huius libri Obſeruationem.

591. ῥίψε ποδὸς τεταγών. Laborant in hac voce grammatici; notionem fere τοῦ τείνω ſubiiciunt, et volunt eſſe τάζω, ταγὼν, τεταγών· ſic Schol. Lipſ. Leid. Euſtath. Etymol. p. 758. Heſych. Schol. Apollonii II, 119. Cum τάω ſit, capio; vnde eſt τάε, τῆ, en, accipe; vnde τάζω, τέταγα, et noua forma τετάγω eſſe potuit; adeoque τετάγων, vel cum grammaticis aoriſtica forma τεταγὼν, apprehendens, ſcil. ex pede.

ἀπὸ βηλοῦ ϑεσπεσίοιο. Super accentu et etymo voc. βηλος mirum in modum diſerti ſunt grammatici: omnes cum Etymologo, verſu hoc laudato, eadem repetentes, quae tamen ad Homerum nil faciunt. Sobrie Apollon. Lex. h. v. βηλὸς, ὁ τῆς ϑύρας βαϑμός. Quod Panyaſis τὰ πέδιλα βίολα dixiſſe, e Leid. apud Valken. diſſ. de Schol. p. 122 traditur, etſi idem in Suida occurrit, parum tamen firmum eſt; nam in Sch. A. τὰ βῆλα legitur, et in Etymol. τὰ βαίολα.

Parodiam loci v. ap. Laert. VI, 90. Apud Lucianum, qui h. l. laudat in Contemplant. pr. eſt τεταγὼς, quod per ſe ferri poſſet.

592. πανῆμαρ vna voce Heracl. Alleg. Homer. p. 90. qui et ſuum et Cratetis commentum de hac fabula appoſuit c. 26. 27.

593. ἐν Λήμνῳ. Sic et Ariſtarchus. Alii εἰς Λῆμνον. Verum alterum ex vſu Homerico firmatur. Sch. A.

ὀλίγος δ' ἔτι. γρ. δέ τι. Sicque Eton. Moſc. 3. Vide ad 573.

594. De verſu ipſo controuerſiam moueri non vidi; quod tamen expectabam. *Sinties* vel *Sintae* antiquiores

Lemni incolae, barbari, et propterea ἀγριόφωνοι, Od. Θ, 294. cf. Strab. XII, p. 826 D. et primo loco lib. VII, p. 511 F. ex epitome, Herodoto Pelasgi Lemnii dicti, Scholiastae Apollonii I, 608 Tyrrheni: atqui hi Pelasgi fuere. Iidem partem Thraciae habitarunt, Sinticen dictam, etiam oram Propontidis circa Abdera. Multa de iis argutantur grammatici ex etymo, ad h. l. et ad Apollon. I, 608. Etymol. Hesych. et primo loco Apollon. Lex. h. v. cui tamen assuti sunt plures panni. Egit de Sintibus praeclare nuper et Pelasgicae stirpi eos vindicauit Gatterer de Herodoti et Thucydidis Thracia Vol. VI Commentat. Soc. R. G. p. 53 sq.

Sch. A. κάππεσον ἐν Λήμνῳ adscripsit πρὸς τὰ περὶ Ὄλυμπον. παράκειται γὰρ ἡ Λῆμνος τῇ Θράκῃ. Ex Olympo monte igitur proiectum Vulcanum in insulam putauit. Mythum hunc Heracleae alicui insertum fuisse, iam supra ad 587 monui: cf. Schol. ad 590. Apollod. II, 7, 1. et Not. ad e. l.

597. ἐνδέξια. Ernesti accipere volebat, vt esset *dextre, scite:* in quod et Eustath. inciderat p. 235, 44. 675, 39. 1824, 14. at haec notio, etsi in Hymno in Merc. 453 obuia, ne quidem in δεξιὸς Homero nota fuisse videtur; Tum si scite fecerat, cur riserunt dii? ἐνδέξια, (ex κατὰ τὰ ἐνδέξια,) ἐνδεξίως, est, *ad dextram manum* vel *a dextra*, vel *dextrorsum*, vt Υ, 184 praeco circumfert sortem, δεῖξ' ἐνδέξια πᾶσιν, et Od. P, 365 Vlysses mendicans βῆ δ' ἴμεν αἰτήσων ἐνδέξια Φῶτα ἕκαστον. Vtrum vero verius sit, *a dextra ad laeuam*, an *dextrorsum*, adeoque *a laeua ad dextram*, nondum seu auctoritate idonea seu iusta de ratione constitui posse video. *Boni ominis caussa* a dextra initium factum esse mihi probabilius fit. Ergo in praebendo poculo a dextra initium faciebat pincerna, orsus ab eo qui proximo loco sedebat; sedebant autem conuiuae ad parietem longo ordine mensa vnicuique apposita. Eodem sensu ἐπιδέξια, est a dextra, nihil amplius. Od. Φ, 141. vbi arcus tendendi idem ordo seruatur ὄρνυσθ' ἑξείης ἐπιδέξια

Digitized by Google

πάντες, ἑταῖροι, ἀρξάμενοι τοῦ χώρου, ὅθεν τέ περ οἰνοχοεύει sc. puer. iam autem puer οἰνοχοεῖ ἐνδέξια πᾶσι. Dictum etiam hac in re ἐπάρξασθαι v. Not. ad A, 471. Esse autem ἐνδέξιον et ἐπιδέξιον idem, ne dubita; est enim idem ac ἐν δεξιᾷ, ἐπὶ τὰ δεξιὰ, quae vulgari vsu frequentata sunt: v. Pollux II, f. 159. cf. notam Hemsterhusii ad Hesych. in ἐνδέξια. Sic aliquoties in Symposio Platonis hac vi occurrit vt a dextra procedant vices bibentis vel loquentis. Mirum est Scholia Veneta hic tacere; at Sch. br. ἀπὸ τῶν δεξιῶν μερῶν ἀρξάμενος. Notabile quoque τὸ τοῖς non satis respondere vsui Homerico, vt sit *istis* diis.

598. Disertiores sunt grammatici in hoc versu: οὕτως) οἰνοχόει, Ἀρίσταρχος, Ἰακῶς· καὶ ἐν τῇ Ἀργολικῇ, καὶ Μασσαλιωτικῇ, καὶ Ἀντιμαχείῳ καὶ ἐν τῇ Ζηνοδότου, καὶ Ἀριστοφάνους. Sic Ven. A. at Lipsi. οἰνοχόει, Ἰακῶς, πᾶσαι. Ita tandem, dices, erat obtemperandum tam gravibus auctoritatibus in re tam graui scilicet. At enim tenendum est, antiquiorem scripturam nullam aliam esse potuisse quam ονοχοει, mox οινοχοει, cum nondum ω haberetur; postea grammaticos substituisse alios ωινοχοει, alios ϕνοχοει, alios seruasse antiquum οινοχοει. Iam cum in aliis receptum morem sequamur, vt ὤμωξεν, ὤχει, ὤχετο scribamus; poterat sane et h. l. si placebat, bene seruari vulgaris scriptio ὠνοχόει. κρατῆρος ed. Flor. et Ald. 1. sed similia non enotanda, quae ex Ionica ad communem rationem sunt deflexa.

599. Versus iterum occurrit Od. Θ, 326. reti inclusis Marte et Venere Vulcani artificio, et recitatur cum v. 600 a Platone de Rep. III, p. 389 cum indignatione, quod tam indigna diis finxerit Homerus; recte ex grauitate philosophica; at Homerus ex sensu suorum hominum aut potius ad sensum rudiorum aetatum, e quibus narrata, acceperat, narrauit. Videat, qui volet, quae olim a Klotzio in Epist. Homeric. disputata sunt, tum in aliis, qui contra eum multis egerunt. Scilicet reprehenditur poeta ex rationibus ad sensum decori nostrum; ponitur porro

aliud a poeta alienum, ſtudioſiſſimum fuiſſe eum grauitatis epicae; quod nec Ariſtoteles ei conceſſit: etſi is ad eum transtulit omnia, quae in perfecto carmine epico, cuius notionem animo ipſe circumferebat, requiri poſſe viderat. Non niſi cum vita et ſenſu expolito ſuccedere iſta potuere. Tandem viri docti ipſis verbis plus tribuunt quam iis ineſt. Volunt eſſe ἄσβεστον γέλωτα, riſum effuſum vt iam Sch. ἀκατάπαυστος. Apollon. Lex. ἀκατάληκτος. praeſtat quod Sch. A. addit, ſimpl. πολύς. Tum antiquo more ridere, et gaudere, et delectari, ſunt ſynonyma: nihilque aliud innuitur, quam quod antea erat μειδιᾷν, exhilarantur dii miniſterio Vulcani, accedente nouitate rei, quod Vulcanus pincernae partes ageret. Subiecerunt tandem nonnulli notionem *claudicantis* Vulcani, quae tamen in poeta h. l. non occurrit. Nam ποιπνύειν de miniſterio ad menſam proprie dicitur: vt Ω, 475 et Agamemnon in copiis ordinandis ποιπνύσας Θ, 219 vetat de claudicatione cogitare. At mira ſagacitate Clarke claudicationem in ipſo metro ſibi videbatur deprehendere. Adeo cauere opus eſt, ne ſenſum noſtrum in poetas inferamus.

γέλως. emendat Bentl. γέλος, ad morem Homericum. Occurrit tamen quoque γέλωτα Od. Υ, 8. — pro ἐνῶρτο eſt ἀνῶρτο in vno Vindob.

600. ὡς ἴδον Ἥφαιστον διὰ δώματα ποιπνύοντα Sch. Lipſ. ποιπνύσαντα. καὶ πᾶσαι συντελικῶς. Mirum lectionem, in quam omnes olim conuenerant, nunc nusquam occurrere. Sane quoque inf. Θ, 219 eſt αὐτῷ ποιπνύσαντι. Od. Υ, 149 ποιπνύσασαι, etſi et ibi variat ποιπνύουσαι. Eſt tamen et ποίπνυον παρεόντε Il. Ω, 475 et nulla variatio inf. Ξ, 155 ποιπνύοντα. Fuit autem ποιπνύειν inter voces antiquatas: itaque notionem grammatici ex etymo conſtituunt, idque varie, vt fieri ſolet: a πνύω, πνῦμι, vel a πονέω, πονύω, vel vtrumque ſimul: res non digna cui inhaereas; v. Sch. A. B. breu. ad Ξ, 155. Euſtath. ad h. l. Etymol. Praeſtat e Sch. br. notare ποιπνύοντα eſſe ἐνεργοῦντα, διακονοῦντα. Heſych. ἐνεργοῦντα,

θεραπεύοντα, et ποιπνύει, ὑπουργεῖ. διακονεῖ. ποιπνὸς, θεράπων. Similia Etymol. In Heſychio aberratur πεπνοιῶν. πιπνύοντα. ἑποίμνεον. v. Intpp.

602. οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐίσης. ita ſcriptum a Clarkio; neſcio vnde; forte ex Euſtathio; recte tamen; vulgo editum erat οὐδ' ἔτι. inde a Flor. ſic etiam Ven. c. Schol. οὐδετί Lipſ. — De ἐίσης v. ad 468.

603. οὐ μὲν Φόρμιγγος. Moſc. 3. οὐ μὴ — οὐ δέ γε Vindob. Equidem malim οὐ μὴν, nam parum commodum τὸ μὲν hac ſententiae parte; niſi illa rhapſodo debetur.

Ceterum locus eſt notandus propter notionem vitae deorum beatae declaratam per epulas perpetuas per totum diem celebrandas: heroum more: vt tot loca Odyſſeae docent in vita procorum et in vita Alcinoi. Porro vt inter hos bonis dapibus adiuncti ſunt cantus cum cithara, ſic inter deos Apollo eſt ἀοιδός. Nouum eſt et ab Homericis non minus quam ab heroum vita alienum, quod Muſae accinunt; nam in heroum vita ſolus ἀοιδὸς adhibetur, nec adſunt feminae cantantes. Nouum quoque quod alternis canunt Muſae. Apud Heſiodum et alios Muſae choreas ducunt, Apollo choragus eſt. In Od. Ω, qui liber ſerioris rhapſodi eſt, vſ. 60 in Achillis funere Muſae cantum funebrem edunt alternis: Μοῦσαι δ' ἐννέα πᾶσαι ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ θρήνεον. Memorabile et illud in Olympo, quod epulis deae feminae adſident, vt h. l. Iuno et alibi aliae deae; cum in heroum vita mulieres epulis nusquam adhibitas videas. Vides quam multa in his ſint, quae ſcrupulum iniiciant.

606. οἱ μὲν κακκείοντες ἔβαν οἶκόνδε ἕκαστος. Sch. Lipſ. οἱ μὲν δὴ κείοντες. οὕτω πᾶσαι. καί ἐστιν ὅμοιον τῷ· κείων ἐς θάλαμον (Od. T, 48). Poſſet et hoc bene legi: κέω, κείω ſunt obuia: vnde κεῖμαι a κεῖμι. Verum et κακκείω, etſi ſoni parum ſuauis ad aures noſtras, aliquoties occurrit, et agnoſcitur quoque ab Etymol. Suida. Heſych. et ipſo Apollon. Lex.

607. περικλυτὸς ἀμφιγυήεις Ἥφαιστος. argutantur grammatici in ſenſu vocis ἀμφιγυήεις ex etymo conſti-

mendo; volunt esse *vtroque pede claudum:* Sic et Etymol. Suidas, Hesych. et sic ipse Apollon. Lex. h. v. ἀμφότερα τὰ γυῖα χωλὰ ἔχων, ἀμφοτερόχωλος. add. Antigonus Caryst. hist. mirab. 51. atqui ἀμφιγυήεις non minus est qui vno pede claudus vacillante gressu incedit; et tandem is, qui omnino infirmis pedibus incedit, vt bene Porphyr. Qu. Hom. 11' ὃ περὶ τὰ γυῖα βεβλαμμένος. vt etiam γυιόω, ἀπογυιόω, est simpliciter captum pedibus reddo. Prisco sermone nihil amplius quam pedes infirmos ac fluxos, adeoque incessum parum firmum declarare voluisse videntur notione τοῦ χωλοῦ. vt inf. I, 498 in Λιταῖς. Et βραδύπους Δίκη est *claudo pede Poena.* Apud Tibullum Somnia sunt *incerto pede*, et in Arca Cypseli ap. Pausan. V, 18 erant Somnus et Mors διεστραμμένοι τοὺς πόδας, et ap. Plutarch. de Is. et Os. p. 358 D. Harpocrates ἀσθενὴς τοῖς κάτωθεν γυίοις. Ita etiam Vulcano tribuuntur κνῆμαι ἀραιαί, Il. Σ, 411. vt adeo incessus esset parum firmus, et ῥικνὸς πόδας ille est in H. in Apoll. 317. loripes. Nihil his subest nisi notio infirmitatis: etsi ea serius expresse in claudicationem proprie dictam transiit. Neque illa illata ex lapsu; verum iam natus erat χωλὸς, et propterea a matre in mare proiectus inf. Σ, 395 sq.

Quaeritur porro de caussa claudicationis, quam modo e physicis modo e mythicis rebus repetunt. Difficile est aliquid ita definire, vt omnis dissensus intercludatur. Quomodo temere et sine omni caussa inter vulgus tale commentum exortum sit, aut exoriri potuerit, vt deum ex Iunone natum claudicantem narraret, nemo facile dixerit. Fuisse adeo necesse est, quod fingendi caussam et occasionem praeberet. Iam autem magnam mythorum partem videmus a symbolica rerum declaratione processisse: habet adeo probabilitatem ex vsu priscorum hominum symbolico aliquid praecessisse, quo claudicationis notio inferretur. Iam autem Vulcani nomen ab vltima inde memoria cum ignis notione coniunctum fuit. Quidnam autem antiquo sermone claudicationis notio designa-

Digitized by Google

verit, non nisi coniectationi relinquitur. Enictum saltem est illud, a symbolico ac rudi sermone petita esse haec mythica; et quidem iam Homerica aetate; quis enim neget inf. I, 498 Λιτὰς dictas esse symbolico aliquo sensu χωλὰς, ῥικνὰς, παραβλῶπας? Quod seriores, qui bene id animaduerterant, ad subtiliores argutias progressi sunt, non tollit id quod veri subest. Rectene itaque an minus, suone an antiquiorum hominum sensu, statuerint, ex Iunone, tanquam aere, natum esse Vulcanum, ignem, qui sine aura esse nequit, quis nunc praecise negare vel affirmare ausit!

ἦχι sine iota ἤχι esse scribendum, contendebat Dionysius (Thrax) quia Dores ἄχι scribunt. Sicque iam Aristarchus censuerat. Sch. A. B. L. cum Amst. Reg. Mira subtilitas, cum in ceteris similibus iota subscriptum relinquatur!

608. Ἥφαιστος ποίησε ἰδυίῃσι πραπίδεσσι. Primitiua scriptura haud dubie fuit sine ν, ποιησε ϝιδυίῃσι. Nam per totum Homerum obseruari facile potest fuisse ϝειδω, ϝιδων. ϝιδως, ϝιδυια. Verum insederat edd. vitiosa lectio: ποίησ' εἰδυίῃσι πραπίδεσσι, quae et supra vs. 365 vbique ipsos codd. obsidebat; cum tamen aliis in locis aut variet lectio, aut verior lectio regnet: Sic Σ, 380 ὄφρ' ὅ γε ταῦτ' ἐπονεῖτο ἰδυίῃσι πραπίδεσσι et 482 ποίει δαίδαλα πολλὰ ἰδυίῃσι πραπίδεσσι. Υ, 12 Ἥφαιστος ποίησεν ἰδυίῃσι πραπίδεσσι et sic Od. H, 92 οὓς Ἥφαιστος ἔτευξεν ἰδυίῃσι πραπίδεσσι. Etiam Bentl. adscripserat ποίησε ϝιδυίῃσι, cum loco Hesiodi Θ, 960 Γῆμε θεῶν βουλῇσιν Ἰδυῖαν καλλιπάρῃον (vbi fuit βουλησι ϝιδυιαν). Grammaticorum vulgata est ratio: εἰδυῖα dici, quando est participium; vt ἔργ' εἰδυῖα. ἰδυῖαν autem dici tanquam adiectivum, v. c. ap. Eustath. ad Υ, 12. verum eam commentitiam esse e dictis patebit; nam ἔργ' εἰδυῖα non minus corruptum est, quam ποίησ' εἰδυίῃσι. fuit ϝεργα ϝιδυια. Tandem ποιησεν ἰδυίῃσιν πρ. scriptum est in Ven. in vtroque Schol. et Lipsi. (qui et Ἰακῶς id fieri aiunt) in ms. Cant. ap. Barn. Apollon. Lex. ἰδυίῃσι πραπίδεσσι. εἰδυίαις (vt

Digitized by Google

recte em. Toll. pro ἰδίαις) εἰδητικαῖς. οἷον εἰδήμοσι. ἐπιστήμοσι. At εἰδυίαις ille non agnoscit. Contra Hesych. habet vtrumque, et Etymol. tantum εἰδυίαις. πραπίδες, quod Φρένες, vtroque sensu, et diaphragma et mens. cf. ad N, 412.

609. ἑ appictum esse olim debuit, nam Zenodotus scripserat sine ν, πρὸς ὃ λέχος, non videns ὃν esse masc. et neutrum (pro ἑὸν). at Sch. Lips. Ζηνόδοτος· πρὸς οἷ. Hoc sane probabilius Zenodotum scripsisse: saltem aetatis suae scribendi more ὁ (⊦O vel HO) pro οὗ pinxerat. Quia de ὃν controuersia fuerat, Hesych. hoc retulit in ὃν To. II, p. 759 vbi ἧϊ legitur: πρὸς ὃν λέχος ἧϊ. Hic autem suboritur molestia, quod ex Homerico vsu ὃν fuit ϝον, adeoque metrum laborat. Dicendum adeo, aut versus esse a seriore rhapsodo; aut aliter olim fuisse scriptum. Bentleius ὃν sublatum esse volebat, vt esset: Ζεὺς δὲ πρὸς λέχος ἧϊ'. Dubitat quoque Bentl. an non ἀστεροπητὰ sit scribendum: at vide ad 580.

610. ὅτε μιν γλυκὺς ὕπνος ἰκάνοι. Est ἱκάνει in Vrat. a.

611. (fuit ἑ) Zenodotus: ἔνθ' ἐκάθευδ' legerat. Sed Ionicum, augmento omisso, recte obtinuit. Nunc vero disputatur, non κάθευδ' esse scribendum, sed καθεῦδ', scil. vt κατεῖχον, non κάτειχον, et ne pro imperatiuo haberetur: v. Schol. br. A. B. Eustath. obtinuit vt κάθευδε scribatur; etiam alibi vt Bion I, 3. Poterat sane totus versus abesse; quod et Bentl. senserat.

Ceterum totum hoc Episodium de Vulcano ab ipsa actione epica, h. e. ab argumento carminis, si rem subtilius aestimes, esse alienum, atque adeo excusandum potius quam laudandum, censere fas est. Licet porro suspicari, totum hoc episodium, forte ipsum locum de iurgiis inter Iouem et Iunonem inde a vs. 536 serius accessisse aut inuento eius qui totum carmen resingeret, aut alterius carminis fragmentum fuisse hoc, quod operi condendo dextre ac sollerter agglutinaretur. Inesse vidimus nonnulla ab Homerica ratione aliena, passim notata; in his inprimis hoc, quod Vulcani de caelo protur-

Digitized by

batio diuerso modo narratur Il. Σ, 395 sq. vbi ipsa mater recens natum puerum de Olympo in mare proiecisse fertur; quae sequitur Auctor Hymni in Apoll. 316 sq. ὃν γε μὲν αὐτὴ ῥίψ' ἀνὰ χερσὶν ἑλοῦσα. h. ἀνελοῦσα ἔρριψα. nam quaecunque proiectare volumus, sursum tollimus de terra. Verum an subtilitas illa epica, carminis epici omnibus numeris absoluti in Homericum epos cadat, recte quaeri potest; et quae de fabula in narrationis cursu diuerso modo narrata monentur, habent quod reponas. Sunt porro alia, quibus antiquitatem tuearis. Narratio per se est iucunda et poetica laude se commendat; nec omni vinculo ac nexu est destituta: nam Iunonis iurgia cum Ioue erant opportuno aliquo inuento soluenda ac componenda; erat quoque nox inducenda, vt Iouis per somnum machinatio locum haberet libro II. Tam lubricum est in his, quae in diuersas partes trahi ac disputari possunt, aliquid pro certo ac tuto statuere; etsi pro sensu meo totum locum inde a 571 serioris rhapsodi operam redolere censeo.

Digitiz

EXCVRSVS AD LIBRVM I

EXCVRSVS I

de interuentu deorum in Homero.

Miniſteria deorum, quibus poeta vtitur, non tam ingenii ſunt felix aliquod inuentum quam popularis opinio, cum inter priſcos ac rudes populos dii intereſſe rebus humanis ſint crediti; ad quam opinionem homines facile adduci debuere partim cauſſarum, a quibus quaeque proficiſcerentur, ignoratione, partim perſuaſione, eſſe numina hominum ſimillima corporis ſpecie, ingenio, animi affectionibus et ſtudiis. Cum itaque a partibus, alii Achivorum, alii Troianorum ſtarent, inuenta iam, ſaltem parata erant reliqua omnia.

Interuentus tamen hi et miniſteria deorum non vnius ſunt generis; alia cum ipſa actione epica coniuncta ſunt, aut etiam partem eius conſtituunt; alia extra eam ſunt conſtituta; ſunt tandem quae mera ſunt ornamenta a priſcorum hominum cogitandi et loquendi more ducta. Ita Apollinem ſagittis Achiuos proſternere, Iouem a Thetide exorari, ad ipſam actionem epicam ſpectare dixeris; ita porro, Iouem a Iunone in monte Ida in fraudem induci; Pandarum a Minerua adduci, vt Menelao ſagitta percuſſo induciae ſoluantur; deorum opera modo Achiuos modo Troianos pugna ſuperiores eſſe; haec et multa ſimilia in ipſa actione epica conſtituta eſſe. Contra ſunt alia, quae extra eam eſſe dixeris, vt Sarpedonis corpus a Somno et Morte absportatum, ὁπλοποιίαν,

Digitized by

Apollinem a Ioue ad Hectorem ex vulnere recreandum missum, et sic alia. Ex hoc maxime genere multa sunt episodia profecta, maiora minoraue, vt vallum Achiuorum a Neptuno aliquando destructum; pugna deorum lib. XX et XXI. Tandem inter modos narrandi antiquos, quibus res et facta ad miraculum adducuntur, referam, si dii interfunt pugnae, hortantur, incendunt, pugnant ipsi, vulnerantur; aut seruant, abducunt superatos ab hoste vel vulneratos eripiunt obiecta hosti caligine. Ita si Somnium ad Agamemnonem mittitur, si Minerua Iouis iussu caelo delapsa Vlyssem hortatur, vt Achivos a consilio discedendi reuocet, aut si illa Achillis iram comprimit, aut si aciem pererrat siue ipsa, siue Neptunus siue Mars; et huius generis sunt innumera; bene intelligo tribui haec omnia diis, quae sine eorum interuentu ex solito rerum agendarum modo et ordine euenerant. In iisdem video interdum certo consilio ac dilectu deos adhiberi, vt in consiliis prudentiae Mineruam.

Non vna itaque a ratione et consilio interuentus deorum petitos esse ex his ipsis manifestum sit. Vtinam teneremus, quae ex his poetae ingenio et inuento debita sint! Vix enim ipse in totum hoc genus primus incidit, sed iam regnabat non modo illa persuasio de deorum interuentibus in rebus humanis, verum in rebus Troianis iam partes suae dils ante poetam in antiquis carminibus assignatae fuisse videntur, ita vt ille inuento antiquiorum vteretur, feliciter vtique, forte felicius quoque aliis; de quibus quis asserere aliquid ausit? coniectare licet. Coniuncta est ista quaestio cum altera: ex narratis ad Troiam gestis quaenam videri possint fama accepta, aut a poeta inuenta, aut mutata et ornata, ita vt sollennem iam superiorum vatum morem sequeretur in eo, cuius nunc ille, antiquioribus amissis, primus nobis auctor habetur. De quibus cum nihil nobis constet, nec, omni antiquiore fama abolita, aliquid constare possit, frustra de Homeri ingenio disputatur. Malim itaque dis-

Digitized by Google

putationem vbique ad ipſum carmen transferre, nec de auctore, de quo nihil ſcitur, contendere.

Videntur vtique in Iliade eſſe quae fide hiſtorica conſtabant; nec modo in rerum ſumma; nam, ſi aut Troiam aut bellum et excidium Troianum omnino vllum fuiſſe neges, quantum quidem in te eſt, omnem omnino antiquitatis, ante litterarum monumenta elapſae, fidem tolli neceſſe eſt; verum etiam in partibus ſingulis. Ita antiqua videtur fama acceptum, peſte afflictos eſſe Achivos, diſſidium inter principes eſſe exortum, Achillem per aliquod tempus in caſtris ſe continuiſſe, inducias fuiſſe violatas et ſic porro. In his facile aſſequor, ſaltem modum narrandi, adeoque deorum interuentum, poetae ingenio deberi. Verum acceptum fama eſſe potuit omnino, peſtem fuiſſe immiſſam ab Apolline ob religiones violatas; Pandarum aliquem ſagitta emiſſa foedus turbaſſe et ſic reliqua. Videtur quoque ipſa fama fuiſſe conſtitutum, Iunonem et Mineruam Achiuis, Martem et Apollinem Troianis ſtuduiſſe. De his omnibus ariolari licet, ſtatuere nihil; vt nec de eo, quod dii adſcita forma humana in medium hominum progreſſi eſſe narrantur, conſtat, narratane haec ſint nouo inuento, an priſco more narrandi expoſita, an ipſa fama de rebus Troianis ita ferente. Antiquiorem rebus Troianis narrandi morem eum fuiſſe, vt deos rebus gerendis vere interfuiſſe dicerent, apparet vel in narratione de inſigni Neſtoris in pugna cum Eleis virtute, nam et ibi Minerua narratur Pyliis hoſtium aduentum nuntiaſſe Il. Λ, 713. cf. Not. ad B, 786.

Conſtitutas eſſe in hoc deorum miniſterio ſingulis diis partes ſuas, et quidem a diuerſis cauſſis, mythis, conſiliis, ductas, apparet. Cum tamen ſemel ſeu fama traditum ſeu quocunque tandem modo acceptum eſſet, Iunonis et Mineruae partes in Achiuorum, Veneris et Martis in Troianorum cauſſa tuenda fuiſſe praecipuas non magna ſagacitate opus fuit, vt ſumma quaeque per eos expedienda eſſe videret poeta.

Obſeruare quoque licet hoc: perpetuum hunc eſſe poetae morem, vt, inductis in narrationem diis, re ad finem perducta, cuius cauſſa inducti fuerant, etſi illi rebus gerendis per omne ſequens tempus intereſſe pergant, non tamen amplius memorarentur. Neptunus in pugnam progreſſus, Idomeneo confirmato, lib. N. mox tantum non e medio euanuiſſe videtur; ſic Apollo in O. et in lib. Δ. Pandari ſagitta emiſſa nulla Mineruae poſthaec opera memoratur. Ad quae fane ipſa rerum varietas et iudicium rectum adducere debuit poetam; nam idem in heroibus ſequutus eſt, vt quoque temporum momento in quaque carminis parte vnum aliquem e pluribus virtute et factis eminentem produceret, modo Diomedem, modo Idomeneum, modo Agamemnonem, ceteris aut omnino non aut non niſi obiter memoratis. Scilicet ſenſu an iudicii ſubtilitate edoctus perſpexerat, non niſi ſingulares et indiuiduas res ac perſonas recte et cum vi ad ſenſus in poeſi exponi poſſe.

In hoc ipſo tamen eſt aliquid quod iudicium noſtrum in multis facit ambiguum: Nam ex hoc narrandi more in partes diſectum eſt carmen; partes tamen carminis ita inter ſe ſunt coniunctae, vt diſiungi illae facile, nonnullae quoque pro meris episodiis poſſint haberi, tanquam membris, articulis ac iuncturis ſatis laxis inter ſe cohaerentibus, leuique manu a carminis corpore diuellendis; ita facile in eam opinionem deuenias, non ab initio ſtatim partes has in corporis compage fuiſſe comprehenſas, ſed ſerius eas acceſſiſſe; licet tamen nec minus alterum ſuſpicari, partes has a diuerſis ingeniis ſeparatim ab initio tractatas ſerius in corpus quod nunc habemus, coaluiſſe. Verum nec vltra ſuſpiciones, ſaltem probabilitates, vt in pugna deorum, ſi alia ſcilicet accedunt, quae dubitationes alias faciunt, in his progredi licet, et actum eſt hac de re alio loco.

Nihil in his deorum conſiliis actis ac geſtis ad ethica praecepta eſſe referendum, per totum carmen appareret; Tacite quaſi conuentum eſſe dixeris in hoc, poetica

haec numina cum ipsis religionibus nihil, praeter nomen, commune habere, eaque suum ordinem, suum genus constituere, adumbratum ab antiquiorum hominum sensibus rudioribus et humanitatis cultu parum emendatis et expolitis. Hinc tam diuersa de diis praedicantur, alia indigna et nefanda, alia praeclara, interdum sublimia. Minerua saepe omnis iustitiae et honestatis violatae rea est, vt in fraude Hectori facta congresso cum Achille. Hoc illud est, quod tam male habuit homines de deorum natura meliora meditantes, cum poetica numina ad ea, quae poesis efficere debet, tam praeclare accommodata, cum religiosis notionibus confunderent; hincque natae sunt mirae illae interpretationes allegoricae.

In hoc tamen ipso singularem aliquam poetae fortunam positam esse apparet, quod ille mythico hoc ornatu vti potuit ea aetate, qua animi hisce mythis imbuti non ad figmenta poetica haec referrent, sed, cum ea vulgaribus popularium opinionibus consentanea essent, iis magnopere mouerentur ac tenerentur. Nobis quoque ipsis, ex hoc antiquitatis sensu sensus animorum valde diuersus creatur ab eo, quo contacti sumus, si in Virgilio aut in quouis alio poeta repetita ex Homero vel ingeniose variata haec figmenta legimus. Adeo iis, qui ad Homerum legendum accedunt, sensus aliquis induendus est Homericae poesi proprius ac peculiaris.

Fuit Zenodotus grammaticus Alexandrinus, diuersus ab Ephesio, qui inter διορθωτὰς fuit, cuius erant libri X περὶ τῆς Ὁμήρου συνηθείας. Ex Scholio B. quod e Porphyrio seruauit, ad Σ, 356. (vbi Zenodorus scribitur, at apud Suidam Zenodotus est) locus in iis libris esse debuit de episodiis, in quibus deorum interuentus interponitur. Statuerat ille, confabulationes deorum non admitti posse extra argumentum, (ἐκτὸς τῆς ὑποθέσεως) nisi aut ad docendum aliquid eorum, quae ad Iliadem spectant, aut ad historiam aliquam antiquam exponendam, velut in Diones ad Venerem verbis, quibus eam monet vt toleret quae passa sit; toleraſſe deos multa, toleraſſe

Digitized by Google

Martem; τλῆ μὲν Ἄρης, et tum antiquam narrationem ſubiungit. (Il. E, 381 ſq.) et cum Iuno Iouem dictis laceſſit (ibid. 420 ſq.) Ζεῦ πάτερ, ἦ ῥά τί μοι κεχολώσεαι — docet enim, Veneris dolo Helenam fuiſſe deceptam καὶ τὰς ἄλλας δὲ ὁμιλίας τῶν θεῶν οὐκ εἰκῇ φησι παραλαμβάνεσθαι. E quibus argumentis ibi disputat contra episodium Σ, 356—368. quod ab iis, qui ſummam Iliadis conſtituerunt, inſertum eſſe, legenti facile obuium eſt. Non enim omnia episodia ab eadem manu profecta, ſed alia antiquioribus aetatibus, alia ſerius interpoſita eſſe videntur; vt in eodem, modo laudato, et in aliis, in quibus aliquis operam dedit, vt diuerſa carmina inter ſe coagmentata eſſent. Verum de his et ad l. l. et in aliis locis ſingulis eſt videndum. Antequam enim de ſingulis ſatis conſtet, vniuerſe de his disputare, lubricum eſt et parum fructuoſum.

EXCVRSVS II

ad A, 55 et al.

θεὰ λευκώλενος Ἥρη.

Dubia res eſſe videtur, fueritne ϝηρη an ἥρη, an vtrumque vſu habitum; hoc vltimum forte expeditiſſimum: quandoquidem in Homero modo hoc modo illud occurrit. Sane ποτνια ϝηρη ſaepe legitur; et fuit ea haud dubie antiquior pronuntiatio, quam Aeolum dicere ſolent; nec minus tamen λευκωλενος Ἥρη, χρυσόθρονος Ἥρη, et ſimilia. Niſi itaque quod tertio loco poſui admiſeris, ſtatuendum eſt alterum, loca, a quibus digamma exulat, eſſe aut ſerioris commatis aut interpoláta ab eo qui corrupta putaret ea propter hiatum. Sunt autem nonnulla loca, contra digamma peccantia, in quibus diuerſa lectio in codd. antiquioribus reperitur; Sic Il. A, 572 ἐπίῤῥα Φέρων λευκωλένῳ Ἥρῃ antiquior lectio fuit τετιημένῃ ϝητορ. O, 92 λευκώλενος Ἥρη antiquior lectio erat βοῶπις πότνια Ἥρη. Potuit hoc idem videri factum eſſe in aliis, vt Δ, 20. O, 5. 14. Etſi iterum loca ſunt aperte interpo-

lata, in quibus antiqua ratio ſeruata eſt, v. c. Σ, 357. 360. et tamen 356 praecedit Ζεὺς δ' Ἥρην. Tam lubricum eſt aliquid pronuntiare in Homericis.

EXCVRSVS III

ad A, 66.

αἴ κέν πως — βούλεται.

A, 66. αἴ κέν πως ἀρνῶν κνίσσης αἰγῶν τε τελείων βούλεται ἀντιάσας ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι. ad Tragicos multae extant virorum doctorum obſeruationes de particularum in iis vſu; quae tamen in Homericis non ſemper locum habent; neque omnino in doctrina de particulis ratio Homeri ſingularis aliqua vbique habita eſt. Cum autem particulae in doctiore ſtudio ſingularem curam ſibi vindicent, operam quamuis moleſtam in his diligentius explorandis refugere non licet.

αἴ κε nihil aliud eſt quam εἴ κε, et hoc idem quod εἰ ἄν, vnde factum ἐάν. Cur in Homericis modo αἰ modo εἰ ſcriptum occurrat, nemo dixerit. At ſi κεν vel ἄν adiungitur, communis vſus et ſermonis ratio poſtulare videtur, vt *ſubiunctiuus* ſequatur. Et eſt ſane is proprius Homeri vſus, isque ſexcentis locis firmatus; vt inf. 128 αἴ κέ ποθι Ζεὺς δῶσι. 207. 408. 420 etc. et εἴ κε, vt K, 452 εἰ δέ κ' ἐμῆς ὑπὸ χερσὶ δαμεὶς ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσῃς. Λ, 391. N, 379. Ξ, 368. Π, 499. 500. 860. 1. P, 29. 30. 39. 40. 91. Φ, 553 et al. etiam εἴ περ κε. inf. A, 580. εἴ περ γάρ κ' ἐθέλῃσι —

Sunt loca alia, in quibus videas *optatiuum* eſſe adiunctum: Sic Λ, 791 τίς δ' οἶδ' εἴ κέν οἱ σὺν δαίμονι θυμὸν ὀρίναις. Atqui O, 403 vbi idem fere verſus legitur, eſt εἴ κεν οἱ ὀρίνω. potuit ergo et illud eſſe ὀρίνῃς. X, 220 οὐδ' εἴ κεν μᾶλα πολλὰ πάθοι. at codd. πάθῃ. Non variat lectio T, 322 οὐδ' εἴ κέν που πυθοίμην, cum tamen legi poſſit πύθωμαι. B, 123 εἴπερ γάρ κ' ἐθέλοιμεν. nusquam ἐθέλωμεν. Z, 50 εἴ κεν ἐμὲ πεπύθοιτο. nusquam πεπύθηται. H, 387 αἴ κέ περ ὔμμι Φίλον καὶ ἡδὺ γένοιτο,

Digitized by

poterat esse γένηται. X, 244. 5 εἴ κεν Φέρηται — ἤ κεν σῷ δουρὶ δαμείη. nusquam δάμηται, versu autem 351 verior lectio est ἀνώγῃ pro ἀνώγοι post εἴ κεν σχήσωσιν et ὑπόσχωνται. Ψ, 346 οὐδ' εἴ πεν ἐλαύνοι. nusquam ἐλαύνῃ. Tandem sunt exempla in quibus manifestum sit, non minus optatiuum usu probatum esse, vt in illo E, 279 et alibi, εἴ πε τύχοιμι. Ψ, 592. 3. Vix mutes εἰ καί νύ κεν οἴκοθεν ἄλλο μεῖζον ἀπαιτήσειας, et Ω, 687 αἴ κ' Ἀγαμέμνων γνοίη σε.

Supereſt tertia ratio in Homericis, vt, non modo εἰ, de quo non laboramus, ſed εἴ κεν, αἴ κεν cum *futuro indicatiui* iungatur; ita vt hoc locum aoriſti ſubiunctiui habeat. Sic B, 72 ἀλλ' ἄγετ', εἴ κέν πως θωρήξομεν υἷας Ἀχαιῶν. 258 εἴ κ' ἔτι σ' ἀφραίνοντα κιχήσομαι. ad quem locum vide Obſſ. O, 213 αἴ κεν Ἰλίου αἰπεινῆς πεφιδήσεται οὔτ' ἐθελήσει ἐκπέρσαι et 297 στείομεν εἴ κε πρῶτον ἐρύξομεν ἀντιάσαντες. Poteſt in his ſuppleri: *videamus, an.* Sed nos quaerimus de vſu τοῦ κεν et ἄν cum indicatiuo. Et occurrit hoc ipſum mox ſubiecto ſubiunctiuo Θ, 532 εἴσομαι αἴ κε μ' ὁ Τυδείδης ἀπώσεται — ἤ κεν ἐγὼ — φέρωμαι, vbi in aliis φεροίμην. K, 449 εἰ μὲν γάρ κέ σε νῦν ἀπολύσομεν ἠὲ μεθῶμεν.

Vſus hic futuri indicatiui pro aoriſto ſubiunctiui obſeruatur et in aliis, vt in ὡς ἄν, v. c. Π, 271 ἀνέρες ἐστὲ, ὡς ἂν Πηλείδην τιμήσομεν. Ψ, 339 ὡς ἄν τοι — δοάσσεται. *ita vt tibi videatur.*

Hactenus eſſet obſeruatio tantum facta in *futuris indicatiuis* pro *aoriſto ſubiunctiuo* obuiis. Enimuero in verſu Excurſui ſupra adſcripto eſt tempus praeſens: αἴ κέν πως βούλεται pro βούληται. Sunt tamen etiam exempla vſus indicatiui ſimilis in aliis temporibus, vt in ἵνα. Inf. 363 ἵνα εἰδόμεν ἄμφω. Sic et Θ, 18 ἵνα εἰδῆτε πάντες, item ἵνα μὴ ῥέξομεν οὕτως H, 353. Atque hic indicatiui vſus in ἵνα et ſimilibus manſit apud Atticos, vt ad Tragicos ſaepe monitum eſt inprimis a Brunckio. ὄφρα ſimili modo cum indicatiuo iungi vulgatum eſt; at

in Homero etiam ὄφρα κεν. In B, 440 Ἴομεν, ὄφρα κε θᾶσσον ἐγείρομεν ὀξὺν Ἄρηα.

Vidimus vſum; quaeri poteſt de grammatica ratione et cauſſa. Videri poſſunt loca illa requirere neceſſario ſubiunctiuum, ita vt ἐγείρομεν dictum ſit pro ἐγείρωμεν, adeoque correptum ſit ω pro ο. Coniectabat Hermannus de Metris, fieri hoc, quia ob praecedentem accentum ſyllaba longa corripi potuerit. Hoc tamen ipſum eſt aliquid, quod nouam mirationem facit. Mihi horum aliorumque ſimpliciſſima ratio eſſe videbatur repetenda a priſco ſermone nondum ſatis grammatice conſtituto et expolito; inprimis, quamdiu non niſi aure diiudicabantur ſoni, nondum ſcripturae adſpectu et intuitu. Fundum habet haec opinatio in communi omnium linguarum fortuna. Non enim, niſi ſerius, ex quo linguae litteris exarantur, multo vſu accedente, ſubtilior grammatica conſtituitur. Quid quod nec in expolito ſermone omnia, quae ſeuerioribus praeceptis grammatices repugnant, ſublata ſunt aut tolli poſſunt: vt in Attico ſermone haud pauca occurrunt, quae grammaticis regulis haud reſpondent, optimorum tamen ſcriptorum vſu probata ſunt; quemadmodum, vt vnum commemorem, quod neutris pluralibus verbum ſingulare ſubiicitur; quod olim, vt vel ex Pindaro patet, etiam in maſculinis et femininis pluralibus vſu venerat, contra bonae grammaticae legem. Potuit quoque, reperto iam et vulgato ſcribendi vſu oculos ad incuriam auocare vſus τοῦ ο promiſcuus etiam pro ω, et quod ε et η iisdem characteribus exarabantur. Facilius itaque per longum tempus latere potuit vitium in verbis, in quibus longa vocalis correpta erat.

Quaecumque tamen ratio fuerit huius licentioris vſus: ſufficit rem eſſe obſeruatu obuiam innumeris in locis Homericis, (et magnum exemplorum numerum appoſuit nuper Herman. de Metris p. 85.) poni indicatiuum pro coniunctiuo (quo etiam referam Φ, 437 τὸ μὲν αἴσχιον, αἴ κ' ἀμαχητὶ ἴομεν). Variat quoque futurum indicatiui cum aoriſtis ſubiunctiui, vti inſ. A, 142—4 νῦν δ' ἄγε,

Digitized by Google

νῆα — ἐρύσσομεν, ἀγείρομεν, θείομεν, βήσομεν, et corripi videtur longa vocalis in illo E, 555 δύο λέοντε ἑτραφέτην pro ἑτραφήτην. et H, 199 et al. τραφέμεν pro τραφῆμεν, τραφήμεναι nisi verbum fuit τράφημι, *adolesco*.

EXCVRSVS IV
ad A, 141.
de ἐρύω. ἐρύομαι.

A, 141. Ἀλλ' ἄγε νῆα μέλαιναν ἐρύσσομεν εἰς ἅλα δῖαν. Versum vitiosum esse iam in Obss. monitum: nam scriptum fuit ϝερυσσομεν. Omnino sunt duae voces, quae miris modis miscentur in Homericis, quas subtilius discernere iuuabit. Occurrit autem duplex difficultas; prima, *quod modo digamma locum habet, modo non*; altera, *quod τὸ υ modo correptum est, modo productum*.

Scilicet, diuersas statim ab initio fuisse voces video: ϝερυω, media breui, *trahio*: vt tamen producatur per σσ. Sic A, 485 νῆα μὲν — ἐπ' ἠπείροιο ϝερυσσαν. *traxerunt, subduxerunt*: vbi vide, et ad Γ, 373. 361. Sic et Hesiod. Ἔργ. 624 νῆα δ' ἐπ' ἠπείρου ἐρύσαι πυκάσαι τε λίθοισι. Porro Il. Δ, 530 ἐσπάσατο στέρνοιο, ϝερυσσατο — E, 110. M, 190 ἐκ κολεοῖο ϝερυσσαμενος.

Possunt hinc emendari Δ, 467 νεκρὸν γὰρ ϝερύοντα (non γάρ ῥ' ἐρ.) E, 344 χερσὶ ϝερυσσατο. Γ, 373 καί νύ κε ϝειρυσσεν τε. Λ, 363 νῦν αὖ σε ϝερυσσατο, sic et Υ, 450. Ω, 16 τρὶς ϝερυσας. 584 χόλον οὐ ϝερυσαιτο. et sic alia. cf. ad A, 485. παμπρῶτα ϝερυσσομεν (pro πάμπρωτον) leg. in Od. Δ, 577. K, 403. 423. Λ, 2.

Ab hoc est ϝειρυμαι. ϝειρυμην. Il. Σ, 69 Μυρμιδόνων εἴρυντο νέες *subductae erant*. Δ, 248 ἔνθα τε νῆες εἰρύατ' εὔπρυμνοι pro εἴρυνται. Itaque N, 682 νέες θῖν' ἐφ' ἁλὸς εἰρυμέναι leg. εἰρυμμέναι. Eodem modo succurrendum est istis, quae Ξ, 75 et O, 654 leguntur: νῆες ὅσαι πρῶται εἰρύαται ἄγχι θαλάσσης. leg. εἴρυνται. At altero in loco Ξ, 30 ἀπάνευθε μάχης εἰρύατο νῆες suspicio

iam aliunde facta firmatur vitio metri vocali υ producta, ita vt nulla medela locum habeat. Memorabile eſt et illud, quod in compoſitis digamma excluditur; ἐπέρυσσε eſt Od. A, 441. pro επιϝερυσε. Id tamen et aliis in ſimilibus fieri, alio loco videbimus.

Difficilior eſt medicina in loco ſupra praefixo ex Il. A, 141 ἀλλ' ἄγε νῆα μέλαιναν ἐρύσσομεν εἰς ἅλα δῖαν. de hoc tamen dictum ſatis in Obſſ. Δ, 492. vbi v. P, 635 cum 713. Υ, 311. at Ψ, 21 locus eſt interpolatus. Od. I, 77 et 402 videtur fuiſſe ανα δ' ἱστια ϝειρυσσαντες. Τ, 481 τῇ δ' ἑτέρῃ ἔθεν ἆσσον ϝειρυσσατο, veniſſe videtur ἔθεν ex interpolatione. X, 372 θάρσει, ἐπειδή σ' οὗτος ἐρύσσατο καὶ ἐσάωσεν, non eſt ϝερυσσατο ab ἐρύω, ſed ἐρύσατο a ῥύομαι ſeruo.

Scilicet altera ac diuerſa vox fuit ῥύομαι, vocali υ producta, forte ex antiquo ρυϝω, ea notione, vt ſit *ſervo, tueor*, tum *cuſtodio, obſeruo*, tandem *caueo*. Sic Il. O, 257 ὅς σε πάρος περ ῥύομ' ὁμῶς — M, 8 ὄφρα λῆθα — ἐντὸς ἔχων ῥύοιτο. Z, 403 πάρος γὰρ ἐρύετο Ἴλιον Ἕκτωρ. H, 798 χαρίεν τε μέτωπον ῥύετ' Ἀχιλλῆος. P, 224 προφρονέως ῥύεσθε.

Ex hoc fit ἐρύσατο media longa, cuius locum ſaepe occupauit alterum ἐρύσσατο. atqui hoc eſt *traxit*, illud *ſeruauit*. Sic Il. Ε, 34 καὶ τὸν μὲν μετὰ χερσὶν ἐρύσατο Φοῖβος Ἀπόλλων, iterum Λ, 363 et Υ, 450. Sic et Il. B, 859 ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσατο κῆρα μέλαιναν, *non cauit mortem, non effugit*, οὐκ ἐφυλάξατο. — Pro eodem eſt alibi ἐῤῥύσατο, vt O, 290. Υ, 194. Od. A, 6. — interdum ῥύσατο, cum inde ductis: ῥυσάσθην Il. Ξ, 406. ῥύσαιτο Od. Z, 129. M, 107. Od. Ψ, 244 ῥύσατο eſt *retinuit, detinuit*. inde ῥῦσαι Il. P, 645. Ω, 430 *aſſerva*. — ῥύατο pro ἔῤῥυντο, *ſeruarunt*, Il. Σ, 515. Od. P, 291. Fuit enim ἔῤῥυμαι, ἐῤῥύμην, vt et ἔρυμαι, ἐρύμην, vbique media longa, ita et ἔρυτο. Il. Δ, 138 ἦ οἱ πλεῖστον ἔρυτο. Il. Ψ, 819 νύξ, οὐδὲ χρό' ἵκανεν, ἔρυτο γὰρ ἔνδοθι θώρηξ. (Apparet hinc verſum ſpurium eſſe in Heſiodi Theog. 304 ἡ δ' ἔρυτ' εἰν Ἀρίμοισιν, vt ſit *ſeruat*.

batur; at recte ille in Scuto Herc. 415 οὐδ' ἔῤῥηξεν χαλκὸν ἔρυτο δὲ δῶρα θεοῖο. Hinc ἐρύσθαι Od. E, 484 τρεῖς ἄνδρας ἐρύσθαι. — Editur in h. l. et Od. Ξ, 260 et P, 429 nec non I, 194 et K, 444 (vbi aut interpolate aut vitiose legitur νῆα ἔρυσθαι pro νῆας) ἔρυσθαι. quod si recte sit, statuendum est fuisse verbum ἔρυμι. ἔρυμαι. ἔρυσθαι. ἐρύμην. ἔρυτο. Est pro ἐρύσθαι quoque εἰρύσθαι μέγα δῶμα custodire Od. Ψ, 151. Od. Ψ, 229 ἣ νῶϊν εἴρυτο θύρας. Il. Π, 542 ὃς Λυκίην εἴρυτο. Il. M, 454 οἵ ῥα πύλας εἴρυντο custodiebant. Od. Γ, 268 εἴρυσθαι ἄκοιτιν. Ψ, 81 θεῶν δήνεα εἴρυσθαι. leg. δήνη. Licet ab ἔρυμι, ἔρυσθαι, hoc ipsum εἴρυσθαι ducere; nil refert. At Il. A, 239 corruptum esse patet, quod editur: οἵ τε θέμιστας εἰρύαται leg. εἴρυνται, obseruant, φυλάσσουσι. Od. Π, 463 ἦ ἔτι μ' αὖτ' εἰρύαται οἶκον ἰόντα fuit εἴρυνται ϝοικον ἰόντα. Il. X, 303 dii οἵ με πάρος γε πρόφρονες εἰρύαται. leg. εἴρυνται tuentur. Od. Z, 265 νῆες δ' ὁδὸν ἀμφιέλισσαι εἰρύαται. leg. εἴρυνται obseruant. Tandem hoc ipsum ῥύομαι esse debuit ἐρύομαι, producta vocali υ. vt Il. Υ, 311 Αἰνείαν, ἤ κέν μιν ἐρύσεαι (non ἐρύσσεαι) seruabis, eripies. Il. K, 43 χρεὼ βουλῆς, — ἥτις κεν ἐρύσεται (non ἐρύσσεται) ἠὲ σαώσει. Ergo et Ω, 584 κραδίη χόλον οὐκ ἐρύσαιτο deb. esse οὐ ῥύσαιτο. Il. Ξ, 422 ἐλπόμενοι ἐρύεσθαι, fuit ῥύεσθαι. E, 456 οὐκ ἂν δὴ τόν γ' ἄνδρα μάχης ἐρύσαιο μετελθών. immo ῥύσαιο. Possit in his videri notio eripiendi elici posse ex ἐρύω, ϝερύω, media breui. Verum ἤ κέν μιν ϝερύσσεαι in metrum peccat.

Illud ἐρύομαι fuit quoque pronuntiatum εἰρύομαι, nam legimus ἄστυ πύλαι ἐζευγμέναι εἰρύσονται, Il. Σ, 276.

Quae his a me positis obstare videntur, medelam admittunt pleraque facilem. Sunt loca, in quibus ῥύομαι, seruo, tueor, priore breui, dictum esse videtur; vt οἵ τε πτολίεθρα ῥύονται· Il. I, 396 vbi vide. Alibi ῥύεται, ῥύετο, binis syllabis est pronuntiandum, vt Il. K, 259 κέκληται, ῥύεται δὲ πάρη, et 417. Od. Ξ, 107. O, 35. Sic et Hesiod. Sc. Herc. 105 ἔχει ῥύεταί τε πόληα, est

ῥῦται pronuntiandum. Il. I, 248 εἰ μέμονάς γε — Τειρομένους ἐρύεσθαι eſt ῥύεσθαι, ſeruare, pronuntiandum ῥῦσθαι. Il. Υ, 194—5 ἀτάρ σε Ζεὺς ἐῤῥύσατο — ἀλλ' οὐ νῦν σ' ἐρύεσθαι ὀίομαι. lege, οὐ νῦν σ' ἐῤῥύσθαι, aut ſaltem οὐ νῦν σε ῥύεσθαι, pronuntiando ῥῦσθαι. Il. O, 29 τὸν μὲν ἐγὼ ῥυσάμην, niſi verſus ſunt emblema ſeriorum, eſſe debuit ῥύμην, pro ἐρύμην, ſeruani. Il. Δ, 186 εἰρύσατο ζωστήρ τε παναίολος peccat. deb. eſſe εἴρυτο ζ. Υ, 93 εἰρύσαθ' ὅς μοι ἐπῶρσε. leg. εἴρυθ' ὅς μοι. O, 274 τὸν μὲν ὕλη — εἰρύσαθ' οὐδ' ἄρα τέ σφι. leg. εἴρυτ', οὐδ' ἄρα. Il. Φ, 229. 230 οὐ σύ γε βουλὰς εἰρύσαο Κρονίωνος fuit εἴρυσο, ab εἰρύμην. obſeruaſti. et 588 Ἴλιον εἰρυόμεσθα leg. εἰρύμεσθα.

At legitimus vſus τοῦ εἰρύσασθαι occurrit in ſequentibus: χρὴ μὲν σφωΐτερόν γε, θεὰ, ἔπος εἰρύσασθαι obſeruare. adeoque ei parere. Θ, 143 ἀνὴρ δέ κεν οὔ τι Διὸς νόον εἰρύσαιτο, obſeruet, intelligat, aſſequatur. Niſi malis eſſe impediat, effectu priuet. v. ad e. l. P, 327 Αἰνεία, πῶς ἂν καὶ ὑπὲρ θεὸν εἰρύσαισθε Ἴλιον; ſeruetis. Od. Π, 459 μηδὲ Φρεσὶν εἰρύσαιτο. obſeruet, Φυλάξαι.

EXCVRSVS V

ad Λ, 164.

εὖ ναιόμενον an εὐναιόμενον.
εὖ κτίμενον an εὐκτίμενον.
et de ſimilibus compoſitis.

Λ, 164. Τρώων ἐκπέρσω' εὖ ναιόμενον πτολίεθρον. Leuiſſima res, quae tamen tenere poteſt aliquem ſubtiliora quaerentem, cum modo ſcribi videat εὖ vel ἐὺ ναιόμενον modo vna voce εὐναιόμενον. De εὖ vel ἐὺ nunc non diſputo; cum nos antiqua pronuntiandi ratio lateat; ſuauiorem tamen eſſe alteram ἐὺ ad ſenſum meum fateor. Ad grammaticorum commenta ſpectare hoc, non rhapſodis deberi, vt voces duas in vnam contrahant, nullus dubito; fieri quoque id cum ratione in iis compoſitis, quae diuiſim per ſe ſtare nequeunt vt εὐπλόκαμος εὐδείε-

Digitized by Google

λος. porro εὐανθὴς, εὐγενὴς, εὐδαίμων. Enimuero ſeu dubitari poteſt ſeu negari, recte id fieri in aliis: εὐκτίμενος, εὐναιόμενος, εὐναιετάων, εὐαρὰς, et νῆας ἐϋστεῖλαντε, Od. Ξ, 247 et ſimilibus. Scilicet non exiſtunt verba εὐστέλλω, εὐναιετάω, εὐναίω.

Dicas forte recte εὐκτίμενος ſcribi, quia et ἔϋκτιτος ſcribitur; εὐποίητος, quia εὐποιέω. At aliter ſe haec habent. Analogiam cum ſuperius memoratis habent adiectiua a verbis ducta, recte adeo in vnum contrahenda: εὔτυκτος. εὔστρεπτος. εὔδμητος et ſimilia: ita et εὔκτιτος. At non conuenit εὐκτίμενος. quod ductum eſt ex antiquo κτίμι, κτίμαι, quod fuit quoque κτίω, κτίζω. non autem fuit εὔκτιμι, vt nec εὐκτίζω.

Enimuero memorari poſſunt εὐΦημέω, εὐΦραίνω, εὐΦρονέω. Atqui haec ducta ſunt ab adiectiuis: εὔΦημος, εὐΦρὴν, εὔΦρων. Ex εὐεργὴς eſt εὐεργέτης, εὐεργετέω. εὐποιέω eſt benefacio, ex εὔποιος; at εὖ ποιητὸς, *affabre factus*, alia notione dictum eſt.

Simili modo iudicandum eſſe videtur de aliis ſimilibus: καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ perperam ſcribi ratio docet; nam nullum eſt verbum καρηκομάω, nec καρηκόμης, vnde ductum eſſe poſſit; vti καρηβαρέω recte ſe habet, quia καρηβαρὴς vſu fuit, vt θυμοβαρής. Et ſic de aliis. Ita omnino dubito recte Ariſtarchi lectionem ſup. 59 nunc regnare παλιμπλαγχθέντας. Vix enim fuit παλιμπλάζομαι.

EXCVRSVS VI

ad A, 171. 505—510.

ἄτιμος. ἀτιμία. τιμή. τιμᾶν.

Sunt verba priſcarum aetatum notionis non ſatis explicitae et definitae; quoniam ſunt *generalia*, et ſaepe pro *parte* aliqua a poeta ponuntur; confuſis quoque notionibus *honoris* et *vltionis*, quae ſit interdum honoris cauſſa.

Digitized by Google

Τίειν, primaria vox, est proprie *ἀντιποδιδόναι compensare:* quod fit vel *puniendo*; vel *remunerando*, vel *benefaciendo*, vel *honorem impertiendo*.

Confunduntur inde *duae notiones*, vbi de iniuria accepta agitur; dum et iniuria *laesus est honor*, et, si pro iniuria satis factum est, *honor recipitur*; quod ni fiat, vltione *honor defenditur*; et vltione *efficitur, vt satisfiat* pro iniuria accepta. Hinc variat vis vocis in quoque loco pro adiunctis. Il. A, 505—510 *Τίμησόν μοι υἱὸν — ἀτάρ μιν Ἀγαμέμνων ἠτίμησεν — ἀλλὰ σύ πέρ μιν τῖσον — ὄφρ' ἂν Ἀχαιοὶ υἱὸν ἐμὸν τίσωσιν, ὀφέλλωσί τέ ἑ τιμῇ.* hic explicat poeta ipse quid sit *τίειν*. nam id agit Thetis, vt Achiui Achilli laesam dignitatem restituant, dum pro iniuria illata ei satis faciunt. Alterum est exemplum notionis fluctuantis in Achillis precibus ad matrem A, 352—7.

Iam *τιμὴ* est *honos ex virtute*; tum *praemium virtutis*, adeoque idem quod *γέρας*· vnde *τιμᾶν praemium tribuere*, et contrarium *ἀτιμᾶν*, quod proprie est *honorem non tribuere*, est quoque *praemio priuare*. Hoc est illud quod Achilles indignatur, quod *γέρας* ipsi est ereptum: vnde ipse est *ἄτιμος* A, 171 *munere priuatus*, iniuria est *ἀτιμία*, et ipse *ἠτιμήθη*. Sic A, 355 *Ἦ γὰρ μ' Ἀτρεΐδης ἠτίμησεν· ἑλὼν γὰρ ἔχει γέρας αὐτὸς ἀπούρας.* Et in verbis Thersitae de Agamemnone: *ὃς καὶ νῦν Ἀχιλῆα — ἠτίμησεν. ἑλὼν γὰρ ἔχει γέρας αὐτὸς ἀπούρας.* Pro eo dictum *οὐδὲν ἔτισε* A, 412. — Est *ἀτιμία* genus *ὕβρεως* e doctrina Aristotelis Rhet. II, 2.

Vbi autem iniuria vindicatur et honor ac dignitas seruatur vel recuperatur: *τιμὴ* est *vltio*. *τιμᾶν vlcisci*. *τίμησόν μοι υἱὸν* A, 505. Sic 559. Θ, 372. B, 4. O, 77. Π, 237. ipse Chryses ad Apollinem Il. A, 454 *τίμησας μὲν ἐμὲ, μέγα δ' ἤψαο λαὸν Ἀχαιῶν*. hoc sensu est quoque dictum: ad Troiam se venisse *τιμὴν ἀρνύμενοι* Μενελάῳ A, 159. vbi v. Obss. — *τιμὴ* est *multa*, quae compensat iniuriam Od. X, 55. 56. 57. *τιμὴν ἀμφὶς ἄγοντες ἐσι-*

Digitized by Google

κασάβοιον ἕκαστος. — τίειν est *satis facere*, et τιμὴ est *ipsa placatio, iniuriae reparatio.* Iuncta cum his notio dignitatis et honoris, vindicati; vnde nunc *honoratus Achilles*: πολυτίμητος. Iam quatenus vltione ipsa dignitas recuperata etiam magis enitescit et *illustratur*, mirum non est τιμὴν sic habere notionem accessoriam; quemadmodum et τιμὴ est pro *victoria* Il. O, 612. pari modo κῦδος illa dicitur: quibus similia saepe in Pindaro occurrunt.

Occurrunt haec proprie in caussa Achillis; nam alioqui ἀτιμᾶν, ἀτιμάζειν, ἀτιμία, cum ceteris, vulgari quoque significatu occurrunt, vt sint *contumelioſe habere, contumelia et iniuria afficere, honore priuare, posthabere, contemtu habere*; multis locis; v. c. Chryses Agamemnon ἠτίμησεν A, 94. de Vlysse reduce Od. Ψ, 28. Π, 274 et al. de Neptuno Od. N, 141. 2. ipsa Thetis se ἀτιμοτάτην θεὸν praedicat A, 516 et Achilles ad generalem notionem transit, dum ait, haberi se ab Agamemnone contumelioſe, ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην Il. I, 644. vbi v. Obss. et Π, 59. Haec per se satis expedita sunt, vt nihil de iis sit monendum.

Monebo adhuc verbo de vsu Homerico voc. τιμὴ de *regibus* et eorum *fortuna*. Cum enim τιμὴ sit *honor, dignitas, locus*, inde est τιμὴ interdum ipse *principatus, regia dignitas*: Sic Il. B, 197 Τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐστι. coll. 205. 6. Il. I, 612 Ἶσον ἐμοὶ βασίλευε καὶ ἥμισυ μείρεο τιμῆς add. Z, 193. O, 189. Υ, 181 τιμῆς τῆς Πριάμου pro ἀρχῆς. et Il. A, 278. 279. P, 251 cum voce κῦδος iungitur, et τὸ γέρας. Nunc ἀτιμάζειν est *regno priuare*. Od. Λ, 494 rogat Achilles de Peleo patre: ἦ ἔτ' ἔχει τιμὴν — ἦ μιν ἀτιμάζουσιν — Contra Il. A, 175 sunt alii οἵ κέ με τιμήσουσι, *qui meo ductu et principatu vti volent.*

Digitized by Google

EXCVRSVS VII

ad A, 393.

de ἕο. οὗ. ϝεο. ϝου. οἱ, ϝοι. ἕ, ϝε. ὅς, ϝος. ἑὸς, ἐὺς vel ἑύς.

A, 393. *περίσχεο παιδὸς ἑῆος.* Quandoquidem ſemel conſtitui, veterum commenta in Homerum ſuum exquirere, et ſubtilitates grammaticas, in quibus illi ſe iactarunt; etiam de his vocibus, e quibus magna critices Homericae pars pendet, mihi eſt agendum. Controuerſiae de iis fuere plures, quas vno loco commemorabo; alia de *vſu poſſeſſiuarum pro primitiuis*, alia de *ſignificatione*, alia de *digamma* et de *diuerſitate vocum inter ſe ſimilium*.

Eſſe ἕο, οὗ, et hinc ἕο αὐτοῦ, primitiua ſeu perſonalia pronomina, ſatis conſtat. Cum autem, vt ἐμὸς et σὸς, ita ſit ἑὸς, poſſeſſiuum, *ſuus*, cum porro ἐμοῦ poſſit eſſe et ab ἐμὸς et ab ἐγὼ caſus ſecundus, (nam πατρὸς ἐμοῦ et πατρός μου aeque dici poteſt) putarunt grammatici poſſeſſiuum poni pro perſonali. Auctoritatem viderunt illi eſſe in verſu Homerico Il. Θ, 37 ὀϊσταμένοιο τεοῖο, vbi eſt pro σοῦ, a σύ. itaque etiam ἑῦ et οὗ poſſeſſiuum pro perſonali dictum eſſe volebant. Sic Il. Υ, 261 Πηλείδης δὲ σάκος μὲν ἀπὸ εὖ ἔσχετο eſſe aiebant εὖ, ab ἑὸς, pro primitiuo tertiae perſonae, cum tamen ſit pro ἀπό ἑο, vt et Ariſtarchus legebat, cuius lectio praelata eſt; qui et ſic accepit μνῆσαι πατρὸς σεῖο Il. Ω, 486 pro πατρός σου, et Od. Τ, 180 πατρὸς ἐμοῖο πατὴρ, pro πατρός μου. item Il. Δ, 343 δαιτὸς ἐμεῖο pro δαιτός μου, tandem Il. Τ, 105 αἱ δ' αἵματος ἐξ ἐμεῦ εἰσι pro αἵματός μου. De his doctrina eſt apud Apollon. de Syntaxi lib. II, p. 152 ſq. vbi p. 165 Zenodotus vapulat. Poterat tamen ille laudare pro vſu τοῦ ἑὸς, ἑοῦ, poſſeſſiui, Il. Ξ, 11 πατρὸς ἑοῖο, *patris ſui*, item ibid. v. 9 υἷες ἑοῖο, vbi alii υἱὸς ἑῆος. Σ, 71 παιδὸς ἑοῖο.

In Zenodoti ſecta fuit Apollonius Rhodius, qui voce ἑὸς vſus eſt non modo pro *ſuus*, verum et pro *meus*, *tuus*, vt lib. III, 1040 μή πως σὺ — κατὰ κόσμον ἑοῖς

Digitized by Google

ἑτάροισι πελάσσῃς *tuis* ſodalibus, adde IV, 203 vbi pro *noſter*. I, 1113. III, 140. 267. etiam pro αὐτοῦ, paullo durius lib. II, 1150. pro σφέτερος ſaepe, vt III, 167. reprehenſus propterea a grammaticis haud ſemel, vt lib. II, 226 αὐτὸς ἐὸν λελάθοιμι νόον. vbi ἐμὸν ex interpolatione ortum noluerim inferre. add. Sch. I, 1113. III, 140. 511. 167. 327. *) Nec mirum hoc; nam idem ἕο, εἷο, pro *mei* ab ego, vſurpauit, vt lib. II, 637 αὐτὰρ ἔγωγε εἷο μὲν οὐδ' ἠβαιὸν ἀτύζομαι pro ἐμοῦ. ἑοῖ pro σοὶ lib. I, 893. pro μοὶ III, 99. Vitium alterum, quod poſſeſſiuum viſus eſt adhibuiſſe Apollonius Rhodius pro primitiuo, ex eo exeuntum eſt alia lectione ἑεῖο pro ἕο, οὗ. quod Brunck. repoſuit e libris aliquoties, vt I, 1032 vbi eum vide. Poſſit forte videri hoc ipſum in Homero fuiſſe, παιδὸς ἑεῖο. Verum impetum retinet locus A, 393 vbi non eſſe poteſt *ſuus*, cum de altera perſona dictum ſit, *filii tui*. Si grammatici Alexandrini vſum Homericum τοῦ Digamma tenuiſſent, aliam ſic difficultatem ſubnaſci vidiſſent.

Comparatis locis plurimis ſatis mihi conſtare videtur, ab antiquioribus Ionibus conſtanter pronuntiatum fuiſſe ϝεο; vnde toties occurrit ἀπό ἑο, ἀπὸ ἕο (nam disputatum quoque de hoc eſt: ſitne enclitica: vt adeo ſcribendum ſit ἀπό ἑο an ἀπὸ ἕο. Atqui et οἱ et ἑ pro encliticis habentur) ex απϙ ϝεϙ, vt E, 343. N, 163 etc. Et B, 239 ὃς καὶ νῦν Ἀχιλῆα ϝεο μέγ' ἀμείνονα φῶτα, vbi v. Obſſ. Nec mirum, nam fuit ϝε (ἑ) ϝοι (οἱ) ergo et ϝεο, ϝου. Conſtanter quoque pronuntiatum fuit ϝος, (ὅς) ϝῃ, ϝὸν, ϝοι, ϝους (οὓς). Sic Il. B, 832 οὐδὲ σὺς παῖδας ἔασκε, vides eſſe ουδε ϝους. N, 8 ἐέλπετο ὃν (ϝον) κατὰ θυμόν. Σ, 305 οὐδὲ Σκάμανδρος ἔλῃγε τὸ ὃν μένος (το ϝον) iterum X, 459. Ψ, 769. Haec ſane ſatis inter ſe conueniunt. Non ignoro exempla eſſe quae aduerſentur; verum de his ſa-

*) Vitioſum vſum τοῦ ἑὸς pro σὸς deprehendas adhuc in Quinto, vt I, 466 vos ἰστὸν ἐπεντύνεσθε ἑῶν ἔντοσθε μελάθρων. Reſtituendum hoc V, 354. ille non ſomno ſe tradidit, ἀλλὰ ἑοῖσιν ἐν ἔντεσι δύσατο θύων pro τοῖσιν.

cile iudicium facere licet ex iis, quae ad Λ, 403 notata sunt.

Alia quaestio est super ἑός, ἑή, ἑόν, quod inde ortum duxit. Bentleium, aliis locis transmissis, in aliis haesisse, et modo ϝεος modo ϝος appinxisse vidi in eius schedis.

Quo minus ϝεος pronuntiatum esse putemus, obstant loca πατρὸς ἑοῖο, παιδὸς ἑοῖο, A, 496 et similia. Sunt duo modi expediendi: *aut* vt redeamus ad alteram formam quae fuit ὅς, pronuntiatum ϝος, vtque adeo scribatur πατρος ϝοιο. παιδος ϝοιο. vti occurrunt κάλλεος εἵνεκα οἷο. h. ϝοιο. *aut* statuendum est, fuisse vocem ἑός, ἑή, ἑόν, *bonus, strenuus*, eandem quae et ἐΰς, ἐΰ, quod saepe occurrit, vnde et ἠΰς, ἠΰ. De quo v. ad A, 393. Illustrat haec Etymol. in ἑῆος et in ἑά. Restat *tertia* ratio, vt relinquamus ἑός, ἑή, ἑόν, *suus*, idque scriptum olim statuamus ἕϝος (ϝΕΡΟΣ) vnde factum ἑός, ex ϝος (ΡΟΣ) praemisso ἑ. quod etiam sensisse videtur vir doct. Rich. Payne p. 49. Ita nec metro sit iniuria, nec aliquid turbatur; etsi vel sic nil referre videtur multis in locis, scribasne, aut scriptum putes fuisse, ἕϝὸς an ϝος. vti hoc ipsum πατρος ϝοιο, et πατρὸς ἑοῖο, ex ἕϝοῖο B, 662. Ita retinere malim N, 26 χρυσείην, εὐτυκτον, ἕϝου δ' ἐπεβήσατο δίφρου. non ϝου. οὗ. Quae obstare disputatis videri possunt loca, sigillatim notabo; vt Il. T, 277 et Ψ, 3 οἱ μὲν ἄρ' ἐσκίδναντο ἑὴν ἐπὶ νῆα ἕκαστος. vbi tamen ratio est in θέσει. vt in Od. B, 258 οἱ μὲν ἄρ' ἐσκίδναντο ἑὰ πρὸς δώματ' ἕκαστος. Praefixum autem illud ε, modo leni, hoc est nullo, modo aspero spiritu, modo digamma, multis exemplis constat: ϝεπω. ϝειπε. ἐϝειπε. Sic εϝαδοτα. εϝαλη. εϝαγη. εϝαφθη. ex ϝεικοσι, εϝεικοσι. εἶπω, ϝεπω, ϝοικα, ϝεϝοικα. Sic ϝεοργα vel ϝεϝοργα. ϝεϝολπα ex ϝελπομαι, εϝελπετο.

Expeditior ratio est in ϝοι et ϝε, quod in vulgata lectione vbique fere agnoscere licet; et raro corruptum est. Sunt tamen loca, in quibus operae pretium est illud animaduertere metri caussa: Ita B, 665 ἀπείλησαν γὰρ οἱ

ἄλλοι, cum vitio versus legitur γάρ οἱ. quod esset γαρ ϝοι.

Deseruerunt haec aut ignorauerunt poetae posi Homericum aeuum, adeoque obseruatio locum amplius non habet aut in Atticis, aut in Apollonio, Callimacho et aliis. Etsi occurrunt nonnulla quae ex notatis lucem accipiunt. At in Hesiodo vsus eius obseruationis est amplissimus, neque critica in eo feliciter exerceri potest, nisi eius memor fueris; multae enim et corruptelae et interpolationes ex ignorato digamma sunt profectae. Verum ista alius sunt loci.

EXCVRSVS VIII

ad A, 494 sqq.

de Olympo Homerico.

Semel de Olympo monere sufficerit. Notio prima nata apud Pieres, accolas montis Olympi, tum Thraciae, postea Macedoniae, partim natura, partim religione notabilis. Est ille altior ceteris eius regionis montibus; perpetuis nebulis ac nubibus obductus; in eodem praecipua Iouis fuit religio cum ara in summo montis vertice. Vulgaris opinio hominum et mos altos montes diis consecrandi, sacra in iis constituendi, solitudo, horror, religio, atque vicinia ipsa, adducere facile potuit Pieres, vt sedem Iouis ei monti assignarent, vt apud Troianos illa in Ida fuit constituta: Ἴδηθεν μεδέων Il. Ω, 308. Quae de hoc monte Olympo memorantur, ad h. l. non spectant; est de eo disputatio Volborthi a. LXXVI apud nos habita. At Pieres cum Ioue etiam ceteros deos in hoc monte collocarunt, primique loca regionis suae, inque his Olympum, in carmina adoptarunt; ita et Musarum sedem Pindum constituerunt; (v. *Comment. de Musarum religione eiusque originibus et caussis* a. 1766. in *Commentat. Soc. R. Sc.* To. VIII.) Etiam Gigantum pugna in his locis facta, aliarumque fabularum domesticarum origo Pieribus ex iis constituta esse videtur.

Digitized by Google

Videamus nunc de iis, quae in Homericis ab hoc Olympo monte ducta ſunt ad *ſedes deorum* declarandas. Ducta ſunt inde *iuga, cacumina, receſſus*, Olympi; et ipſe Olympus eſt νιφόεις. ἀγάννιφος. cf. ad N, 754. πολύπτυχος, propter *conualles et anfractus*. πολυδειρὰς, propter *iuga* montium. Fama fuit, de vertice iſtius montis nullis ventis tacto: videtur hinc ductus locus de ſumma Olympi tranquillitate in Od. Z, 42—46 Οὔλυμπόνδ' οἵ φασι θεῶν ἕδος . . . Montis ſunt cacumina plura: Iupiter adeo interdum ſedet in ſummo vertice ſeorſum ab aliis diis, vt Il. A, 498. 9. et alibi; ἀκροτάτῃ κορυφῇ πολυδειράδος Οὐλύμποιο. At ceteri dii variis partibus habitant Σ, 186 ἀθανάτων, οἳ Ὄλυμπον ἀγάννιφον ἀμφινέμονται. Il. Υ, 4. 5 Iupiter iubet Themidem conuocare deos κρατὸς ἀπ' Οὐλύμποιο πολυπτύχου. vbi haerebant veteres in nimis ſubtili interpretatione *cacuminis*, κρατὸς, in quo Iupiter alibi habitare dictus; at dictum puto ſimpliciter pro *monte*. — Eſt ῥίον Ὀλύμπου extrema aut prominentior verſus planitiem iugi pars: Θ, 25 Iupiter σειρὴν catenam alligat περὶ ῥίον Οὐλύμποιο. Iuno deſcendens λίπε ῥίον Οὐλύμποιο Il. Ξ, 225. vbi v. Not. et adde vſ. 154. Υ, 114. ſunt πτύχες Ὀλύμπου, vnde et πτυξ Ὀλύμπου pro Olympo omnino dicta eſt, Υ, 22.

Exornarunt poetarum antiquiſſimorum ingenia montem Olympum, cum ſemel habita eſſet deorum ſedes, et deorum *regiam* in eo conſtituerunt; *primo* quidem ita, vt regiam in monte vel montis parte aut ſupra montem in nubibus, in caelo, conſtituerent; *mox* autem, nullo montis reſpectu habito regiam deorum in nubibus ac caelo conſtitutam Olympum appellarunt.

Primo, inquam, *regiam deorum in monte* conſtituerunt, interdum ſupra montem in nubibus ac caelo; atque in hoc varia phantaſmata ac rerum locorumque ſpecies ſequuti ſunt; ſed nunc de Homero agimus. *In monte* eiusque iugis ac conuallibus aedes diis factas memorat Il. Λ, 77 οἵσιν ἐνὶ μεγάροισι καθήατο, ἦχι ἑκάστῳ Δώματα καλὰ τέτυκτο κατὰ πτύχας Οὐλύμποιο. A mon-

Digitized by Google

te procedit Iupiter in regiam ſuam, ἐὸν πρὸς δῶμα, A, 532. 3. coll. 497. 8. aduenienti aſſurgunt dii in ea domo, (δώματι) atrio, aede, congregati 533. 4. 5. et finitis epulis ad ſomnum ſe compoſituri ἔβαν οἰκόνδε ἕκαστος, *ad ſuam quisque domum.* Il. E, 748 ſqq. caelum aut ſuper Olympo eſſe aut eum circumdare videtur: caeli porta patefacta deſcendunt Minerua et Iuno, videntque Iouem in ſummo vertice ſedentem, inde curru per aerem feruntur verſus Troiam. — N, 523 ſedet Mars cum diis in Olympo ὑπὸ χρυσέοισι νέφεσσι. nubibus adeo caput ambientibus. Factum itaque haud mirabimur modo οὐρανὸν et Ὄλυμπον iungi, εἰς οὐρανὸν Οὔλυμπόνδε ſaepe, vt A, 497. modo vtrumque confundi, et poni Ὄλυμπον promiſcue et οὐρανόν.

Regia deorum in nubibus conſtituta eſt. Poeta in eam transtulit quaecunque in heroum vita regias ac domos principum regumque ornare ſolebant, conſtituendo *palatium, thalamos, fores, limen*, δῶμα, h. e. magnum atrium, in quod conuenirent conſulturi vel epulaturi. Hinc eſt δῶμα Διὸς, (de quo v. A, 533 et Not.) in eo *conſeſſus deorum*, vt ibid. et *epulae* 596 ſq. Confluunt enim, vt heroes et ἄνακτες ad regem, ſic dii ad Iouis δῶμα, ad conſultandum et ad epulandum: vt Il. Υ, pr. et ſaepe. Sunt porro plures θάλαμοι reliquorum deorum, tanquam συνοικία aliqua intra magnam aulam. Δῶμα ipſum eſt χαλκοβατὲς, A, 426. more vitae heroicae: v. Od. H, 86 ſq. et Δ, 71 ſq. vbi videmus ſolum, parietes, fores, ex aere factas. Poſtea, cum vita mutata, omnia facta ſunt aurea. Secundum iſta ipſe οὐρανὸς eſt πολύχαλκος E, 503. Od. Γ, 2. et tandem χάλκεος, χαλκοῦς. Ex quo ipſo tamen notio ſtabilitatis et firmitatis ſeu nata ſeu cum altera coniuncta eſſe coepit. Nam non modo apud Pindar. Nem. VI, 6 eſt: ὁ δὲ χάλκεος ἀσφαλὲς αἰεὶ ἕδος μένει οὐρανὸς, verum eſt in ipſa Odyſſea O, 328. P, 565 σιδήρεος οὐρανός. Si quis igitur in vulgari notione, eſſe pro στερεὸς dictum, ſubſiſtere vult, nolentem in partes haud traham. Sunt porro *fores*, quas

Horae cuſtodiunt, E, 749 vbi cf. Not. Vt in domibus regum, ita eſt *aula* et *ſeptum*, αὐλὴ et ἕρκος, in quo praeter aedem regiam ſunt *plures domus*, οἶκοι, δώματα, in quibus ſinguli dii habitant: vnde a Ioue in ſuam quisque domum discedit: A, 606 et al. ſunt et *porticus*, αἴθουσαι ξεσταί. Υ, 10. 11.

Tandem dixi nulla amplius montis ratione habita, deorum ſedem ac regiam conſtitutam eſſe in ſummo aethere, in caelo, quod vulgo homines appellant: ita vt dii deſpiciant ipſa ſidera, lunam, ſolem, ſub pedibus ſuis. Ita tandem conſultum eſt maieſtati deorum. Viam adeo ad regiam per γαλαξίαν conſtituerunt, qua in re luxuriatur Ouidii ingenium. Verum nihil horum ad Homerum ſpectare videtur; et quae ad eum ſpectant, ſummatim tantum commemoraui; quae qualisue ſpecies ſingularum rerum eſſe potuerit ad poetae animum, libera eſto cuique fingendi libertas.

EXCVRSVS IX
de Ambroſia.

A, 529. Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος. Vocis ἀμβρόσιος, vt ſemel moneam, origo varie traditur; vel a βροτὸς vel a βρόσις *cibus*: (v. Heſych. Etymol. Euſtath. al. Alia v. in Schol. ad B, 57. K, 41.) Rem ipſe Homerus conſtituit vſ. Il. Π, 670 ad Apollinem, vt Sarpedonis corpus vngat χρῖσόν τ' ἀμβροσίῃ, περὶ δ' ἄμβροτα εἵματα ἕσσον. vbi manifeſtum fit, ἄμβροτον et ἀμβρόσιον eſſe vnum idemque; eſſe *immortale, diuinum*, idem quod θεῖον. Itaque quaecunque ſunt θεῖα, ſunt ἀμβρόσια.

Sunt tamen nonnulla in vita deorum, in quibus illud vocabulum *proprie* locum habet, ita vt etiam vſus aliquis ſingularis loquendi inde ſubnatus ſit; dicta enim eſt *ambroſia* inprimis de *cibo* deorum et *vnguento*.

Et primo quidem, quando *ambroſia* pro *cibo* deorum apud Homerum dicitur, intelligenda eſt ἀμβροσίη ſc.

Digitized by Google

βρόσις ſ. βρῶσις, ἐδωδή, τροφή, *) indefinita notione, qualis illa nutritio fuerit, ſed ſimpliciter *diuinus cibus;* nec niſi ſeriores tanquam certum ciborum genus ambroſiam adhibuerunt. Ita, ex oppoſito cibi, quo Vlyſſes veſcebatur, Calypſo τῇ δὲ παρ' ἀμβροσίην ἅμωσε καὶ νέκταρ ἔθ-ελτο Od. E, 199. Additum pro *potione* νέκταρ, quod plerumque ab illo discernitur vt Od. E, 93. comparari ſolitum cum melle et vino. In vno tamen loco Od. I, 359 ἀμβροσίη et νέκταρ vnum idemque declarare videntur; vbi Cyclops vinum ſibi ab Vlyſſe praebitum laudat: ἀλλὰ τόδ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρός ἐστιν ἀποῤῥώξ. qui locus grammaticos exercuit, dubitantes, ſitne etiam ὑγρὰ Ambroſia, non modo ξηρά. v. Euſtath. ex Athen. II, p. 39. Vice verſa antiquos quoque cibum νέκταρ dixiſſe, ex hoc eodem loco patet: vnde et etymon conſtituitur a νή et κήρ, *fatum, mors.* v. Etymol. h. v. Cum deorum vita per epulas declararetur: natae inde ſunt duae notiones, vt *deorum vitam et immortalitatem* per *ambroſiae et nectaris vſum* declararent, vtque *vitam* eam comparari et immortalitatem *indui* dicerent *ambroſia deguſtata.* Variis modis haec a poetis tractata; interdum notione medicamenti ſeu praebiti ſeu infuſi adiecta. Ita Berenicen deam fecit Venus ἀμβροσίαν ἐς στῆθος ἀπο-στάξασα γυναικός. cf. Quint. VI, 424 et al. Niſi haec ad alterum genus, vnguentum, referre malis.

Altera enim ambroſia eſt *vnguentum*, quo dii vtuntur; ductum ex notione vitae lautioris: ἀμβροσίη ſc. ἀλοιφή, vel ὀδμή. (ap. Apollon. IV, 431. add. ibid. 871.) ἀμβρόσιον ἔλαιον Il. Ψ, 186. 7. et Ξ, 172 ἀλείψατο δὲ λίπ' ἐλαίῳ ἀμβροσίῳ. In vita lautiore lotio et vnctio ad delicias potiores referebatur; quid mirum, eam tribui diis! Cumque haec corporis cura ad ſpeciem corporis pulcriorem et venuſtiorem, ſaltem nitidiorem multum conferret, aliquo loco (Od. Ψ, 153—157) ἀμβροσίη per

*) Ap. Tryphiod. 185 Achiuis in equo Troiano latentibus τοῖσι δ' Ἀθήνη ἀμβροσίην κεράσασα θεῶν ἐκόμισσεν ἐδωδήν, δεῖπνον ἔχειν.

κάλλος redditur. Il. Ξ, 170 ἀμβροσίῃ Iuno λύματα πάντα κάθηρεν, vt loco aquae ambrosia adhibita esse a dea videri possit. — Cum bonis odoribus vestes perfundi solerent: translatum et hoc est ad deorum vitam; cumque isti odores ad vestes a tineis tuendas vsum haberent: ambrosiae vsus quoque translatus est ad corpora mortuorum incorrupta seruanda; ita Sarpedonis corpus χρῖσεν δ' ἀμβροσίῃ περὶ δ' ἄμβροτα εἵματα ἕσσε Π, 680. 670. Patrocli T, 38. 39. Hectoris Ψ, 186. 7. Ita ipsius Achillis Quint. III, 533 sq. ita vt vim antisepticam ei tribuisse videantur, quatenus corruptionem auertit. Nota sunt, quae de corpore Achillis immortali reddendo inde duxerunt poetae, v. c. Apollon. IV, 870 sq. et pueri in domo Celei in Hymno in Cererem. Simpliciter ad tetrum phocarum odorem temperandum adhibetur ambrosia Od. Δ, 445. 6.

Iam his variis ambrosiae vnguenti vsibus notiones subnatae videntur plures, ita vt interdum ambiguum sit, quaenam potissimum ex iis locum teneat. ἀμβρόσιον esse *immortale, diuinum*, constat; possunt adeo πέπλοι ἀμβρόσιοι, χαῖται ἀμβρόσιαι, πλόκαμοι ἀμβρόσιοι esse *diuini*, vt κάπαι ἀμβρόσιαι Θ, 434 *praesepe diuinum*, ἀμβρόσιον εἶδαρ *pabulum diuinum* E, 369. N, 35. Mercurii πέδιλα ἀμβρόσια *diuina* Ω, 341 et al.

Fit tamen valde probabile, non modo post Homerum, verum in ipso quoque Homero ἀμβρόσιον esse *vnguento diuino delibutum*, adeoque *bene odorum*, tandem simpliciter *suaue, iucundum*. Ita videntur dicta esse: πέπλος ἀμβρόσιος. ἀμβρόσιος ἑανὸς Ξ, 178. Φ, 507. Ita quoque πλόκαμοι ἀμβρόσιοι. et loco nostro χαῖται ἀμβρόσιαι, *comae vnguentis delibutae, odorem spargentes*. Tribuitur enim et hoc diis, et est inter signa praesentiae, aduentus vel discessus, *vt prodant se per ambrosium et diuinum odorem:* qua de re dictum ad Aen. I, 402. Exc. XIII. Ita ex Bacchi incubatione peplus bene fragrans apud Apollon. IV, 431 legitur.

Digitized by Google

Ad *dulcedinem et ſuauitatem* vox translata ſaepius, vt tamen dubitari ſaepe poſſit in Homero, quam late pateat aut circumſcribenda ſit notio. Ita Il. B, 19 ὕπνος ἀμβρόσιος videtur *dulcis* eſſe exponendus, et νὺξ ἀμβροσίη, *quae iucundum ſomnum impertitur* B, 57 et Od. Λ, 329. Etſi nec refellendus ero, ſi accipio ſimpl. *nox alma*, θεία. Et ſic Etymol. et Sch. br. cum Apollonio Lex. ad B, 57. Firmari poteſt hoc ipſo, quod Od. Λ, 329 eſt νὺξ ἄμβροτος, h. θεία. Omnia enim, *quae ad naturam rerum, eiusque vires, cauſſas, effecta ſpectant*, veteribus ſunt θεῖα et ἱερά, Romanis *alma*: notione per ſe quidem non ſatis explicita, ad ſenſum tamen mouendum et tanquam religioſo horrore perfundendum potenti. Apud Apollon. IV, 1170 Ἠὼς δ' ἀμβροσίοισιν ἀνερχομένη Φαέεσσι. ſcriptum olim erat Φαρέεσσι, quatenus κροκόπεπλος eſt. At idem II, 671 dixerat Φάος ἄμβροτον, cf. I, 519. 520.

Transiere hae notiones etiam ad alterum νέκταρ, νεκτάρεον. Sic νεκτάρεον ἔανὸν, Il. Γ, 385 et νεκτάρεον χιτῶνα Σ, 25 legimus, ſeu θεῖον ſeu ſuauiter ſenſum odoris afficientem; Apollon. III, 1008 νεκτάρεον μείδησε dixit, *dulce*, idemque permutatis vocibus III, 830 ſq. ἁλοιφῇ νεκταρέῃ Φαιδρύνετ' ἔπι χρόα. Idem ἀμβροσίην αὐδὴν dixit *dulcem*, I, 512.

Digitized by Google

IN LIBRVM II. ILIADIS
VARIAE LECTIONES
ET OBSERVATIONES

1. Ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε. — ἄλλοι. debuit appoſita eſſe ξ— nam Zenodotus legiſſe memoratur ᾆλλοι vel ex eius ſententia ἄλλοι. putes fuiſſe ἄλλοι, nam eſt οἱ ἄλλοι. Ita et alibi ſcribitur, et ᾆλλοι. v. ad Herod. II, 14. Verum Iones molliiſſe ſpiritum feruntur. In Homero Zenodotea lectio locum non habet, quod euincit ratio, per ſe valida, a grammaticis adiecta: ὁ δὲ ποιητὴς ἀσυνάρθρως ἐνφέρει. *poeta articulis haud vtitur.* Sch. Ven. A. B. Add. Schol. Apollonii I, 1081. Etymol. in ᾆλλοι qui eadem habet, et Apollon. de Synt. p. 43. ed. Sylb. et p. 11, 28. Vulgata vbique eſt lectio ἄλλοι, etiam apud Lucian. Icarom. 28. Alia v. ad Λ, 288 vbi et Barn. et ad E, 396.

Interpunxi poſt ἄλλοι μέν ῥα, vt distributiue ſubiiciatur: alii, ſcilicet dii hominesque; non vero *dii et homines alii praeter Iouem.*

ἱπποκορυσταί. ſuper etymo et ſignificatu varia in Scholiis, Etym. et Euſtath. occurrunt, quibus praeiit Apollon. Lex. h. v. Si κορυστὴς eſt qui ſe armis induit, armatus, et χαλκοκορυστὴς, qui armis ex aere pugnat, de grauis armaturae milite: ſequitur ἱπποκορυστὴν eſſe τὸν ἀπὸ τῶν ἵππων μαχόμενον, *de curru*, non vero τὸν κορύσσοντα, ὁπλίζοντα ἵππους. Apion ad κόρυθας male retulerat ἱππείαις θριξὶ κεκοσμημένας. cf. Porphyr. Qu. Hom. 15.

2. ξ— propter τὸ νήδυμος. v. mox. Δία δ' οὐκ ἔχε, κατελάμβανε. Putarunt grammatici hoc repugnare verbis ἔνθα κάθευδ' ἀναβὰς extremi verſus rhapſodiae primae;

Digitized by Google

et fuit ea vna ex Quaeſtionibus Porphyrii; v. Sch. Leid. facilis tamen reſponſio, ſi is verſus de conatu accipitur. παννύχιον mſ. Mori. Galen. Protrept. 11 verſus hos ad athletas transfert, et interponit alium ex K, 2. De etymo vocis νήδυμος, quod idem eſſe quod ἡδύς manifeſtum eſt, plurima argutantur grammatici in Schol. Etymol. Euſtath. ipſe Apollon. Lex. Add. Heſych. e quo et ex Euſtathio apparet, alios h. l. legiſſe ἔχεν ἥδυμος. — Metaphoram in hoc verſu notat Ariſtot. Poet. c. 25 τὸ δὲ κατὰ μεταφορὰν εἴρηται. οἷον· Ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες — εὗδον παννύχιοι. Quaeſita metaphora eſſe videtur in hoc quod diis ſomnus tribuitur. Nec aſſentiendum Tyrwhitto, qui ſeqq. verſus ex Jl. K cum hoc coniungendo delabitur ad emendationem ac ſuſpicionem de diverſa lectione, quae olim hic fuerit: v. ad K, pr. In voc. νήδυμος ὕπνος aliquoties ludit Lucianus: vt Tim. 6.

3. Φρένα, ὡς. Ingratus hiatus. Bentl. emendat πῶς. Si recte ſentio, hoc non eſt Homericum. Malim κατὰ Φρένας mutatum, quia alterum frequentius occurrit. Eſt tamen et alterum Jl. O, 61 λελάθῃ δ' ὀδυνάων, αἳ νῦν μιν τείρουσι κατὰ Φρένας· αὐτὰρ Ἀ. Et de mente vti dictum κατὰ Φρένα καὶ κατὰ θυμὸν, ſic νοήματα καὶ Φρένας ἀνδρῶν Od. Θ, 559. Eſt quoque in Sch. A. expreſſum: βραχὺ διασταλτέον μετὰ τὸ Φρένας, καὶ, τιμήσῃ.

4. τιμήσῃ ὀλέσῃ δὲ πολέας — τιμήσῃ. Alii ap. Schol. A. B. L. γρ. τιμήσει et quidem optatiue (ergo: τιμήσει') at ὀλέσῃ ſubiunctiue eſſe accipiendum; adiicitur in Scholiis: ὡς τὸ „λόχον τελέσει Ἀγαμέμνων." Eſt Δ, 178 χόλον τελέσει Ἀ. Verum Homericum eſt, aoriſtis ſubiunctivis vti vel ſolis vel cum ἄν et κε, pro futuris. Eſſe porro pro ὀλέσας τιμήσῃ monet Sch. Leid. ad X, 467.

Zenodotus legerat πολὺς, aut πολῦς, (pro πολύας puto) debuitque adeo praefixa eſſe ξ-. Male, non videns, βότρυς, βότρυος, βότρυας, βότρυς, formare poſſe, non πολὺς, quod πολέος habet, non πολύος. Eſſe autem πολέας pronuntiandum binis ſyllabis, vt πολεῖς, vix neceſſe monere.

6. πέμψαι ἐπ' Ἀτρεΐδῃ — ξ Nil in Schol. A. reſpondet ſigno, niſi quod monetur, non retrahendum eſſe accentum: πέμψαι ἔπ'. At in Codd. Barocc. Laud. et vn. Vindob. πέμψαι ἐπ' Ἀτρεΐδην Ἀγαμέμνονα. quod per ſe et ipſum bene dictum eſſet. Super οὖλον Ὄνειρον incredibile eſt, quam varia comminiſcantur grammatici ap. Euſt. Schol. Etym. Suid. Heſych. (quem et Bentl. citat in Οὖλον et vitioſo Θύλον) quibus praeiuit Apollon. Lex. h. v. aliis οὖλος eſt ὁλοὸς, ὁλέθριος, quod ſane ſimpliciſſimum, aliis ὑγιὴς, (vnde et Apollinis nomen eſt οὔλιος. v. Strab. XIV p. 942. A. et Menander apud Macrob. I Sat. 17.) aliis ἀσαφὴς et ὕπουλος, etiam ἀπατηλὸς, ſcilicet ex contextu, aliis στρεβλὸς et σκολιὸς, quaſi ab ἕλω, εἱλέω, inuoluo, inflecto. (poſſit hoc aliquis ad Somnum διεστραμμένους τοὺς πόδας ἔχοντα ap. Pauſan. V, 18 referre) De obſcura hac et varia vocis vi cf. inf. ad P, 756. adde Callimach. in Iou. 52. in Di. 247. Ipſos iam veteres Alexandrinos ignoraſſe quae vocis vis h. l. ſit, ſatis apparet; ipſa ſententia admittit, vt ſit ὁλέθριος, aut quod Etymologus apponit, ὁ ἐπ' ὀλεθρίοις πεμπόμενος. Mox ipſe Iupiter eum alloquitur, οὖλε Ὄνειρε. Putandum igitur, varia eſſe ſomniorum genera, aliud verorum, aliud falſorum; hi in fraudem et perniciem inducunt, ſunt ὀλοοὶ, οὖλοι.

Ita tamen exſurgit difficultas metrica ex hiatu hoc verſu et v. 8 βάσκ' ἴθι οὖλε, qui vtroque loco arguere videtur, fuiſſe pronuntiatum olim per digamma ϝουλος. Sicque ſtatuebat Bentl. Sane ſi compares alterum Θ, 399 βάσκ' ἴθι, Ἶρι ταχεῖα, eſt aperte ϝιρι. Qui defendunt vſum hiatuum in ipſo Homero (nam de aliis poetis non quaerimus) reponent, nullum aliud veſtigium, nec vſus, nec etymi, in hoc voc. eſſe. Niſi hoc elici poſſe dicas ex paullo ante memorato ἕλω, quod ϝελω fuiſſe ſatis conſtat, inuoluo, opprimo, forte et, euerto. Rich. Payne Knight ſuſpicabatur p. 91 antiquam ſcripturam fuiſſe ὁ. λοϝος adeoque h. l. ſcriptum, Ἀγαμεμνον' ὁλοϝον ονειρον,

et vſ. 8 *βασκ' ἰθ' ὀλοος, ονειρε.* Nondum in his video aliquid, cui ſatis conſidere poſſim.

8. ξ— *βάσκ' ἴθι* Sch. A. *παρακλήλως.* Gell. XIII, 24 *quis tam obtuſo eſt ingenio, quin intelligat, βάσκ' ἴθι, οὖλε Ὄνειρε, καὶ βάσκ' ἴθι* (male *ἴθ'* expreſſum) *Ἶρι ταχεῖα. verba duo idem ſignificantia non ſruſtra poſita eſſe ἐκ παρακλήλου, vt quidam putant, ſed hortamentum eſſe acre imperatae celeritatis.* Tyrannio legerat *ὑφ' ἓν, βάσκιθι*, contra quem disputant A. B. L. Amſt. Reg. Monent iidem diſtinguendum eſſe in fine verſus. add. Euſtath. Iunxere ergo alii *ἴθι — ἀγορευέμεν.*

9. *ἐλθὼν ἐς κλισίην — πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορευέμεν.* Videri poteſt requiri *δὲ, ἐλθὼν δ' ἐς κ.* Monet Erneſti omitti δὲ et alibi; et eſſe regium *τὸ ἀσύνδετον* Euſtathius cenſet. Eſt tamen *ἐλθὼν δ'* in Cant. Laud. Vrat. a. et eſt mori Homerico magis conſentaneum, copulas abundare quam eas deſiderari.

10. ξ— Signo nil reſpondet in Sch. A, at ceteri monent, in *μάλ' ἀτρεκέως* contineri excuſationem Homeri, quod bis eadem apponere ſolet, primo ex perſona mandantis, tum a nuntio; qui tamen, vt mox *Ὄνειρος*, prudenter nonnulla interdum interponat, ſecundum illa: *ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται, ὅτ' ἄγγελος ἄῖσιμα εἰδῇ*, Il. O, 207. Poſſent haec ferri ſorte hoc in loco. At locis aliis ſatis multis conſtat ad veterum hominum ſimplicitatem narrandi haec eſſe referenda. Necdum poeta ſtudet variare, quae vno modo bene erant dicta. Bene de hoc more disputat Koeppen ad vſ. 28. In multis tamen locis has repetitiones non primo auctori deberi, ſed rhapſodis probabile, interdum apertum ſit.

Porro verſus cum vſ. 75. et Δ, 66 ap. Lesbonactem p. 185 pro exemplis laudantur infinitiui pro imperatiuo; figuram Ionico - Doricam idem inepte appellat. Eſt ellipſis vocis alicuius, *μέμνησο, κέλευσον*, aut ſimilis alterius.

ἀτρεκέως eſſe *ἀκριβῶς, exacte*, apud Homerum et Hippocratem hoc verſu adſcripto docet Erotianus.

ὡς ἀγορεύω vn. Vindob.

11. Θωρῆξαί ἑ κέλευε κάρη κομόωντας Ἀχαιούς. Primo nunc loco occurrit epitheton quod Achiuorum morem declarat, alendi capillos: quod adeo in aliis populis, forte in ipsis Troianis, diuerso modo se habere debuit. Mansisse istum morem saltem inter Argiuos ad seriora tempora colligo ex Herodoto I, 82 vbi post pugnam ad Thyreas Argiui a Lacedaemoniis victi ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου κατακειράμενοι τὰς κεφαλάς. sed videndus totus locus. Verum nihil est, in quo tantopere variaverit mos quam in coma alenda et ornanda.

De scriptura ad h. l. nil monetur; editur vulgare vna voce καρηκομόωντας etiam h. l. e Venetis. At aliis locis diuisim editur, vt inf. 323. 443. et passim monetur, diuisim scribi κάρη κομόωντας, v. c. a Sch. Lips. ad B, 443. Et hoc melius; nam illa composita pruritui grammaticorum in hoc genere locupletando deberi manifestum fit. v. Exc. ad A, 164.

12. Mirum in modum laborarunt veteres, (v. Sch. B.) in excusando Iouis mendacio: quod Plato, tanquam philosophus, recte reprehenderat de Rep. II. extr. nec vident esse hoc ex sensu priscorum hominum dictum, qui diis tribuebant omnia humana, etiam consilia bona et praua, nullo ethices respectu. Est Iouis absoluendi modus mirificae subtilitatis hic: non attendisse Agamemnonem ad vocem πανσυδίῃ, adeoque, Achille non assumto, absoluisse Iouem a mendacii inuidia, cum non omnia de imperatis fecisset; tum male Agamemnonem accepisse vocabulum νῦν, quasi hoc ipso die: ap. Eustath. et Macrob. So. Scip. I, 7. Atqui totum Iouis consilium in fraude faciendi vertitur.

πανσυδίῃ ab Aristarcho est; et sic plures ac meliores ἐκδόσεις Sch. A. Habuere ergo aliae πασυδίῃ vel πασσυδίῃ. hoc etiam codd. Mori, Barocc. Harl. Eton. a m. sec. Mosc. 2. et ed. Ald. 2. cum profectis ex ea edd. Rediit ad πανσυδίῃ Turneb. Steph. In Hesychio vtrumque occurrit; at in Apollon. Lex. solum πανσυδίῃ, μετὰ πάσης

πουδῆς. συθῆναι γὰρ τὸ ὁρμηθῆναι. Eustathius ait παστυδίῃ esse veterem scripturam; perperam haud dubie; nam antiquiora sunt aspera, mollior vero pronuntiatio est serioris aeui. Ceterum vox aduerbii vim sustinet, (v. Etymol. h. v.) cum sit proprie σὺν παυσυδίῃ ὁρμῇ.

νῦν γάρ κεν ἕλοι πόλιν. Si scholion bene se habet, est haec Zenodoti lectio, cum in aliis esset ἕλοις, oratione immutata; quod et ipsum bene se haberet. Potest tamen ἕλοις huc retractum videri ex vs. 29. 66. Erat ἕλῃ in Mori et Barocc. At requiritur modus dubitandi.

14. ἐπέγναμψε γὰρ ἅπαντας Ἥρη λισσομένη. Etymol. in γνάμπτω, ἐπέγναψεν cum Lipsi perpetua varietate in hac voce; vt inf. 31. Γ, 348. Η, 259 et sic porro. v. sup. ad A, 569.

15. Τρώεσσι δὲ κήδε' ἐφῆπται. Iterum inf. 32 hoc hemistichium occurrit, vnde huc illatum esse suspicari licet. Nam Aristoteles ex h. l. laudat: δίδομεν δέ οἱ εὖχος ἀρέσθαι quae verba, etsi infra quoque Φ, 297 a Neptuno proferuntur, hoc quoque loco lecta esse necesse est, si quidem Aristot. de Sophist. Elench. I, 4. vbi modos respondendi ad argumenta, quibus redarguitur aliquis, enarrat, est et προσῳδία, h. e. pronuntiatio per tonum seu accentum: καὶ τὸ περὶ τὸ ἐνύπνιον τοῦ Ἀγαμέμνονος, ὅτι οὐκ αὐτὸς ὁ Ζεὺς εἶπε· δίδομεν δέ οἱ εὖχος ἀρέσθαι, ἀλλὰ τῷ ἐνυπνίῳ ἐνετέλλετο διδόναι. Similia leguntur de Poet. 25 κατὰ δὲ προσῳδίαν. ὥσπερ Ἱππίας ἔλυεν ὁ Θάσιος τὸ· δίδομεν δέ οἱ. Vt haec recte intelligantur, tenenda sunt, quae ad vs. 12 monui, laborasse veteres in dignitate Iouis tuenda, vt perfidiae et mendacii crimen auerterent; quod tamen efficere non potuere. Itaque vbi Iupiter dicit: *nos Agamemnoni hoc concedimus, vt Troianos vincat:* id quod tamen secus euenit; ne mentiri videatur Iupiter, excogitauit Hippias ea ita esse accipienda, vt non δίδομεν, *damus*, sed διδόμεν, pro διδόμεναι, διδόναι, legatur: vt *Somnium haec nuntiet*, de suo, non *Iupiter promittat.* Est sane frigidum commentum hoc et ineptum; etiamsi ita acceperis, vt infinitum sit

Digitized by Google

pro imperatiuo, δίδου; et poeta haud dubie ipsi Ioui hoc tribuerat, et recte legebatur: δίδομεν δέ οἱ (δε ϝοι) εὔχος ἀρέσθαι. Etiam Bentl. hoc probabat. Auigit quoque haec Tyrwhitt ad Aristot. de Poet. p. 204.

19. De ὕπνος ἀμβρόσιος ad h. v. Etymol. h. v. θεῖος, θαυμαστὸς — ἢ ὁ ὑγρὸς nulla constanti ratione. v. Excurs. ad A, 529.

20. στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς (Ὄνειρος). Sic de Patroclo per quietem viso inf. Ψ, 68 et K, 496 κακὸν γάρ ὄναρ κεφαλῇφιν ἐπέστη. Item Il. Ω, 682. Od. Δ, 803. Hoc idem etiam in visis obseruatum videmus; sic Vlyssi Athene στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπε, et apud Apollon. IV, 1550 Nymphae Libycae ἔσταν ὑπὲρ κεφαλῆς μάλ' ἐπισχεδόν. Sequuntur idem alii poetae, vt dicant adstare somnia capiti dormientis: v. c. Hylas puer Herculi ap. Valer. Fl. IV, 24 *Stansque super carum tales caput edere voces* visus est. Inde et Iris Didoni *supra caput adstitit* Aen. IV, 702. Etiam apud Herodot. VII, 17 τὸ Ὄνειρον ὑπερστὰν τοῦ Ἀρταβάζου, (quem locum respicit Eustath. ad Odyss. Δ, 803) apud eundem tamen paullo ante est ἐπιστὰν, quod sollenne apud eum est ἐπέστη οἱ Ὄνειρον, vt V, 56. I, 34.

Νηληΐῳ υἱῖ pro Νηλέως παιδί, nota nunc res, etiam e Latinis poetis. υἱῖ cf. inf. ad Π, 177. Νηλείῳ vulgari forma laudatur in hoc versu ap. Plutarch. de nobilitate p. 175.

22. θεῖος Ὄνειρος. Sch. A. γρ. καὶ οὖλος Ὄνειρος, quod et Mosc. 2. habet cum vno Vindob.

Grauius est alterum: τῷ μιν ἐεισάμενος, quae si iunguntur, vitiosa est oratio; nam εἰσάμενος per se est, se assimilans, nec iungitur casus quartus. Probabile hactenus sit μὲν fuisse scriptum, Clarkio monente ad Γ, 389 et itidem Bentleio censente: τῷ μὲν ϝεισαμενη. Male tamen habet, quod haec formula aliquoties occurrit, et vbique μὶν scribitur. Praestat igitur μιν referre ad προσεφώνεε.

23. Ἀτρέος υἱέ. Oxon. Mosc. 1. Ἀτρέως.

Digitized by Google

24. Οὐ χρὴ παννύχιον — Verſus ſaepe memoratus (cum ſequ. ap. Max. Tyr. diſſ. XXI p. 410.) et variatus: ſtatim ab Aeſchylo Sept. ad Th. pr. Sunt in eum duo progymnaſmata Libanii: T. I. p. 27. Ludicro modo eum expreſſit Theocr. VIII, 66 de cane paſtorali: οὐ χρὴ κοιμᾶσθαι βαθέως σὺν παιδὶ νέμοντα, obſeruante quoque ad e. l. Scholiaſta. Etiam vſ. 25 ſaepe laudatur, vt a Themiſtio Or. I, p. 6. Stobaeo Serm. XLVI, p. 326.

27. ὅς σευ ἄνευθεν ἐὼν ※ — damnatus verſus quia iterum occurrit Ω, 174 opportuniore loco, vnde huc eſt illatus. Sch. A. ὅς σευ, — Grammatici voluerunt ſcribi ὃς σεὺ, A. B. L. opponi enim h. l. Iouem Achilli, qui Agamemnonis non miſeretur. Scilicet de σου enclitico ſaepe ſic ſtatuunt. cf. ad Υ, 334. Porro ἄνωθεν ἐὼν C. ap. Bentl.

28. Θωρῆξαί σε κέλευσε. Spreta forma Ionica Mor. et Barocc. c. vno Vindob. σ' ἐκέλευσε. σ' ἐκέλευε Ven. Lipſ. hic et vſ. 61. cum Townl. et Eton. De πανσυδίῃ et πασσυδίῃ quae iterum v. 29 variant, vide ad 12.

31. ἐπέγναψε ſcribitur et h. l. vid. A, 569. Relinquo ν in ἐπέγναμψεν, tanquam auri ſuauius; an recte neſcio. ἐφ' ἧπται Ven.

33. μὴ δέ σε. edd. vsque ad Turn. Steph.

34. εὖτ' ἄν σε μελίφρων ὕπνος ἀνήῃ. Legit ἀνίῃ Lipſ. Vrat. b. et A. deberet ſaltem eſſe ἀνήῃ, vt ab aliis ſcribitur, vel ἀνείῃ. ſed eſt ἀνῇ, ἀνίῃ· v. Etymol. in ἀνήῃ (nam ſic et ille ſcribit). cf. ad E, 598.

35. ἀπεβήσατο Clarke reduxit; cum ἀπεβήσετο eſſet in Barneſ. quod meliores tuentur codd. in his Ven. Townl. Moſc. 1. 2. Eton. E Schol. B. apparet eam Zenodoti lectionem eſſe ab iſto probatam. Aliis in locis ipſe Ariſtarchus hanc formam probaſſe fertur. Quid h. l. interſit, non video; nam et *discedebat* et *discesſit* narrationi accommodatum eſt; niſi quod ἀπεβήσετο antiquioris vocis ſpeciem habet: noua forma ſubnata vt δύσομαι, ἐδυσόμην et alia. Schol. A. ait: ἀπεβήσετο. εἰ μὲν ἀντὶ τοῦ ἀπέβαινε παρατατικοῦ, διὰ τοῦ ᾰ γραπτέον, ἀπεβή-

σατο. οὕτως Ἐπαφρόδιτος. Non ſatis aſſequor grammaticum. Nam ἀπεβήσετο erit ἀπέβαινε, at ἀπεβήσατο, ἀπέβη. Quod ad edd. attinet ἀπεβήσατο erat in Flor. Ald. 1. tum Ald. 2. induxit ἀπεβήσετο. quod etſi a Rom. Turn. Steph. probatum mutarunt nonnulli ex Ald. 1. vt Oxon. Clarke. Eadem varietas eſt aliis in locis, vt mox v. 48. Conf. V. L. ad Γ, 262. In fine τὸν δὲ λίπ' Schol. br. ap. Barn.

36. ⸗ ſtigme reſpexit alteram lectionem, quae, vt e Schol. Lipſ. intelligo, in aliis fuit ἔμελλον. Hoc itaque Schol. A. in ſuo codice habuit: vt et eſt in vno Vindob. At ἔμελλε Zenodoti lectio fuit. ἆρ' οὐ vitioſe ſcriptum ap. Apollon. Lex. p. 2.

38. ἤδει Schol. br. Mori vn. Vindob. De hoc v. ad A, 70. ἃ ῥ' ὁ Ζεὺς Mori et Barocc. male. νήπιος, οὐδὲ τὰ ἤδη, forma haud ingrata, aliquoties obuia vt M, 113. Υ, 264. 296. 466. Imitatur Virg. *demens qui* Aen. VI, 590. et al. ſequente ἦ γὰρ Π, 46. add. 686. Θ, 177. et al. Sic et σχέτλιος vt E, 403.

39. γάρ ῥ' ἔτι μέλλεν Bentl. adſcripſit, neſcio an ex codice. Eſſet ſaltem Ionicum hoc; at ῥ' inutile, cum littera per ſe geminetur pronuntiando.

40. κατὰ κρ. Schol. br. puto ex interpretatione.

41. ⸗ ὅτι ὀμφὴ ἡ θεῖα κλυδὼν οὐ πᾶσα φήμη. v. Sch. A. Euſtath. cf. Etym.

43. νηγάτεον, pro νεογάτεον, νεωστὶ γεγονὸς a γάω, quod γίνομαι eſt: hoc tenendum vnice inter alia commenta Schol. ad h. l. et ad Ξ, 185. Etymologi et Apollonii Lex. h. v. Porro περὶ δὲ μέγα recte Cant. Eton. Lipſ. tres Vrat. Townl. Moſc. 2. Ven. c. Schol. Euſt. in ſuo cod. tum iam ed. Flor. Deſeruit Ald. 1. et recepit περὶ δ' αὖ, indocte, nam αὖ interpolatorem prodit. Porro ſcribitur paſſim Φάρος, vt et ap. Etymol. quem vide.

44. ὑπὸ λιπαροῖσιν a Wolfio iam in priore edit. repoſitum parente Brunckii monitis ad Apollon. II, 1229 et alibi damnantis ὑπαί, quod et h. l. vulgo habetur. Sane ὑπαὶ omnino tollere velle, nimis arduum videtur, nam

in vſu *ὑπαὶ* fuiſſe, teſtatur *ὕπαιθα*, et ſimilia *παραὶ*, *κατὰ*, in compoſitis. Non adeo vbique natum eſt ex metu metrices labantis *ὑπαί*. Poteſt tamen ſaepe ſubſtitutum eſſe alteri. Et habet h. l. *ὑπὸ* Ven. tum Lipſ. et Euſt. Vrat. a. a pr. m. et A. vn. Vindob. *λιπαροῖσι πόδεσσι*· Heſych. *τοῖς εὐτραφέσι καὶ εὐσάρκοις*. Sch. br. *λευκοῖς καὶ εὐτραφέσιν*. Adiectum *ἢ προαλειφομένοις, ἐν τῷ ὑποδεδέσθαι*. quod alienum ab h. l. add. Euſtath. Eſt h. l. epitheton ornans *candidi* pedes. Verſus aliquoties repetitur.

45. ξ— quia alibi enſis Agamemnonis eſt *ξίφος χρυσόηλον*. (ſcil. Λ, 29. 30.) ſed ſunt haec poetica ornamenta. clauis diſtinctum manubrium habuit enſis. Digamma in *ϝῆλος* locum non habet. v. inf. Λ, 29 — *ἐν δέ οἱ ἧλοι*. Ducta ſane vox ab *ἧμι*.

48. ξ— quod hic dies XXIII eſt; nam X dies effluxerant vsque ad iram regum, et XII per quos dii in Aethiopia commorati fuerant. Sch. A. cf. Not. Legunt *προσεβήσατο* nunc plerique. At *προσεβήσετο* Ven. et Lipſ. a m. pr. Townl. Moſc. 1. 2. duo Oxon. v. modo ad vſ. 35.

49. ξ— quod *ἐρέουσα* pro *σημαίνουσα*. Sch. br. *ἀπαγγελοῦσα. δείξουσα*. cf. inf. Ψ, 226.

50. *κέλευσε* Vrat. a. b. c. Lipſ. et A. Moſc. 1. 2. vn. Vindob. vide modo ad 28.

52. *οἱ μὲν ἐκήρυσσον* — Verſum *παρῳδεῖ* aliquis apud Laert. IV, 64 in Carneade.

53. *βουλὴ δὲ — ϝεσε γερόντων*. Recipienda haec lectio fuit, Bentleio quoque iudice, ſiquidem criticae rationes ſequendae erant. Nam Scholia A. et L. cum Euſt. aiunt, ita plures et meliores *ἐκδόσεις* habere, et in his Ariſtophaneam et Ariſtarcheam; at *βουλὴν* vulgares libros habere cum Zenodoto: quem adeo non omnes librarii deſeruerant. nam *βουλὴν* retinent libri et edd. Etiam ſic legitur in Plutarcho an ſeni resp. ger. pr. p. 789 E. et Stobaeo *π. βασιλείας*. Nec eſt *βουλὴ* niſi in Moſc. 1. e correct. Iam *ϝεσειν* vulgo *ſedendi*, vt ſtatim vſ. 96 notionem habet; nec niſi Ω, 553 legitur: *μή μέ πω ἐς ϝρόνον*

ἵζε. Scholion Leid. eſt turbatum, vt iam Waſſenb. monuit; (quemadmodum et Ven. B.) in eodem traditur ἷζε ab Ariſtarcho ſcribi; vulgo ἵζε, etiam ap. Stobaeum Serm. XLVI, p. 326. rectius vtique, quatenus ἔΦιζε ſcribi ſolet. cf. Etym. in καθῆστο. Et ſic tres Vrat. ſcribunt.

Eſt hic in Schol. Ven. B. inſertus locus ex Ariſtotele, ſimilis iis quae in libro de Poet. 25 περὶ προβλημάτων καὶ λύσεων disputantur. Accuſari ſcilicet poteſt poeta, quod Agamemnonem inducit res in eum locum adducentem, vt parum abeſſet, quin id, quod nolebat, euentum haberet, et vt Achiui re infecta discederent. Reponit ille multa ſubtiliter magis quam conuenienter pro poetae ingenio et antiquitatis ſenſu. Potiora fere ſunt ea quae in Not. ad v. 72 attuli. Ad eundem modum ſubiecta eſt alia criſis ſimilis: quam Porphyrii eſſe ex Schol. apparet. Quam infeliciter autem verſati ſaepe ſint ſcholiorum auctores in excerpendis antiquioribus, exemplum habes in ipſo Leid. qui ad v. 73 locum in breue cogere voluit: εἶδεν αὐτοὺς etc. Emendatiora illa dant Veneti.

54. Πυληγενέος βασιλῆος erat vulgata lectio. In Ven. ſcriptum Πυλοιγενέος quod et Sch. A. B. agnoſcunt, vt ὁδοιπόρος. χοροιτύπος. Sic quoque legerant Schol. br. (ed. pr.) et Euſt. ad h. l. et ad Ψ, 303 vbi hoc idem firmatur. Porro ſchema multis notatum, cum adiectiuum ponitur pro nomine proprio, Νεστορέῃ νηΐ Πυλοιγενέος, pro Νέστορος Πυλοιγενέος. Similiter inf. E, 741 Γοργείῃ κεφαλῇ πελώρου pro Γοργόνος. v. inpr. Euſtath. ad vtrum. que locum. qui exempla quoque e Sophocle memorat, in his ex Oedip. Tyr. 267 τῷ Λαβδακείῳ παιδὶ Πολυδώρου τε pro Λαβδακοῦ.

55. ξ Pro hoc verſu duo habebat Zenodotus: Αὐτὰρ ἐπεὶ ἤγερθεν, ὁμηγερέες τ' ἐγένοντο, Τοῖσι δ' ἀνιστάμενος μετέφη κρείων Ἀγαμέμνων. Addit Scholion, abſurdum eſſe in concilio ſeptem hominum ſurgere dicentem. Atqui ſequitur: ὣς εἰπὼν, κατ' ἄρ' ἕζετο v. 76. ἀρτύνετο exhibet Apollon. Lex. h. v. Vox in Herodoto quoque obuia; et ſeruata apud Argiuos quibus magiſtratus erat

οἱ ἀρτύναι vti et Epidaurii Senatum habebant τοὺς ἀρτύνους de quo docte nuper egit vir doctiſſ. Wernsdorf. ad Plutarchi Quaeſt. Gr. p. 16. Idem verſus legitur inf. K, 302.

56. ※ (deb. ⁘) quod hic idem verſus alio loco (Od. Ξ, 495) male legitur. (Prauum iudicium, quod locus inſpectus docet) Tum Zenodotus legerat θεῖόν μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος. At ἐνύπνιον dici aiunt Sch. A. B. L. pro κατὰ τοὺς ὕπνους. ἐνυπνίως. hoc et Etymol. habet et Schol. Theocriti III, 3. In Moſc. 1. eſt gl. κατὰ τὸν τοῦ ὕπνου καιρόν. Scilicet eſt dictum pro ἦλθέ μοι ὄνειρος κατὰ τὸ ἐνύπνιον, ἐν ὕπνῳ. Alias eſſe poſſet ἐνύπνιον ſc. φάσμα aut ſimile quid. Vtitur hemiſtichio Lucian. in Somn. 5. Ceterum commentatur in hanc Agamemnonis orationem Dionyſ. Art. rhet. c. 8. ſ. 15. (p. 317 R. et iterum c. 9. ſ. 5. p. 328 ſq.)

57. ἀμβροσίην διὰ νύκτα. Sch. br. διὰ θείας νυκτός. Sic quoque Apollon. Lex. h. v. v. Exc. ad Π, A, 529.

60. Pro verſſ. 60—70 Zenodotus breuiora habuit:

ἠνώγει σε πατὴρ ὑψίζυγος, αἰθέρι ναίων
Τρωσὶ μαχήσασθαι προτὶ Ἴλιον. ὣς ὁ μὲν εἰπὼν
ᾤχετ' ἀ.

Contra eum Schol. A. prouocat ad morem poetae, qui mandata repetere iubet nuntium. At reponi poteſt: hoc idem rhapſodorum ſtudio factum eſſe videri. Pendet iudicium noſtrum ex re quam ignoramus. Quaeritur enim, repereritne iſtos verſus Zenodotus in libris bonis, an de ſuo reſinxerit, ne ter eadem verba iterarentur. Grammatici quidem verba ſunt: ὅτι Ζηνόδοτος συντέτμηκεν οὕτως εἰπὼν — Enimuero ne ſic quidem conſtat, ſitne hoc proprie dictum, vt ipſe Zenodotus contraxerit verba, an hoc ſenſu, vt eum breuiora appoſuiſſe ſignificet. Verbo: lectionum varietatem diſcimus interdum ex Scholiis; at lectionum auctoritatem certam vix vnquam. Memorat Zenodoteam lectionem Euſtath. p. 171.

64. ※ — quod eadem verba melius ab Iride ad Priamum pronuntiantur (Ω, 174) Sch. A. Repetita obſeruatio e ſuperioribus ad vſ. 27.

Digitized by Google

65. *θωρῆξαί σε κέλευσε.* Variat lectio et h. l. vti vſ. 28. Harlei. cum Vrat. a. vno Vindob. *σ' ἐκέλευσε.* Venetus *σε κέλευε.* Schol. A. *γρ. καὶ, θ. σ' ἐκέλευε* ſicque Lipſ. Townl. Etiam *παρσυδίη* in aliis.

70. ξ— ad ſtigmen nil eſt quod ſpectet in Scholio. At verba *ὡς ὁ μὲν εἰπὼν* peccant in digamma: *μεν ϝειπων.* Homericum eſſe debuit: *ὣς ὅ γε ϝειπών.* quod etiam Bentl. adſcripſerat.

71. *ὦχετ' ἀποπτάμενος.* Suauiter a Somno ad amorem transtulit Plato Sympoſ. p. 183 E. Steph. *ἅμα γὰρ τῷ τοῦ σώματος ἄνθει λήγοντι, οὗπερ ἦρα, οἴχεται ἀποπτάμενος.*

72. *αἴ κέν πως θωρήξομεν υἷας Ἀχαιῶν.* Non modo Sch. br. verum et Sch. A. volunt Ionice *ω* corripi, cum eſſe deberet *αἴ κε θωρήξωμεν.* Eſt hoc ex iis quae equidem ad ſermonem antiquum nondum ſatis ſubtiliter conſtitutum refero. v. Exc. ad A, 66. cf. inf. ad 258.

72—75. Commentatur in hos verſus Dionyſ. Hal. Art. rhet. c. 9, 5. p. 328.

73. *πρῶτα δ' ἐγὼν ἔπεσι πειρήσομαι, ἦ θέμις ἐστί.* Primo grammaticis debetur *ἐγὼν*, quod ab Homero omnino nusquam profectum eſſe cenſeo. Vide de N *ἐφελκυστικῷ* notata. adſcripſerat quoque Bentleius: *εγω ϝεπεεσσι.* Fuiſſe ſtatuam: *ἐγὼ ϝέπεσι.*

ἦ eſſe pro *ὡς* Sch. A. cum iota ſubſcripto eſſe exarandum. Scilicet alii *ἦ* ſcribebant: v. Euſtath. *εἰ* codd. ap. Dionyſ. Hal. l. c.

Formulae huius, *ἦ θέμις ἐστί*, per ſe quidem ſatis notae, ſenſum h. l. accurate circumſcribere difficile eſt. Sententia poſtulat, vt ſit: tentabo Achiuorum animos, quoad conſultum, conſentaneum prudentiae eſt; ſcil. ne nimium prouehendo verbis conſilium euertat. Atqui vſu ſollenni *ἦ θέμις ἐστὶν* eſt aut, *quoad, vt fas eſt:* vti I, 32 Diomedes Agamemnonem impugnare vult *ἦ θέμις ἐστὶ*, vt fas eſt, vt par eſt. Od. Γ, 187 *ἦ θέμις ἐστὶ, δαήσεαι.* aut eſt, *more ſollenni, vſu.* vti Ω, 652 adeunt principes Achillem deliberandi cauſſa, more ſolito; ſic Ψ, 581. Od. Γ, 45 et ſaepe. Poſſit in his fere locum

obtinere altera ſcribendi ratio ἦ θέμις ἐστὶ, quae occurrit Od. Ξ, 30. flet illa, ἦ θέμις ἐστὶ γυναικός. (Quo etiam referenda eſt nota formula antiqua de conſuetudine cum femina: v. c. I, 134. 276. T, 177.) Atqui neutra ratio huic loco conuenit; non enim *tentare Achiuos verbis* aut fit quoad fas eſt, aut fit more; etſi vulgo ita accipi video; nam in Schol. ὡς νενόμισται. ὡς προσῆκόν ἐστιν. Euſtath. καθὰ θεμιτόν ἐστι. καθὰ δίκαιόν ἐστι. Heſych. ὡς δεῖ. ὡς δίκαιον. ὡς πρέπει. ὡς χρή.

Reſtat vna ratio, vt verba illa ἦ θέμις ἐστὶ non ad πειρήσομαι referantur, ſed ad πρῶτα. primus enim facit verba in concione rex, qui eam conuocauit; hoc facit ille more et vſu ſollenni. Atque ſic formulae notio vulgaris conuenit loco.

74. καὶ φεύγειν σὺν νηυσὶ πολυκλήϊσι. Cum κλεὶς ſit clauis, h. e. ferrum aduncum, immiſſum foramini ad elevandum ſeu remouendum peſſulum, vectem, ὀχῆα, ſeu ὀχῆας transuerſum foribus obductos: κλεῖδες in nauibus ab aliqua ſimilitudine dictae eſſe debent, adeoque foramina, per quae remi demittuntur in mare; voce hinc traducta ad ipſa transtra, quibus inſident remiges ante illa foramina. Eodem forte modo Latinis principio *fori* in nauibus fuere dicti de foraminibus remorum, tum de transtris et de viis inter transtra. At grammatici vocem ducunt a κλᾶν, quod frangitur corpus incuruatum, vt in Scholiis, vel παρὰ τὴν κλάσιν τῶν γονάτων, vt in Etymologo. Sufficit, quod κληῖδες ſunt τῶν ἐρεσσόντων καθέδραι, ζυγὰ, vide Od. N, 76. adeoque νῆες πολυκληῖδες ſunt πολυκάθεδροι, πολύκωπoι. nec aliter Apollon. h. v. et Heſych. At Euſt. aliam rationem comminiſcitur, vt κλεῖδες ſint claui, γόμφοι, quibus trabes iunguntur. Porro grammatici nonnulli πολυκληῖσι ſcripſere, quia κληὶς, κληῖδες ab iisdem ſcribitur. Sic et Moſc. 1. Ex edd. Flor. Ald. 1. exhibet πολυκλήϊσι. ab Ald. 2. illatum πολυκληῖσι quod et Rom. habet et Turn. Prius iterum repetiit Barnes: ſcilicet in his tonus retrahitur, vt in κνημὶς, εὐκνήμις. Diſcenda haec ex Etymol. cf. Euſtath. Schol. inf. ad 175. add. Barneſ.

Digitized by Google

76—83. — *ἀθετοῦνται στίχοι ὀκτώ.* Rationes afferuntur: primo, quod ſtantem Agamemnonem dixiſſe haud probabile eſt: vide ad v. 55. tum, quod ſtolida ſunt Neſtoris dicta; non enim veriora ſunt potentium ſomnia, quam aliorum hominum (nimis argute! nam de fide narrationis agitur; cum Agamemnon, qui per ſomnum ea vidiſſe ait, ſit *ἀξιόλογος ἀνήρ.* nec poteſt *ψεῦδος* nunc de *falſo* ſomnio accipi; non magis quam Ω, 222 vbi idem verſus iteratur; ſed de ſomnio *commentitio*): tertio, quia verſibus his deletis melior eſt iunctura ceterorum. Hoc verum eſt: *ὑμεῖς δ' ἄλλοθεν ἄλλος ἐρητύειν ἐπέεσσιν. ὡς ἄρα Φωνήσας βουλῆς ἐξ ἧρχε νέεσθαι* etc. Ita recte Agamemnon praeit, et eum ſequuntur reges, cum in vulgari oratione vſ. 85 Neſtor ſit *ποιμὴν λαῶν*, cui parent *σκηπτοῦχοι βασιλῆες*; quod in eum non cadit.

77. De epitheto Pyli *ἠμαθόεις* v. Schol. Euſt. Strab. VIII, p. 529 (344) Pauſ. IV, 36. Debuit illud ad ſoli naturam ſpectare, etſi de ſitu Pyli controuertitur. v. inf. ad 591.

78. *ὅς σφιν.* Alii codd. et edd. *ὅ σφιν* et *ὅσφιν* vna voce. Vide ad A, 73.

So. *εἰ μέν τις.* In Schol. ad 76 *εἰ μάν τις.* lapſu tamen librarii.

81. *νοσφιζοίμεθα μᾶλλον* pro *μάλα* (v. Not.) *καὶ ἀπιστοῖμεν ἄν. νοσφίζεσθαι* ſeiungere ſe, animo, nunc etiam ſententia, fide, diffidere, non credere. Seriores eo ſenſu frequentare verbum, vt ſit *ἰδιοποιεῖσθαι*, vt, *νοσφίζεται τὰ ἀλλότρια*, obſeruat Sch. Lipſ. et Euſtath.

82. *νῦν δ' ἴδεν, ὅς.* immo vero *νῦν δὲ ſίδ' ὅς*, praeeunte Bentleio. Porro duo Oxon. ap. Barn. Ven. duo Moſc. Vrat. b. Townl. *ἄριστος Ἀχαιῶν εὔχεται εἶναι.* Sicque legerat Paraphr. monente Waſſenbergio. *Ἀργείων* vitioſe Vrat. a.

84. *ἐξῆρχε* paſſim; vt et tres Vrat. Moſc. 1.

85. Lectum quoque fuit *οἱ δὲ πανέστησαν* Sch. Lipſ. et Euſtath. vt ſit *πάντες ἔστησαν.* quale acumen!

Digitized by Google

87. ※ In Scholiis nihil eſt quo aſteriſcus ſpectet; nec verſus hic alibi repetitur; niſi forte reſpexit grammaticus verſum de muſcis inf. 469. ἔθνεα, vt poeta, dixit pro σμῆνος. ἐσμός. Multa de hoc loco cum Virgilianis Aen. I, 433. VI, 707 comparato ſunt dicta. cf. Clarke. Alia ad Georgica ſunt notata. Ex Aen. XII, 587 et Apollon. II, 130 ſqq. porro ex I, 879 ſq. verba poſſunt illuſtrari.

ἀδινάων eſſe ſcribendum cum aſpero ex ἄδην, ἀθρόως, monent omnes grammatici ad h. l. et alibi; nec improbem, modo per totum Homerum id diligenter obſeruaveris. v. ad E, 203. Discedit ab illis Etymologus, qui ἄδην, ἀδινός, ſeruat, cum Heſych. et Apollon. Lex. Ab hoc redditur ἀδινάων, ἀθρόων καὶ πολλῶν, ἀπὸ τοῦ ἄδην — ἀθρόως, admixtis mox aliis parum probandis. Optime Etymol. τῶν ὁμοῦ καὶ ἀθρόως πετομένων. Propria vocis notio eſt continui ſeu numeri, ſeu temporis, ſeu ad ſatietatem; eſt adeo confertum, denſum; ἀδινὸν κῆρ, Π, 481 natura muſculoſum. At grammatici ex contexto et ſententia ſignificatus ſubiiciunt diuerſiſſimos, in his Apollon. Lex. et Heſych. Ita μῆλ' ἀδινὰ σφάζουσι Od. A, 92. Δ, 320 reddunt τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων, et eſſe volunt ἀδινὸν τὸ λεπτόν. Ita apud Apollon. Rh. I, 1083 ἀδινὰ νωμῶντας Tarrhaeus λεπτὰ reddiderat, melius alii βαθέως. In Il. T, 314 ἀδινῶς ἐνενείκατο Φωνὴν per ῥῆμα redditur. Ex aliis contextis, puto, fluxere notationes τὸ ἄπαλὸν, τὸ ἡδύ, (vt Od. Ψ, 326 Σειρήνων ἀδινάων ἡδυφώνων) τὸ λευκόν. et ipſum γόος ἀδινὸς, ἀδινὸν κλαίειν, per ἐλεεινῶς, οἰκτρῶς et tandem ſimpliciter ἀδινὸς pro οἰκτρὸς dictum occurrit in Apollon. III, 1103 ἀδινὸς μῦθος et 1205 ἀδινῆς μνημήων εὐνῆς. vnde diſſenſus grammaticorum in multis locis de vero ſenſu v. ad Arg. I, 1083. III, 1103. 1205. IV, 1422. Videntur tamen omnia ad primitiuam vocis vim reuocari poſſe; ſi ἀδινὸς eſt continuus, confertus, denſus: γόος ἀδινὸς, deſignat lamenta continua, producta, magna, acuta, ὀξέα, οἰκτρά. cf. ad Σ, 316.

Digitized by Google

Tandem vitia metri insunt in duplici hiatu: ἠΰτε ἔθνεα εἶσι. Verum ϝεθνεα fuisse scriptum aliis exemplis patet. Pro altero ἔθνε' ἴασι scribit Bentl. vt Π, 160 de lupis: καί τ' ἀγεληδὸν ἴασι. vel ἔθνεα πολλὰ vt inf. 459. 469. Tueberis ἔθνεα εἶσι, si ἔθνη seu scribas seu pronunties.

88. αἰεὶ νέον ἐρχομενάων. argutantur in hoc grammatici in Scholiis; e quibus Sch. B. Scholion habet, quod Porphyrii est, obuium idem in Qu. Hom. 24. adde Eustath. et Hesych. in αἰεί. Acquiescendum erat in hoc, multitudinem apum declarari, cum *aliae post alias* cauerna prouolant. Hoc dixit νέον, νεωστί. vt Apollon. Lex. h. v. Sic Latinis, *recens*.

89. ξ haud dubie, quia Zenodotus βότρυν de auis genere interpretatus erat. Traditur hoc in Schol. B. qui locus exscriptus est ex Porphyrii Qu. Hom. 24. At ex Schol. A. seruatum est hoc: ἐπ' ἄνθεσι dictum esse pro ἐπ' ἄνθεα, vt Il. Δ, 251 ἦλθε δ' ἐπὶ Κρήτεσσι. quasi hoc memorabile esset. Est tamen vel sic aliter expediendum; nam iungenda sunt ἐπιπέτονται ἄνθεσιν.

Fuit ϝεαρ. ϝειαρ. ϝηρ, adeoque ἄνθεσι ϝειαρινοῖσι. monuit quoque Bentl. v. inf. ad 471.

90. ενθα ϝαλις obseruauit Bentl. cf. inf. ad I, 137. at idem non animaduerterat hiatum in verbis αἱ δέ τε ἔνθα. Fuit αἱ δέ τοι ἔνθα. Corruptum in nonnullis, etiam in Townl. οἵ τ' ἔνθα.

93. ξ (immo ξ) ὅτι Ὄσσα ἡ θεία κληδών. οἱ δὲ νεώτεροι, ἐπὶ πάσῃ φήμῃ. Prior obseruatio est quoque apud Apollon. Lex. h. v. Hesych. Etymol. et alios: de qua egit Ruhnken. ad Timaeum in Ὄττα. Altera etiam apud Suidam et Etymol. Quod si verum est, non nisi recentiores ὄσσαν de quacunque voce dixisse, necesse est prooemium Theog. Hesiod. esse recentis auctoris; nam in eo est vs. 10 Musae περικαλλέα ὄσσαν ἰεῖσαι et 43 αἵ δ' ἄμβροτον ὄσσαν ἰεῖσαι.

Digitized by Google

Apud Suidam To. I, p. 603 et Schol. Soph. Oed. T. 151 laudatur *Διὸς ἄγγελος ὅσσα δεδήει.* memoriae puto vitio.

Ὅσσα δεδήει. Sch. br. *ἐξῆπτο. διεγήγερτο. ἐφαίνετο.* a *δαίειν, καίειν.* Similia Apollon. Hesych. Etymol. Subest notio studii, impetus, de re quae increbescit, calet, ardet, vt *μάχη, πόλεμος*, et similia ap. Homer. feruet pugna, pugnatur: v. c. N, 736. M, 35. P, 253 et al. In Sc. Herc. 62 *κόνις δέ σφ' ἀμφιδεδήει*, de puluere ab equis et curru moto. Pro his inepta habent Sch. Lipsi. Eust.

Ceterum imperfectis narrationi idoneis interponuntur h. l. plusquamperfecta *δεδήει. τετρήχει.* id quod interdum fit, cum in iis ipsis, quae praeteriere, alia sint serius alia maturius facta. Ad celeritatis notionem haec referunt alii, etiam R. Payne Knight p. 110. vt illud Virgilii: *Sic fata gradus euaserat omnes.* *ὣς εἰποῦσ' ἐβεβήκει.* Contra Illustris Monboddo disputat, contendens a noua verborum forma haec proficisci: *τετρήχω. δεδήω. βεβήκω.* per se non male. At nunc in his locis noua enallage esset in auxilium vocanda, nam praesens *Ὅσσα δεδήει* erit pro imperfecto *ἐδέδηε.*

95. *τετρήχει.* vix putet aliquis, graecos sui sermonis tam ignaros fuisse, vt a *ταράσσω* vocem deducerent, vt factum vides in Schol. Eust. Etym. Hesych. Suida. Manifestum fit, esse a *τράχω* vel *τρήχω*, quod mox factum *τραχύνω*, proprie, si superficies laeuis et plana, vt aequor, turbatur, asperatur; tum de quauis turbatione imprimis animi ex ira. Sic asilus *τετρηχὼς* ap. Apollon. III, 276. *ἔριδες, στοναχαί τε γόοι τε ἄλγεά τε τετρήχασι* IV, 448. vt Lat. *saeuire* de doloribus. Ergo et concio tumultuans, vt inf. H, 345 *Τρώων αὖτ' ἀγορὴ γένετο — δεινὴ, τετρηχυῖα.* quatenus in motu et agitatione est, quod inf. 144 *κινήθη δ' ἀγορὰ, ὡς κύματα μακρὰ θαλάσσης*, et ornatius ap. Apollon. IV, 214—219.

ὑπὸ δὲ στεναχίζετο Ven. et Schol. A. c. Eust. *δ' ἐστεναχίζετο* C. ap. Bentl. Vulgata lectio erat *ὑπὸ δ' ἐστοναχίζετο*, edd. et codd. nisi quod *ὑπὸ δὲ στοναχίζετο* no-

tatum erat ex Sch. br. quibus accedunt Lipſ. Moſc. 1. Eton. et in hoc pronior erat Erneſti, itaque receptum eſt a Wolf. Sane difficile eſt pronuntiare, vtrum antiquius ſit: videtur tamen στενάχω, στεναχίζω, magis Homericum eſſe.

96. ἐννέα — κήρυκες nouem ſeniorum regum. Nomina apponunt Schol. B. Lipſ. Leid. Euſt. — ὅμαδος iam grammaticorum Alexandrinorum aetate vox fuit antiquata: explicant per θόρυβος et παρὰ τοῦ ὁμοῦ αὐδᾶν ducunt, inque iis ipſe Apollon. Lex. h. v.

98. ※ quod male appictum huic verſui, ſpectat forte ad v. 99. cuius hemiſtichium iterum occurrit v. 211.

99. ἐρήτυθέν τε καθ' ἕδρας, quod Wolf. recepit ſic emendante viro docto in Miſcell. Obſſ. pro vulgari καθέδρας vna voce, nunc e Veneto editum eſt. In Schol. br. καθέδρας occurrit; at Apollon. Heſych. Etymol. vocem καθέδραι ignorant. Et Sch. A. κατὰ τὰς ἕδρας memorat. Quod pro hac lectione porro militat, eſt hoc, quod καθέδρα alibi in Homero non legitur; alias nihil ſollennius Homero, quam κατὰ ſubintelligi, κατὰ καθέδρας. Nec vero, ſi grammatici ἐρήτυθεν reddunt κατεῖχον, putandi ſunt omnino actiue illud dictum accepiſſe; ſed ad ſenſum interpretati ſunt: Etym. Heſych. Suidas. Praeiuit iam Apollonius Lex. ἐρήτυθεν. διακατέσχον. v. ad Heſych. in vitioſo ἐράτοθεν, ἀνεπαύσατο. In vno Vindob. corrupte ἐρητύον.

101. Reſpicit locum Pauſan. IX, 40 extr. et Iulianus Or. II. monens poetam celebrare ſplendorem domus Pelopidarum et antiquitatem, quod per tres generationes durauit.

103. διακτόρῳ Ἀργειφόντῃ. διάκτωρ, ὁ διάγων τὰ πράγματα, adeoque etiam τὰς ἀγγελίας. Vocem ab Hemſterh. ad Lucian. T. I, p. 489 eſſe illuſtratam notauit Erneſti. Hactenus notio Mercurii miniſterium in exſequendis mandatis Iouis praeſtantis expreſſa eſſe videri poteſt; etſi ceteroqui Iridis eae partes ſunt per totam fere Iliadem. Acute monere nuper vidi Boettigerum (ad Vaſ. Pict. I,

Digitized by Google

2. p. 113.) iungendum esse epitheton cum Ἀργειφόντης, et ad vnum illud ministerium Argi occidendi referendum. Cum tamen in Odyssea illud saepius, in Iliade non nisi h. l. et Φ, 497, loco haud dubie serioris manus legatur; suspicio alterius generis subnasci potest.

Ἀργειφόντης. Multa afferunt grammatici de etymo. v. Apollon. Lex. h. v. Hesych. Schol. ad h. l. et al. inprimis ad Ω, 24. et primo loco Etymol. Dicendum erat, esse epitheton ex antiquissimis carminibus, sermone nondum satis constituto, Ἀργειφόντης pro Ἀργοφόντης, siquidem respicit caesum Argum πολυόμματον, fabulam antiquissimam, quam symbolicum debuisse sensum habere, quis neget? aut quis absurdum esse iudicet, si caelum astriferum a rudi aliquo poeta sic designatum esse censeat, inprimis cum lunam per Io cornutam declaratam esse manifestum sit. Verum dubito de etymo; etsi verius non suppetit.

105. αὐτὰρ ὁ αὖτε. vt iterum v. 107. vbi vide.

106. ξ— 107. ξ— quod Homerus Atreum et Thyestem noluit amorem fraternum inter se seruasse, neç odia mutua exercuisse.

107. ὁ αὖτε Θυέστα. ὁ pro ἐκεῖνος. At Θυέστα· more Thessalorum et Macedonum vocatiuum pro nominativo positum, tradit ipse Apollon. de Syntaxi p. 213 vt aliis locis similibus alii. Debebant dicere esse formam antiquam flectendi, quam seruarunt serius quoque Thessali. Ceterum ὁ αὖτε, vt paullo ante 105 sine notatione hiatus, vbique lectum video, nisi quod ap. Iulian. Or. II, p. 51 B. vbi locus inde a 101 recitatur, αὐτὰρ ὅγ' legitur.

108. Etiam his vss. 108. 9. 110 praefixa est stigme ξ— De 108 in Sch. A. nil est monitum. de 109 ὅτι τὸ ἑξῆς ἐστι· μετ' Ἀργείοισιν ἔπεα ηὔδα. et 110 quod ἥρωας dixit de omnibus Argiuis.

108. Versum recitat Thucyd. I, 9. et Strabo VIII, p. 571 A. (371 extr.) — ἀνάσσων. Vrat. a. a pr. m.

Digitized by Google

109. τῷ ὅ γ' ἐρεισάμενος, ἔπε' Ἀργείοισι μετηύδα. Haec eſt lectio meliorum codd. Veneti, cum Sch. A. Lipſ. duorum Oxon. Cant. Mori. Moſc. 1. 2. Vrat. A. a. b. Eton. Adde Euſtath. et Paraphr. Idem hemiſtichium legitur inf. I, 16. Vocem μετηύδα etiam habent Sch. br. cum Townl. At edd. inde a Flor. ἔπεα πτερόεντα προσηύδα. Ad ſenſum nil refert.

110. Commentatur in hanc quoque orationem Dionyſ. Hal. Art. rhet. 15. (p. 317.) et iterum p. 332 ſq. ἥρωες Δαναοί. ⸗ quod latius ad omnes Achiuos nomen nunc ſpectat; ad refellendum Iſtrum, qui ſolos reges ἥρωας dici contenderat. Obſeruatio aliquoties in Scholiis recocta. Itaque epicus poeta voc. ἥρως de quocunque viro forti, etiam gregario milite, adhibet.

111. Ζεύς με μέγα Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαθείῃ. ⸗ quod Zenodotus legit μέγας, et quod ſequentia, verſibus 112—118 exciſis in breuius contrahit vſſ. 112 et 119.

Ὦ Φίλοι, ἥρωες Δαναοὶ, θεράποντες Ἄρηος,
Λώβη γὰρ τάδε γ' ἔστι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι etc.

Verſus iſtos exciſos ex Il. I, 19—25 huc translatos eſſe forte arbitratus. Similia notata ſunt ad I, 17 ad quem locum v. Obſſ. Verſibus tamen aegre h. l. carebimus.

Subiectum eſt aliud Scholion Didymi, in quo Zenodotus a reprehenſione liberatur quod ad lectionem μέγας ſpectat; „eſſe enim eam Ariſtarchi; quod docet loco ex eius libello ad Philetam, tum alio loco, quo verſum ἐν Λιταῖς (I, 169) Αὐτὰρ ἔπειτ' Αἴας τε μέγας interpretatur. Eum ducem, ait, ſequuti ſunt Dionyſiodorus Alexandrinus et Ammonius; item Calliſtratus ἐν τῷ περὶ Ἰλιάδος (f. ἐν τῷ ἀ περὶ τῆς vt inf. ad 435); nec Ptolemaeus ὁ Ἐπιθέτης (ἐν τῷ περὶ Ἰλιάδος) inter lectiones Zenodoti, quas interpretatur, hanc appoſuit.“ Agnoſcit quoque μέγας Dionyſ. Hal. Art. l. c. 8. f. 15. c. 9. f. 3. Alterum autem μέγα Apollonius Lex. μέγα, ἐπὶ τοῦ μεγάλως verſu appoſito: legerat quoque ſic Plutarch. tranq. an. p. 471 C. Habet Vrat. b. in marg. γρ. καὶ μέγας.

ἐνέδησε. ed. Ern. ἀνέδησε. vitio typogr.

Digitized by Google

112. σχέτλιος. ἐπὶ δὲ τοῦ Διὸς — τὸν σχετλιασμοῦ ἄξια πράττοντα ait Apollon. Lex. h. v. inter plures notatus. Paria Etymol. tradit. Alia vide ad Σ, 13. Ω, 33.

113. Ἴλιον ἐκπέρσαντ' εὐτείχεον ἀπονέεσθαι. Recitat vs. Maxim. Tyr. diss. XI, p. 191. Explent ἐκπέρσαντα Sch. br. ἐκπέρσαντι Sch. B. et L. vt κερκίδ' ὕφαινεν Od. Υ, 62. Mihi lenius et elisione et iunctura videtur prius.

114. Contra hanc fraudem Ioui tributam insurrexere philosophi. Praeiuit notis versibus Xenophanes apud Diog. Laert. IX, 18. Ex ceteris v. Sext. Empir. Pyrrh. Hypot. p. 58. adu. Gramm. p. 288. adu. Phys. p. 593.

115. δυςκλέα Ἄργος ἰκέσθαι. ⏑– (immo –) quod Homerus δυςκλέα καὶ ἀγακλέα Ionum more pronuntiat; Attici autem δυςκλεᾶ. Sch. B. L. ducunt a δυςκλεεὺς; ita vero esset δυςκλεέα, δυςκλεῆ vel δυςκλεᾶ. Etiam Eustath. ait esse pro δυςκλεέα. Mirum est, homines non vidisse fuisse formam antiquam δυςκλῆς, έος, έα, vt alia ap. Homer. et Pindar. vnde serior forma δυςκλεὴς, cf. ad H, 100.

Attamen in loco nostro, ne hiatus sit, δυςκλέα pronuntiandum est binis syllabis, ac si sit δυςκλῆ, aut scribendum δυςκλέε' Ἄργος ἰκέσθαι. Iterum occurrit I, 22.

116. ※ ⏑– (immo –) quod μέλλει h. l. pro ἔοικε. Et asteriscus, quod versus hinc in Λιτὰς translatus est (I, 23) vbi non bene legitur. Ibidem quoque vs. 17—25 leguntur vss. 110—118. et vss. 26. 27. 28. qui h. l. 139. 140. 141.

117. ὃς δὴ πολλάων. versu vtuntur, recte an perperam, quando de caussa euersorum regnorum et magnarum conuersionum quaeritur: vt Pausan. II, 7. p. 126. πολίων κάρηνα v. not. Ap. Suid. simpl. κάρηνα, ἀκρόπολις, Hesych. ἄκραι. spectant ad h. v.

118. ἠδ' ἔτι καὶ λύσει. Barnes malit καλλύσει pro καταλύσει. quod parum necesse est.

119. ⏑– (immo –) quod πυθέσθαι dixit pro ἀκοῦσαι.

122. – (non ⏑–) quod Troiani numero pauciores fuerunt. Fuere quidem illorum, pergit Schol. A., sine

ſociis L millia (ex Θ, 558. 9. atqui ibi ſocii in computum ſunt aſſumti; notante quoque Euſtathio) Achiuorum autem tradunt CXX millia, alii, quibus Ariſtarchus praeiuit, (Euſtath. p. 190 extr.) CXL millia fuiſſe. Sch. A. L. Leid. Amſt. br. Euſtath. cf. ad 491. Adeo pronis fuere animis ad rerum miracula, etiam vltra epicae poeſeos limites augenda. Atqui in poeta numeri veritas non rimanda eſt; ſpectat is ad hiſtoriae ſubtilitatem. Saepe h. l. reſpiciunt grammatici; vti ad Θ, 558. O, 407,

123. εἴπερ γάρ κ' ἐθέλοιμεν. Barnes: γρ. γάρ γ'. minus bene. vſus poſtulat εἴπερ κε. etſi quaeri poteſt, ſitne potius ἐθέλωμεν legendum: v. Exc. III. ad A, 66.

124. — ἀθετεῖται. inutilem enim eſſe hanc iuris iurandi memorationem in re, quae hyperbolice efferatur Sch. A. Indocte! Eſt enim amplificatio poetica, qua enuntiatum generale ad vnum aliquod exemplum deducitur: ad epulas ſacras. v. Notam.

ὅρκια πιστὰ ταμόντες. reſpicit h. l. Heſych. ταμόντες, ποιήσαντες. συνθέμενοι, et ὅρκια πιστὰ, ὅρκους ἐπὶ πίστεσιν.

Cum tamen primo nunc loco haec dicantur, aliquoties deinceps iteranda, dicendum eſt de his accuratius.

Primum τὰ ὅρκια ſunt intelligenda ἱερεῖα, σφάγια, victimae ad ὅρκον, ad iusiurandum, adeoque ad foedus ſanciendum, adductae. ὅρκια πιστὰ, victimae, quae caeſae fidem faciunt, firmant, πιστοποιὰ, πιστοῦντα, πίστιν ποιοῦντα. Nunc tandem reddi poſſunt βέβαια, vt ap. Heſych. Tandem ὅρκια ταμόντες, quod et apud Herodotum occurrit, vt IV, 70. eſt victimas iuris iurandi firmandi cauſſa caedentes. ταμεῖν, ταμέσθαι, τάμνειν, vſu antiquo fuit pro ἀποτάμνειν τὸν στόμαχον τοῦ ἱερείου, vt plene eſt Γ, 266 ἦ, καὶ ἀπὸ στόμαχον κάπρου τάμε νηλεῖ χαλκῷ. et ſimiliter Γ, 292 ἦ, καὶ ἀπὸ στομάχους ἀρνῶν τάμε νηλεῖ χαλκῷ.

Omnium horum immemores grammatici ὅρκια reddunt ὅρκους ἐπὶ πίστεσιν, et ταμόντες, ποιήσαντες, συνθέμενοι, vti ap. Heſych. vbi v. ad ἔταμον. Sch. br. δι' ἐν-

τόμων ποιήσαντες. cf. ad Γ, 73. Eustath. ad Γ, 245, p. 411 καὶ τὸ ταμεῖν παρ' Ὁμήρῳ καὶ Ἡροδότῳ τὸ θῦσαι τὰ ἐπὶ ὅρκῳ σφάγια δηλοῖ. Ernesti recte quidem monebat ὅρκια τάμνειν non proprie esse, foedus facere, sed victimas ferire, foederis caussa, vt θύειν γάμους, (pro διὰ τοὺς γάμους) nuptiarum caussa sacra facere. At sunt haec diversa; non enim dictum est τάμνειν ὅρκους. Etsi alio modo τὸ ὅρκιον (ἱερεῖον) poni potest ad ipsum ὅρκον et συνθεσίαν denotandum, vt inf. 339. Δ, 158 et al.

125. Τρῶας μὲν λέξασθαι, ἐφέστιοι ὅσσοι ἔασιν. ξ- quod λέξασθαι hic nec positum est ἐπὶ τοῦ κοιμηθῆναι, nec ἐπὶ τοῦ καταριθμηθῆναι, sed ἐπὶ τοῦ συλλεγῆναι καὶ ἀθροισθῆναι ἐν τῷ αὐτῷ. Recte haec ad vsum Homeri; nam de accubitu ad mensam ab eo non frequentatur. Et porro: quia ἐφέστιοι, ὅσοι ἑστίας, τουτέστιν οἰκίας, αὐτόθι διαμένουσι· *in domo habitant.* Quod ad prius, sensum esse videtur velle grammaticus: *si velimus in vnum locum cogere, colligere, omnes Troianos.* nisi λέξασθαι voluit esse, *colligere se, conuenire,* συλλεγῆναι. Alii accipiunt λέξασθαι pro ἐπιλέξασθαι et ἀριθμήσασθαι Sch. br. Eust. et λέγειν per ἀριθμῆσαι declarat Schol. Lips. Singulare est, quod Grammaticus, quem Hesych. exscripsit, ἀριθμηθῆναι putauit esse posse idem ac ἀρθμῆναι· ait enim: ἀριθμηθήμεναι, εἰς φιλίαν ἐλθεῖν quod ad h. l. spectat. At ex Aristarchi λέξεσιν ἐκ τῶν ὑπομνημάτων laudatur: ἐὰν καὶ τὰ παιδία καὶ τοὺς πρεσβύτας ἀριθμήσωσιν, οὐ μὴν γένωνται ὅσοι ἡμεῖς. τοῦτο δέ ἐστι κατοικιτίδιοι καὶ ἄναυλοι. καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ (Ζ, 265) πᾶσιν γὰρ ἐπίστιός ἐστιν ἑκάστῳ. ὡσεὶ κατάλυμα παρὰ τῇ νηΐ· Visa est ipsi adeo ἐφέστιος et ἐπίστιος eadem vox esse. Sed cur pueros et senes adsciscere voluerit Aristarchus et alii eum sequuti, non apparet. Nam ἐφέστιοι, ἔποικοι, sunt qui in vrbe habitant, exclusis sociis. cf. 130. 131. non autem, qui in domo aluntur.

Iam Τρῶες a nonnullis lectum esse notat Eust. vt responderet alteri ἡμεῖς δὲ, cum ordinem verborum constituendum non perciperent: de quo v. Notam. Τρῶας

μὲν λέξασθαι sc. εἰ ἐθέλοιμεν, debebat pergere διακοσμηθῆναι. Sed mutauit alterum εἰ διακοσμηθεῖμεν, reliquit alterum pro εἰ λεξαίμεθα h. e. ἐπιλεξαίμεθα. — Tandem ἔασσιν vitioſe nonnulli, ex Rom. et Ald. 2. emendauit Turn. et Steph. Et ſaepe monitum male duplicari ſibilum, cum ſyllaba per ſe ſit producta.

126. ἡμεῖς δ' ἐς δεκάδας διακοσμηθεῖμεν voluere nonnulli accipere pro διακοσμηθῆναι. At ſic ſcribere debuere διακοσμηθῆμεν· quod etiam habet Vrat. b. et duo Vindob. Verum eſt pro διακοσμηθείημεν, optatiue. Quod autem ex Ariſtotelis Πολιτείαις haec aduocant, non plures quam decem eſſe conuiuatos, alienum eſt: nam hic tantum numerus certus definiendus erat.

127. ἕκαστον. Ixion legerat ἕκαστοι. abſurde. A. et Lipſ.

130 ad 133. — ἀθετοῦνται verſus quatuor; nam debet dicere, omnes Troianos omnino, et oppidanos et ſocios, minores numero eſſe Achiuis. cf. V. L. Θ, 56 vbi eſt Τρῶες ὠπλίζοντο παυρότεροι. Hoc vtique hactenus recte animaduerſum; nam ſuperiores ſententias per haec adiecta iterum tolleret Agamemnon et conſilio ſuo contraria diceret: ſi volebat dicere: Troianos omnino numero Achiuis eſſe inferiores; vt dedecori his ſit, re infecta redire; ita vt ſimul tacite innueret, rem perpetratu foro facilem. Ita vero grammatici non obſeruarunt, Τρῶας vſ. 125 dictos eſſe proprie, qui Troiam tenent, ἐφέστιοι ὅσσοι ἔασιν, oppoſitis ſociis, qui numero potiores Troianorum opes ampliores faciendo Achiuos ſucceſſus ſpe fruſtrantur. Non itaque iis parendum eſſe cenſeo.

131. πολλέων ἐκ πολίων — ἔασιν. Notatum πολέων ex Lipſ. ferrem ſi eſſet pro πολίων. Pro πολλέων tamen ſic laudatur verſus inf. Schol. et Porphyr. ad Θ, 56. Recte autem πολλέων, vt femininum genus conſtaret; idque et aliis locis obſeruatum videbis. ἐπίκουροι Troum, ſocii, σύμμαχοι dicti Achiuorum, e mente grammaticorum: ſic Sch. Ammon. p. 55. potius, hi ἐπιστρατευόμενοι, illi βοηθοῦντες τοῖς πολεμουμένοις. — Porro ἔασι· in altera Ari-

Digitized by Google

ſtarchi editione erat ἔνεισι. Et ſic Calliſtratus (iam ad vſ. 111 laudatus) ſcribit ἐν τῷ περὶ Ἰλιάδος. (ſ. ἐν τῷ δ περὶ τῆς Ἰ.) Similiter inf. Ε, 477 οἵπερ τ' ἐπίκουροι ἔνειμεν.

133. Ἰλίου ἐκπέρσαι εὖ ναιόμενον πτολίεθρον· Erat Ἴλιον ſcriptum in Commentariis Ariſtarchi, quibus Ariſtophaneas lectiones excuſſiſſe videtur. (ἐν τοῖς κατ' Ἀριστοφάνην ὑπομνήμασιν.) Et praeferunt lectionem grammatici A. B. L. quae et habetur in edd. inf. Z, 402. Sane parum refert. εὐναιόμενον, vna voce vulgo. v. ad A, 164. Malim ipſe ἐὺ ν.

134. ἐννέα δὴ βεβάασι — ἐνιαυτοί. Reddunt διῆλθον. παραβεβήκασι. παρεληλύθασι. Sunt verba propria. Ex Clarkii ſubtilitate grammatica proprie eſſet, *anni eunt*: h. e. annus nonus it, agitur.

135. Obſeruant quod in eodem verſu neutrum plurale cum ſingulari et cum plurali verbi iunctum eſt: δοῦρα σέσηπε et σπάρτα λέλυνται. Inter exempla figurae Pindaricae (v. c. ἀρχαὶ τέλλεται Ol. IX, 5) refert δοῦρα σέσηπε Lesbonax p. 184. Sic ſane omnia neutra pluralia cum verbo ſingulari iuncta ad idem ſchema referri poſſunt. Adeo autem exoleuerant haec, ſeu plurale verbum cum neutro plurali iunctum ſeu voc. σπάρτα, vt Sext. Empir. adu. Grammat. p. 260 dicat, „ridiculum fore, qui ſic loquatur.“

In σπάρτα dubitationem mouerat Varro ap. Gell. XVII, 3. qui Hiſpanicum ſpartum, ex Hiſpania Romam aduehi ſolitum, in animo habebat, adeoque negabat, Homero illud notum eſſe potuiſſe, et contendebat σπαρτὰ acuendum eſſe, vt ſint, *res ſatiuae*. Verum docuere viri docti, σπάρτον fuiſſe nomen commune plurium fruticis vtilis generum. Perperam σπάρτα ex σπαρτία contractum eſſe vult Etymol. nam eſt σπάρτον, σπαρτίον, vt σχοῖνος, σχοινίον. Prouocat quoque ad h. l. Schol. Eurip. Or. 536.

136. αἱ δέ που ἠμέτεραι τ' ἄλοχοι. Bentl. eiectum volebat τ' ſcilicet vt mollior procederet verſus; etſi no-

Digitized by Google

rat vſum illum τε — καὶ in binis membris Homericum eſſe.

137. εἵατ' ἐνὶ μεγάροις. Quam ignari rei metricae fuerint ſeu grammatici ſeu librarii, docet vel hic verſus, cum in plerisque ſcriptum ſit εἵατ' ἐν μ. etiam in Veneto; vbi Sch. A. „γρ. καὶ εἵατ' ἐνί." Erat alterum hoc editum ſtatim in ed. Flor. et Ald. 1. et in Rom. Mutaverat ex Schol. br. ſuſpicor, forte et ex Euſtathio, Ald. 2. in εἵαται ἐν μ. quod retinuere edd. vsque ad Erneſtium, qui adſcripſerat alteram lectionem ex Lipſ. mſ. et verſum ita εἵατ' ἐνὶ concinniorem eſſe recte iudicauerat. Sicque edidit Waſſenberg. Wolf. Accedunt mſſ. Vrat. b. c. A. Moſc. 1. cum vno Vindob. nam in ceteris variae ſunt deprauationes. Nec vero de αι eliſo dubitari poteſt, et εἵατ' ἐπὶ occurrit inf. Σ, 504 et al.

138. ἄμμι δὲ ἔργον αὔτως ἀκράαντον. αὔτως noto vſu, ſic, δεικτικῶς, ſicut res eſt, cum notatione h. l. rei infectae. Grammatici tamen modo ὡσαύτως reddunt, modo ὁμοίως, modo ἀκμὴν, vt: λευκὸν ἔθ' αὔτως (Ψ, 268) vti Sch. L. αὔτως Eton. quae varietas alibi obtinet.

Porro huic verſui in Veneto appictum ⊆ debuit eſſe ⊃ περιεστιγμένον, quod declarare debuit, eſſe tautologum aliquid. An credidit grammaticus, verſum eſſe otioſum? propter 120 ſqq.?

οὔ εἶνεκα. Corripi οὔ cum circumflexo ante vocalem quomodo ab aure Ionica obtineri potuerit, miror; etſi iterum occurrit Σ, 171. Ξ, 427 et N, 275 οἷος binis brevibus, vbi Barnes duo alia loca memorat Il. Σ, 105. Od. H, 312. In aliis medela parata erat, vt inf. 205; at ſunt alia loca, quae conatum reprimunt, vt inf. 296 τῷ, οὐ.

ἀκράαντον. ἀτελείωτον Heſychio reſtituit Bentl.

141. οὐ γὰρ ἔτι Τροίην αἱρήσομεν εὐρυάγυιαν. Schol. Lipſ. docet, verſum eſſe ſublatum a nonnullis, quia omnem dubitationem tollit, an Troia capi poſſit, adeoque Agamemnonis conſilio aduerſatur; ita enim Achiui pro explorato habere debebant, discedendum eſſe. Et-

Digitized by

Iam Euſtath. *οἱ παλαιοὶ ὀβελίζουσι.* Tollit quoque verſum Bentleius.

142. *τοῖσι δὲ θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ὄρινε.* Apollon. Lex. *ὄρινε, γενικῶς, τὴν ψυχὴν ἐκίνησε διὰ τὸν λόγον. (διὰ τοῦ λόγου) οὐκ ἐρωτικῶς νῦν ἀλλ' ὀργίλως.* Contra Heſych. hoc eodem verſu appoſito: *διήγειρε τὴν ψυχήν. ἐκίνησεν. οὐ κατὰ ἀπειλήν* (ſcilicet, vt alibi dictum occurrit v. c. N, 414. 415.). Praeſtat accipere: eum perſuaſiſſe Achiuis, discedendum eſſe. Malim tamen, commouiſſe eum animos, vario affectu, inprimis deſiderio patriae. Verſum recitat Galen. de Hippocr. et Plat. plac. III, 2. vbi de animi ſede disputatur.

143. — Damnatur et hic verſus, quia otioſe interpretatur ſuperiorem. Nec tamen omnino otioſus videri forte poteſt; declarat enim partem concionis, ſcilicet eos, qui verum Agamemnonis conſilium ſcire non poterant. Etſi verum eſt, ſimilem verſum eſſe tot aliis a rhapſodis ſubiectis, qui explicando et amplificando antecedentem ſententiam arguunt, ſe aſſutos eſſe: *πᾶσι μ.* Eſt autem *μετὰ πληθὺν* pro *ἐν πλήθει. κατὰ πλῆθος.*

144. ἐ quia Zenodotus ſcripſerat *Φῆ κύματα.* „At, inquit Schol. A. Homerus nusquam *Φῆ* pro *ὡς* poſuit.“ Conf. eund. ad Ξ, 499. et ibi dicta in V. L. Monſtrum lectionis. Fuit puto ϝῆ lectum. Num tamen hoc vno in loco Zenodoti codices digamma habebant ϝῆ pro ϝῆ quod ille non intelligebat? an intellexit ſed monere voluit, illud non pro *ὡς* poni? Inſertum eſt in Schol. B. et L. aliud Scholion, Porphyrii puto *ζήτημα* et *λύσις*, cur ex compoſito v. 75 nullus ducum interceſſerit, quominus discederet multitudo. Sed v. Not. ad h. v. Apud Strabon. I, p. 50 C. verſus recitatur, et eſt ibi *ὡς*. Ad concionem factionibus exaſperatam transtulit vſſ. 144—6 Dio Or. XXXII, p. 664 R.

145. *πόντου Ἰκαρίοιο.* eſſe hoc inprimis procellis agitatum aſſerit Porphyr. in Schol. Leid. contaminato quidem, ſed facile ſanando.

Digitized by Google

146. Iunxit Εὖρός τε Νότος τε ἐπαΐξας pro ἐπαΐξαντε. Verum noto more verbum ὄρορε ad vnum retulit.

147. ※ Excidit pars Scholii, quae ad ſignum ſpectabat: declarari debuit, conuenire verſus partem cum vſ. 395 ὅτε κινήσει Νότος ἐλθών. Quod expectabam, non reperi: Videri ſcilicet, locum a rhapſodis eſſe interpolatum intruſa altera comparatione parum diſimili a priore: vſſ. 147. 148. βαθὺ λήϊον. dignum viſum iam Apollonio Lex. quod interpretaretur, τὸ σιτοφόρον χωρίον. Agit hinc de etymo ex Apione; quae nil ad rem faciunt. Porro ὅτε κινήσῃ C. et L. ap. Bentl. tres Vrat. Moſc. 1. a pr. m. et ipſe Venetus. male. κινήσει etiam Schol. Theocr. VIII, 49.

148. Ζέφυρος — ἐλθὼν λάβρος, ἐπαιγίζων, ἐπί τ' ἠμύει ἀσταχύεσσιν. ξ— quod ἐπαιγίζων dixit pro ἐπικαταιγίζων. αἰγίδας γὰρ ἔλεγον ἃς ἡμεῖς καταιγίδας Sch. A. Hoc et Heſychius repetit: ἐπαιγίζων, ὁ κατεπαιγίζων. τουτέστιν ἐπιπίπτων· vt eſt legendum. Suid. σφοδρῶς πνέων et Etymol. σφόδρα ἐπιπνέων. ἐκ τοῦ αἰγὶς, αἰγίζω. αἰγὶς δέ ἐστι συστροφὴ ἀνέμου. Scilicet αἴξ, ἀΐξ, ἀΐσσειν, et αἰγὶς, cognata fuere, vnde et ipſum nomen *aegidis*, quam Iupiter *vibrat*, ductum eſſe arbitror; quod ſeriores a capra (ἀπὸ τῆς αἰγὸς) repetiere. Debuit autem pro αἰγὶς ab initio eſſe αἴξ, vnde Ζεὺς αἰγίοχος, ὁ ἔχων τὴν αἶγα. Nec alia origo vocis αἰγιαλὸς quam propter fluctus αἶγας. Artemidorus II, 12 τὰ μεγάλα κύματα αἶγας ἐν τῇ συνηθείᾳ λέγομεν. καὶ λάβρος ἐπαιγίζων, Φησὶν ὁ ποιητὴς, περὶ σφοδροῦ ἀνέμου λέγων καὶ τὸ Φοβερώτατον πέλαγος Αἰγαῖον λέγεται. Exſcripſit locum Suidas in Αἶγες.

λάβρος de vento et amne aliquoties: v. c. Od. O, 293 et loco ex noſtro adumbrato Hy. in Apoll. 434. Apollon. Lex. ἔστι γὰρ κυρίως λάβρον μέγα κατὰ τὴν βοράν. τὸ γὰρ λα μέγα δηλοῖ. Inde omnino πολὺς, σφοδρός. Similia apud Etymol. add. Heſych. Inde λαβρεύεσθαι inf. Ψ, 434.

Porro Ven. A. notat, „quod poeta mutato caſu dixit ἐπί τ' ἠμύει ἀσταχύεσσι, pro τοὺς ἀστάχυας, οἷον ἐπι-

κλίνει." Male hoc; ſcilicet grammatici crediderunt ἡμύειν eſſe verbum transitiuum. Etiam Apollon. Lex. ἐπί τ' ἡμύει, ἐπικατακλίνει. Melius idem in ἤμυσε. ἐκλίνθη. ἐξ οὗ τὸ πεσεῖν δηλοῖ. ἐπὶ δὲ μόνου τοῦ κλιθῆναι· ἐπὶ δ' ἡμύσει ἀσταχύεσσιν. Non Zephyrus ſubiectum eſt, ſed τὸ λήϊον ἐπημύσει σταχύεσσιν idem quod στάχυες τοῦ λήϊου ἐπημύουσι, *inclinant ſe.* Rectius itaque Sch. et L. ἄλλως. ἡμύσει τὸ λήϊον τοῖς ἀστάχυσιν, ὡς· ἔφριξεν δὲ μάχη ἐγχείῃσι. Paſſim de hac voce egere viri docti. Corruptum eſſe verſum oraculi ap. Pauſan. X, 9 ſub f. arguit et hoc, quod ἡμύσουσι πόλιν in eo legitur. Si οὐλήσουσιν e codd. admittendum eſt, erit ſaltem οἵ γε μὲν οὐλήσουσι πόλιν, τίσουσι δὲ ποινήν. pro ὀλέσουσι. Verum ἡμύειν eſſe κλίνεσθαι, πίπτειν, ſatis docent loca inf. 373. Δ, 290. Θ, 308. T, 405. Et Apollon. Rh. II, 584 ἤμυσαν λοξοῖσι καρήασι. et 864 κατήμυσαν ἀχέεσσι θυμὸν, (κατὰ θυμὸν) vt adeo non bene emendet κατήμυξαν Lennep ad Coluth. p. 149. Noſtrum autem locum expreſſit idem Apollon. III, 1389 ἔρνεά που τοίως, Διὸς ἄσπετον ὀμβρήσαντος, Φυταλιῇ νεόθρεπτα κατημύουσιν ἔραζε κλασθέντα ῥίζηθεν. vnde petitum vertit Virgil. Aen. IX, 435 ſq. *laſſoue papauera collo demiſere caput.* Vox reſtituenda haud dubitanter Tryphiodoro 15 pro οἰκτρὰ κάτω μύοντες. vide alia inf. ad X, 491 πάντα δ' ὑπημύμηκε. add. ad Θ, 308 et T, 405.

Supereſt difficultas metrica: nam ἡμύω habet mediam productam, vt ex locis laudatis diſcere licet: nam ſeriorum nulla eſt auctoritas, vt Tzetzae in Homeric. 444. Niſi itaque locum habet ſuſpicio, etiam media in voce, vocalem longam ante aliam vocalem corripi poſſe, ſcribendum eſt ἐπί τ' ἤμυ' ἀσταχύεσσι. Et hoc exhibet Townl. pro ἐπί τ' ἤμυε.

150. νῆας ἔπ' ἐσσεύοντο recte ſic diuiſim Venetus, cum vulgo ſit ἐπεσσεύοντο, ita vero debebat eſſe νηυσίν. At in illo fuit νῆας ἐπ' ſine accentu retracto; et ſic legendum eſſe ait Sch. A. ex Ariſtarchi monito. Scilicet aliquoties in Scholiis monetur de controuerſia hac in re-

Digitized by Google

trahendo accentu: v. c. Σ, 191 *στεῦτο γὰρ Ἡφαίστοιο πάρ' οἰσέμεν ἔντεα καλά.* Cum ea ratio, qua retrahitur accentus, in ceteris obtineat, ſequenda ea erat et h. l.

κονίη ἵστατ'. Bentl. huc refert Heſych. *κόνι. ἡ κόνις.* et hinc emendat *κονίη. κόνις.*

153. *οὐρούς τ' ἐξεκάθαιρον.* Quae ſint hae foſſae, docet accurate Apollon. Arg. I, 371 ſq. Scribitur *οὐρούς* ex Ariſtarchi auctoritate, vt diſtinguatur ab *οὖρος*, ventus ſecundus. Eſſe autem *οὐρὸν* foſſam, docet obſeruatio in Schol. br. Lipſ. Leid. Amſt. tum Etymol. Heſych. et primo loco Apollonii in Lex. h. v. Cur autem ſpernamus auctoritatem veterum, quam ipſa loci ratio firmat. Ab ipſa etymologia ex *ὄρω*, moueo, rationem petit Knight p. 101. mouetur enim nauis per eam foſſam.

Alterum hemiſtichium recitat Heſych. in *ἀϋτή*.

154. *οἴκαδε ἰομένων.* Male *ἰεμένων* in nonnullis codd. et edd. cum non intelligerent, *ἰομένων* eſſe de cupientibus *οἴκαδε ἰέναι*, ab *ἵεμαι*, cupio, quod fuit *ϝιεμαι*. cf. ad M, 274. Frequens haec aberratio occurrit, etiam in Sc. Herc. 65 *ἵππων ἰεμένων*. Ad Od. A, 54 curioſe quaeritur a grammaticis, ſitne *ὑπὲρ μόρον*, an vna voce ſit efferendum *ὑπερμόρον* vt Ariſtarchus maluit. v. Apollon. Lex. h. v. Ex h. l. manifeſtum fit, adiectiuum eſſe; ſcribitur tamen non *ὑπερμόρα* cum Ariſtarcho, ſed *ὑπέρμορα*. De ſenſu quid ſit *praeter fatum* fuit quaeſtio Porphyrii inſerta Ven. B. ad Il. Z, 488 vnde parum proficias: v. Notam. Vocem quoque interpretatur Etymol. Heſych. Euſtath. adde ad Od. A, 34. Euſtath. Barnes. Clarke.

156. Excidit *διπλῆ περιεστιγμένη*. Nam Scholion A. adiectum: *ὅτι Ζηνόδοτος οὕτως ἐπισυντέτμηκεν· „εἰ μὴ Ἀθηναίη λαοσσόος ἦλθ' ἀπ' Ὀλύμπου" καθόλου τὸν τῆς Ἥρας λόγον περιγράψας, Ὁμηρικῶς ἔχοντα.* In Zenodoteis exemplaribus adeo ſublati fuere verſus 157—167 et continuata oratio ſic:

ἔνθα κεν Ἀργείοισιν ὑπέρμορα νόστος ἐτύχθη,
εἰ μὴ Ἀθηναίη λαοσσόος ἦλθ' ἀπ' Ὀλύμπου.
καρπαλίμως δ' ἵκανε θ.

Digitized by Google

Esse potest locus inter ea quae a rhapsodis sunt amplificata, inprimis in ministeriis deorum

157. Ἀτρυτώνη. vox ad formam patronymici facta, ac si pater fuisset Ἄτρυτος. Nunc ducitur ab ἄτρυτος, *non attrita*, ἀκαταπόνητος, *inuicta*. v. Etymol. Hesych. et primo loco Apollon. Lex. h. v. ἀκοπίαστος (vt ex Hesych. corrig.) μὴ τρυομένη. Additum a sciolo, qui alio sensu hoc dictum putauit: παρθένος γὰρ ἡ θεός.

159. νῶτα θαλάσσης. ἐπιφάνειαν tenendum ex Schol. et Suida.

160. 1. 2. praefixum habent obelum cum ※ et 161 praeterea diplen ⊱. Scilicet ἀθετοῦνται et melius habent locum inf. 176 sq. vt adeo nec definiri possit, an Aristoteles versum hoc loco legerit, qui recitat καδδέ κεν εὐχωλὴν Πριάμῳ Rhet. I, 6. Sane importuna videri potest iunctura φεύξονται — καταλίποιεν δέ κεν. Nec tamen exemplis in Iliade caret. In 161 Zenodotus legebat Ἀργείην θ' Ἑλένην; vt adeo disiuncta forent ea quae per epexegesin dicta sunt: εὐχωλὴν — Ἑλένην. — Notatur porro in Sch. Pindari J. II, 15 quod Ἀργείην Ἑλένην dixit poeta, quae Spartana fuit, illustratque hinc Pindari τ' Ὠργείου ῥῆμα, qui Aristodemus Spartanus erat.

162. Φίλης ἄπο π. Tyrannio et Ptolemaeus, reprehensi in Sch. A. Sic tamen codd. vt Vrat. c. Mosc. 1. 2. Vide modo ad 150.

163. ἀλλ' ἴθι νῦν κατὰ λαόν. Consentiunt, ait Sch. A. in hoc omnes, vt sit pro μετὰ λαόν. Erat haec lectio editionum ex interpretatione nata. Tuentur κατὰ Venetus, Cant. Eton. ap. Bentl. Barocc. Laud. ap. Barnes, Vrat. b. Townl. Mosc. 1. Est κατὰ etiam inf. 187. et aliquoties in primis libris κατὰ pro μετὰ repositum videbimus.

164. ※ — quod recte hic versus paullo post in verbis Mineruae ad Vlyssem habetur, v. 180. minus bene hic; non enim Minerua hoc facit, sed Vlysses: 180—189. Est sane admodum probabile ex 176 sqq. retractos in h. l. esse versus 160. 161. 162 et 164.

Porro σοῖς ἀμφιελίσσαις fine δ' meliora exemplaria, et in his Ariſtophanis, habere, teſtantur Sch. A. Habetur tamen δ' in ipſo Veneto, quod edd. ſeruant, et tuetur loci iunctura.

165. μηδὲ ἕα eſt profecto vitioſum hiatu. Fuit haud dubie μηδέ τ' ἕα vel, vt Bentl. μήδ' ἐάα.

νῆας ἀμφιελίσσας quod primo hic legitur, interpretatu dignum grammaticis viſum, et ipſi Apollon. Lex. τὰς (ἐφ' vel ἐξ) ἑκατέρου μέρους ἐλαυνομένας ναῦς. ἐλιγμῷ γάρ τι παραπλήσιον ποιοῦσιν οἱ ἐρέσσοντες.

167. ξ— nil tamen in Scholiis de ſtigme monetur; niſi quod ἀΐξασα interpungendum eſt.

168. καρπαλίμως δ' ἵκανε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν. Abeſt hic verſus a Cod. Veneto; ab Eton. Vrat. a. b. Townl. Moſc. 2. et vno Vindob. In Moſc. 1. vſſ. 167. 8. 9. in raſura ſcripti ſunt ab alia manu. Barnes, nec addit quo auctore, narrat, Zenodotum expunxiſſe verſum 168. tanquam otioſum, inuito tamen Ariſtarcho. Verſum abeſſe poſſe, nemo dubitet; num vero rhapſodo, an vbertati antiquae narrationis debeatur, quis definiat!

169. Εὗρεν ἔπειτ' Ὀδυσῆα. Vnus Vindob. Vrat. b. εὗρε δ' ἔπειτ'.

Διὶ μῆτιν ἀτάλαντον eſſe ὁμοτάλαντον, ἰσόσταθμον, ἴσον, nemo dubitet; ſicque Etymol. Euſtath. Apollon. Lex. et al. Mira eſt Ariſtotelis ſubtilitas: cum τάλαντον ſit proprie menſura indefinita, ἀτάλαντον eſſe, qui non habet menſuram indefinitam, ſed definitam, adeoque eſt ἴσος. Exponuntur haec in Schol. Ven. B. (add. ad E, 576) Leid. Sunt ea repetita e Porphyrio: vt patet in Sch. B. ad N, 295. attigit Porphyriana Euſtath. p. 199. l. 48. Scilicet notionem voc. ἀτάλαντος petierat Ariſtoteles a notione generali, eſſe τάλαντον μέτρον τι. Atqui τάλαντα ſunt porro lances, et tum pondus lancibus impoſitum; iam τὸ α habet hic vim τοῦ ἅμα· ὁμοῦ. ἴσως. eſtque adeo ἀτάλαντον, τὸ ἰσόζυγον. οἷον ἰσόσταθμον. τάλαντα γὰρ τὰ στάθμια, vt Apollon. Lex. bene. add. Etymol.

Digitized by Google

170. *νηὸς εὐσσέλμοιο.* primo loco epitheton hoc occurrit. Sufficit ex Hesychio apponere: *εὐκώτου. εὐκαθέδρου. εὐσανιδώτου.* Et *εὔσελμος. εὔζυγος.* Rectè. Etymol. *σέλματα, αἱ τῶν ἐρεσσόντων καθέδραι.* transtra remigum. Consentiunt Sch. br. et Lipsi. Eustath. ad h. l. et ad O, 477 cum Sch. Ven. et Π, 1.

172. *ἀγχοῦ δ' ἱσταμένη.* Ed. Lipsi. vitium est, non varietas, *ἀγχοῦ τ'.* Seqq. 174 sq. repetita cf. cum 158 sq.

176. 177. 178 et 180. ※ (immo ⁜) quod hic suo loco leguntur hi versus, minus bene sup. 160. 161. 162 et 164.

176. *κἀδδέ κεν* Vrat. b. *καδδὲ μὲν* — Apud Aristot. Rhet. I, 6 *καδδέ κεν εὐχωλὴν Πριάμου.*

178. *Φίλης ἄπο* alii, vt tres Vrat. male, cum sequatur *πατρίδος αἴης.*

179. *ἀλλ' ἴθι νῦν κατὰ λαόν.* Cum supra 163 receptum esset *κατὰ* pro vulgato *μετὰ λαὸν*, reponendum erat et h. l. ex Ven. et Sch. A. adde vn. Vindob.

μηδέ τ' ἐρώει. μηδὲ συγχώρει. Sch. br. Etymol. et Hesych. *ὑποχώρει.* Scilicet *ἐρώειν* proprie vim transitivam habet, N, 57 *ἐσσύμενόν περ ἐρωείτω.* hinc omisso *σε* habitum pro neutro: vt in illo: *μήπω τις ἐρωείτω πολέμοιο* sc. *ἑαυτόν.* — *μὴ δ' ἔτ' ἐρώει* Sch. Lipsi. Barocc. Townl.

181. *μηδὲ ἔα νῆας.* iterum hiatus. In al. et hic *μήδ' ἔα.* Lege *μηδέ τ' ἔα.* vt sup. 165.

183. Etiam hic rideas grammaticorum subtilitatem, quibus praeiuisse videtur Aristoteles; in *ζήτημα* et *λύσιν* redegit Porphyrius, vt e Schol. B. et Lipsi. et Leid. patet. Scilicet indecorum visum abiecto pallio *μονοχίτωνα* discurrere Vlyssem, et quaesitum de caussa; cum satis appareat, expeditiorem ad discurrendum ita fuisse Vlyssem.

184. ⸗ quia alius etiam Eurybates praeco memoratur. Scilicet alter est Vlyssis vt h. l. et Od. T, 244. alius Agamemnonis Il. A, 320. I, 170.

κήρυξ ita in plerisque scribitur; in aliis scriptis et codd. *κῆρυξ.* Et sic per totum Homerum. Vt semel mo-

neam, disſenſerunt grammatici de tono: qui a γῆρυς ducebant, ſcripſerunt κῆρυξ. At quia vltima longa eſt, vt ex obliquis caſibus patet, ſcribitur κήρυξ.

185. ἀντίος vn. Vindob. ἀντίον.

186. ξ quod οἱ, αὐτῷ, dictum pro παρ' αὐτοῦ. Forma ſaepe obuia vt inf. O, 88 Θέμιστι δὲ δέκτο δέπας. Lesbonax, ineptus fabricator figurarum, Sicilicam figuram appellat p. 181.

187. ξ (non ξ) Zenodotus legebat: σὺν τῷ βὰς κατὰ νῆας Ἀ. Sch. A. Ita vincta eſſet oratio horum verſuum cum ſeqq. σὺν τῷ βὰς — ὅντινα —, τόν δ' ἐρητύσασκε. Suauius tamen ad aurem eſt σὺν τῷ ἔβη.

188. ↄ appictum hoc antiſigma hic et 192 et 203. 4. 5. Vide ad v. 192. Locum hinc a v. 188 ad 202 recitat Xenoph. Mem. I, 2, 58. et Dionyſ. Hal. Art. rhet. c. 9, 8. p. 347 ſq. vbi artificium rhetoricum huius orationis exponit, argute magis in nonnullis quam vere. Sunt quoque verſus apud Maximum Tyrium Diſſ. XXI, p. 415 R. et XXXII, p. 126. To. II. ed. R. vbi eſt ἄνδρα ἐφεύροι pro κιχείη. Subiicit vſſ. 198. 199 ὃν δ' αὖ δήμου ἄνδρα.

189. ἐρητύασκε. Barocc. ἐρητύεσκε. Vrat. a. a pr. m. ἐρητύασκε. Vulgata eſt apud Plutarch. de aud. poet. p. 19 B.

190. οὔ σε ἔοικε, κακὸν ὡς, δειδίσσεσθαι. hoc vno loco δειδίσσεσθαι occurrit paſſiue, Φοβεῖσθαι, ἐκπλήττεσθαι, quod alio loco Thomas Mag. p. 201. cum Euſtath. (p. 961, 22. ad N, 810) ait ſerioribus in vſu habitum eſſe; Homero alibi fere eſt ἐκφοβεῖν, *perterrefacere*. Sic ſtatim Δ, 184 μηδέ τί πω δειδίσσεο λαόν. O, 196. N, 810. cf. ad Σ, 164. inprimis ad Υ, 201. Ceterum ad noſtrum locum ſpectat Heſych. δειδίσσεσθαι, εὐλαβεῖσθαι. Φοβεῖσθαι. Φεύγειν. Fuere autem plures formae: δίω. δεδίω. δεδίσσομαι, δειδίσσομαι, δεδίσκομαι, δειδίσκομαι. Tandem κακον ϝως ſcribit Bentl. et h. l.

192. ↄ Quae per antiſigma declarata eſſe debuere, haec eſſe puta: ſtatuerunt grammatici, nec male, poſt

hunc versum sequi debere versus 203. 4. 5. hoc ordine:

οὐ γάρ πω σάφα οἶσθ', οἷος νόος Ἀτρεΐδαο.
οὐ μέν πω πάντες βασιλεύομεν ἐνθάδ' Ἀχαιοί.
οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω,
εἷς βασιλεύς, ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω.

nam haec bene conueniunt regibus dicta, non autem multitudini. At apud Xenophont. l. c. omissi sunt vss. 192—197. Quae saltem docent, locum olim a rhapsodis varie fuisse constitutum.

192. Ἀτρείωνος scriptum fuit ἐν ταῖς διορθώσεσιν et ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν; et sic plures meliorum editionum, inque his Aristophanea; et (Dionysius) Sidonius ita scripsit cum Ixione." Ita A. cum vulgo scriptum sit Ἀτρεΐδαο. Graues auctoritates in re nullius momenti. Etiam Lips. αἱ χαριέστεραι Ἀτρείωνος.

193. 4. 5. 6. 7. — ἀθετοῦνται „tanquam a consilio reuocandi ac reprimendi Achiuos alieni." Similia B. et Lipsius. Absunt iidem versus a Xenoph. Mem. l. c. I, 2, 58. Etsi ibi dici potest, omissos esse, quod scriptoris consilio non conueniebant; vti nec adscriptus v. 192 Οὐ γάρ πω. In Strabone VIII, p. 569 B. versus Νῦν μὲν πειρᾶται, τάχα δ' ἴψεται υἷας Ἀχαιῶν laudatur. Potest tamen et hic ex margine venisse; nam Strabo τὸ ἰάπτειν illustrat, non τὸ ἵπτεσθαι. Contra Dionys. Hal. l. c. Arte c. 9, s. 8. vbi tam liberalis est in commendando artificio rhetorico poetae, (quod idem facit Quinctil. X, 1. s. 46. 47.) artem adeo quaerit in hoc, quod Vlysses inuerse dixit militibus quae principibus dicenda erant, et his ea, quae militibus dici debebant. Tam mire sagaces sumus, si semel in admirationem procliues ad aliquid accessimus. Habent vtique interpolationis notam etiam in hoc, quod plurium interpolatorum operam sententiis singulis abruptis produnt. Etsi hoc ex natura increpantium ductum videri potest. In fine vs. 194 plene interpunxi.

196. ἐπὶ contra Zenodotum, qui legerat: διοτρεφέων βασιλήων. Sic A. Et Schol. Lips. διοτρεφέος βασιλῆος. οὔ-

Digitized by Google

τως αἱ πᾶσαι πλὴν τῆς Ζηνοδότου. Et sic saepe recitatur, vbi versus pro sententia effertur vt ap. Stobaeum Serm. XLV, p. 322. Verum iam ante Zenodotum Aristoteles ita legerat; nam ita editur Rhet. II, 2. Etiam Zenodoteam lectionem praescriptam habuere Sch. br. habuit Mosc. 2. a pr. m. duo Vindob. At διοτρεφέος βασιλῆος est Aristarchea lectio; testatur Ptolemaeus ὁ ἐπιθέτης ἐν τῷ ἀ περὶ Ἰλιάδος. „retinentque lectionem hanc ἐκδόσεις optimae omnes." Sic et codd. et edd.

θυμὸς δὴ Cant. et ap. Aristot. Rhet. II, 2. edd. Verum vsus τοῦ δὲ, etiam in caesura, est Homericus; est quoque sic in Dionys. Hal. l. c.

198. Ὃν δ' αὖ δήμου τ' ἄνδρα ἴδοι. Abest τ' a Barocc. Laud. Eton. Ven. Townl. etiam ap. Dionys. Hal. l. c. retinet illud Maximus Tyr. l. c. vtrumque habet Hesych. Seruat Bentl. recte, nam sine τ' scriptum esset δήμοι' ἄνδρα; alias abesse posset τε, nunc respiciunt se ἄνδρα δήμου τε βοώντά τε.

δήμου ἄνδρα, pro δημότην, h. e. δημοτικὸν (cf. Zonarae locum ap. Ruhnken. ad Xenoph. l. c. I, 2, 8. Mem. Socr.) iterum sic M, 213 et 447 δύ' ἀνέρε δήμου.

199. τὸν σκήπτρῳ ἐλάσασκεν. Trepidant grammatici, quomodo haec cum praecepto Mineruae conueniant 180 σοῖς δ' ἀγανοῖς ἐπέεσσι. Nam verbera et blanda verba vix videntur sub eandem notionem reuocari posse. Scilicet Minervae praeceptis Vlysses dicendus est verbera de suo adiecisse.

ὁμοκλήσασκε τε μύθῳ. Vrat. a. θυμῷ.

200. ἀτρέμας ἧσο. Vox Homerica ἀτρέμας pro ἠρέμα, obseruata ab Apollon. Lex. et Etymol. tum ab aliis.

201. οἱ σέο. non οἵ σεο. quod data opera docent Sch. A. L. Amst.

202. οὔτε πότ' ἐν πολέμῳ. Lucian. Fugit. 30 οὐτ' εἰνὶ πτολέμῳ.

203. 204. 205. ϶ De hoc signo et de his verss. ad superiora retrahendis v. ad vs. 192.

Digitized by Google

203. *οὐ μέν πως*. Lipſ. *οὐ μέν περ*. Verſus recitatur ap. Lucian. Icarom. 30.

204. 205. Verſus inter *πολυθρύλητα* referendi; recitantur modo vterque, modo alter; iam ab Ariſtot. Metaphyſ. lib. XI (XII) ſub f. aliquoties ap. Maxim. Tyr. Dion. Chryſ. et inter ſententias Stobaei Serm. XLV, p. 322.

205. *ᾧ δῶκε*. Ionica ratio. Sch. Lipſ. ap. Bentl. *ἰαχὸν τὸ δῶκε* leg. *Ἰαχόν*. Sicque Ariſtarchus legerat teſte Sch. A. Moſc. 1. 2. et a m. ſec. Townl. Miror ipſum Venetum retinere vulgatum: *ᾧ ἔδωκε* correpta vocali longa cum circumflexo. Conf. ſup. ad B, 138. Vulgatum tamen habent, qui verſſ. vtuntur. Ammonius eum tribuit Achil. Ii p. 28.

Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω. diſerti ſunt in epitheto Saturni exponendo grammatici, Sch. ad h. l. Apollon. Heſych. Etymol. Conuenit, eſſe *τὸν βουλευσάμενον τὰ ἄγκυλα καὶ σκολιὰ* in patrem Coelum, verſutum et prudentem, antiquo more, quo aſtutia et prudentia eodem loco habebantur. Adhaeſit epitheton Crono ex antiquioribus carminibus, quae *τὰ Κρόνου* expoſuerant.

206. *σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θ.* aberat verſus a Cod. Ven. Lipſ. Townl. Moſc. 1. Eton. binis Vindob. Nec occurrit ille in Sch. nec in Euſtath. Adſcriptum *νόθος* in codd. Didymi, inde in edd. antiquis omnibus Flor. Aldd. Arg. Turn. etiam in mſ. Mori et Eton. *στίχος νόθος*. Hunc itaque ſaltem eiiciendum eſſe nemo repugnabit. Northmore ad Tryphiod. 187 damnat verſum propterea, quia deberet eſſe *ἵνα — ἐμβασιλεύοι*. Verum Homerum in iunctura optatiui et ſubiunctiui non tam ſubtilem eſſe, ſaepe videbimus. His itaque non tantum tribuo, quantum ſenſui meo, qui me docet, innumera in Homericis adiecta eſſe ad amplificandum et dilucidandum, vbi anteceſſerat breuitas elliptica; ſic h. l. *ᾧ δῶκε Κρόνου παῖς* ſc. *βασιλέα εἶναι αὐτόν*.

Poterat tamen nec minus praecedens verſus abeſſe, et potentior erat ſententia, ſi claudebatur: *εἷς κοίρανος*

Digitized by Google

ἔστω. Verum omnes hae criticae rationes efficiunt tantum hoc, quid ſcribi bene potuerit; non quid ſcriptum ſit, quod librorum antiquiorum et rhapſodorum auctoritate ſola conſtitui poterat: atqui hanc ignoramus. Eſt igitur, vt ſemel ex animo dicam, omnis haec disputatio critica vaga et fluctuans; nec pro imperio quicquam pronuntiari poteſt. Verſum 206 Apollonio lectum eſſe, quis ſecundum ſuperiora expectet! Atqui ille eum laudat in σκῆπτρον, vt doceat, eſſe illud dictum pro regia dignitate: σκῆπτρον τ' ἠδὲ θέμιστας.

At aliud eſt, quod multo inſolentius videri debet: vulgaris vbique eſt lectio metro infeſta: ἵνα σφίσι βασιλεύῃ, iam inde a pr. ed. Subſtituit Turnebus σφίσιν. In Vrat. b. erat σφῖσιν. In vno Vindob. βασιλεύσῃ. Barnes mutauit in ἵνα σφίσιν ἐμβασιλεύῃ, quod in Dione repererat de Regno I. (p. 47 ed. R.) et in Cod. Cant. (at a m. ſec. quod ex Bentl. didici.) Enimuero nec in Dione praeſidium habet lectio; ed. pr. Ven. exhibet: ἵνα σφίσι βουλεύῃσι quod et Caſelius edidit. mutauit id Wechel. in ἵνα σφίσι ἐμβασιλεύῃ, quia τὸ βασιλεύεσθαι mox ſequitur. Atqui Dionem video duo verſus conflaſſe, dum memminerat ex Il. I, 98. 99 οὕνεκα πολλῶν λαῶν ἐσσὶ ἄναξ, καί τοι Ζεὺς ἐγγυάλιξε σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας, ἵνα σφίσι βουλεύῃσθα. nec Dionem aliter legiſſe ac ſcripſiſſe patet e ſeqq. οὐδ' ἐπ' ἄλλοις τισὶ δικαίοις ἢ τῷ βουλεύεσθαι (non βασιλεύεσθαι) καὶ φροντίζειν ὑπὲρ τῶν ἀρχομένων. Bene haec iam egiſſe video nunc virum doctum in Recenſ. litter. (*Biblioth. germ.* To. XLV.) Ceterum manifeſta res eſt verſum ex Il. I, 99 σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας ἵνα σφίσι βουλεύῃσθα in margine adſcriptum eſſe et mox interpolatum ἵνα σφισι βασιλεύῃς indocte. Omnino incredibile, quam imperiti Graeculi rei metricae fuerint. Sic inf. 572 in multis eſt — πρῶτ' ἐβασίλευεν, pro ἐμβασίλευεν.

207. δίεπε στρατόν. Schol. A. monet ſcribendum eſſe δἰἔπε. antiquo ſcilicet more iam ab aliis notato; de ſenſu vocis nil docet. διέπειν πόλεμον, μάχην ſup. A, 166

vidimus; pleraque quae [illegible] pugna fiunt mea manu geruntur, et διέπειν ἕκαστα curare, administrare Λ, 705. At διέπειν στρατὸν non potest hoc modo dictum esse. Vertitur quidem, dirigebat, curabat. Saltem erit: in ordinem redigebat, compescebat; Sch. br. διέτασσε. διώκει. (a διοικέω.) Scilicet διέπειν proprie est persequi, διώκειν. adeoque de opere et negotio, peragere, perficere; hoc sensu si positum est, erit supplendum, δίεπε, διῆγε, διὰ τὸν στρατόν. sed praestat, διέπειν στρατὸν, ordinare, constituere, componere ad tranquillitatem.

κοιρανέων. Ammon. p. 28 hoc versu adscripto, ὁ πρὸς καιρὸν τὸ τοῦ βασιλέως ἔργον ἐπιτελῶν. Inepte πρὸς καιρὸν interponit, ex praua etymologia. v. Etymol. h. v. At Dionys. Hal. l. c. Art. 9, 8 alia subtilitate in κοιρανέων exsculpit notionem τοῦ στρατηγήματος. τῶν λόγων.

208. αὖτις — ἄυθις alii perpetua varietate. v. ad A, 27.

210. αἰγιαλῷ μεγάλα βρέμεται pro μεγάλῳ, ingeniose coniicit Bentl. Vim tamen et hoc habet: maior enim strepitus in late patenti littore scopuloso. Et μεγάλῳ vbique, etiam ap. Dionys. Hal. de composit. 18.

211. ἕζοντο ἐρήτυθεν hiatum tollit Bentl. ἕζοντό τ' ἐρήτυθέν τε. vere haud dubie. De καθ' ἕδρας pro καθέδρας et de reliquis v. ad v. 99.

212—277. Sequitur locus de Thersite, multorum reprehensione, excusatione, defensione, variis modis vexatus. Est in Sch. B. longa ζήτησις, et λύσις, cur Thersites hoc vno loco in carmen inductus sit, et quo consilio. Ait auctor, Porphyrius suspicor, ex antiquioribus forte, ad tumultum mouendum non nisi turbam, et ad conuicia regi facienda non nisi e plebe hominem assumi potuisse; cumque plebeiorum hominum irae aut metu componi aut risu solui facillime possint, vtrumque adhibuisse poetam; nec vero risum moueri potuisse nisi hominis turpis persona. Non autem hanc oeconomiam plus quam semel adhiberi potuisse, vt nec in diis, nisi

Digitized by Google

semel in Vulcano. lib: I." Haec peracuta, parum tamen satisfacere, quiuis sentit. Ad risum mouendum inductum esse Thersiten vulgo statuitur; risu autem placatos Achiuorum animos. Hactenus autem multis viris doctis modo otiosum visum est episodium, modo epica grauitate indignum. Non tamen esse otiosum nec inter episodia proprie dicta referendum, sed vicem suam in rerum narrandarum serie tueri recte monuit Koeppen. Epica grauitate indignum qui iudicant, ii aut meri risus captandi caussa a poeta Thersiten insertum esse putant, aut e nostris moribus censent. Bene se habet narratio cum per se, tum in hoc carminis loco, nec opus est aliunde defensionem petere. Nam naturae humanae consentanea res est, et debuere in plebe esse multi, qui inviti in concionem retracti Agamemnoni probra facerent; a multitudine autem ad vnum aliquem res erat ab Homero, tanquam poeta, reuocanda, in quo non quaerendum erat, an ad historiae fidem haec narrauerit. Optabile sane erat, vt Agamemnoni iniqua in Achillem statuenti iam ab initio ex regibus aliquis aut omnes restitissent; ita multae magnaeque calamitates e medio fuissent sublatae. Attamen metu aut reuerentia contacti siluerant omnes; erumpit in verba vnus e plebe, ceteris audacior: quominus tamen eius verba vim habeant, facit, quod auctoritate caret, quod alieno tempore et modo indecoro, inter contumelias regis, ea quae perperam facta erant, improbat. Multa in his sunt, e vera vita adumbrata. Est porro narratio bene instituta, et carmini varietatem affert. Tum ea vim habere debuit ad animos Achiuorum a studio discedendi auocandos: nam partim risus ex adspectu hominis turpis et ab Vlysse castigati multitudinis animos ab ira remittebat et diffundebat; aliis e plebe Vlyssis seueritas metum ac reuerentiam iniicere poterat; summam tamen rei efficiendae non in Thersite quaerere, sed in ipsis orationibus, quae post illam rixam, mentibus hominum dudum elapsam, habentur, positam censere fas est.

Quae Leſſingius et Herderus disputarunt, breuiter complexus eſt Fr. Iacobs (*Bibliothek der alten Litteratur und Künſte*, V. St. p. 10 ſq.). Idem rei Achiuis gratiſſimae, reditus in patriam, commendationem homini inviſo a poeta eo conſilio traditam eſſe opinatur, vt propter odium, quo in eum ferebantur omnes, res ipſa, quam ille commendabat, ingrata et inuiſa fieret. Praeiuerat Dionyſ. Hal. Art. c. 11, 9. qui omnino ad artem reuocauit, et aliis auctor fuit, vt hoc idem facerent, ea, quae ipſa natura et ingenii vi eo ducente protulit poeta. Sane quidem ea res vim haberé potuit ac debuit ad deſiderium et impetum animorum retundendum, et vidit expoſuitque hoc ipſum Dionyſ. Halic. l. c. *τοῦτο καὶ ἡ Ὁμήρου τέχνη* etc. vix tamen ſic, vt ab hoc vno repeti omnia poſſe videantur.

Therſiten tanquam hominem turpem et ignauum, ac contemtu dignum, a poeta exhiberi manifeſtum eſt. Creditus ille eſt a multis, in his a Pherecyde et Euphorione, eſſe idem ille Therſites, qui pugnae apri Calydonii interfuit, a Meleagro male muleatus, v. Schol. vnus ex Agrii filiis, adeoque Diomedis auunculus, corrupto plerumque nomine *Θέρσιππος*, v. Apollod. I, 8, 6. p. 38. Not. p. 130. a Porthaone ortus, qui Homero eſt Portheus, Il. Ξ, 115 quod memorat in laudatione Therſitae Liban. T. I, p. 80. Iterum ad partes agendas excitarant Therſiten poetae in Poſthomericis, vt e Quinto patet, I, 720—778. vbi criminatur Achillem Therſites, propter Pentheſileae amorem, ab eoque non verbere, ſed morte plectitur. Praeiuerat iam Arctinus in Aethiopide vt ex Procli excerptis p. 33 diſcere licet. In Tabula Iliaca n. 81 victimae loco Therſites ad aram ab Achille caeditur. Laudat Quintum Sch. A. ad vſ. 220. Sch. br. ad 219. Adde Tzetzam Poſthom. 199 ſq. vbi Iacobs non oblitus eſt Chaerephontis tragoediam memorare, inſcriptam: *Ἀχιλλεὺς Θερσιτοφόνος*.

212. *ἀμετροεπὴς. ἐπολώα.* ſine modo, graculorum inſtar, ſtrepebat. Philoxenus in Schol. S. German. ad A,

574 ſcribebat ἐκολώια a κολωιὸς, ſcilicet litteris maiuſculis vſus. ἐκολῴα. ἐθορύβει. (ſic Suidas et iam Apollon. Lex. h. v.) ἠτάκτει. Sch. Plura dant Euſtath. Etymol. Heſych. h. v. vbi v. Intpp. Gellius I, 15 *neque non merito Homerus vnum ex omnibus Thersiten* ἀμετροεπῆ, ἀκριτόμυθον (inf. vſ. 246) *appellat, modo verba illius multa et ἄκοσμα ſtrepentium ſine modo graculorum ſimilia eſſe dicit; quid enim eſt aliud* ἀμετροεπὴς ἐκολῴα. Quae autem illa ſint, quae eius orationem orationisque vim infregerint, videbis expoſita a Dionyſ. Hal. Art. rhet. c. 10, 8. p. 407. vbi quoque docet, eſſe μέτρον orationis in eo, vt quis dicat μὴ περιττὰ μηδὲ λείποντα, μήθ' ἐναντία. Apud Maxim. Tyr. diſſ. XXXII, p. 136 eſt Φωνὴν ἐπεισβόλος, γνώμην ἄτακτος. οἷος εἶναι εἰκὼν ἀκολάστου δήμου. Contra Vlyſſes ap. Sophocl. Philoct. 445 eſt quidem ἀνάξιος Φὼς, idem tamen γλώσσῃ δεινὸς καὶ σοφός. Verſus 212. 213 paſſim habiti in ore ab Ariſtide et aliis.

213. Structura in hoc et ſqq. eſt ambigua, vt variis modis inſtitui poſſit. Interpunxere veteres μὰψ ἀτὰρ, et ἀλλ' ὅτι οἱ εἴσαιτο, vt addantur ſeorſum γελοίιον Ἀργείοισιν ἔμμεναι. Poſt κόσμον alii, et Clemens Alex. Paed. II, p. 173 Sylb. p. 203 Pott. (vbi vſſ. 212. 3. 4. adſcripti ſunt) vt ἐκολῴα ἐριζέμεναι iungantur.

In capite verſus ὅς ῥ' ἔπεα ſerior eſt corruptela, ignorato digamma; fuit ὅς ϝεπεα, vt Bentl. emendat, vel ὅς ῥα ϝεπεα, pronuntiandum ἔπη· praeſtat prius.

ἤδη, ἤδει. iam ſupra vidimus ad A, 70. Eſt ἤδαι ap. Ariſtid. To. II, p. 133. Clement. Alex. l. c.

215. ὅ τι οἱ εἴσαιτο, eſſe pro indicatiuo ἐδόκει, notant Schol. A. B. L. et Schol. L. mox ὑπὸ Ἴλιον eſſe pro ἐπί.

216. αἴσχιστος δὲ ἀνὴρ offendit hiatus. Indoctius in Barocc. Laud. Mori. Eton. eſt αἴσχιστος δ' ἀνὴρ — Bentleius medetur δ' ἄρ' ἀνὴρ, vel αἴσχιστος δ' ἀνδρῶν. Ex Dionyſ. Hal. notum eſt fuiſſe olim ϝανηρ, in Homericis tamen id locum non habet.

Digitized by Google

217. ξ— quod Φολκὸς hoc vno loco occurrit. Sch. A. Notant idem alii, et Apollon. Lex. τῶν ἅπαξ εἰρημένων. ἔστι δὲ οἷον Φαελκὸς, ὁ τὰ Φάη εἱλιμυσμένος. οἷον στραβός.

218. τῷ δέ οἱ ὤμω κυρτώ, ἐπὶ στῆθος συνοχωκότε. Lectum συνοχωκότε inde ab ed. Rom. et Ald. 2. cum in Flor. et Ald. 1. eſſet συνωχηκότε, vitioſe pro συνοχηκότε a συνοχέω. Verum nec minus bene συνοχόω ſe habet, vnde συνώχωκα et συνοχωκὼς ductum videri debet. Intercedit tamen Heſych. in quo eſt συνοκωχότε. ἐπισυμπεπτωκότες. συνοκωχὴ γὰρ ἡ σύμπτωσις. Conſtat autem fuiſſe vocem Ionicam ὀκωχὴ, vnde ἀνοκωχὴ, quod plerumque ſcribitur ἀνακωχὴ, v. Ind. Aretaei Cappad. συνοκωχὴ apud Hippocratem legitur (prior vox lib. de nat. oſſ. p. 59, l. 39. Baſ.) v. Erotian. Pluribus de hac voce egit Valken. ad Ammon. p. 23 (Turbata eſt Erneſtii nota) format ille ἔχω. ἐπέχω. ὄκωχα. quidni ὀκώχω et ὀκωχέω. vt alia ſimilia? Verum omnia quae disputata ſunt, probant quidem voces illas extitiſſe, et fuiſſe Ionicas; enimvero non omnia Ionica et Hippocratea ſunt Homerica; tum non vna eademque fuit pronuntiatio; mollior autem ad meum ſenſum συνοχωκότε, quod et rationem habet et auctoritatem, nam legitur idem in Veneto, Sch. B. Sch. br. Suida et Euſtath. tum in Vrat. a. b. A. Townl. Moſc. 1. 2. vitioſe συνωχοκότε Eton. eadem et aliae corruptelae in codd. Vindob. Emendatam Florentinae lectionem συνοχηκότε, quam Cl. Wolf. in priorem editionem induxerat, tuentur Mori, Vrat. c. nec repugnat rationi συνοχέω. Auctoritas tamen alterius potior eſt. τοῦ συνοχωκότε. Etiam Etymologus habet hoc: συνοχωκότε, συμπεπτωκότε. συνηγμένα. etſi mox ibi miro modo vix a συνοχέω ducitur; in cod. Gudiano admiſcetur quoque συνοχηκότε. At Schol. B. et L. συνοχωκότε δὲ, ἀπὸ τοῦ συνέχεσθαι, ὅ ἐστι, συμπεπτωκέναι. καὶ συνόχησιν ὁδοῦ, ταῖς ἀπὸ πλάτους εἰς στενὸν συμπτώσεσιν. (quae ad Il. Ψ, 330 ſpectant.) Addit Sch. B. ἐπὶ στῆθος δὲ, ἵν' ὁρῷτο τὸ κυρτὸν ἔμπροσθεν. Peccari hic in flexione grammatica, et

Digitized by Google

formas miſceri *συνοχέω, συνοχόω*, manifeſtum eſt. Nihil ad h. v. notatum in Sch. A. nec ab Apollonio in Lex. In Phauorino video fuiſſe quoque qui *παρωχηκώς*, compararent, (Il. K, 252 *παρώχηκεν δὲ πλέων νὺξ*) adeoque *συνωχηκώς, συνεληλυθώς*, ex *συνοιχέω*, factum dicerent, vt ap. Sophoclem *συνοχωκώς*; comparari quoque *οἰχώκεε* (ſic legendum) ap. Herodotum Euſtath. notat, qui et voc. *βυσαύχην* (a *βύω* vel *βύζω*, obſtruo) comparat, de qua v. Heſych. Legitur tandem vox ap. Quintum Smyrn. VII, 501. ſed et ibi corrupte: *τείχεος ὡς ἤδη συνωχοπότος ἐν κονίῃσιν*. deb. *συνοχωκότος* h. *συμπεσόντος*.

Bentl. aliud vitium animaduertit in hiatu *συνοχωκότε. αὐτὰρ*, adeoque mutat: *τοὶ δέ οἱ ὦμοι κυρτοὶ, ἐπὶ στῆθος συνοχωκότες. αὐτὰρ* — Ferri tamen poteſt forte hiatus in ſententia exeunte.

219. *Φοξὸς*. etiam hoc *τῶν ἅπαξ λεγομένων. σημαίνει δὲ τὸν ὀξυκέφαλον*. Scilicet *Φοξὸς* fuit dictum pro *ὀξὺς*, vt et ex Athen. XI, p. 480 D. intelligas, vnde et de vaſe *Φοξὴ κύλιξ* e Simonide Apollon. l. c. vbi v. Not. et *Φοξίχειλος* de vaſe os acutum habente.

ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη. Primo *λάχνη ψεδνὴ*, eſt *λεπτὴ*, v. Schol. Euſtath. Etymol. Heſych. et primo loco Apollon. *ἁρπαὶ, μαδαραὶ, οἷον ἀπεψιλωμένη*.

ἐπενήνοθε. Sch. br. *ἐπήνθει. ἐπέκειτο* et Apollon. *ἐ. πῆν. ἐπέκειτο*. Similiter Heſych. Suid. Bene ad ſenſum, quem ex contextu elicere facile licet. At quaeritur de voce. Ariolantur grammatici varia de etymo; volunt eſſe *ἐπέθεεν. ἐπέτρεχε*. ex *ἔθω* pro *θέω. ἐνέθω, ἐπενέθω*. Sic Sch. A. B. L. Euſtath. Alia tentata ſunt ap. Etymol. in *ἀνήνοθεν*; eſſe *ἔθω, τὸ ἐξ ἔθους ἐπιμελοῦμαι*, vnde et *ἄθειρα*, inde *ἐνέθω*, a quo *ἤνεθα, ἤνοθα, ἐνήνοθα*. Alii ab *ὄθω, τὸ κινῶ, ὤθα, ἐνόθω, ἐνήνοθα*, quam rationem probat Knight p. 59. Alii ab *ἔω, ὑπάρχω*, duxere *ἔθω, ἐέθω, ἐνήθω, ἔνηθα, ἐνένηθα, ἐνήνοθα*. Miror, cum in ſequioribus ſcriptoribus *ἐπανθέω* ſimili ſenſu frequentatum ſit, pro *ἐπιπολάζω*, non placuiſſe ſimpliciſſimam rationem, fuiſſe *τοῦ ἀνθέω* plures formas *ἄνθω, ἀνόθω*. Vnde *ἤνο-*

ϑον, ἐνήνοϑον vti ἐνίπτω, ἐνένιψα, et ἐπανόϑω, ἐπήνοϑον et ἐπενήνοϑον. non enim praet. perfectum hic locum haberet, vt Clarke recte docet, ſed imperfectum vel aoriſtus. Viderūnt ſane hoc idem nonnulli viri docti, ipſe Stephanus et Damm. verum effingunt ex ἐπανϑέω, ἐπῆνϑα, ἐπενήνοϑα. Placent ſibi in hac voce Attici, inprimis rhetores et ſophiſtae, in his Lucianus, pro ἐπιπολάζειν, ἐπεῖναι. et altera ſtructura κεφαλὴν αἵματι ἐπανϑοῦσαν ap. Conon. 45. Etiam Ariſtoph. Eccleſ. 896 τὸ τρυφερὸν ἐπὶ τοῖς μήλοις ἐπανϑεῖ. Theocr. XX, 21 καὶ γὰρ ἐμοὶ προπάροιϑεν ἐπάνϑεεν ἁδύ τι κάλλος. Conuenit h. l. ἐπανϑεῖν τὴν λάχνην. Iterum inf. K, 134 in laena: οὔλη δ' ἐπενήνοϑε λάχνη. Od. Θ, 365 ἔλαιον — οἷα ϑεοὺς ἐπενήνοϑεν. Apollon. IV, 276 πουλὺς γὰρ ἄδην ἐπενήνοϑεν αἰών. Nicand. Alexiph. 509 (62) de hirudine deglutita, quae haeret circa ſtomachi orificium: στομίοισι πέριξ ἐπενήνοϑε γαστρός. Schol. ἀντὶ τοῦ ἐπίκειται· Sic et Heſiod. Sc. 269 πολλὴ δὲ κόνις κατενήνοϑεν ὤμους, κατὰ τοὺς ὤμους. quod non bene mutat Guyetus. Paullo remotior vſus eſt ap. Apollon. I, 664 ἡμετέρῃ μέν νυν τοίῃ παρενήνοϑε μῆτις, παρῆλϑε, ſubiit animum. fere vt ſimpl. αἷμα ἀνήνοϑεν ἐξ ὠτειλῆς. h. e. ἀνεφέρετο. Nec Ionibus ipſam formam ἐπανϑεῖν ignotam hoc vſu fuiſſe, docet Herodoteum ἅλμη ἐπανϑέουσα. aſperſa in ſuperficie ſalſugo.

220. ξ. quod Zenodotus vſſ. 220. 1. 2. 3. ἠϑέτηκε. cupio noſſe, iudicione aliquo an quod a codd. aberant. Nihil enim in iis video, quod reprehendam. Excitat vſ. 220 Plutarch. de inuid. et odio ſub f. et Schol. Pind. P. IV, 507. Addit Sch. A. contra Zenodotum: πρὸς ὑπόϑεσιν δέ τινα λέγονται hi verſus h. e. cum reſpectu ad aliud quid: (ſcil. quod idem Therſites aliquando ab Achille fuit interfectus, vt e Quinto conſtat: v. ſup. ad vſ. 212.) ἐπίτηδες γὰρ τούτων (leg. τοῦτον) τὸν ἀγαϑῶν ἐπεσβόλον παραγήοχε, bonorum omnium obtrectatorem induxit.

221. τὼ γὰρ νεικείεσκε. Sch. A. ait etiam Ariſtarchi ἐκδόσεις habere τὼ, quod et in nonnullis antiquis com-

Digitized by Google

mentariis erat. Fuit ergo in aliis τῷ. At νεικεῖν τινα ſollenne; nec diſſentit niſi vnus locus Il. Υ, 252. 254 etſi et ibi aliter conſtitui poteſt.

νεικείεσκε, *conuitiari ſolitus erat*, reddendum eſſe, monet Clarke. melius, *conuitiari ſolebat*. quae vis eſt imperfecti e contexto.

τότ' αὖ Ἀγαμ. erat editum; mollius ad aurem et perpetuus vſus Homeri eſt τότ' αὖτ' Ἀ. vt ſtatim vſ. 225. ſicque tres Vrat. cum Veneto et Dionyſ. Hal. l. c. Art, 31, 8.

223. νεμέσσηθέν τ' ἐνὶ θυμῷ. inſcite νεμεσσηθέντ' ac ſi dualis pro plurali eſſet, codd. etiam Dionyſii Hal. l. c. edd. Flor. Aldd. donec e Rom. correctum eſt.

224. μακρὰ βοῶν. Vrat. a μακρὰ βιβάς. memoriae vitio.

226. ÷ quod Zenodotus ſcripſerat πλεῖαι δὲ γυναικῶν. Idem improbauit vſſ. 227 et 228. ἠθέτηκε, quod hoc ſenſu eſſe videtur: verſus in eius exemplaribus lectos non eſſe; nam poſt lectionem vſ. 226 adeſſe vix potuere. Schol. A. tamen in his vſſ. Therſiten inprimis riſum mouere notat.

227. ἐνὶ κλισίῃς. Sollennem errorem in communi forma pro Ionica ſubſtituenda, ne memoratu quidem dignum eſſe cenſeo, vt h. l. κλισίαις in Barocc. Mori. Verum Cant. κλισίῃ legit, quod Bentl. praefert, quum et A, 346 ἐκ δ' ἄγαγε κλισίης legatur, et de ſingulis ſingulari loqui ſoleat poeta. Eſt quoque κλισίῃ ap. Plutarch. de aud. poet. p. 28 F. vbi Therſitae dicta comparat cum Achillis verbis A, vſſ. 163. 4. vt exemplo doceat, quam conuenientia vtrique perſonae dicta ſint; ita et vſ. 231 comparat cum A, 129.

229. ἦ ἔτι καὶ χρυσοῦ ἐπιδεύεαι — Alii ἦ ἔτι. Bentl. ἦέ τι καὶ — οἴσει Vindob. οἴσῃ.

231. ÷ quod hunc verſum cum 232. 3. 4. Zenodotus iterum ἠθέτησεν (puto, non reperit in ſuis exemplaribus). Addit Sch. A. in his tamen eſſe τὸ γελοιότατον.

Digitized by

232. ἠὲ γυναῖκα νέην. Structuram mutatam non obſeruant grammatici. Poſt ἦ ἔτι καὶ χρυσοῦ ἐπιδεύεαι ſequi debebat ἠὲ γυναικὸς νέης; verum videntur verba ſe referre ad ἀγάγω. Bentl. adſcripſerat: ἠὲ γυναικὶ νέῃ ἵνα μίσγεαι.

233. ἦν τ' αὐτὸς ἄπο νόσφι κατίσχεαι. Variat et hic ſcriptura: ἀπὸ νόσφι, et ἀπόνοσφι. Eton. vt alibi quoque ex more copulandi voces. — Barnes, ne vltima in αὐτὸς producenda ſit, legit ἦν αὐτός τ' ἄπο. perperam. Eſt autem αὐτὸς, μόνος. tu tibi ſolus.

οὐ μὲν ἔοικε peccat in digamma. Emendat Bentl. οὔ σε ϝοικε. Praeſero equidem οὐ δὲ ϝεϝοικε.

235. ὦ πέπονες. vox Homerica de qua multa videnda Schol. et Lexica, in his Heſych. Etymol. et primo loco Apollonii. Sufficit, primo hoc loco cum vox occurrat, apponere haec: ἀπὸ τῶν πεπαινομένων καρπῶν, a maturis fructibus, ductam eſſe vocem ne dubites; vnde πέπων eſt mollis, mitis, in bonam et in malam partem, vt h. l. σ molles, ἐκλελυμένοι, ignaui. cf. Euſtath. ad Z, 55. Sch. A. ad I, 252. Argutiae grammaticorum ſunt multae, in his Heraclidis, quas v. ap. Euſtath. ad P, 120. p. 1098, 12.

κάκ' ἐλέγχεα. vt alias ὀνείδεα pro ἐπονειδιστοί, ἐλέγχιστοι· Probris digni, qui et Lat. *opprobria* dicuntur. Verſus aberat ab Eton. a pr. m.

236. τόνδε δ' ἐῶμεν. Edd. Flor. Ald. 1. vitioſe τὸν δ' ἐῶμεν. Bentl. malebat τὸν δέ τ' ἐῶμεν. melius puto.

237. γέρα πεσσέμεν. Sch. A. et br. reddunt τὰς τιμὰς κατέχειν. Sch. B. L. κυβεύειν (quod eſſet πεσσεύειν) περιφέρειν ἢ κατέχειν. ὡς τὸ· χόλον θυμαλγέα πέσσων. (I, 561. add. Δ, 513.) Scilicet cum πέπτειν vel πέσσειν proprie ſit *coquere* (ὀπτᾶν) tum *concoquere* cibos ſtomacho, (in Schol. καθολικὴ δύναμις mutandum in καθεκτικὴ vt iam monitum eſt a viro docto) adeoque *mollire*, traductum eſt modo ad notionem τοῦ πραΰνειν, vt ap. Heſych. modo ad notionem *fruendi*, Apollon. Arg. I, 283 ἄλλα δὲ πάντα πάλαι θρεπτήρια πέσσω. *poſſidendi, vtendi*, adeo-

que et *consumendi*, καταδαπανᾶν. v. Etymol. (Ita et *vitam consumere, exigere*, τὰν ἀκίνδυνον παρὰ ματρὶ μένειν αἰῶνα ap. Pindar. P. IV, 330. 1. Connenit ibid. ἀνώνυμον γῆρας ἕψειν ibid. Ol. I, 132 illustratum a Schneidero.) vnde tandem generalis notio τοῦ ἔχειν, κατέχειν. Adiunguntur notiones complexae ex contexto, vt Θ, 513 βέλος πέσσειν, cum doloris e vulnere sensu diuturno, et Ω, 617 κῆδεα πέσσειν, indulgendo dolori. At καταπέψαι χόλον A, 81 erat *continere*, domare. v. ad e. l.

238. ξ— quod οὐκὶ pro οὐχὶ scriptum; saepe repetita obseruatiuncula; inde et in Suida et al. Est autem ad ἤ — ἠὲ supplendum εἰ.

239. ξ— quod Zenodotus scripserat ἑοῦ, male vtique possessiuum pro primitiuo. Notatus is Zenodoti error aliquoties a grammaticis. In Ἀχιλῆα ἕο hiatum alii adverterant; Bentleius, cui de digamma in ἕο, ϝεο, nondum satis constabat, modo Ἀχιλῆα ϝεο, modo Ἀχιλῆ' ἕο μέγ' tentat. Sed prius verum. v. Excurs. ad A, 393. Barnes coni. ἔθεν pro ἕο. nullo cum commodo.

242. Iteratus versus ex A, 232.

246. ἀκριτόμυθε. ἄκριτα καὶ ἀδιάστατα λαλῶν Apollon. Lex. et Hesych. h. v. Lucian. Fugitiu. 30. vbi festiue plurima conuicia coagmentat ex A, 225. B, 202. 246. 214. Z, 181. hunc versum explet Θερσῖτ' ἀκριτόμυθε, κακῶν πανάριστε κολοιῶν. Schol. Pind. Ol. VI, 141 λιγὺς per ὀξὺς hoc versu reddit, οὐ γὰρ ἔνι χωρητὸν, ἄκριτα λέγοντα ἡδὺν εἶναι. At ὀξὺς non magis accommodatum censeo h. l. nisi est ὀξύφωνος. Inter plura ap. Hesych. est εὔφωνος, ἐπιπρόχαλος, volubili lingua.

247. ξ— stigme respexit, puto, obseruationem toties repetitam, quod Homero semper ἐθέλω, nusquam θέλω, dictum esi.

249. Ἀτρείδης Barn. hic et H, 470 ex Eustath. et sic codd. vbique variant, vt Eton. h. l. quasi aliquid interesset. ὑπὸ ϝίλιον Bentl.

250. τῶ veteres scripsere vt Etymol. in τῶ. p. 773. cf. inf. ad 373.

Digitized by

251. μὴ — νόστον Φυλάσσοις. τὴν πρὸς τὴν Φυγὴν εὐκαιρίαν παρατηροῖς. Sch. B. L. add. Sch. br. at v. Not.

252—256. Appositus quinque his versibus obelus, — quia ἀθετοῦνται, partim quod pedestri orationi propiores sunt: ὅτι πεζότεροι τῇ συνθέσει, et quod improprie dictum ἧσαι, nam non sedet (scilicet nonnisi 268 consedit). Sic Sch. Ven. A. accedit Sch. Lipsi. At Schol. B. damnat tantum vss. 254. 255. (vix tamen Scholion illud sanum est. Male quoque adscriptum: Schol. Lipsi. cum eo consentire. nam hoc tollit quinos versus. At Schol. Leid. cum Sch. Ven. B. conuenit.) At ἧσαι alii interpretantur προεδρεύεις. Potest tamen accipi eo sensu quo alibi occurrit, de homine otioso, qui facit aliquid secure. Minus bene cohaerent seqq. σὺ δὲ κερτομέων ἀγορεύεις. Melius iungas ἧσαι ὀνειδίζων, σὺ δὲ κερτ. ἀγ. pro καὶ κερτομεῖς. Vindob. duo ἀγορεύοις praue. Sunt sane non modo hi duo, sed omnes quinque versus haud dubie spurii et e plurium, puto, interpolatione profecti; ab vno 252. 3. ab alio, eoque antiquiore, vs. 254. 5. 6. Insuaue quoque illud τῷ bis repetitum 250 et 254. et altero loco vix sensum commodum habet. Eustathius per interrogationem effert.

252. οὐδέ τι πω. οὐδ' ἔτι Bentl.

257. Stephanus deliberat, sitne distinguendum ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω τόδε, καὶ τ. refellit Bergler. praef. p. 4. Iam A, 212 haec locum habebant.

258. εἴ δ' ἔτι σ' ἀφραίνοντα νικήσομαι. Reposui Aristarcheam lectionem, cuius rationem statim reddam. Vulg. erat εἴ κ' ἔτι σ' ξ— est haec Zenodotea lectio, quam Schol. B. praeferendam esse ait, at Schol. A. encliticam κε vacare ait, quod non recte censet; est enim κε idem ac ἄν, dixeris autem bene εἰ νικήτομαι ἄν σε. pro aoristo coniunctiui: de quo vsu vide Exc. III, ad A, 66. vbi plura exempla futuri cum κε ex Homero memorata sunt. Lectionem tamen Aristarcheam veram esse censeo, verum alia de caussa: manifestum est, δὲ esse eiectum propter interpolationes factas, post quas

δὲ moleſtum erat. At extritis ceteris, etiam vſ. 257 ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, antiquior lectio eſſe debuit 250 τῷ οὐκ ἂν — Φυλάσσοις, εἰ δ' ἔτι σ' ἀφραίνοντα — κιχήσομαι.

In Ariſtarchea lectione in Schol. eſt εἰ δέ τί σ' ἀφραίνοντα — κιχήσομαι· perpetua variatione et aberratione in εἰ δέ τι. εἰ δ' ἔτι. Similiter in altera lectione εἴ κ' ἔτι eſt εἰκέτι in edd. inde a Flor. et Ald. vt et in codd. εἴκ' ἔτι Rom. εἰ κέ τι Turneb. vt in cod. Harl.

Pro κιχήσομαι Ptolemaeus legebat κιχείομαι Sch. A. Lipſ. prior addit: ὅτι ἀφρόνων ἐστὶ τὰ τοιαῦτα γράφειν. Audis grammatici dictum vrbanum! Atqui nihil magis grammaticae rationi conuenire poteſt hoc ipſo; nam εἴ κε vero, proprio ac ſollenni vſu cum ſubiunctiuo iungitur. v. Exc. III, ad A, 66. In Etymol. ὧδε laudatur εἰ κέ τι σ' ἀφραίνοντα κιχείω, ὡς νύ περ ὧδε.

Variatum tandem eſt mirum in modum in extrema verſus parte: Sinopica exhibuerat: κιχήσομαι, ὡς τὸ πάρος περ. Maſſilienſis: κιχήσομαι ὕστερον αὖτις. Philemonis Cretenſis ἔκδοσις· κιχήσομαι ἐν Δαναοῖσιν. Schol. Similia ſunt in Sch. B. et Lipſ. Scilicet, quod male habuit veteres, eſt, quod ὧδε, quod Homero eſt οὕτως, h. l. poſitum eſſe videtur pro *nunc*, vel *hic*. Eo ſpectat Euſtath. ad Ω, p. 1356, 8. 9. In Etymol. ὧδε, redditur illud h. l. per νῦν. At Didymus in Sch. A. defendit vulgatum et addit, δύναιτο δ' ἂν τὸ, ὡς νύ περ ὧδε, ἀκούεσθαι ἁπλούστερον, οὕτως. ὡςαύτως.

260. ξ— quod haec comparanda ſunt cum iis quae in Odyſſea copioſius tractantur. Scholion tamen vix integrum extat. μηδέτι ed. Flor. cum Vrat. c. Moſc. 2. hinc μὴ δ' ἔτι Aldd. et al. vel μηδ' ἔτι. Omiſſus accentus in Turn. Steph. et ſeqq. quem addidi: v. ad A, 131.

262. χλαῖνάν τ' ἠδὲ χιτῶνα. videri poteſt verſus tam otioſus a rhapſodo ſubiectus eſſe, ſententia iam ſuperiore verſu abſoluta; Nihil tamen a priſcis monitum eſſe video; et decet Homerum os diſertum.

τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει. Multa disputant grammatici, ſitne αἰδῶ an αἰδὼ ſcribendum; αἰδῶ tutius eſt Ari-

Digitized by Google

ſtarchus. Volunt porro ex *αἰδῶα αἰδῶ* factum eſſe; quidni *αἰδόα αἰδῶ*? ſic et Etymol. tradit. Tandem *αἰδώς* h. l. pro *αἰδοῖον* dictum accipitur; vti latine quoque *pudor* dicitur. Vir doctiſſ. R. Payne Knight p. 46 ſtatuit ſcriptum quoque fuiſſe *τά τ' αἰδοῖ' ἀμφικαλύπτει*. Sane antiqua ſcriptio ΑΙΔΟ vtroque modo reddi potuit: *αἰδῶ'* et *αἰδοῖ'*.

264. *πεπληγὼς ἀγορῆθεν ἀεικέσσι πληγῇσιν. ξ— ὅτι ἀντὶ τοῦ πλήσσων τὸ παθητικὸν παρείληφε.* Sch. A. Vix tam indocti homines eſſe potuere, qui *πεπληγὼς* paſſivam formam eſſe putarent; et quidem poſt *αὐτὸν — κλαίοντα*. Verum hoc video, ſerius vocem acceptam eſſe pro *πλαγείς*. v. Thomas Mag. p. 702 cum nota Oudend. Fuere quoque, notante Sch. B. qui *πεπλήγων* legerent ad formam *τοῦ· πέπληγον δὲ χορὸν θεῖον ποσίν*. Od. Δ, 264.

ἀεικέσσι. bene Apollon. Lex. *αἰκιστικαῖς*.

266. *ὁ δ' ἰδνώθη*, Sch. br. *συνεκάμφθη*. Galeni gloſſae et Erotianus: *ἰδνοῦται. λοξοῦται. συνιζάνει*. Sch. B. L. *ἀνεκλάσθη, ὅπως τέλειον προκύψῃ τὸ κυρτόν*. Apollon. Lex. *εἰς τοὐπίσω ἐκάμφθη*. immo *ἐνεκάμφθη*. contrahens ad ictum tergum medium, ſubtrahendo illud verberibus. De etymo ab *ἴζω* agunt omnes. Add. Etymol. et Sch. B. ad M, 205. Excidiſſe ad noſtrum locum Scholion diſco ex Sch. A. ad e. l.

θαλερὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ. Suidas: *ἁλυκόν. δριμύ. ἁλυκὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ*. Promtum eſt putare ad h. l. gloſſam ſpectare. Nec minus tamen in promtu eſt, putare gloſſam eſſe corruptam aut male exſcriptam, aut verſum eſſe ex alio poeta petitum qui Homericum variauit. Sin ea recte ſe habet, *ἁλυκὸν* lacrimarum epitheton recte eſſe poteſt, quandoquidem eſt *ἁλυκόν*, non modo *ἁλμυρόν*, verum etiam *χλιαρὸν, θερμόν*. Eſt tamen *δάκρυ* vel *δάκρυον θαλερὸν* vſu frequentatiſſimum: de lacrima, quae ex oculis quaſi propullulat, prodit, *ἀκμάζει*, hinc varie redditur *ἁπαλὸν, ὑγρὸν, πολὺ —*. Etymol. Heſych. al.

ἔκπεσε δάκρυ. Aristarchus legebat ἔκφυγε. Sch. A. addit, esse hanc vocem Homericam, et celeritatem declarari, vt in φύγεν ἠνία, et ἔκφυγε χειρός. Idem narrant Sch. B. L. Eustath. Qui Aristarchea restituenda esse statuit, hoc reponet.

267. σμῶδιξ δ' αἱματόεσσα μεταφρένου ἐξυπανέστη. σμῶδιγξ Barnes scripserat, quoniam Ψ, 716 σμώδιγγες occurrunt. Disputat contra eum Clarke ita vt dicat, γ iam extare in ξ. esse enim σμῶδιξ idem ac σμῶδιγς. Enimuero sic casus secundus erit σμώδιγος; at in σμῶδιγξ, vt in similibus aliis, non est animaduersum, γ ante ξ esse ductum litterae ν, et antiquiores scripsisse ΣΜΩΔΙΝΞ vnde sane sunt σμώδινγες. Nec tamen vel sic aliquid in scriptura cum Barnes est nouandum; nam abiit σμώδιγξ in mollius σμῶδιξ. De etymo v. Schol. cum Eustath. Etymol. Hesych. et primo loco Apollon. Lex.

Cant. σμώδηξ scribit.

ἐξ ὑπανέστη diuisim alii, vt Vrat. c. Mosc. 1. ἐξυπαρέστη nil nisi vitium ed. Steph. Mox 268 χρυσέου esse binis syllabis efferendum, nunc norunt omnes.

269. ἀλγήσας τ', ἀχρεῖον ἰδὼν, ἀπομόρξατο δάκρυ. Ex quod Philetas scripsit ἀχρεῖον ἰδῶν, vt esset ex ἰδεῶν, pro ὀμμάτων, adeoque: ἀλγήσας τ' ἀχρεῖον, ἰδῶν ἀπομόρξατο δάκρυ. „At ἰδέας ὀφθαλμοὺς, Homerus non dixit.“ recte sic Sch. A.

ἀχρεῖον. varia grammaticorum est disputatio de accentu: quam iis facile concesseris, modo vim vocis teneas. Scribebant Dionysius (Thrax) et Tyrannio ἄ-χρειον, vt apud Atticos ἄμουσος. At ἀχρεῖος, vt ἀνδρεῖος. Ἀργεῖος. Schol. A. defendit. Et esse hoc Homerici cum asseuerant alii, vt Schol. Lipsi. cf. Etymol. in ἀχρεῖος. et Eustath. qui alia ex Herodiano laudat. Altera quaestio est de etymologia. In Schol. A. ducitur a χράω attingo, vnde χραύω, ἅπτομαι, πλησιάζω, βαρύνω. vnde ἀχρὴς, ἀσθενὴς, e Philoxeno ἐν τῷ περὶ μονοσυλλάβων ῥημάτων. Nonnulla hinc habet Schol. Amst. Ap. Hesych.

Digitized by Google

est ἀχρέα. βλάσφημον. ἄμορφον. ἀχρεῖον. λυπηρόν. Etymol. ἀχρής. οἷον· ἀχρὴς δ' ἀνέπαλτο. Debet esse versus 83, 85 vbi nunc legitur: ἀλγήσας δ' ἀνέπαλτο. vt fuisse aliquando lectum videatur: ἀχρὴς δ' αὖ ἀνέπαλτο. De sensu male disputatur eo loco; debuit esse aut *debilitatus vulnere*, aut *molestiam faciens*. Apud Clement. Alex. Paed. III, p. 238 C. Sylb. e vetere poeta: qui nec sapit nec bene monentibus paret: ὁ δ' αὖ ἀχρὴς ὁ ἀνήρ· est versus Hesiodi Ἔργ. 297 ὁ δ' αὖ ἀχρήϊος ἀνὴρ, vt nunc legitur. Proximum tamen aliis visum est ἀχρεῖον esse a χρεία. Et est *vulgaris* vocabuli notio: *inutilis*, adeoque *ineptus*, *nequam*. Clarke in etymo argutatur plus quam par est. Tandem de significatu: quid est ἀχρεῖον ἰδών? Secundum eundem Philoxenum ἀχρεῖον est τὸ ἀσθενὲς καὶ βάρους μὴ μετέχον. Quid tamen sit ἀχρεῖον ἰδών, ex his vix elicias. at Etymol. qui h. l. exscripsit, addit: ἀχρεῖον ἰδών, ἀντὶ τοῦ ἀσθενῶς καὶ ταπεινῶς. Melius idem alterum hinc interpretatur Od. Σ, 162 ἀχρεῖον δὲ γέλασσε Penelope, ἐπίπλαστον καὶ ὑποκεκριμένον, quod et Eustath. habet; (in Etymol. καὶ ἐπιπόλαιον) μέχρι τοῦ τὰ χείλη μόνον διανοίγειν. Omnes anteire debet Apollon. Lex. ἀχρεῖον ἰδών, ἀγεννὲς, εἰς οὐδεμίαν χρείαν ἐμβλέψας. ἢ σκυθρωπάσας, καὶ οἷον διαστρέψας τὴν ὄψιν. καὶ ἐπὶ τῆς Πηνελόπης· ἀχρεῖον δ' ἐγέλασσεν· εἰς οὐδεμίαν ἀξίαν. ἐξ οὗ τὴν οὐκ ἀπὸ γνώμης γελῶσαν. Descripsit ille in his, quae Hesych. quoque exscripsit, rem; non verbi vim constituit. Ita enim solent facere grammatici, vt aut ex etymo solo aut ex solo contexto interpretentur, raro vtriusque et analogiae simul rationem habeant. Verbi vix alia vis esse potest quam in Odyssea τὸ σκαιὸν, *inepte*, *inuito*, risit; et Thersites suspexit *vultu stolido*, *fatuo*; cum dolorem dissimularet, simulque ira, pudore ac metu haberet os distortum; habet adeo vox ex contextu et re suas notiones adiunctas. Atque eo redeunt Scholia B. et L. ἀκαίρως ὑποβλέψας. ἢ τὸ πρόσωπον ἀμορφώσας. Eustath. ἀκαίρως ὑποβλέψαι καὶ ἐπ' οὐδεμιᾷ χρείᾳ. nimis

ex etymo. Delabitur hinc ad aliud: ἢ ἀντὶ τοῦ μιμοειδὲς καὶ ἀχρειοποιόν. Apud Ariſtoph. ἀχρεῖος et ἀγρεῖος, ruſticus, variat Nub. 655. et in Epigr. ap. Brunck. To. III, p. 197, 132.

Apud Theocritum XXV. Herc. leont. 72 canes ἀχρεῖον κλάζον, exprimit gannitum canum, κυνζήθμὸν, canum adulantium, aſſultantium, inepto modo. λόγος ἀχρεῖος apud Antonin. Lib. c. 11. p. 72 vecors, ſtolidum, dictum; et ſic Heſiod. Ἔργ. 297 ἀχρήϊος ἀνὴρ eſt ſtolidus.

Alii ſcopulo impingimus in peccato contra vſum τοῦ digamma in ἰδὼν, eſt enim αχρειον ϝιδων. Bentl. emendat vel ἀχρεῖον ὁρῶν, vel ἀχρεῖα ϝιδών. Occurrent plura loca, in quibus ὁρᾷν et ἰδεῖν aut variant aut permutantur; nec alienus ſum ab ἀχρεῖον ὁρῶν.

ἀπεμόρξατο vulgo edebatur. At ἀπομόρξατο Ven. Townl. Eton. vn. Vindob. ſicque legit Euſtath. et ipſe Apollon. Lex. in ὁμόρξατο vbi v. Toll. Vtrumque reperitur ap. Heſych. et Etymol. quem vide. Potuit eſſe et μέργω, vnde ἀμέργω eſt, et μόργω, ὁμόργω, quod in libris permutatur cum ἀμέργω, vt in Apollon. Rh. et Tryphiod. 341. vbi cf. Northmore. In Homero tamen ſollenne eſt ὁμορξάμενος, ἀπομόργνυ, E, 419. ergo et h. l. probandum ἀπομόρξατο. Expreſſum eſt hoc in edd. Od. P, 304 ἑ νόσφιν ἰδὼν ἀπομόρξατο δάκρυ, at in aliis locis edd. ſeruant ἀπεμόρξατο, vt E, 798.

270. οἱ δὲ, καὶ ἀχνύμενοί περ, ἐπ' αὐτῷ ἡδὺ γέλασσαν. Non ἀχνύμενοι ἐπ' αὐτῷ, ὡς πληγέντι, vt ap. Sch. B. L. alii olim acceperant, ſed ἀχνύμενοι, quod a reditu in patriam retrahebantur. Ambigua verba eſſe, putauit quoque Theon Progymn. p. 47.

271. ὣδε δέ τις εἶπεσκε. Hac ἠθοποιΐᾳ ſaepius vtitur poeta; in nonnullis locis forte nec minus rhapsodi. Vide Γ, 297. 319. Δ, 81. H, 178. 201. P, 414. X, 372. Odyſſ. Θ, 328. K, 37. N, 167. Σ, 71. 399. Φ, 396. Ψ, 148.

Digitized by

272. ὦ πόποι, ἦ δὴ μυρί' Ὀδυσσεὺς — Mirum in modum argutantur grammatici, (et videtur in Sch. B. ζήτησις Porphyrii apponi) quod Achiui nunc poſt risum γνωμολογοῦσι. Atqui nil aliud in verbis eſt, quam Achivos impudentiam hominis dudum aegre tuliſſe, nunc autem eam ab Vlyſſe repreſſam lubentes vidiſſe. De ἔοργε, ϝεοργε, v. inf. ad Γ, 57.

273. βουλάς τ' ἐξάρχων. Homerus non quarto, ſed ſecundo caſu vtitur: vt, μολπῆς ἐξάρχων. Supplet Euſtath. εἰς βουλάς, melius ſubſtitues κατὰ βουλάς. Cum quarto caſu iunxere ſeriores. Dubitationi itaque et hic locus eſt, an hic verſus primo auctori debeatur. Iam in Hymno XXV, 18 Diana *praeit*, ἡγεῖται, ἐξάρχουσα χορούς. prima ſe mouens ad cantum et ſaltationem. Porro πόλεμόν τε κορύσσων. Etiam hoc inſolens eſt. Euſt. ſupplet εἰς πόλεμον. Sane cum κορύσσειν ſemel omnino pro καθοπλίζειν dici coepiſſet (v. Etymol. in κεκορυθμένα) vſu hinc abire potuit in latiorem ſignificatum, *parare, adornare;* adeoque *pugnam inſtruere;* nunc ſorte omnino pro πολεμίζειν, μάχεσθαι.

274. τόδε repoſui pro τὸ δὴ quod legebatur; quodque defendi quidem poteſt, minus tamen gratum eſt, et cauſſam lapſus habet manifeſtam. Erat νῦν δὲ τόδε in Flor. hoc ſtatim mutatum in τὸ δὴ in Ald. 1. e correctione indocta, vt ſyllaba producta fulcrum eſſet metri. At τόδε et Euſt. legerat, et Venetus, et Eton. Townl. tres Vrat. Moſc. 1. 2. τὸ δὲ etiam Lipſ. Vrat. A. Nec minus bene tamen τόδ' αὖ eſt in Barocc. Harl.

275. τὸν λωβητῆρα ἐπεσβόλον h. e. λοίδορον. vt iam Apollon. Lex. h. v. reddidit. Turbas facit hiatus. At hic ipſe firmat et antiquam ſcripturam et etymologiam: ἐπεσβόλος eſt ὁ ἔπεσι βάλλων (vt apud Tragicos φθόνος βάλλει et ap. Pindar. Ol. VIII, 73 μὴ βαλέτω με λίθῳ τραχεῖ φθόνος.) cf. Schol. br. B. L. Euſt. Etym. Heſych. Adeoque ſcriptum fuit per digamma ϝεπεσβολον. Ad h. v. ſpectat Heſych. ἀγοράων. δημηγοριῶν, vt haud

dubie legendum. Eſt pro vulgari: τοῦ ἀγορεύειν dictum. Eſt quoque in vno Vindob. ἀγορεύων.

276. ξ— quod πάλιν reſpectu praeteriti temporis, αὖτις de futuro dictum. Scilicet ex Ariſtarchi doctrina eſt πάλιν, εἰς τοὐπίσω, τὸ δὲ αὖτις χρονικὸν, ἐκ δευτέρου. cf. ad N, 3. ἀγήνωρ, nunc in vitium, αὐθάδης, ὑβριστὴς, θρασύς. Sch. br. cf. I, 695. Tum αὖτις alii. ἀκήσῃ et νεικείῃν ſcriptum in Apollon. Lex. in ἀγήνωρ. Mox v. 277 ἐνειδίοις vitioſe lectum in codd. editum erat et hic ante ed. Oxon. et Barneſ. cum tamen verius haberent Schol. br. (cf. ad A, 519). Etiam Ven. Mori Cant. — οὐ θὴν, οὐ δὴ, pro ſanè, δῆ cf. ad Θ, 448.

278. ξ— diple ad figuram: Φάσαν ἡ πληθύς. (quae ex h. l. plerumque docetur vt ap. Gregor. Cor. p. 22. add. Suidam in ὡς Φάσαν ἡ π.) et quod πτολίπορθος rationem habet in narratione de equo ligneo. (Od. Θ, 494 ſq.)

Porro ἀνὰ δ' ὁ πτ. Ὀ. legebatur; eſt ea Ariſtarchea lectio: v. A. et B. L. at articulo ita non vtitur Homerus; *ille* vero Vlyſſes hic vix bene diceretur, quod grammatici volunt; nec de *vrbium euerſore* nunc agitur. Narrant tamen Sch. B. et L. τινὲς δὲ χωρὶς τοῦ ἄρθρου, κακῶς. immo vero recte. Aberat quoque ὁ a Vrat. a.

πτολίπορθον ab Ariſtarcho eſſe notatum in Sch. L. cum eſſet quoque in nonnullis πτολέπορθον. (ſere vt ἀγχέμαχος et ἀγχίμαχος.)

281. ὣς ἅμα θ' οἱ πρῶτοι. Townl. Eton. ὥς θ' ἅμα θ' —

282. ἐπιφρασσαίατο βουλήν. ante Barnes legebatur e codd. ἐπιφραδαίατο cum vitio metri.

283. ὅς σφιν. Legitur et hic ὅσφιν et ὅ σφιν Ven. Townl. al. v. ad A. 73.

284. Verſus vsque ad 288 appoſuit Tiberius de ſchemat. f. 11. exemplum reprehenſionis per inductionem perſonae alterius; omittit tamen vſ. 287. ἐνθάδε

Digitized by Google

σοι. et vſ. 288. ἐκπέρσαντες. Etiam Dionyſ. Hal. Art. rhet. c. 8, ſ. 12. c. 9, ſ. 6. artificium in hac Vlyſſis, et mox in altera Neſtoris oratione ante oculos ponere ſtudet. Eſt ap. eum, ἦ μάλα δή σε, ἄναξ. E Schol. ſuſpicor, lectum olim fuiſſe νῦν γάρ σε, ἄναξ. niſi eſt interpretamentum τοῦ δή.

285. ἐλέγχιστον. ἐπονείδιστον. αἴσχιστον vt h. l. et alibi exponitur in Sch. et Heſych.

286. ξ— quod οὐδέ τοι ἐκτελέουσιν dictum pro ἐκτελέσουσι. Tum οὐδέ τι Barocc. male h. l.

287. ἐνθάδ' ἔτι στείχοντες moleſti aliquid ineſt voci ἔτι. legitur tamen ſic in codd. Mori, binis Oxon. Eton. binis Vindob. et ipſa Ven. etiam Euſtath. ἐνθάδε τι Lipſ. ἐνθάδ' ἐπιστείχοντες cod. Cant. ap. Dionyſ. Hal. l. c. quod tamen Homericum non eſt. Ad Clarkium vsque edd. ἐνθάδε τοι quod praeferendum erat, niſi praecederet οὐδέ τοι. In cod. Vindob. quem vir doctus Alterus edidit, eſt ἐνθάδε γε στ. quod reponerem, ſi codex ille vllius eſſet auctoritatis. Saltem ἔτι reddes: quam polliciti ſunt adhuc tum, cum huc proficiſcerentur: nam durius foret iungere οὐδὲ ἐκτελέουσιν ἔτι.

288. Ἴλιον ἐκπέρσαντ' quis dubitet eſſe σε ἐκπέρσαντα. Oſcitanter tamen alii expleuerunt ἐκπέρσαντε vt eſſet pro ἐκπέρσαντας, memorante Clarkio.

289. ὥστε γὰρ ἦ παῖδες νεαροὶ, χῆραί τε γυναῖκες. haec ita et in hoc verſu; poſt ἦ debebat ſequi alterum ἦ, adeoque ἦ χῆραι γυναῖκες. Alias debet eſſe ὥστε εἰ. vt ὡς εἰ, ὡστερεί. Etiam Bentl. adſcripſerat εἰ.

291. ξ— quod πόνος eſt pro ἔργον· nusquam enim πόνον pro dolore (ἀλγηδόνα) dixit poeta. Sch. A. Atqui, dices, nec h. l. ſic erat accipiendum; eſt, vt et Sch. B. et L. accipiunt, pro moleſtia et aerumna dictum. πολὺς μὲν οὖν ἐστιν ὁ πόνος, ὥστε λοιπὸν ἀπηδιάσαντα (ſcil. τινὰ) ἀνιᾶσθαι. meliora haec. πόνος eſt aerumna. κακοπάθεια. ita ipſum bellum et pugna. νέεσθαι eſt ἀπονέεσθαι

ex 288. Fuisse qui πόθος corrigerent, Clarke narrat; ipse supplet, *re infecta*, parum commode.

Ceterum parum placet intra paucorum versuum numerum vocem νέεσθαι ter quaterue iterari, bis in fine vs. 290. 291. Habet alter hic versus omnino notam adscriptae seu interiectae ab alio sententiae. Cum eum Paraphrastes omiserit, adulterinum eum esse suspicabatur Wassenberg. idem eum non lectum esse ab Eustathio notauerat; quod tamen aliter se habet; v. Eustath. p. 222. Versum tamen requirit ipsa sententia et nexus. v. Notam. Fuit vir doctus, qui coniiceret: ἀνιηθέντα καθῆσθαι. In Mosc. 1. versus septem 285—291. in rasura scripti erant; in vno tamen et tali codice criticus vsus eius rei esse potest nullus.

292. μένων ἀπὸ ἧς ἀλόχοιο. pro ἄποθεν. Ergo nonnulli olim scripsere ἄπο, repugnante canone Aristarcheo, v. ad Σ, 64. τις ἔνα codd. vt Vindob. sed τίστε pro τις obuium est.

293, ἀσχαλάα παρὰ νηί. Sic olim legebatur. Cod. Ven. cum Schol. A. σὺν νηί, et sic legerat Hermog. Method. c. 31. et Eustath. qui addit: σὺν ναυσὶ γὰρ καὶ Ἕλληνες μένουσιν ἐν τῇ Τροίᾳ. Porro σὺν νηί Eton. Barocc. Laud. Cant. et a pr. m. Mori. Lipf. Vrat. b. c. A. Mosc. 2. et a pr. m. 1. Flor. quam statim Ald. 1. deseruit cum Rom. inde vulgatum παρά. Videtur adeo huius interpretamentum esse παρά. quod et Ern. iudicabat. Itaque Wolf. recepit σὺν, recte. — ὅν περ Eton. Venet. Lipf. vn. Vindob. Porphyr. Qu. Hom. c. 3. cum vulgatum esset ἣν ad νῆα, quod et ipsum bene se habet.

294. χειμέριοι Flor. Ald. pr. a qua discessit Ald. 2. cum seqq. etiam Romana. χειμέριοι etiam Vrat. c. Lipf. et placet Erneftio. Verum ab Homero etiam aliis locis femininum frequentatur, vt Γ, 222. etsi et ibi lectio variat. Ceterum ex h. l. firmatur etymon τοῦ ἄελλα ex εἴλέω ap. Porphyr. l. c. Pro εἰλέωσι alii εἰλέωσι. Cant. ἑλέωσι. Pro var. lect. in vno Vindob. Φορέωσι.

Digitized by

295. περιτροπέων. περιτρεπόμενος Schol. Apollon. Lex. h. v. Heſych. h. v. ex h. l.

296. τῷ οὐ. Correptum τῷ ante vocalem: cf. ſup. ad v. 205.

297. ξ Turbatum eſt Scholion A. ὅτι Ζηνόδοτος γράφει · ἀσχαλάαν μιμνόντεσσι. τὰ πληθυντικὰ δυϊκῶς ἐκφέρων. ſcripſeratne μιμνόντοιν?

298. recitatur a Strab. III, p. 223 B. Ariſtot. Rhet. I, 6.

299. ξ quod Zenodotus legebat μείνατ' ἔτι χρόνον. quod non adeo abſurdum eſſe videtur.

300. ξ quod οὐκὶ ſcribendum, non οὐχὶ, v. ad 238. et quod Ariſtarcho auctore, ἦ ἐτεὸν, vt et in Ven. legitur, non εἰ, eſt legendum. Sane ſaepe illud εἰ omittitur, vt tamen ſupplendum ſit, et eius locum occupat ἦ, ſi ſequitur alterum ἦ, vt h. l. ἦ ἐτεὸν etiam Vrat. a. ἐτεὸν autem, (κατὰ τὸ) ἀληθῶς, ab ὁ ἐτὸς, de quo v. Etymol. Aliud eſt τὸ ἐτὸς, μάτην de quo v. Ruhnk. ad Timaeum p. 200.

301. εὖ γὰρ δὴ· τόδε ἴδμεν. Exhibet τόδε Venetus Vrat. a. b. Townl. Moſc. 1. 2. Eton. Alii cum edd. τόγε.

302. ξ quod Zenodotus exhibuerat μάρτυρες. Atqui Homerus alteram formam ſequitur: (ſaltem pro ea pugnat Od. Π, 423 οὐδ' ἰκέτας — οἵσιν ἄρα Ζεὺς μάρτυρος.) Hoc Scholion ſaepe repetitur, et h. l. a ceteris grammaticis, item ad Γ, 280. Ξ, 274. cf. ad A, 338.

302. 303. Varie iungunt χθιζά τε καὶ πρώιζα et interpungunt codd. et viri docti. Modo illa referunt ad ἴδμεν, modo ad ſeqq. vt finiantur ſuperiora poſt Φέρουσαι vſ. 302. Alii ad Κῆρες Φέρουσαι χθιζά τε κ. π. quod iam expreſſerat Wolf. quem v. praef. p. XIV. ed. pr. Tum Ὅτ' ἐς Ἀ. — ὕδωρ· ἔνθ' ἐφάνη. πρωΐζον, πρῷζον, ex πρωΐ, et πρωιζὸν ſcribunt veteres; non πρώιζον, ergo nec πρώιζ' edi debebat, ſed πρωΐζ'. Vſu tamen receptum πρώιζα, ſorte vt πρώην.

305. Est in Sch. B. πρόβλημα καὶ λύσις Aristotelis seruata a Porphyrio, vt suspicor, mirae subtilitatis. Si narrationi, inquit, inest τέρας, debet illud esse non in eo, quod passeres deuorantur a serpente, verum in eo, quod serpens in lapidem mutatur. Cur igitur Calchas hoc in interpretatione omnino non attingit? Aristoteleam dubitationem ante oculos habuisse videtur Cic. de Diu. II, 30 *Quae tandem ista auguratio est ex passeribus annorum potius, quam aut mensium aut dierum? cur autem de passerculis coniecturam facit, in quibus nullum erat monstrum, de dracone silet? qui id quod fieri non potuit, lapideus dicitur factus? postremo quid simile passer habet annis?* aut potius *anni*, vt coni. Hotting. V. C. Atqui parata est responsio: τέρας omnino in passerum et matris *nece* continetur: *quatenus* est *res insolita*, obseruata *inter sacrificandum*, in *conspectu magnae hominum multitudinis*. At grauior est alia quaestio, cum paullo ante Aristoteles dixerit: nihil quod insolens sit, in hoc esse, si passeres a serpente deuorentur, sique illi octo numero sint; in alio Scholio ad 311 legitur: τέρας δὲ τὸ ὀκτὼ τετοκέναι. ἔττὰ γὰρ τίκτει, (f. ὠὰ) ὧν τὸ ἓν οὔριον ἐᾷ εἶναι. Et sane conuenit, quinque fere vel sex oua parere passerem. Possit adeo hactenus prodigium in numero octonario quaeri. Verum Aristoteles diserte aliquo in loco (nam in Hist. Anim. locum non reperio) tradiderat vsque ad octo parere: vt ex Athenaeo (IX, p. 391 F.) obseruat Gesner. de Auib. p. 645. Possit prodigiosum videri et illud, quod mater non auolauit; verum trepidatio et consternatio auium etiam alias tanta saepe esse memoratur, vt in hiantem serpentum rictum inuolent. In eodem Scholio subiiciuntur interpretationes ostenti ex iis qui περὶ οἰωνιστικῆς τῆς καθ' Ὅμηρον scripsere, tam ineptae ac putidae, vt memoratu dignae haud sint. Repetuntur ineptiae ad v. 308. a Schol. B. L. et a ceteris et Eust. ad 311. 316. 319. 325. 329. vbi et Porphyr. in Leid.

Digitized by Google

306. ἔρδομεν. alii ἔρδομεν. v. ad A, 315. Mox 307 ὄθι pro ὅθεν Eustath.

308. Draconis nomen Σθένιος seruatum a Porphyrio e Dionysio ἐν τῷ ε τῶν ἀπόρων. et platani truncum sibi monstratum viderat Pausan. IX, 19 sub f. — ἔνθα Φάνη Mosc. 1. recte. In δαφοινὸς ambigunt grammatici, Sch. br. Hesych. Etymol. In μέλας acquiescit Eustath. At iam Apollon. Lex. h. v. ὁ μεγάλως φοινὸς, ἐρυθρός. Ἔνιοι δὲ δαφοινὸν, τὸν μεγάλως φόνιον. (pro ἄγαν, ex ζα, δα)

309. σμερδαλέον primo occurrit: φοβερὸν, καταπληκτικὸν, vbique exponitur, in Schol. Etymol. Hesych. — Argutantur grammatici in etymo, cum sit σμερδνὸν (E, 742) a σμέρδειν, μέρδειν, ἀμέρδειν, *praestringere oculos.*

311. ἔνθα δ' ἔσαν. scribunt alii ἐνθάδ' ἔσαν — στρουθοῖο. At Chaeris στροῦθος scribere iusserat. Sch. A.

312. πετάλοις ὑποπεπτηῶτες. Miris modis rationem grammaticam reddunt grammatici: modo, esse pro ὑποπεπτηκότες, modo pro ὑποπεπτωκότες. Sch. Leid. Eustath. — etiam pro πεπτηχότες a πτήσσω alii ap. Etymol. p. 662. Sed est πέπτα. πεπτὼς, πεπτεὼς et πεπτηώς. et haec a πτέω, πτῶ. cuius generalis notio est *pando, expando,* vnde translatum est ad *volantem,* ad *prostratum* et ad *cadentem,* etiam *prae metu subsidentem;* qui πτήσσειν, πτώσσειν dicitur. Hoc loco sunt pulli, πετάλοις ὑποκείμενοι, *sub foliis sedentes.* Aliquoties vocem adhibuit Apollonius IV, 1263 τῇδ' ὑπ' ἐρημαίῃ πεπτηότας, *qui subierant syrtes,* in eas inciderant, et III, 321 αὐτοὺς δ' ὑπὸ δούρασι πεπτηῶτας, *amplexos trabes.* Est in Sc. Herc. 265 Tristitia λιμῷ καταπεπτηυῖα *quae fame contabuit,* concidit. Od. N, 98 in portu Phorcynis δύο προβλῆτες ἀκταὶ ἀπορρῶγες λιμένος ποτιπεπτηυῖαι. προσπεσοῦσαι, flexu vtrinque facto tantum non *mutuo coeuntes.* At loca sub monte, monti adiacentia, dicunt ὑποπεπτωκέναι, etiam finibus, populis, vicina, ap. Polybium, Strabonem (v. c. p. 558 A.) et alios. — In Etymol. in ὄζος legitur: ὄζῳ, ἐπ' ἀκροτάτοις πετάλοις, ὑποπεπτηῶτες.

314. ξ— quod Zenodotus legerat τιτίζοντας; est tamen ea vox nimis tenuis, et vsu vulgari de voce pullorum. „At illi κατεσθιόμενοι τρίζουσι.“ Sch. A. Paria sunt ap. Eustath. qui ad Il. Δ, 374 ait alios Zenodoto adscribere lectionem τεττίζοντας; quae eadem ad e. l. habet Sch. A. Apud Hesych. est τιτυβίζειν. Simile est πιπίζειν, quod idem Hesych. habet. At τρίζω est ap. Etymol. Iterum de leni strepitu, qualis est vespertilionum, occurrit Il. Ψ, 101. et Od. Ω, 5. tum omnino est *stridere*, ibid. 714. Voce vsi sunt seriores, vt Plutarchus, qui saepe Homericis vocibus vtitur, mulieres Ambronum in Mario p. 416 E. δεινόν τι τετριγυῖαι καὶ περίθυμον. — τετρυχῶτας Cant. Vrat. b. c. A. ed. Flor. a τρύζω quod sane idem esse debuit, et occurrit inf. I, 311. vnde τρυγὼν, *palumbes*.

315. ἀμφεποτᾶτο ὀδυρομένη. Hiatus ab Homero alienus; iam Bentleio obuersatus, qui emendauit ἀμφεποτᾶτ' ὀλοφυρομένη. Vindob. ἀμφιποτᾶτο.

316. τὴν δ' ἐλελιξάμενος. Bentlei. τὴν δὲ ϝελιξαμενος. et sic Dawes p. 177. Suspicor ϝελισσειν resolutum fuisse in ἐλελίσσειν cf. ad A, 530.

πτερύγος scribebat Aristarchus, hic et Ψ, 875. cui obtemperat Sch. A. ὡς πάνυ ἀρίστῳ γραμματικῷ, cum Sch. br. et Eustath. vt adeo fuerit πτερὺξ pronuntiatum. Alii diuerso sensu voluere πτάρυξ et πτερὺξ scribi, v. Etymol. et Eustath.

ἀμφιαχυῖαν. pro portento vocem habet Dawes p. 177. et rescribit ϝεϝιϝαχυιϝαν. (ϝεϝιϝαχυιϝαν) quod multo magis portenti simile dixeris. Ita solemus plerumque bene inuento, quod placuit, male vti. Vere ita res se habet vt per digamma scriptum fuerit ϝιαχω. ϝιαχη. vt sup. ad A, 482 vidimus. Debuit adeo esse ἀμφιϝιαχω. Potuit tamen in compositis digamma excidere; vt ab ϝεπω est ἐνέπω, ab εἶπη παρείπη A, 555 et al. Potuit quoque ἀνιάχω ανϝιαχω esse, adeoque ανϝιαχυια- mutatum in φ, ἀμφιάχυῖα. Prius firmes exemplo τοῦ

ἐπιάχω pro ἐπιβιάχω, vt E, 860 ὅσσοι δ' ἐννεάχιλοι ἐπιλαχον et aliquoties alibi; quod et ap. Apoll. Arg. I, 387. occurrit, et ſaepe ap. Quintum, vt et ἀμφίαχον. περίαχον. Grammatici in Schol. Heſych. Etymol. tradunt non niſi vulgaria. Defendit ἀμφιαχυῖαν, vt nunc habemus, Knight p. 67. laudatque ex inſcript. Heracleenſi ap. Mazoch. δαμιοργος, cum deberet eſſe δαμιοργος.

317. Fuit haud dubie κὰτὰ τέκνα Φάγε Ionice. ſicque erat in Moſc. 1. — Ad h. v. ſpectat Heſych. gloſſa κατεκνέφαγε etiam a Bentl. emendata.

318. τὸν μὲν ἀρίζηλον θῆκε θεός, &c. quod Zenodotus ſcribit ἀρίδηλος, et admittit verſum ſequentem, quem alii ſuſtulerunt, cùm viderent τὸ τέρας non in ἀπολιθώσει ſerpentis eſſe quaerendum: v. Obſſ. ad 305. Scilicet aberrarunt grammatici a ſenſus veritate, cùm non viderent ſerpentem in lapidem mutatum monumentum portenti factum eſſe *conſpicuum*: adeoque ἀρίζηλος ſenſu eſſe idem quod ἀρίδηλος, Φάνερός. etſi potuit quoque ἀρίδηλος eodem ſenſu poſitum eſſe, et pronuntiando geminari δ, ἀρίδδηλος. At illi voluerunt ἀρίζηλον eſſe dictum pro ἀίδηλον, ex oculis ſublatum. v. Etymol. in ἀίδηλος et ἀρίζηλος, vbi prouocatur ad Cratinum ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Βασιλείου περὶ Ὁμηρικῆς λέξεως. quem laudat, etſi corruptis vocibus, Etymol. Gud. in voc. ἄρκτος. Hinc lucem accipit Sch. A. ad h. l. Ipſum ἀίδηλον legiſſe videtur aliquis apud Etymol. p. 41, 42. vbi et Herodianus περὶ παθῶν alterum ab altero duxiſſe narratur. Secundum Apollon. Lex. in ἀίδηλος lectum quoque hic putes eſſe ἀείζηλον, forte vitioſe ex ἀρίζηλον, aut, quod Tollius ſuſpicabatur, ducente eo Euſtathio, ἀελδήλον. τὸν μέγ' ἀρίζηλον Vrat. b.

ὅς περ ἔφυγε. Legit quoque ſic Heſych. ὅς περ ἔφυγεν. ὅς περ καὶ Φανερὰ (Φανερὸν) ἐποίησε. Eſt tamen ὥς περ in Baroce. et Sch. Ven. ad Il. T, 407.

319. Λᾶαν γάρ μιν ἔθηκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω. — ἀθετεῖται. ſed immerito et per prauam grammaticorum operam in vſ. 318. Atqui iam Ariſtoteles verſum

legerat, quod e Sch. B. ad 305 aſſequor, et Cicero ipſe: — *et duro formauit tegmina ſaxo.*

ἀγκυλομήτεο Ald. 2. intulerat. Reuocauit Turneb. — μήτεω.

320. ξ— ſigno in Scholiis nil reſpondet. In Townl. verſus inter lineas ſcriptus erat.

321. 322. Suſpicari licet vtriusque verſus ſententias fuiſſe olim iunctas: Ὣς οὖν — ἑκατόμβας· Κάλχας αὐτίκ' ἔπειτα — Cum itaque oſtentum hoc ſacris interueniſſet, Calchas ſtatim vaticinatus eſt. Deeſt quoque δ' poſt Κάλχας in Mori et Barocc. Producta autem eſt vltima in Κάλχας, nam erat primo Κάλχανς, αντος. Etſi nec δὲ, quod in apodoſi haud inſolens eſt, abiicere ſic neceſſe eſſet. At Cicero et ipſe aliam lectionem habuiſſe videtur: *Nos autem, timidi ſtantes, mirabile monſtrum vidimus in mediis diuom verſarier aris.* Legerat ergo iunctim cum ſuperioribus: ἡμεῖς δ' ἑσταότες θαυμάζομεν, οἷον ἐτύχθη, ὡς οὖν δεινὰ πέλωρα θεῶν εἰςῆλθ' ἑκατόμβας. vbi οὖν parum accommodatum erat: deberet eſſe, ὡς δὴ, ὡς ἄρα aut ſimile aliud. Vt nunc legitur, eſt noua ſententia: ὣς. hoc modo, ita, oſtentum diuinum interuenit ſacro.

πελώρια Barocc.

322. θεοπροπέων. In vitium θεοπρεπέων conſentiunt multi, in his Vrat. A. ed. Flor.

323. τίπτ' ἄνεῳ ἐγένεσθε. Interpretatus eſt iam Apollon. Lex. laudatis verbis: ἄνεῳ, ἐκπεπληγμένοι, καὶ οἷον ἀνῴοι, (immo ἀνίκοι) ἄφωνοι δι' ἔκπληξιν. Sch. br. ἄφωνοι. κατὰ στέρησιν τῆς ἰωῆς, ὅ ἐστι τῆς φωνῆς. cf. eadem ad Γ, 84. Et de etymo v. plura tentata in Etymol. et Heſych. Scribunt paſſim ἄνεω ſine iota, etiam Ven. Debuit eſſe ἀνέοος. ἀνέοοι, ἄνεῳ.

325. ὅου ad τέρας eſſe referendum, monent Sch. B. L. De voce ὅου pro οὗ v. Etymol. add. Knight p. 48.

ὀψιτέλευτον Vrat. b. Sed ὀψιτέλεστον ſatis firmant grammatici: vel Apollon. Lex. h. v. Cicero: *haec por-*

Digitized by Google

tenta tarda et ſera nimis. non niſi anno decimo euentum habitura.

328. ξ— quod αὖθι dictum eſt pro αὐτόθι. nam dixerat iſta Calchas in Aulide; bellatum autem eſt ad Ilium. Sch. A. L. Traduxit ergo Calchantis verba in rem praeſentem Vlyſſes; nam e perſona Calchantis fuiſſet ἐκεῖ.

τοσσαῦτ' vitioſe editum erat ante Turnebum. Firmant τοσσαῦτ' codd. Cant. bini. Ven. aliique. In Mori erat ὣς ἡμεῖς γε τοσαῦτ'. Antiqua lectio haud dubie fuit ὣς ἡμεῖς τοσσαῦτα ϝετεα (ἔτη) πολεμίξομεν. In Lipſ. Vrat. a. vno Vindob. πολεμίζομεν.

330. κεῖνός θ' ὣς ἀγόρευε. Sic Herodianus et Ariſtarchus: Sch. B. et L. At Sch. A. „οὕτως Ἡρωδιανὸς διὰ τοῦ θ. Ἀρίσταρχος δὲ διὰ τοῦ τ." Scilicet non τ' ὣς, quod fieri nequit, ſed τὼς, quod videbimus inf. Ξ, 48. vbi idem verſus iteratur, et tertio loco Od. Σ, 270. Iterum aliter Etymol. p. 508 vbi κεῖνός θ' ὣς eſt Herodiani lectio, at Ariſtarchi: κεῖνος τόσσ' ἀγόρευε. quod nec ipſum male ſe habet. Cum non perſcripta haec ab Homero, ſed ab aliis auditu accepta eſſent, et ex auditu prima exempla exarata: ΚΕΙΝΟΣΤΟΣΑΓΟΡΕΥ. potuit ſcribi τως, τοσσ' θ' ὣς. Pro nouiſſimo militat: ὣς ἀγόρευ' ὁ γέρων Od. Θ, 570. N, 178.

τὰ δὴ νῦν πάντα τελεῖται. Sch. Lipſ. τελεσθήσεται. Immo *in eo ſunt vt euentum habeant.* Etſi omnino in vaticiniis futura per praeſens enuntiantur.

331. ἀλλ' ἄγε. Barocc. Vrat. c. ἀλλά γε.

332. αὐτοῦ, εἰςόκεν ἄστυ. vn. Vindob. αὐτοὶ — εἰςόκε. Apud Herodot. et Hippocr. eſt ὅκε pro ὅτε, quod in Homero non occurrit. Dicas in εἰςόκε occurrere. Verum hoc eſt factum εἰς ὅ κε, εἰς ὃ ἄν. Πριάμοιο ἕλωμεν eſt hiatus: quem Bentl. iam vidit et ſuſtulit reponendo ἁλώῃ. nam eſt hoc ϝαλῳη.

333. Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον. peccant vltima in doctrinam de digamma in ϝιαχω. Inf. Δ, 506 Ἀργεῖοι δὲ μέγα ἴαχον. Bentl. variis modis occurrit. Ἀργεῖοι μέγα ϝιαχον,

vel δ' ἐπίξιαχον vel ὣς Φατο. λαοὶ δὲ μέγα ξιαχον. Praeſero mediam emendationem.

335. ἐπαινήσαντες, ἐπαινέσσαντες Mori.

336. Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ. Sch. A. ἱππότα. ἀντὶ τοῦ ἱππικός. νῦν δὲ Φυγάς. Similiter Sch. br. Euſtath. p. 305, 5. ad vſ. 628. vbi ἱππότα Φυλεύς. Apollon. Lex. h. v. οἱ μὲν νεώτεροι ἱππότην τὸν Φυγάδα λέγουσι. repetit Heſych. repetunt et alibi vt ad Ξ, 117 quod ab alio auctore profectum eſſe debet, et Sch. Heſiodi Sc. Herc. 216 ἱππότα Περσεύς. Merito mireris veteres in hoc incidiſſe, vt ἱππότην per Φυγάδα interpretarentur, quia nonnulli heroes exularunt; cum tamen commune ſit heroum epitheton ἱππότης, quia curru vehebantur, maxime in praeliis. Alio modo ἱππόται dicti ſunt in ciuitatibus, qui primis claſſibus ciuium erant adſcripti, quia equis alendis pares opes habebant.

Γερήνιος, primo nunc loco memoratur; quia ἡ Γέρηνος, τὰ Γέρηνα, ἡ Γερηνία, (tam varie flectitur nomen) Meſſeniae vrbs, (Strabo VIII, p. 552 B.) Neſtorem adoleſcere vidit; v. Apollod. I, 9, 9. et Not. p. 154. cum Schol. ad h. l. Fuere quoque qui Γερήνιος acciperent ἔντιμος· vt Apollon. Lex. h. v. ἐν γέρᾳ ὤν ap. Euſtath. inſcite.

337. Orationem Neſtoris ab arte rhetorica commendatam eſſe vult Dionyſ. Hal. Art. 8. ſ. 12. Cum Vlyſſes a diceſſu copias reuocaſſet, nunc porro Neſtor vt educantur copiae in aciem ſuadet: vt gratificetur Agamemnoni: vſ. 370. Ita tandem effectum, quod Agamemnon infelici inuento perturbauerat, vt Achiui ad bellum continuandum vel ſine Achille adducerentur. Patet quoque ex e. l. diſceptatum fuiſſe (ζήτησιν fuiſſe) inter rhetores, vtra oratio, Vlyſſis an Neſtoris, alteri eſſet praeferenda; at ipſe docet, vtramque conſilio diuerſo reſpondiſſe. ἀγοράασθε. an ἠγοράασθε ſcribendum ſit, dubitant Moſchopulus et Barnes. perperam; nam e trinis ſyllabis breuibus vna poteſt produci tono.

Digitized by Google

339. *πῇ δὴ συνθεσίαι — βήσεται* — Erat inde a Flor. editum *ποῦ* parum grammatice *ποῦ βήσεται*. cum ad locum sit *πῇ* vt Θ, 229 *πῇ ἔβαν εὐχωλαί*; cf. Etymol. *quorsum abierunt*. Laudauerat *πῇ* e codd. Barocc. Laud. Cant. et ed. Dionys. Halic. Art. c. 9, 6. Barnes, addiderat Eustathium et Lipsi. ms. et probauerat Ernesti, vnde receptum est a Wolfio; firmant id omnes codd. meliores, cum Schol. Scribitur *πῆ* et *πῇ*. prius accuratius, ex *ἦ*, *ᾗ*, *πῇ*, vt *τῇ*. In fine versus *ὑμῖν* in ed. Lipsi. Ern. non est varietas sed operarum error.

340. *ἐν πυρὶ δὴ βουλαί τε γενοίατο* — grammatici *γενοίατο* et *βήσεται* et reliqua pro praeteritis dicta esse volunt. At enim solito more *γενοίατο* est optat. pro futuro. Adscripsi itaque vs. 341 interrogationem.

ἐν πυρὶ δὲ recitat Schol. Aristoph. Acharn. 278. At *δὴ* etiam ap. Hesych. legitur in *μήδεα*.

341. *σπονδαί τ' ἄκρητοι, καὶ δεξιαὶ, ἧς ἐπέπιθμεν.* — quod, quum *σπονδαὶ ἄκρητοι* dicantur, nulla aqua vino admixto, alio tamen loco: *κρητῆρι δὲ οἶνον ἔμισγον* (Γ, 269) legitur, de vino Troum et Achiuorum mixto hoc est accipiendum. Dices potius, altero loco *ἔμισγον* esse vocem generalem, *miscere*, *κίρνασθαι*, *μίσγειν*, simpliciter *infundere*. Versus iterum legitur Δ, 159.

De *ἐπέπιθμεν* v. ad Ξ, 55.

342. *αὕτως γὰρ ῥ' ἐπέεσσι. αὕτως, εἰκῆ. μάτην.* Schbr. *ματαίως* Apollon. Lex. h. v. Recte Porphyrius tamen ad K, 165 vult esse *ὡςαύτως*, quemadmodum Ψ, 74. Et hoc est, quo Schol. Amst. spectat, laudando: *οὕπω μὲν Φασιν Φα, ἴμεν καὶ πινέμεν οὕτως.* (Od. Π, 143.) *αὔτως* et h. l. scribitur in Flor. et ms. Lipsi. a m. sec.

γάρ ῥ' ἐπέεσσι. Iterum manifesta interpolatio primitiuae scripturae *γαρ Ϝεπεεσσι*. Abest quoque *ῥ'* a codd. vt vno Ven. et ab Hesychio. At est in Apollon. voc. *αὕτως*, et in Etymol. idque Leid. Sch. h. l. in bonis exemplaribus fieri solere ait, vt *ῥ'* inseratur: *καὶ παρεισκρίνεται ὁ ῥα σύνδεσμος, ὁ τῷ ποιητῇ Φίλος ἐν συναλωφῇ*

συνήθης. At non poetae hoc debetur, ſed grammaticis qui digammᾳ ignorabant.

344. Ἀτρεΐδη, σὺ δ' ἔΘ' ὡς πρὶν, — Vrat. c. Eton. Cant. σὺ δέ Θ' pro σὺ δέ τε. nec male. Corrupte σὺ δ' ὡς πρὶν ap. Themiſt. Or. XV, p. 198.

345. Ἄρχευ' Ἀργείοισι. Legebatur ἄρχεν pro ἄρχου. ſicque vbique in codd. et Schol. Eſſe tamen vitioſum hoc, ſatis conſtat. Nam Homericae formae ſunt ἄρχειν τινὶ et τινὸς, et ἄρχεσθαί τινος, non vero τινί, at ἀρχεύειν τινί. vt E, 200 ἀρχεύειν Τρώεσσι. Scribendum ergo ἄρχευ' quod fecerat iam Clarke, monente Stephano.

346. τούςδε δ' ἔα. Legitur ſic iam inde a Flor. male Steph. ed. τοὺς δὲ δ' ἔα. Aliud vitium in Codd. τοὺς δ' ἔα.

ἕνα καὶ δύο. argutantur in hoc Sch. Eſt omnino dictum pro paucis. Reſpicit Neſtor Achillem et verba A, 169 Νῦν δ' εἶμι Φθίην τε.

347. νόσφιν βουλεύωσ'. Sch. A. „ὅτι, βουλεύωσιν, αἱ Ἀριστάρχου." Eſt ergo haec Ariſtarchea lectio, quam habemus, inde ab Ald. 2. et Rom. Quaeras, quae igitur fuit alia? βουλεύσωτ' puto; nam et in Flor. Ald. 1. ita legitur, et in Vrat. a. b. A.

ἄνυσις δ' οὐκ ἔσσεται αὐτῶν. Erat αὐτοῖς in Flor. Ald. 1. Intulit αὐτῶν Ald. 2. ſicque codd. Eſt tamen αὐτοῖς in Vrat. c. et ſuperſcriptum in Lipſ. mſ.

348. πρὶν Ἄργοσδ' ἰέναι iungunt grammatici inſcite cum ἄνυσις δ' οὐκ ἔσσεται αὐτῶν cum ἰέναι. ſaltem ſic ſupplendum: αὐτῶν βουλευσάντων ἰέναι. v. Notam.

349. ἠὲ καὶ οὐκί. ξ— quod οὐκὶ eſt non οὐχί. vt ſup. 300. εἴτε κἀὶ Barocc. Mori a pr. m. etiam Cant. Vrat. b. c. item ed. Flor. quam ſtatim Ald. 1. deſeruit. Erat tamen ἠὲ καὶ οὐχί iam ſup. 300. Ceterum neſcio an ex vſ. 348. 349 efficta ſit lectio ap. Galen. de Hippocr. et Plat. plac. III, 2 πρῆσεν ἐνὶ στήθεσσιν ἐρισθενέος Διὸς ἀλκὴν γνώμεναι —

351. *νησὶν ἐπ' ὠκυπόροισιν.* Ven. *ἐν.* Qui gloriolam e nouis lectionibus inferendis quaerit, inferet hoc in ed. nam eſt hoc perpetuum *νέεσθαι. ἰέναι. βῆναι ἐν νηΐ, ἐν νηυσίν.* v. c. Od. Γ, 131 *βῆμεν δ' ἐν νήεσσι.* Σ, 180 et al. Contra *βῆναι ἐπὶ νηυσὶν* eſt *ἐπιβῆναι*, aggredi, *ἐπιγενέσθαι*, vt inf. Θ, 180. at ſi eſt conſcendere, erit *βῆναι ἐπὶ νηῶν* Od. Θ, 500. I, 101. vt *ἐπὶ ἵππων, ὀχέων, δίφρου*, quo ſenſu eſt *ἐπὶ νῆα* Od. Δ, 731.

353. *ἀστράπτων ἐπιδέξι', ἐναίσιμα σήματα Φαίνων.* ξ quod *ἀκαταλλήλως* haec dicta, ſeu per anacoluthum: *Φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι Κρονίωνα — ἀστράπτων* et *Φαίνων*. Sch. A. Conſentiunt in hoc omnes; v. inprimis Euſtath. De figura hac inter grammaticos decantata, quam proprie negligentiorem orationem dixeris, cf. inf. ad Z, 396. Et vtuntur in ea declaranda loco noſtro grammatici, vt Lesbonax p. 188. ad quem cf. Valken. ad Phoen. p. 101 ſq. Expectabam fore cui verſus ſuſpectus eſſet tanquam a rhapſodo intercalatus; nam Neſtor debet cogitare de oſtento ab Vlyſſe paullo ante memorato, deuoratis a ſerpente nouem paſſeribus. Nunc, ſi verſus probus eſt, inexpectato et praeter rem arceſſit Neſtor oſtentum nouum ac diuerſum e fulmine. Excitant tamen verſum multi grammatici, vt Schol. Pind. P. IV, 350. VII, 4. Etymol. in *ἐπιδέξια*. e ſcriptoribus praeter Plutarch. nemo.

De voce *ἐπιδέξια* cf. ſup. ad A, 597.

354. *τῷ, μή τις.* Ven. et Etymol. in *τῷ* legunt *τᾶ* ſine iota. cf. inf. ad vſ. 373.

355. *πρίν τινα πὰρ Τρώων ἀλόχῳ κατακοιμηθῆναι.* Ariſtarchus *πρίν τινά περ.* quod et in Commentariis eius (*ὑπομνήμασιν*) erat. Schol. A. B. L. *οὐ καλῶς* addit Sch. L. Scilicet *παρὰ* vel *σὺν* vix bene abeſſe poteſt.

356. ξ aduerſus eos qui contendunt, in Iliade Helenam inuitam a Paride rapi, in Odyſſea volentem. (Scilicet hi verba *Ἑλένης ἁρμήματα στοναχάς τε* acceperunt eſſe *ipſius Helenae gemitus.*) At ſupplendum eſſe *περὶ*, et accipiendum de *aliorum* moerore propter Helenam; vt ſit *τιμωρίαν λαβεῖν ἀνθ' ὧν ἐστενάξαμεν καὶ ἐμεριμνή-*

σαμεν παρὰ Ἑλένης. Sch. A. Eadem fere habent B. et L. Sch. br. et Apollon. de Syntaxi lib. II. p. 166. Manet vel sic difficultas, quo sensu ὁρμήματα dicta sint. Aiunt B. et L. τὰ μεριμνήματα. quem vsum vocis docere debebant: Schol. br. ἐνθυμήματα. *cogitationes animi, consilia.* Etym. ὁρμήματα, ἐνθυμήματα, Φροντίδες. Et Hesych. ὁρμήματα, μέριμναι. At Eustath. de *profectione Helenae* cum Paride accipit, et στοναχὰς de eius poenitentia. Sane omnia melius se haberent, si illa *inuita* abducta fuisset, ita vt de iniuria sibi facta conquereretur; sic vlciscerentur Achiui Helenae *raptum* et *dolorem ex iniuria*. Apollonium Lex. in οἴμησεν putes οἰμήματα legisse, quae ὁρμήματα interpretantur: pro quibus sunt οἴματα Il. Φ, 252. αἰετοῦ οἴματ' ἔχων. Ortum autem οἶμα ex οἴμημα, vt κῦμα ap. Etymol. et Eustath. ex κύημα vel κύκημα.

Ceterum illud miror, neminem animaduertisse, versum ex 590 huc, in locum alienum esse illatum: qua obseruatione totus versus corruit.

Primo loco in h. v. occurrit vox Ἑλένη. quam cum digamma olim fuisse pronuntiatam constat, vel ex Dionys. Hal. 1, 30, et antiquo carmine apud Pausan. V, 19, p. 425. Τυνδαρίδα Ελεναν. Bentleium vidi in restituendo digamma subinde haerere, alia loca tentare, alia omittere. Verum dubitandum non est, in hoc nomine, vt et in Ἕλενος, digamma omnino ignorari ab Homero.

357. εἰ δέ τις ἐκπάγλως ἐθέλει. Vrat. b. ἐθέλοι. ἐκπάγλως vt Γ, 415 ἔκπαγλα ϕίλησα. et Callim. in Del. 247 ἀλλά μιν ἔκπαγλόν τι σεβίζομαι.

360. ἀλλὰ, ἄναξ, αὐτός τ' εὖ μήδεο. Vrat. a. ἄλλ' ἄνα, αὐτὸς εὖ μὲν μήδεο. parum suauiter.

362. Fuit quaesitum, cur nunc demum, nec statim initio belli aduersus Troianos suscepti, Nestor tactices curam iniecerit Achiuis. Respondent, Achillis virtutem ipsis adhuc nullum tactices desiderium reliquisse. Sic Sch. B. L. ad h. v. et ad 368. Sch. A. item Eustath. qui aliam

cauſſam addit, quod acie adhuc inter Troianos et Achivos pugnatum non fuerat.

κρῖν' ἄνδρας κατὰ φῦλα, κατὰ φρήτρας, Ἀγάμεμνον, κρίνειν h. l. eſſe διαχωρίζειν, (quod et Dionyſ. Hal. ſubſtituit) notatu dignum habet Apollon. Lex. h. v. ſcilicet alibi eſt ἐπιλέγεσθαι, vt Z, 188 κρίνας Φῶτας ἀρίστους, h. e. ἐπιλεξάμενος.

Φῦλα ac Φρήτρας quomodo interpretarentur, dubitaſſe veteres apparet. Φῦλα eſſe τὰς Φυλὰς, ſatis conſtat, vt Φρήτρας τὰς Φρατρίας. has volunt dictas eſſe vt *in civitatibus;* quod tamen alienum eſt ab ordinandis copiis. Apollon. Lex. in Φρήτρη. „proprie, ait, eſt πατρία (h. e. Φρατρία) ἡ συγγένεια. at improprie Homerus ea voce deſignat τοὺς κατὰ πόλιν μαχομένους. σημαίνει δὲ διὰ τῶν Φυλῶν τοὺς κατὰ ἔθνη (ſc. μαχομένους). Accepit igitur „copias *ſecundum populos et ciuitates* diſpoſitas." Non male hoc, ſi modo de verborum vſu hoc, et iſta quidem aetate, conſtaret. Accedunt tamen alii. Φρήτρας, συγγενείας et Φῦλα ἔθνη, ὅ ἐστιν ἴδια πλήθη, reddunt Sch. br. ἔθνη et συγγενείας Euſtath. Heſych. Suidas. Cf. Notam ad h. v. et Commentationem de acie Homerica.

Φήτρας. Φήτρῃ. ΦήτρῃΦι plures ſcribunt, in his Vrat. A. quomodo Φατρία apud Pindarum.

Ἀγάμεμνον. legitur inde ab Ald. 1. Erat Ἀγαμέμνων in Flor. vt eſt in Vrat. c. cf. inf. B, 434.

363. ὡς Φρήτρῃ — Excitatur verſus a Plutarcho in Pelopida p. 218 et Sympoſ. lib. I. Probl. 2. et Dion. Or. LVI, p. 293 R. item Dionyſ. Hal. Art. rhet. c. 8. f. 12. et c. 9, f. 5. vbi ἀρήγει in codd. eſt. Disputatum quoque, ſitne ſcribendum cum Iota ΦρήτρῃΦι vſ. 363. cf. Etymol. h. v. Vide de hoc ad Θ, 300.

364. εἰ δέ κεν ὣς ἔρξῃς. Etiam h. l. variat ἔρξῃς et ἕρξῃς. v. ad A, 315. ἔρξεις Vrat. c.

πείθωνται. pro hoc eſt πείθονται in Lipſ. Townl. Eton. Vrat. A. b. Moſc. 1. a m. pr. et tribus Vindob. etiam in Dionyſ. Hal. l. c.

Digitized by Google

366. *κατὰ σΦέας γὰρ μαχέσονται.* Erat vulgata lectio inde ab Ald. 2. Eſt *μαχέονται* in Ven. Sch. A. B. L. tum cod. Mori, Eton. Lipſ. trinis Vrat. Townl. Moſc. 1. item in edd. Flor. Ald. 1. Add. Dionyſ. Hal. l. c. Art. rhet. c. 9. f. 5. vbi duo Codd. *μαχέονται.*

367. *γνώσεαι δ' εἰ καὶ θεσπεσίῃ πόλιν οὐκ ἀλαπάξεις.* Obuia res eſt, *γνώσεαι* eſſe binis ſyllabis pronuntiandum. Barnes tamen δ' ſuſtulerat, lectionem Heſychii ſequutus in *θεσπέσιον.* Si tamen nunc *γνώσεαι* ſcribitur, cur non et vſ. 365?

θεσπεσίῃ male ad *κακότητι* retulerunt. recte alii *βουλῇ* ſubſtituerunt (malim, *μοίρᾳ*). Ven. A. *λείπει, βουλῇ. ὡς Πίνδαρος.* (non memini in eo occurrere, ſed *μοῖρα θεοῦ, θεόμοιρος*, et ſimilia.) *θείᾳ βουλήσει καὶ οὐ συμΦύτῳ κακίᾳ* Porphyr. Qu. Hom. f. 5 fere cum Heſych.

De *ἀλαπάζειν*, quae vox Homerica eſt, non monent grammatici, niſi ad E, 166.

368. *ἢ ἀνδρῶν κακότητι.* Sch. A. „Πτολεμαῖος περισπᾷ τὸν η, διαπορητικὸν ἐκδεχόμενος.“ leg. *διαπορητικὸν οὐκ ἐκδεχόμενος·* addunt Schol. B. L. *ἵν' ᾖ, τῇ ἰδίᾳ.* Apparet Ptolemaeum ſcripſiſſe *ᾗ ἀνδρῶν κακότητι.* h. e. *ἑαυτῶν.* ſua ipſorum ignauia. At Alexio (haud dubie cum aliis) *ἢ* disiunctiue: (vt ſuppleatur: *εἰ ἢ θεσπεσίῃ ἢ κακότητι.*)

370—374 ſunt ap. Dionyſ. Hal. l. c. vt et vſſ. 362. 368.

371. *Αἰ γὰρ, Ζεῦ τε* — Hunc cum ſeqq. reſpicit Cicero de Senect. 10. et verba *τοιοῦτοι δέκα μοι συμΦράδμονες* Ariſtot. de Rep. III, 16. Plutarch. an ſeni ger. resp. p. 789 F. et paſſim Ariſtides ſimilesque ſcriptores, vt Themiſt. Or. XIII, p. 172. adde Virgil. Aen. XI, 285.

373. *τῷ κε τάχ' ἠμύσειε πόλις.* Ven. *τω.* et Sch. A. *τὸ τῶ πῶς σημαίνει. ἐπὶ μὲν τοῦ τοιούτου περισπᾶται. καὶ τὸ ι οὐκ εὖ.* Quomodo *πῶς* locum habeat, non aſſequor. Sed veterum doctrina haec fuit. Vbi nos ſcribimus *τῷ*, (*ἐν τούτῳ ἄρα, quare*) vt *σύνδεσμος αἰτιολογικὸς* ſit pro *διὸ, διότι*, ſcripſere illi *τῶ* vel *τὼ*, vt eſſet factum ex

Digitized by Google

τὸ (quod saepe pro δι' ὃ occurrit) et productum τὸ ὦ, τῷ, τῶ. Accipiendum potius pro οὕτως. v. Etymol. in τω. sicque Apion reddit apud Apollon. Lex. h. v. p. 663. cf. sup. 250. 354.

De voc. ἠμύειν v. sup. ad vs. 148.

375. ἄλγε' ἔδωκε. v. sup. A, 2 Dicta haec 375—380 et 381. esse magna cum arte, vt vel confessione sua et miseratione animos sibi Achiuorum placet, censet Dionys. Art. 9, 5. et c. 8, 12. Certe sine arte natura et res adducere ad poenitentiam debuerunt.

377. μαχησάμεθ' rescripsi pro μαχεσσάμεθ' cum Aristarcho, apud Schol. A. vt eadem scriptura vbique seruetur: v. sup. ad A, 298. alioqui nil refert, vtrum sequaris. μαχεσσόμεθ' etiam in Dionys. l. c. editum est.

378. ἐπέεσσιν. ἐγὼ — Vindob. codd. ἔπεσιν γ' vel ἔπεσιν. indocte.

380. ἀνάβλησις hic et Ω, 655 est ἀναβολή. ὑπέρθεσις τοῦ κακοῦ. Sch. br. et Hesych. h. v.

381. Νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον, ἵνα ξυνάγωμεν Ἄρηα. ξ— videtur στιγμὴ ad voc. δεῖπνον spectasse, quod nunc est τὸ ἑωθινὸν ἄριστον· v. Schol. Hesych. Etymol. add. inf. ad Λ, 86. Inter populos rudiores et barbaros nullum esse sumendi cibi constitutum tempus, nunc ferorum populorum exemplis satis constat. At inter veteres ad fastidium vsque disputatum fuit de temporibus cibi sumendi in vita heroica. Trina fuisse tempora multi statuebant, eoque traxerant voc. ἄριστον, δεῖπνον, δόρπον. Ita ipse Aeschylus Palamedi hoc tribuerat: σῖτον δ' ἐδέναι διώρισα ἄριστον, δεῖπνα δόρπα θ' αἱρεῖσθαι τρία· Addiderant alii tempus quartum. Alii hoc negarant fuisse; vnde tot disputationes ortae de voc. δεῖπνον et δόρπον, in quibus excutiendis otium consumat qui volet: v. Hesych. in ἄριστον et primo loco Athen. I, 9. p. 11. e quo multa petiit Eustath. ad Il. Ω, p. 1358, 3. Od. Π, pr. et al. Ceterum verba versus huius in iocum versa videbis πρὸς τοὺς ἐρίζοντας ἢ σοφιστιῶντας ap. Plutarch. Sympos. Qu. I. pr.

Digitized

382. Etiam hi verſus paſſim excitantur. Lepide Themiſt. XV extr. ſubiicit: *θηξάσθω δὲ πρὸ τοῦ ὁράτος, τὸν θυμὸν — θέσθω δὲ πρὸ τῆς ἀσπίδος, τὴν εὐθυμίαν.*

εὖ θέσθω. Sch. br. *εὐτρεπισάτω.* At Sch. B. L. *ἀντὶ τοῦ περιθέσθω.*

384. *ἀμφὶς ἰδὼν* Homericum eſſe nequit propter metri vitium in *ϝιδων*; fuit haud dubie *ἀμφὶ ἰδών. αμφι ϝιδων.* nam *ἀμφὶ* et *ἀμφὶς* promiſcue dicta ſunt pro *περὶ* aduerbialiter.

385. *ὥς κε πανημέριοι στυγερῷ κρινθείη Ἄρηϊ.* ξ— quod *πανημέριοι* h. l. *id diei* eſt, *quod* eius iam ex parte praeteriit adhuc reſtabat. Alia obſeruatio eſt de variis notionibus *τοῦ Ἄρης.* Mirum autem, Agamemnonem pugnam promittere per totum diem faciendam, non autem: pugnandum eſſe vsque dum vicerint.

ὡς τε πανημέριοι Vrat. a.

388. *ἀμφὶ στήθεσσι.* Eton. Vrat. b. c. Moſc. 1. *στήθεσφι.* variat quoque in eodd. Vindob.

389. *ἀσπίδος ἀμφιβρότης.* Eſt *ἀμφιβρότη, ἡ περὶ ὅλον τὸν ἄνθρωπον ἀσπίς.* Apollon. Lex. h. v. Eadem aliis verbis tradunt Sch. br. Heſych. Etymol. Euſtath. verbo eſt *ἀσπὶς ἀνθρωμήκης.*

391. *ὃν δέ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε μάχης* — Similia Verba ſunt Hectoris inf. O, 348—351. vtrumque locum memoriter recitando confudiſſe videri debet Ariſtot. Ethic. III, 11. dum recitat: *ὃν δέ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε μάχης πτώσσοντα νοήσω, οὔ οἱ ἄρκιον ἔσσεῖται φυγέειν κύνας.* At locum noſtrum recitat de Rep. III, 14. vt doceat, poteſtatem regum latius patuiſſe, quoties imperium bellicum ad eam acceſſerat. In fine adiicit: *πὰρ γὰρ ἐμοὶ θάνατος*, quod a philoſopho profectum eſſe nequit.

ὃν δ' ἂν ἐγὼ Vrat. a. forte ex Il. O, 348. *ἐγὼν* grammaticis debetur pro *ἐγώ.* Nil mutat Dionyſ. Hal. l. c. Art. 9, 5 vbi tres hi vſſ.

392. *παρὰ νηυσὶ κορωνίσι.* Epitheton iam A, 170 occurrebat, varie a grammaticis vexatum. Optime Apollon. Lex. *αἱ καμπυλόπρυμνοι.* Dicitur ſcilicet *κορώνη* de

parte nauis extrema incurnata; simili modo, quo de arcus cornibus, v. c. Il. Δ, 111. sic et κορωνὶς in aedificiis et voluminibus cf. Etymol. Nec memorandus Apion, qui a κάρα, quod etiam τὸ τέλος est, ductum esse voluit, quasi καρανίδας, nec alii, qui a cornicum nigredine vocem duxerunt.

393. ἄρκιον ἐσσεῖται. Aiunt hoc ἐσσεῖται esse Doricum. Saltem antiquum dicam: ab ἔω fuit ἔσω, et ἐσέω, ἐσσέω. cf. Etymol. in ἔσσεται. et Eustath. p. 655, 10. ἄρκιον interpretantur ἱκανὸν, ὠφέλιμον. (Sic sane accipiendum est inf. O, 502. K, 304. Od. Σ, 357.) Etymol. Hesych. Sch. br. hic et αὔταρκες. ἕτοιμον Apollon. Lex. h. v. Et Schol. Sophocl. ad Trachin. 724 (711) οὐκέτ' ἀρκεῖ ὠφελεῖ. Ὅμηρος· ἄρκιον ἐσεῖται. qui vocis vsus alieni sunt ab h. l. Melius alii ad primitiuam vocis vim τοῦ ἀρκεῖν, ἐπαρκεῖν, redierunt: cf. Eustath. Est adeo h. l. ἄρκιον, τὸ ἐπαρκοῦν, *quod prohibet quo minus.* Vt inf. 873 οὐδέ τί οἱ τόγ' ἐπήρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον. Proprie est ἀρκεῖν *sufficere*, tum πρός τι, *parem esse ad propulsandam vim, opitulari*, adeoque *malum auertere*, omisso fere πρός. Homerum ante oculos fuisse Sophocli in verss. Antig. 314. 5. οὐχ ὑμῖν ἄδης μοῦνος ἀρκέσει, πρὶν ἂν ζῶντες πρεμαστοὶ τήνδε δηλώσηθ' ὕβριν. notat Sch. ad e. l.

394. μέγ' ἴαχον iterum vitiose: v. ad γ. 333. fuisse puto Ἀργεῖοι δ' ἐπιβιαχὸν.

395. ὅτε κινήσει Νότος ἐλθὼν προβλῆτι σκοπέλῳ. Ita vulgo interpungitur parum commode, vt aut ἐλθὼν σκοπέλῳ iungendum sit; aut κινήσει σκοπέλῳ pro ἐπικινήσει. At ὅτε κινήσει Νότος ἐλθὼν, absolute interpositum puta; et iunge ἐφ' ὑψηλῇ ἀκτῇ, προβλῆτι σκοπέλῳ, per appositionem. — Etiam hic κινήσῃ Venetus et vn. Vindob. vt sup. 147. Rhetorice locum illustrat Plutarch. de Homer. poesi f. 10 extr.

396. τὸν δ' οὔποτε praue Vindob. ὃν γ'.

397. ὅταν ἔνθ' ἢ ἔνθα γένωνται. — quod γένωνται (τὰ κύματα) Homerica lectio est; quam et Aristarcheae

ἐκδόσεις habebant, et Ariſtarchus expoſuerat in Commentariis (ὑπομνήμασι) memorante Didymo. Reſinxerant γέγηται editiones minus frequentatae et in vſu habitae (ἀήθεις). Scilicet Homerica aetate nondum ſollenne fuit neutra pluralia cum verbo ſingulari iungere; ſed vſus adhuc fuit promiſcuus modo verbi ſingularis modo pluralis. Saepe itaque de varietate lectionis fuit in his monitum.

398. ἀνστάντες δ' ὀρέοντο. Fuit ὄρω. ὀρόω. ὀρούω. Non adeo miror, ὀρόοντο eſſe in Cant. mſ. et Heſych. ex h. l. emendando in ὠρέοντο et ὠραίοντο. ὤρμων. ἐπορεύοντο. quae iam Bentl. notarat. κατὰ νῆας vnus Vindob. παρὰ ν.

399. κάπνισσάν τε κατὰ κλισίας. codd. et edd. ante Barnes incuria metri κάπνισαν. vt adeo nec cum iudicio κνίση et ſimilia ſcripſiſſe videri debent, ſi in iis antiquiores litteram haud geminant.

400. ἄλλος δ' ἄλλῳ ἔρεζε θεῶν. In Vrat. b. vno Vindob. Schol. ad E, 372. et Themiſt. Or. V, p. 69 ἔρεξε. Sed tempora haec eandem vim habere in locis ſimilibus vides vel hic: ὀρέοντο. κάπνισσαν. ἕλοντο. ἔρεζεν. ἱέρευτε. κίκλησκε. Subtiliorem temporum curam in Homero fruſtra quaeres.

θεῶν αἰειγενετάων. Vrat. c. diuiſim αἰεὶ γενετάων. quod in hac voce fieri nequit, vt nec in αἰθρηγενέτης et in ceteris. αἰειγενέτης autem non eſt qui ſemper gignerat, ſed qui ſemper exiſtit. v. Etymol. Heſych.

401. θάνατόν τε φυγεῖν καὶ — haud dubie τε vel ſine libro ſcripſeris, ſequente καὶ, quam quod in edd. erat, θάνατόν γε. Exhibent quoque τε Cant. Vrat. b. Townl. Moſc. 1. 2. et nunc quoque Ven.

403. πεντάετηρον. Emendat hinc Bentl. gloſſam Heſychii in πεντετηρίδιον. Iterum hic verſus inf. H, 315 occurrit.

404. Verſum recitat Apollon. Lex. et ex eo Heſych. in γέρων. ἐπὶ τοῦ ἐντίμου et Athen. V, pr. p. 186 F. docens hinc, qui ſint vocandi. Παναχαιοὶ primo nunc loco memorati, de quibus v. ad B, 684.

Digitized by Google

408. αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος. Multum luſerunt veteres in hoc verſu memorando, αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε, dum, modo paraſiti partes ſuſtinere viſus Menelaus, modo ille hoc opprobrio liberatur: v. Athen. IV, p. 178. Euſtath. ad h. l. et ad Σ, p. 1148, 30. Praeiuerat Plato in Sympoſ. pr. p. 174. hinc Lucianus et al. Vix putes ſerio haec agi. Nam fratrem ad fratrem nec vocatum venire, quid tandem mireris? — βοὴν ἀγαθὸς primo nunc loco occurrit. Ad vociferationem referunt lexica et Schol. B. L. idonea de cauſſa, quia voce vtendum erat heroibus, nullo alio pugnae ſigno inuento. At alii βοὴν τὴν μάχην interpretati ſunt: Euſtath. Apollon. Lex. et ex eo Heſych. militat pro his frequens vſus voc. βοὴ pro μάχη. et βοῇ θοὸς N, 477.

409. ἤδεε γὰρ κατὰ θυμὸν — Athen. IV, p. 177. inducit aliquem ita diſferentem, quaſi hic verſus a nonnullis inſertus ſit, qui cauſſam reddere vellent, cur Menelaus vocatus non eſſet. Pertinet hoc ad easdem argutias, de quibus vſ. antec. dictum.

410. οὐλοχύτας ἀνέλοντο v. ad A, 449.

411. τοῖσιν δ' εὐχόμενος. Erat vulgata τοῖσι δ' ἐπευχόμενος quod alienum ab h. l. Melior lectio erat in codd. Mori. Cant. Barocc. Laud. Vrat. a. (alludit Vrat. b. τοῖσι δ' εὐχ.) Townl. et nunc Venetus.

412—418. recitat Dio Chryſ. Or. II, p. 96 et dignas deo preces eſſe iudicat Philoſtr. Heroic. c. 19. Nobis notatu digniora ſunt vetuſtioris ſermonis veſtigia.

412. Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε — ξ— quod in nonnullis lectum; Ζεῦ πάτερ, Ἰδηθεν μεδέων. At non bene hoc in ore regis Argiuorum, qui ad Troiam expugnandam venerat. Ita Priamus aut Hector loqueretur. Vulgata eſt ap. Dion. Chryſ. l. c.

414. πρίν με κατὰ πρηνὲς βαλέειν — καταπρηνὲς iunxiſſe videntur Schol. br. inde alii; et codd. Vrat. b. c. vt eſt in χερσὶ καταπρηνέσσιν et χειρὶ καταπρηνεῖ. v. ad H, 792. Et Heſych. καταπρηνές. κατὰ πρόςωπον. ἐπὶ στόμα. κατωφερές. (καταφερές.) Sed fortius καταβαλεῖν. et

πρηνὲς per ſe ſatis notum pro, *praeceps*. v. Euſt. Heſych. Etymol. qui Herodoteum comparat, vrbem ἐς γόνυ πεσεῖν. Hinc quoque ἠμύσιν ſup. 373. Laudat verſum Apollon. Lex. in αἰθαλόεν, ex quo huc ſpectat: τὸ καταθαλωθῆναι ἄξιον — ἢ πρὸς τὸ· δός μς (quod de ſuo interponit grammaticus) βαλέειν Πριάμοιο μέλαθρον αἰθαλόεν, ὑπακουστέον· ὥςτε αἰθαλόεν ποιῆσαι. quod verum. Habet quoque δός μς Plutarch. de ſuperſtit. p. 169 C. vbi vſ. hunc recitat.

415. πρῆσαι. Hoc et apud Etymol. in πρήθω — ἐμπυρίζω. pleraeque ap. Schol. A. et ipſae Ariſtarcheae habebant πλῆσαι. quod eſt deterius. Notatum quoque hoc a Tollio ad Apoll. l. l. e mſ. Par. Regio. Ap. Heſych. eſt πρῆξαι vitioſe pro πρῆσαι.

417. ξ— quod χαλκῷ ῥωγαλέον pro ῥηγέντα. Apollon. Lex. h. v. τὸν διεῤῥηγμένον θώρακα.

418. λαζοίατο. λαμβάνοιντο. Heſych. et λαδοίατο, λαμβάνοιντο. ſcr. λασδοίατο. Bentl. (iam obſeruatum ad Heſych.)

420. ἀλλ' ὄγε δέκτο μὲν ἰρὰ, πόνον δ' ἀμέγαρτον ὄφελλε. Eſt ἱερὰ in Flor. et Ald. 1. Sane nil refert, modo binis ſyllabis pronunties. πόνον δ' ἀλίαστον legerat et interpretatur Schol. A. — ὄφελλεν, ſimpl. *dedit, immiſit* vt iam Plato in Cratylo p. 417 C. καὶ Ὅμηρος πολλαχῶς κέχρηται τῷ ὀφέλλειν. ἔστι δὲ τοῦτο τοῦ αὔξειν καὶ ποιεῖν ἐπωνυμία.

421. αὐλοχύτας προβάλοντο. Vnus Vindob. ἀνέλοντο ex aliis locis.

422. ξ— quod αὖ ἔρυσαν pro εἰς τοὐπίσω ἀνέπλασαν, quod ſit mactando. Iam A, 459 de ea voce erat actum. αὐέρυσάν etiam h. l. Ven. vna voce. ad ſeqq. conf. A, 458 ſqq. vbi hi idem verſus erant lecti.

423. κνίσῃ, antiquo more, ſcribitur in Ven. Townl. aut potius ignoratione prosodiae. Nam κνίσα a κνίζω priorem corripit: quod iam Etymologus monuit in κνίσσα. v. ſup. ad A, 66. Ariſtarchus mira ſubtilitate κνίσῃ (τὰ κνίσῃ) acceperat, cum tamen ipſe monuiſſet, Homero

τὰ τείχεα, τὰ βέλεα dici. Ergo τὰ κνίση vt τὰ τεμένη dicta essent. Est sane τὸ κνίσσος apud Comicum: τὸ κνίσσος ὀπτῶν ὀλλύεις τοὺς γείτονας. Homero tamen τὴν κνίσσαν frequentari docent tot loca alia: vt sit pro nidore carnium et pro adipe et pro omento, quod intestinis praetenditur. Haec habet Schol. B. et L. quae, quod facile suspicabar, Porphyrii esse, docet Leid. et legitur illud in Quaest. Hom. 10. Mirum vero haec non monita esse ad A, 460. vbi idem versus legebatur. Iterum apponitur Scholion in Sch. B. ad Φ, 363 κνίσσῃ μελδόμενος.

424. ξ— diple spectat ad ὠμοθέτησαν de quo iam ad A, 461 vidimus.

426. Σπλάγχνα δ' ἄρ' ἀμπείραντες legitur in Heraclid. Alleg. p. 92. Schow. et sic Harlei. Lipsi. Ven. Vrat. 2. Mosc. 1. 2. cum binis Vindob. Eustath. vnde reponendum iudicaui pro vulgato ἐμπείραντες, quod cum sit *infigere*, vt iam Ern. vidit, minus est accommodatum, quam transfigere. Est tamen ἐμπείραντες etiam ap. Schol. Apoll. II, 326 et in Plutarch. de Homer. poesi s. VII. Alterum hemistichium respexit Hesych. in ὑπείροχον (immo ὑπείρεχον) ὑπεράνω τοῦ πυρὸς εἶχον. Ceterum dubito, an ει in ὑπείρεχον antiquioribus debeatur. ipsa pronuntiatione ε in ὑπέρεχον producitur. Mox 427. 8. 9. omissi in Vrat. b. ex incuria forte propter τὸ iterum αὐτάρ.

427. μῆρ' ἐκάη. Ptolemaeus et hic μῆρε κάη scripserat, vt A, 464. vbi vide.

430. πάσαντο. Schol. A. „Ἀρίσταρχος, Ἰακῶς, πάσαντο." Male ad h. v. reiectum Scholion, quod spectat ad 427 καὶ σπλάγχν' ἐπάσαντο. pro his Aristarchus legebat σπλάγχνα πάσαντο vt A, 464. Quod addit „Ἰακῶς," eo spectat, quod sine augmento pro ἐπάσαντο, πάσαντο scripserat. Mox 431 οὐδ' ἔτι alii.

ἴσης erat iam in Flor. tum Ald. 1. intulit ἴσσης donec remouit Turn. Steph. Atqui vox toties legitur, et iam A, 468 lecta erat recte scripta. vbi vide.

433. τοῖς ἄρα μύθων ἦρχε. τοῖσι δὲ Cant.

434. Ἀγάμεμνον Barocc. Cant. Mosc. 1. 2. idque recte et hic reposuit Wolf. Nam ita et supra scriptum erat 362 et alibi. Et ita edd. Aldd. inde a secunda, cum Rom. etiam Turn. Vrat. b. Iterum reuocauit Ἀγαμέμνων Steph. vt iam erat in Flor. et Ald. 1. atqui in his etiam v. 362 erat sic expressum.

435. ἦ μηκέτι νῦν δήθ' αὖθι λεγώμεθα. Est haec Aristarchea lectio; sic enim Schol. A. οὕτως αἱ Ἀριστάρχου λέξεις ἐκ τοῦ B. τῆς Ἰλιάδος. δηθὰ, πολὺν χρόνον — At Zenodotus legerat: „μηκέτι νῦν δὴ ταῦτα λεγώμεθα." vt Il. N, 292 vbi v. ac si esset sententia: *ne haec nunc loquamur.* Negarant nonnulli λέγειν, λέγεσθαι, pro εἰπεῖν, λαλεῖν, apud Homerum occurrere; contra quos laudatur B, 222. 3 Ἀγαμέμνονι λέγ' ὀνείδεα. adde N, 292 et Υ, 244. sunt quoque plura loca in Odyssea. Callistratus ἐν τῷ ά περὶ Ἰλιάδος legebat: μηκέτι δὴ νῦν αὖθι λ. Nonnulli etiam μηκέτι νῦν δήθ' αὖτι. Haec etiam B. et L. digna habuere quae exscriberent. Editur δῆθ' etiam a Stephano: ac si esset ex δῆτα. at ex δηθὰ fit δήθ'. vn. Vindob. μήδ' ἔτι. Iam in λεγώμεθα dissentiunt, quandoquidem plures verbi significatus hic locum habent: λέγεσθαι *cubare, accumbere mensae, otiari,* item, *numerari,* συναθροίζεσθαι et ἠθροισμένον εἶναι. Haec tenebant ii, qui λέγεσθαι Homero frequentari negabant pro διαλέγεσθαι. Conuenit, puto, inprimis: *ne otiemur hic.* Tandem μήδ' ἔτι Mor. Harl. margo Steph. f. ex Etymol. Mosq. 1. Vrat. a. probante Wassenb. ad Paraphr. p. 70. Videtur et μηδέ τι scriptum fuisse.

436. ἐγγυαλίξει. Etiam sic Ven. cum Sch. A. B. L. Monetur tamen a Sch. A. ἐγγυαλίζει esse lectionem Aristarcheam, quam et Apollonius Rhodius habet et Aristophanis ἔκδοσις. Sane parum refert; quoties tamen lego, sensus meus mihi offert tempus praesens. in Vrat. a. erat ἐγγυαλίξῃ.

439. ἀθρόοι. Etymol. in h. v. laudat versum et scribit ἀθρόοι. Erat haec Aristarchi scriptura, qui ab ἅμα

Digitized by Google

ducebat et θρόος, tumultus et turba. Mirum tamen h. l. in grammaticis quos habemus, hoc non occurrere, nec memorari nisi ad Il. Ξ, 38 et Od. A, 27. Tuetur asperum Knight p. 92.

440. ἴομεν, ὄφρα κε θᾶσσον ἐγείρομεν ὀξὺν Ἄρηα. ξ cui nil respondet in Scholiis; nec constat de lectione Zenodoti reiecta. Forte fuit ξ respectu τοῦ ἐγείρομεν ἀντὶ τοῦ ἐγείρωμεν. Ven. A. habet ἀγείρωμεν vt Townl. ἀγείρομεν. Sed ἀγείρειν μάχην non dicitur vt συνάγειν. De coniunctiui nota ω mutata in ο, vt et in ἴομεν pro ἴωμεν v. Excurs. ad A, 66. 67. Hoc tamen loco ἴομεν potest esse pro εἰσόμεθα, et ὄφρα cum indicatiuo potuit iungi.

442. κέλευσε Vrat. b. κέλευε. a m. pr. et vn. Vindob.

443. κάρη κομόωντας scribit nunc diserte ms. Lips. vide sup. 11.

444. οἱ δ' ἠγείροντο ab ἀγείρεσθαι non ab ἐγείρεσθαι.

446. θῦνον κρίνοντες. adscripsit Apollon. Lex. διαχωρίζοντες.

447. αἰγίδ' — ἀγήραον vulgata erat lectio, etiam codd. Aristarchus ἀγήρων (sic enim leg. in Sch. A.) cum Aristotele et Aristophane. Sch. A. L. Iterum varietas occurrit inf. Θ, 539. Vulgaris forma ἀγήραος passim in Odyssea sine varietate habetur. At sunt loca inspicienda, in quibus metrum contractionem suadere videri potest: Od. E, 218 — σὺ δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως. H, 94 ἀθανάτους ὄντας καὶ ἀγήρως ἤματα πάντα. Sic et Il. P, 444 Ὑμεῖς δ' ἐστὸν ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε. et in nobilibus vss. Il. M, 323. Etsi in his omnibus locum habere potuit antiquior vsus scribendi voces integras, et contractas pronuntiandi; quae grammatici ex suo vsu et iudicio resinxerunt.

Iam quod ad formam et vsum loquendi antiquum spectat, quandoquidem notio diuinae naturae per haec duo declarari solebat, perpetuam vitam et aeternam iuventutem: ἀθάνατον καὶ ἀγήραον εἶναι, (vt Θ, 538. M,

323. cf. ad N, 22) translatum hoc inde est ad omnem durationem, etiam ex materiae soliditate ac firmitate. Est adeo aurum ἀθάνατον. ἀγήρων. ἄφθιτον. Altera ex parte synonyma sunt cum his τὰ θεῖα. ἀγήρω τ' vn. Vindob.

448. τῆς ἑκατὸν θύσανοι παγχρύσεοι ἠερέθονται. ἠερέθοντο erat lectio Zenodotea, casu seruata in libris scriptis et edd. Nam Aristarchea est ἠερέθονται, conuenientior hactenus, quod in dea hoc ipsum ornamentum perpetuum manere putandum est. Extat quoque illa in codd. non modo in Veneto et Sch. Leid. et in Eust. verum et in vtroque Oxon. Cant. duob. Vindob. Agnoscunt quoque ἠερέθονται Apollon. Hesych. Etymologus, et iterum inf. Γ, 108. 231. Φ, 12. etsi et ibi lectio variat, etiam in Apollon. Rh. Arg. Possis forte dubitare, qua analogia ἀερέθομαι fieri potuerit ἠερέθομαι in praesenti. Sunt tamen alia quoque exempla, vt ἠλαίνω apud Callim. in Di. 251. ἠλάσκω inf. vs. 470 vbi v.

θύσανοι vbique redduntur κροσσοὶ, κόρυμβοι. Eaedem ὄαι, λέγναι. vnde χιτῶνα λεγνωτὸν tribuit Dianae Callim. in Di. 12. vbi cf. Schol.

Versum 448 ante oculos habuit Iulian. Epist. ad Serapion. extr. Excitat eum Galen. de Hippocr. et Plat. plac. IX, 8. vbi docet ἑκατὸν esse multa.

De *aegide* non vbique facile est definire, clipeus ne an thorax sit intelligendus; videtur tamen h. l. cum ipso discursu ad ordinandas copias conuenire *clipeus*, σὺν τῇ παιφάσσουσα — Ita quoque E, 738. vbi v. O, 308—311. P, 593 et Σ, 203. 4. vbi ἀμφὶ δ' Ἀθήνῃ ὤμοις ἰφθίμοισι βάλ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν. quod vtique de clipeo dici solet. *Terrorem* autem facile iniicere potuit clipeus, aere solis radios excipiente, oculis aduersarii intentus. Eundem itaque terrorem memorat poeta in aegide. Nunc tamen aegide mota Athene *virtutem* in animis excitare putanda est. Sic et in Sc. Herc. 353 equis currui Herculis iunctis: ἐν γάρ σφιν μένος ἧκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη, αἰγίδ' ἀνασείουσα.

Digitized by Google

450. σὺν τῇ παιΦάσσουσα διέσσυτο — ruebat per copias, διήρχετο. De παιΦάσσειν multa sunt in Schol. et Lexicis disputata, et iam in Apollon. Lex. Sufficit, esse ἐνθουσιαστικῶς ὁρμᾶν. Scilicet a Φάος, lux, est Φάω, vnde Φάσσω. παιΦάσσω (ex ΦαΦάσσω) celeri motu mico. Inf. E, 803 est ἐκπαιΦάσσω. De fulgure dixit Apollon. Arg. III, 1265 Φαίης κεν ζοφεροῖο κατ' αἰθέρος ἀΐσσουσαν χειμερίην στεροπὴν θαμινὸν μεταπαιΦάσσεσθαι ἐκ νεΦέων et IV, 1442 παίΦασσε δὲ, τόν δ' ἀνὰ χῶρον ὕδωρ ἐξερέων. Sch. ἀντὶ τοῦ, ἐνθουσιωδῶς ἐΦέρετο. Apud Hippocratem etiam est παιΦάσσειν, παραΦρονεῖν. et ἀλλοΦάσσειν secundum Galen. in Glossis Hippocr. Ductum hinc παμΦαλᾶν ap. Apollon. II, 127. vbi v. Schol. doctum.

451. ἐν δὲ σθένος ὦρσεν ἑκάστῳ καρδίῃ. duplice dativo; Homerico more. Corruptum erat ἑκάστου in Ald. 1. et hinc in ceteris: cum tamen ἑκάστῳ legatur Λ, 11 et Ξ, 151. vbi hi duo versus iterum appositi sunt, item h. l. in Eustath. et in ed. Flor. assentiunt codd. boni omnes. Iure adeo lectio haec restituta iam est a Wolfio.

452. ἄλληκτον. Ante Barnes ἄληκτον non tam antiquitatis auctoritate quam metri incuria; nam et codices variant. Etiam ap. Galen. de Hippocr. et Plat. plac. III, 2.

453. 454 ※ (potius ⁜) quia duo hi versus h. l. recte, minus bene Λ, 13. 14 leguntur. Ammonius p. 115 ex h. l. docet πατρίδα esse, non modo πόλιν sed et χώραν.

455. Ἠΰτε πῦρ ἀΐδηλον ἐπιΦλέγει ἄσπετον ὕλην. appictus asteriscus ※ nec apparet qua de caussa. Sane quidem inf. Λ, 155 ὡς δ' ὅτε πῦρ ἀΐδηλον ἐν ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ. spectatne ad epitheta ἀξύλῳ et ἀσπέτῳ variata?

πῦρ ἀΐδηλον versu laudato explicat Apollon. Lex. τὸν (immo τὸ) ἀδηλοποιόν. recte, modo teneas esse ex ἀΐδης ab εἴδω, quod visui eripit abolendo. v. Etymol. et Eustath. cum Schol. cf. Porphyr. Qu. Hom. 26. Est ignis

Digitized by Google

epitheton iterum I, 436. Alibi eſt pernicioſus, vt E, 880 et al. Primitiua notio ap. Apollon. Arg. IV, 681 occurrit: *φυὴν ἀΐδηλοι*, de obſcura forma.

456. *οὔρεος ἐν κορυφῇς*. In Vrat. a. *ἐκ κορυφῆς*. Vindob. *ἐν κορυφῇ*.

457. *ὡς τῶν ἐρχομένων ἀπὸ χαλκοῦ* — vt iungantur *ἀπὸ χαλκοῦ τῶν ἐρχ.* niſi malis abſolute poſitum: *ὡς, τῶν ἐρχομένων, ἀπὸ χ.* Olim edebatur: *ὡς τῶν, ἐρχομένων ἄπο, χ.* Primus emendauit Oxon. ed. 1695. In Vrat. a. *ὡς τῶνδ' ἐρχ. χαλκὸς θεσπέσιος* eſt *θεῖος, θαυμαστὸς*, adeoque pro ſimplici *ingens*.

458. *οὐρανὸν ἷκε*. Erat in Flor. quod et codd. habent, Vrat. c. et al. etiam *ἵκε* ſcriptum; pro quo male *ἧκε* in Ald. 1. 2. et cet. adhaeſit hoc vitium edd. etiam Turneb. etſi Romana dederat *ἷκε*, quod Steph. reduxit. Mox 459 *καὶ ὥςτ'* Vindob. Alteri.

461. *Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι*. Ita veteres legerunt, vti ex Ven. et ex Schol. et Euſt. et Etymol. patet, vt *Ἀσίῳ* ſecundus caſus ſit ab *ὁ Ἀσίας*, (vt *ὁ Αἰνείας*) *αο, εω, Ἀσίω*, quod vulgo *Ἀσίου*. cf. ad Herod. IV, 45. Euſtath. ad Dionyſ. 620. Stephan. Byz. h. v. Laudant Schol. A. et L. Herodianum *ἐν τῇ καθόλου*, et Ptolemaeum de Synnaloephe (*ἐν τῷ περὶ τῆς συναλοιφῆς*) et in Schol. Ed. Orus *ἐν τῇ ὀρθογραφίᾳ*. In Strabone XIII, p. 931 A. vbi verſus affertur, ambiguum eſſe poteſt, at XIV, p. 961 C. manifeſtum eſt, etiam eum *Ἀσίῳ* legiſſe, *Aſiæ heroïs*. Etiam in Schol. Ariſtoph. Acharn. 68 vbi duo vſſ. recitantur *γενικὴ δέ ἐστι τὸ Ἀσίῳ*. Fuit igitur Aſias aliquis, Cotyis, aut verius, Atyis filius, Manis nepos. Ab hoc Aſiam dictam tradebant Lydi; contra Graeci, ab Aſia Promethei filia. Locus claſſicus eſt Herodoti IV, 45. vnicus fons e quo ceteri hauſerunt omnes; niſi forte fuerunt alia in Xanthi Lydiacis. In Schol. A. memoratur alius ſcriptor Chriſtodorus *ἐν τοῖς Λυδιακοῖς*, e quo mater Aſiae editur Myio; vix ille habendus pro ſcriptore valde antiquo. Potuit is eſſe idem Chreſtodorus, Coptites, cuius ecphraſin ſtatuarum Zeuxippi in Anthol. gr.

Digitized by Google

habemus; carmen pro more saeculi illius conscriptum videtur ex antiquioribus scriptoribus admixta farragine commentorum seriorum. Versus eius adscribam:

— Κότυς λευκώλενον ἄλλην
ἤγετο κουριδίην ὁμοδέμνιον, οὔνομα Μυιώ,
ἡ δ' Ἀσίην τέκε κοῦρον.

(rescripsi Μυιὼ pro Μυῖαν) Nescio an eidem debeantur ea, quae sequuntur, Asiae et Penthesileae filium fuisse Caystrum, qui Ascalone Derceto duxerit, e qua suscepta Semiramis. Verum haec seriora commenta sapiunt. Eustathius eadem Scholia ante oculos habuit. In etymo Asiae frustra laborarunt viri docti magno dissensu: collecta vide ab Eustath. in Dionys. Perieg. 620. Wesseling. ad Herod. l. c. p. 300, 56. Steph. Byz. in Ἀσία. Quicquid est, patet saltem hoc, vt aliarum terrarum nomina a singulari aliquo tractu nomen acceperunt, ita Asiae nomen primum inter Maeones seu Lydos ortum esse, quo designarunt tractum Lydiae ad Caystrum; quae est *Asia Lydiae;* v. Schol. Apollon. Arg. II, 779. Solent veteres regionum nomina fere petere a rege aliquo seu heroe; itaque nomen Asiae ab Asia aliquo. Cumque Lydi metallis et opibus aucti ab his oris antiquissima commercia et nauigationes facerent, nomen illi Asiae in Graeciam afferre facile potuere, quo primum littus Graecis ex aduerso in Oriente situm, tum terra continens appellaretur. Est adeo hic λειμὼν Ἀσίῳ tractus ille nobilissimus, et frequentatum hinc est poetis Asiam de Lydia dicere; Ἀσὶς ἤπειρος pro Lydia est ap. Apollon. Arg. II, 779. vbi v. Schol. qui memorat citharam dictam esse ἀσίαν, *Lydiam*, quia a Lydis inventa est; Ἀσιὰς illa est ap. Hesych. vbi v. Not. cum fragm. e Bibl. Coislin.

Post haec omnia de lectione monendum est. Lectio vulgata edd. erat Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, indo ab Ald. 1, iam in Flor. est Ἀσίῳ. agnoscunt quoque eam Schol. br. vt et in Sch. B. L. aliorum esse ea lectio memoratur, cum putido commento, ab ἄσις, ἰλύς, ductum no-

men esse. Praesidium ei lectioni esse videtur in Virgilio, qui *Asia prata* dixit Ge. I, 383. Est quoque poetico sermoni hoc propius, quam alterum, Ἀσίῳ, Ἀσίου λειμῶν, *Asii alicuius campus*, quod historico conuenit. Habet ille Asias heros auctoritatem grauissimam Herodoti, l. c. e quo tamen petitus ille esse potest ab ipsis grammaticis Alexandrinis et in poetam illatus.

462. ἀγαλλόμενα πτερύγεσσι. Vulgatum erat ἀγαλλόμεναι, (vt ἔθνεα — ἀγαλλόμεναι ad τὸ σημαινόμενον spectaret, αἱ ὄρνιθες) nec tamen nisi inde a Turnebo, quem Steph. sequutus est, ex auctoritate suspicor ed. Rom. Expressum quoque sic in Plutarcho de Homer. poesi; nec displicet lectio grammaticis Schol. B. L. At Aristarchea esse traditur altera lectio ἀγαλλόμενα in Sch. A. et ἐκ τῶν παλαιῶν ὑπομνηματιστῶν ap. Eustath. habetque ea auctoritatem optimorum codd. Eton. a pr. m. Barocc. Vrat. b. c. A. et ipsius Veneti. tum edd. Flor. Aldd. mutata illa forte ab iis, qui metro male metuebant. Sequitur quoque προκαθιζόντων, non, προκαθιζουσῶν· quod Bentl. quoque obseruat.

ἀγαλλόμενα πτερύγεσσι. laetantes, (nam absolute ponitur: v. ap. Lennep. ad Coluth. p. 205) laetitiam significantes (σὺν) πτερύγεσσιν, διὰ πτερύγων, πτέρυξι, alarum plausu. Est simile Virgilianum Aen. III, 226 *magnis quatiunt clangoribus alas*. Nam clangor, et κλαγγή, est vocis, puto, non alae; quod de iisdem Harpyiis Apollon. II, 269 ἐσσεύοντο κλαγγῇ.

463. κλαγγηδὸν προκαθιζόντων· αὐτῶν καθιζόντων ἄλλων πρὸ ἄλλων. Iunctura totius loci et interpunctio varia esse potest. Vt vulgo fit, iunguntur ὥςτ' ὀρνίθων ἔθνεα πολλὰ — ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται. Ita durius hoc κλαγγηδὸν προκαθιζόντων sc. αὐτῶν interpositum est, cum mollius esset προκαθίζοντα, σμ. aut κλαγγηδὸν δὲ προκαθιζόντων σμαραγεῖ λειμών. Veteres iunxere, quantum e Schol. assequi licet; ὥςτ' ἔθνεα πολλὰ sc. προχεῖται, ὡς τῶν ἔθνεα πολλὰ προχέοντο vl. 464. 465. magis hoc ex poetica ratione. Ita vll. 462. 463 sunt extra structuram

et παρένθετα. variata quoque ſtructura pro κλαγγηδόν τε προκαθίζουσι, σμαραγεῖ τε λειμών. vel σμαραγεῖ τε λειμών, προκαθιζόντων αὐτῶν. Illi tamen προκαθιζόντων iunxere cum ὀρνίθων πετεηνῶν, vſ. 459. adeoque locum ſic interpunxiſſe videntur, vt ſolum vſ. 462 ἔνθα καὶ ἔνθα parentheſi includerent. προκαθεζόντων vn. Vindob.

465. ἐς πεδίον προχέοντο Σκαμάνδριον. Καμάνδριον, et 467 Καμανδρίῳ mſ. Mori, duo Oxon. Harl. Lipſ. Townl. cum Ald. 1. et Rom. Sic et alibi. agnoſcit quoque Euſtath. nec facile dixeris, vtrum Ionibus pronuntiatum fuerit.

467. ξ— ſed in Schol. A. nulla στιγμῆς cauſſa redditur; ſed reſpexit haud dubie Καμανδρίῳ vt alii ſcribebant, et adhuc in codd. parte legitur. Argutantur B. L. in epitheto ἀνθεμόεντι. ſi floribus ſolum abundat, ſtrepitum pedum audiri non poſſe. ἔσταν δ' ἐν λειμῶνι. Vrat. a. ἔσταν τ'. Etymol. ἔσταν in h. v.

468. ὅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρῃ. Vt ſemel de γίγνεται moneam, pro quo γίνεται ſcribitur, perpetua varietate, etiam vnius eiusdemque editionis, multo magis codicum, vt h. l. et vbique fere, hoc vnum apponam: cum nihil interſit, vtrum eligas, modo per totum carmen retineas, me retinuiſſe γίγνεται tanquam antiquius; cum γίνεται ſit mollius adeoque vſu lenitum et aetate ſerius; nec aſſentior Euſtathio contrarium aſſerenti p. 1064, 2. Idem euenisſe ſtatuo in γιγνώσκω et γινώσκω. Antiquius eſſe γν patet ex ἔγνων a γνῶμι. γνόω. γνοέω. vnde ſerius factum νοέω. cf. ad Z, 191. Sicque in aliis. Statuendum enim eſt, antiquiora eſſe horridiora.

γίγνεται ὥρῃ vbique ita legitur, etiam ap. Maxim. Tyr. diſſ. XIII, p. 242. Lucianus tamen Reuiuiſc. 42 laudat ἦρι. memoriae vitio, aiunt Barn. Clarke, Erneſti. Probandum tamen videri poteſt, cum verſu inde tertio 471 iterum ὥρῃ occurrat, et cum epitheto, quod hic requiras: ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ. Poteſt quoque ὥρῃ repetitum videri ex altero loco Od. I, 51. vbi idem verſus legi-

Digitized by Google

tur. ὅσα φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρῃ. Enimuero verſus ſic cum vitio metri exiret in γιγνεται ϝηρι.

469. ※ neſcio quo ſpectet aſteriſcus. Obſeruant grammatici „anacoluthon ἧΰτε, τόσσοι. cum deberet eſſe ὅσα — τόσα.“ At centies comparatio variatur aut per ellipſin inſtituitur, vt in eo ipſo, quod laudatur Θ, 551 —556 ὡς δ' ὅτ' ἐν οὐρανῷ ἄστρα — τόσσα μεσηγὺ νεῶν etc. Eſt igitur et h. l. dictum pro vulgari ὅσα ἔθνεα μυιάων, τόσσοι ἐπὶ Tp. vel pro ἧΰτε πολλὰ, — ὣς πολλοὶ ὁμοίως πολλοί. De voc. ἀδινάων v. ſup. ad vſ. 87.

470. αἵτε κατὰ σταθμὸν ποιμνήϊον ἠλάσκουσιν. σταθμὸν, ἔπαυλιν. Sch. Euſtath. —

ἠλάσκειν ab ἀλᾶν. ἀλᾶσθαι, h. πλανᾶν, ductum eſſe vix dubites; veteres tamen ab εἰλεῖν ducunt, περὶ τὸν αὐτὸν τόπον εἱλεῖσθαι, perperam. Schol. Euſtath. Etymol. et Apollon. Lex. h. v. vbi v. Toll. p. 330. Eſt quoque εἰλάσκουσιν in vno Vindob. In Sch. Apoll. Arg. I, 272 forma comparatur cum ἠγηλάζω, ἠγηλάσκω ex ἄγω. paullo ſupra ἠερέθομαι vſ. 448.

471. ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ. haud dubie ſic legitur ex interpolatione, extrito digamma; ſatis enim conſtat fuiſſe antiquius ϝεαρ, ϝηρ, ϝειαρινος. vnde ſecundum Varronem *Ber. Ver.* Inf. Θ, 307 νοτίῃσι τε ϝειαρινῇσι. Praeiuit Bentl. emendando ὥρῃ ϝειαρινῇ. Sic et fine ἐν reperies ὥρῃ χειμερίῃ Od. E, 485. Heſiod. Ἔργ. 494. 534. et ἔαρος ὥρῃ inf. Ζ, 148. Similiter ἥματι εἰκοστῷ et alia fine ἐν. ὅτε — δεύει. vn. Vindob. δεύῃ.

473. διαβρᾶῖσαι μεμαῶτες. διαφθεῖραι Heſych. et Etymol. h. v. plenius eſt I, 78 adiecto στρατόν.

474. Iterum aſteriſcus praefixus ※ vt 455. 469. 480.

475. ῥεῖα διακρίνωσιν. auctoritati codicum in hoc erat parendum; ita enim legunt Cant. Laud. Eton. Ven. Lipſ. Vrat. tres, Townl. Moſc. 1. ed. Flor. διακρίνουσι Barocc. Vulgatum per edd. erat inde ab Ald. 1. et Rom. διακρινέωσι. quod tamen per ſe non aduerſatur Ionicae rationi reſoluendi talia verba, quo fit vt ſyllaba in priore

forma producta corripiatur: quod passim notabimus, Triplex varietas est quoque in codd. Vindob.

477. μετὰ δὲ, h. e. μετὰ τούτοις τοῖς ἡγεμόσιν. ἐν αὐτοῖς διεκόσμει αὐτοὺς (τοὺς Ἀχαιοὺς) Ἀγαμέμνων, vt adeo diuellenda non sint, vt suppleatur ἦν.

478. 9. Versus recitat et comparationem οὐ πρεπόντως οὐδὲ πιθανῶς fieri iudicat Plut. de fort. Alex. II, p, 342 extr, philosophico tamen iudicio; non poetico.

479. Ἄρεϊ δὲ ζώνην. Harl. ἄρεί τε. Quae ζώνη h. l. sit, quaeras merito; nam Agamemnonem gestasse zonam talem aut ita cinxisse, vt Mars solet, frigus esset; de parte corporis agitur. Schol. Ven. tacent. Sch. br. ἤτοι τὸ κατὰ ζῶμα μέρος, ἢ τὴν ὅπλισιν ἀπὸ μέρους. minus ambigue Apollon. Lex. ζώνη. ὁ περὶ τὴν γαστέρα τόπος, ὃν οἷόν τε ζώννυσθαι. Idem diserte Etymologus, adscripto versu: τὸ τοῦ σώματος μέρος. Scilicet, quod inf. ad Δ, 132 videbimus, thorax ad ilia pertingit; vbi balteus ei iniectus est, ζωστὴρ et ζώνη; subtextum est extremae thoracis parti ζῶμα ad inguina tegenda, fascia, μίτρα. Est adeo h. l. ea pars corporis, quae cincta est balteo, quo cingitur thorax, intus munita ζώματι.

Ceterum de comparatione hac per varias corporis partes instituta ita statuo: eam habere vim ad animum; subtiliori tamen sensui haud satis se probare; mens enim per tria haec districta a magnitudine totius formae aberrat et aegre formam aliquam, forte disparem, componit ex tam diuersis partibus. Melius ad animi dotes talem comparationem transferas, vti Plutarch. de Alex. virt. p. 342. F. 343. Alexandrum ait habuisse magnanimitatem Cyri, moderationem Agesilai et sic porro. Eustathius tamen cum Porphyrio in Sch. Leid. ζώνην de tota ὁπλίσει, armatura accipiunt, etiam Pausan. τὴν σκευὴν τῶν ὅπλων. lib. IX, 17 pr. vt ζώννυσθαι est armare se. Alio modo Porphyrius laborat in eo, quod poeta in Agamemnonis specie describenda desinit comparatione in taurum, a diis paullo ante exorsus. Scilicet tam exquisitum decori sensum in Homero quis requirat!

Digitized by Google

480. ξ ※ De hoc aſteriſco v. ad 474. At diple, etſi Scholion excidit, ſpectauit forte ad comparationem Agamemnonis cum tauro: in qua tantum corporis vaſti ſpecies inſignis et eminens reſpicitur. Eſt particula Scholii ad h. l. apud Suidam in voc. *εὖτε*.

481. *βόεσσι μεταπρέπει ἀγρομένῃσι.* Disputant Barnes et Clarke ſuper altera lectione *ἀγρομένοισι*, quaſi haec ex codd. demum adoptanda ſit. Atqui *ἀγρομένοισι* iam inde ab Ald. ſec. fuit lectum; habet quoque ed. Rom. licet *ἀγρομένῃσιν* Flor. cum Ald. 1. exhibuiſſent, et ex iis correctae ſunt Louan. Turneb. Steph. auctoritatem addunt cod. Ven. Euſtath. in ſuo, Dio Chryſ. Or. II, p. 96. At *ἀγρομένοισι* alii codd. Barocc. Eton. Vrat. A. vn. Vindob. Variat lectio etiam apud Aelian. H. An. XI, 10. Verum vindicias ſecundum prius illud *ἀγρομένῃσι* dat, quod vſui noſtri poetae conuenit, modo grammatice modo ad *τὸ νοητὸν* genera variare; inprimis in animantibus: Res ſaepe obſeruata a viris doctis, etiam ab Erneſti.

482. *ἐκπρεπέ' ἐν πολλοῖσι. εὐπρεπέ'* Cantabr.

484. (ξ excidit) Zenodotus *γρ.* Ὀλυμπιάδες *βαθύκολποι.* „At nusquam poeta Graecas mulieres hoc nomine inſigniuit; itaque nec Muſas.“ Scilicet tantum Troianis mulieribus hoc tribuitur Il. Σ, 122. vbi cf. V. L. 339. Ω, 215. Haec A. add. Euſt. ad h. l. et ad Σ, 339 item Etymol. in h. v. Arguta magis quam vera reprehenſio: cum et per ſe Muſae, vt quaeuis alia dea ſeu mulier, non male *βαθύκολπος* propter amplam pallam dicatur, tum *Μοῦσαι βαθύκολποι* obuiae ſint in Pindaro P. I, 123.

Porro *ἔσπετε* ſcribendum, h. *ἔσπετε ἐνίσπετε*. Sch. et Etymol. h. v. *εἴπατε ἐξηγεῖσθε. γρ. καὶ ἔνισπετε* Leid.

Inanis quaeſtio mouetur a Grammaticis, A. ad h. l. et ad 490 ab Amſt. et Sch. br. cur nunc *Muſas* inuocet poeta, qui ab initio operis *vnam* Muſam inuocauerat; at in poetis promiſcue hoc fit.

Μῶσαι eſt vitium ed. Erneſt. non varietas. Melioris iudicii eſt Woodii obſeruatio p. 262 quod Muſae,

Digitized by Google

Mnemoſynes filiae inuocantur in re antiquae memoriae.

485. ξ- quod nonnulli ſcribunt: *παρῆστε* ſc. illo tempore. Sed melius, vniuerſe de omnibus hoc efferri A.

486. ξ- (fuit puto ξ—) Eſt aliquid quod turbet in ſeqq. idque ſenſere A. et B. Schol. A. „*οὐδέ τι ἴδμεν οἵτινες ἡγεμόνες. περισσεύοντος τοῦ τὶ μορίου.* Mox tamen grammaticus ad alteras partes transit, et recte iungit: *ἔσπετε νῦν μοι, οἵτινες ἡγεμόνες ἦσαν*, et 493 ſubiungit: *ἀρχοὺς δ' αὖ*. In Cod. 453 apud Zanettum (eſt autem is Ven. B. Villoiſoni) ad vſ. 484—494 appictae ſunt litterae, quibus ſignificatur, verſuum ordinem eſſe hunc: *ἔσπετε. οἵτινες. ὑμεῖς γὰρ — ἡμεῖς δὲ — ἀρχοὺς αὖ — πλῆθὺν δ'* — At ne ſic quidem tollitur iunturae hiantis aſperitas. Ait enim poeta: *duces ſe et naues commemorare velle Muſarum ope; at multitudinem ſe recitare non poſſe, ne decies quidem auctis viribus. πλῆθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' ὀνομήνω.* multitudinem intelligit haud dubie, non numerum vniuerſe enuntiatum, (v. c. centum millia) ſed *ſingulos milites* gregarios; nam *πλῆθὺς* eſt *turba, plebs.* Atqui, dicas, quis hoc a poeta exigit? multo minus a Muſa? Verum vel ſic ſubiicit: *niſi Muſae memorent omnes qui ad Troiam fuere. εἰ μὴ Μοῦσαι μνήσαιντο, ὅσοι ὑπὸ Ἴλιον ἦλθον.* Haec inepta ſunt per ſe; et infringitur ſic oppoſitio; nam vide ſententias: *niſi Muſae principes nauesque recitent, equidem qui non interfui, recitare non anſim; enimuero multitudinem non potero enumerare, niſi Muſae enumerent.*

Videtur itaque liquere, verſus 491. 492 *εἰ μὴ — θυγατέρες* eſſe ab interpolatore profectos; ſuſpicor vſſ. 488. 489. 490 ab alio, antiquiore, rhapſodo eſſe inſertos; a ſimplicitate autem Homerica eſſe profecta tantum haec: *ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι, — οἵτινες — ἦσαν*, vſſ. 484. 5. 6. 7. Excipiebant haec: *Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως* ſq.

οὐδ' ἔτι duo Oxon. *κλέος, Φήμη.* Apollon. Lex.

Digitized by Google

488. *πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω.* Bentleius emendat *μυθήσωμ'*, forte quia sequitur *ὀνομήνω*. Atqui ea, quae nunc leguntur, inter Homerica esse referenda, censeo: futura indic. et aoristi subiunctiui eodem loco haberi, saepe monui; inter soloeca refert id grammaticus ad calcem Ammonii p. 200. videntur alii *ὀνομήνω* pro futuro habere, vt Mosc. 1. gl. *καθ' ἕκαστον ὀνομάσω*. Reperio tamen *μυθήσωμ'* etiam scriptum esse apud Dion. Cass. LXXVII, b. vbi enumeratis Antonini iussu factis caedibus pergit: *πάντας δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσωμ' οὐδ' ὀνομήνω*, quos occidit ille. *μυθήσομαι ἄν* per *οὐ μυθησαίμην* reddit Anonym. ad calc. Ammonii p. 200.

489. (excidit ξ–) notata hyperbole, Homero propria, cum respectu ad eos, qui hos versus sustulere. Ita enim quoque Od. M, 78 *οὐδ' εἴ οἱ χεῖρές γε ἑείκοσι καὶ πόδες εἶεν*. frequentati autem versus passim, vt a Dione Or. XXXII, p. 669 R. Melius ab hominibus ad rerum narrandarum copiam transtulit Virgil. noto loco Ge. II, 42 *Non ego cuncta meis amplecti versibus opto, Non, mihi si linguae centum sint, oraque centum.*

490. *Φωνὴ δ' ἄρρηκτος. στερεὰ, ἰσχυρὰ*, eo modo dicta est, vt Latini *pulmones rumpi* dicunt adeoque vocem debilitari.

492. *μνησαίαθ' ὅσοι.* Apud Eustath. *μνήσωσιν ἤτοι ἀναμνήσωσι* p. 260, l. 27. Minus caute hinc effingit Zenodoteam lectionem: *μνήσωσιν βαθύκολποι* Barnes. Hos duo vss. 491. 492 haud dubie a mala manu illatos esse fateberis, etiamsi de ceteris ambigas. Dixerit saltem: vulgus copiarum enarrare se haud posse; duces vero et naues enumerare posse. Vt vero Musae memorent aut recitent, quotquot milites gregarii ad Ilium fuerint, quis ab iis expectet!

493. (fuit ξ–) quod in *προπάσας* abundat *πρό*. Argutatur in eo Sch. Amst. laudat vocem Schol. Eurip. Phoen. 797 ad *προχορεύσεις* pro *χορεύσεις*. Totum ver-

Digitized by Google

ſum rhapſodi additamentum eſſe coniicere in promtu eſt. Non enim naues *omnes* enarrat nec enarrare voluit aut debuit.

Iam de numero nauium et copiarum quae a multis dicta ſunt repetere haud iuuat; videat aliquis vel laudatos ad Virgilii Aen. II, 198 vbi ſunt *mille carinae*. Verum numerum ex ipſo Homero Thucydides I, 10 conficit, nauium cIↃccc. et ſubtilius eum conſtituunt grammatici, cIↃcLxxxvi qui iidem numerum copiarum ita conſtituunt, vt, cum Boeotorum naues cxx virorum, Philoctetis et Achillis L fuiſſe tradantur (inf. 719 et Π, 170.) mediam ipſi aliquam rationem ſequantur, vtque adeo totius exercitus centies mille octingentis decem (100,810) viris conſtiterit, quibus XXIX duces accenſendi ſint. Ita Schol. Lipſ. ad 488. Euſtath. ad e. v. Amſt. et Reg. ad 494. Tzetza Antehom. 192. Alio loco (ad v. 122. V. L.) alios aliter tradere vidimus. Poſſint plura hac de re disputari; ſed qua cum vtilitate, non apparet. Inierat quoque numerum ducum Porphyrius Achiuorum, videratque eſſe eos numero XLVII e quibus XIV ad Troiam obierant. Omnino videtur etiam hic in memoriam reuocandum eſſe quod alias aliquoties monui: Homerum in ipſa re, bello ac pugna, heroum nominibus et factis praecipuis, famam aliquam antiquitus acceptam ſequi, at in iis, quae ad exponendum ornandumque facerent, ex ingenio ſuo pendere videri: adeoque non tam probabile, quam neceſſe eſſe, vt in ſpecie ac dignitate rerum geſtarum augenda, etiam in locorum ſitu ornando ac variando, et in hominum nauiumque copia amplificanda, multum ſibi permiſerit; neque adeo in iis, quae extra hiſtoriae, fama rerum accepta conſtitutae, fines ſunt, narrata ab Homero reuocari poſſe ad eam fidem hiſtoricam, qualis illa circumſcribitur iſtis aetatibus, quibus mandari litteris et perſcribi rerum geſtarum memoria coepit.

Sequitur inde a 494 Βοιωτία, ſiue vt in aliis libris inſcribitur, Κατάλογος νηῶν,

Digitized by Google

Catalogus nauium

h. e. recenſus copiarum: quae in aciem eductae fuere. Quae in eo probes, ſunt varietas, ſuauitas, ornatus, ex epithetis naturas locorum et hominum declarantibus, narrationibus et fabulis interpoſitis. Quod ab vſu hiſtorico et geographico ille ſe commendat: quo nomine ille paſſim celebratur: (v. Wood p. 72. cap. de geographia Homeri) ad poetices laudem non ſpectat. Debuit ſane Graecis haec libri pars eſſe iucunda propter memoriam et famam maiorum, aut locorum, quae memorantur, vetuſtatem et naturam ad veritatem adumbratam: qua effectum, vt in controuerſiis de finibus ad Homerum prouocatum eſſe narretur: v. Sch. B. et L. Euſt. p. 263, 17. Quid? quod Cercidas qui Megalopolitanis leges ſcripſit, catalogum nauium pueros ediſcere iuſſit: quod a Porphyrio, a Proclo et Euſtathio traditur.

Disputatum eſt ſuper ordine, quem in recenſu ſequitur, magnaeque hoc ei ceſſit laudi, quod a Boeotis exorſus per vicinos populos procedit: Strab. I, p. 47. Macrob. V, 15. Geographi ea eſſet commendatio, non poetae; ſeruauit iſtam vicinorum populorum ſucceſſionem, tanquam opportunam, facilem et expeditam. Nec tamen propterea ei poſthabendus erat Virgilius, qui per ſtirpes recenſum facit, vt primo populos Graeca origine, tum Italicas gentes enarret: lib. VIII et X. v. Exc. VIII ad Aen. VIII et Exc. I ad X. Quod non animaduerſum iudicia virorum doctorum conturbauit. Probabilior eſſet ratio, poetam obſeruaſſe eum ordinem, qui nauium in ſtatione fuerit; vt etiam inde conſtet, eo ordine, quo poeta narrat, claſſem diſpoſitam fuiſſe; quo illud ſpectare poteſt quod Theſſalos cum Achille vltimo loco narrat, quos conſtat dextram caſtrorum partem ſeruaſſe. Etiam Phocenſes dicuntur proximum a Boeotis locum tenuiſſe 525. 6. et Salaminii adſtitiſſe Athenienſibus 558 in verſu controuerſo. Sunt tamen alia quae ad ſimilem ordinem haud facile reuoces.

Digitized by Google

Orditur autem a Boeotis; poſſis coniectare, quia ii primo loco in aciem exierant; et quia in ſiniſtro cornu conſtiterunt, a quibus verſus dextram proximi ſtabant Orchomenii, ab his Phocenſes et ſic porro; ſed, cum nullum eius rei veſtigium aliud ſit, probabilius eſt, poetam hoc ſequutum eſſe, quod Aulis, vnde claſſis exierat, in Boeotorum finibus ſita erat. Vanas cauſſas alias commenti ſunt veteres. v. ap. Sch. et Euſt. Feremus ſaltem Ariſtarchum, quod non ἔκ τινος παρατηρήσεως a Boeotis exorſus eſt, ἀλλὰ κατὰ ἐπιφορὰν, ἤτοι κατά τινα φορὰν καὶ τύχην. vt Sch. et Euſtath. Recte idem dictis adiecerat: εἰ γὰρ καὶ ἀπ' ἄλλου ἔθνους ἤρξατο, ἐζητοῦμεν ἂν τὴν αἰτίαν τῆς ἀρχῆς. v. Commentationem de acie Homerica: quae partim ad ſtirpium, partim ad ſitus terrarum, vnde aduenerant, partim ad ordinis et loci, quem tenebant copiae, rationem inſtituta eſſe videtur.

Quod tandem ad enuntiationem attinet, mira haec eſt fermonis, quo vtitur poeta, felicitas, quod nomina haec locorum carmine commode reddi, et ſoni lenitate auribus placere poterant. Debetur tamen poetae ea laus, quam et Dionyſ. Halic. de compoſit. §. 16. cum Demetr. de enuntiat. ſ. 54. in eum cumulauit, quod et commode collocando ac contexendo et multa ac varia interponendo, partim ex antiquitate, partim ex locorum ſitu, modo per epitheta, modo per ſonorum ſuauitatem, etiam per copulas, nominibus illis dignitatem addidit, etſi in magna orationis ſimplicitate, repetitis ſaepe iisdem verbis nec variatis: ἔναιον. εἶχον. ἔποντο.

Omnino autem de *nominibus locorum* iam ab initio notandum eſt, niſi alia, inprimis epitheta, eo duxerint, non eſſe de vrbibus et oppidis munitis, aut muro et vallo incluſis, cogitandum; iſta enim aetate Graecia habitata fuit partim per pagos ac vicos, partim per ſtirpes et familias longo terrarum tractu ſparſim habitantes; fuere tamen, quod ipſa res ſuadere debuit, multae habitationes, πόλεις, in colle aut rupe poſitae.

Iam *fines terrarum* et *ſitus locorum* accurate excutere velle, a poetae interpretatione eſſet alienum, quae non niſi ea poſtulat, quibus effici poteſt, primo loco, vt legentis animus notiones habeat claras, a locorum ſitu haud prorſum aberrantes nec turbatas et confuſas; altero loco, vt ea, quae ad doctrinam et ingenium poetae declarandum ſpectant, digito monſtret, et ad notitias rerum, quae ex ſcriptore peti poſſunt, animos legentium aduertat. Mihi inprimis id agendum erat, vt, cum Strabo et Stephanus Byz. veteres grammaticos ad Catalogum exſcripſiſſent, colligerem ex iis ea quae ad Homeri lectionem et doctrinam Homericam reuocanda aut eſſent aut videri poſſent. De ceteris adeunda ſunt ſcripta, in quibus ante aliquot annos *de Geographia Homeri* docte fuit disputatum; quandoquidem in Georgia Auguſta ea quaeſtio in a. LXXXVII. edicta fuerat praemio propoſito, quod tulit *C. T. G. Schoenemann*, qui ad ſingula fere poterat laudari; acceſſerant ad victoriam *Aug. Guil. Schlegel* et *Hermann Schlichthorſt*, quorum libelli extant. Fundus omnis accuratioris disputationis eſt Strabo. Multa quoque conſtituit *Gatterer*us, Collega noſter, doctiſſimus omnis hiſtoriae interpres.

Ceterum, vt ad critica nunc deſcendam, Recenſus hic copiarum et nauium, num a primo carminis auctore profectus ſit, an ſerius acceſſerit, an ex ſingulari carmine adoptatus et in epos noſtrum redactus et inſertus fuerit, quis pronuntiare auſit! Hariolari licet multa; quod aſſeuerari poſſit, video nihil. Qui autem dubitat, nondum verum inueniſſe aut excogitaſſe videri poteſt. Ab antiquis tanquam ſingularem aliquam carminis particulam, eam eſſe habitam, ſatis conſtat. Singularem quoque grammaticorum operam ſibi ea vindicauit, et fuere, qui carmen paucorum verſuum ſpiſſis voluminibus illuſtrarent: *ὡς ἐκ βραχείας τινὸς ὑφῆς πολυτίμητον* (lege *πολύμιτον*, *multis liciis textum*) *ὑποδείξασθαι πέπλον φιλοτιμησάμενοι*, vt ait Euſtath. p. 369 extr. Me-

moratur (ap. Eustath. quoque p. 263) Menogenes, qui Catalogum nauium libris XXIII illustrauit, et Apollodorus libris XII περὶ νεῶν, (male scriptus Ἀπολλώνιος ap. Schol. Il. Θ, 284) quem librum vtinam integrum haberemus! conquisiui eius fragmenta et disposui Vol. III. Biblioth. Apollod. p. 1099 sq. Transtulerat ille pleraque e Demetrio Scepsio; id quod Strabo monuit lib. VIII, 522 A. παρ' οὗ μεταφέρει τὰ πλεῖστα. quod tamen tantum in rebus Troianis fieri potuit; nam scripserat Demetrius XXX libris στίχων ἐξήγησιν μικρῷ πλειόνων ἑξήκοντα τοῦ Καταλόγου τῶν Τρώων, vt ait Strabo XIII, p. 900 B. scilicet inde a vs. 819. etsi etiam in locis Graeciae illustrandis aliquoties eum laudari memini. In Cod. Madrit. ap. Iriarte p. 233 habetur inter alia εἰς τὴν Βοιωτίαν τοῦ Ὁμήρου Commentarius. Apollodori esse ille suspicatur. Verum exordium, quod adscripsit, idem est, quod in Schol. Lips. ad B, 488 legitur.

Nunc, quae ad illustrationem faciant, maximam partem ex Strabone, qui Apollodorum ante oculos habuit, et ex Pausania sunt petenda: etsi hic nec Apollodorum nec Strabonem legisse videtur. In Scholiis pauciſſima seruata sunt ex antiquioribus; id quod non miraberis, si memineris, de verbis potius eorum auctores sollicitos fuisse. Nonnulla delibauit Etymologus; alia sunt in Eustathio, maximam tamen partem petita ea e Strabone et Stephano Byz. Ἐθνικῶν auctore, quem tamen Eustathius pleniorem legerat. Porphyrius ea laude, qua viri docti nonnulli eum cumularunt, multo inferior, vix multa huius generis in suum Commentarium transtulerat; itaque nec in Scholiis aliquid ex iis adhaesit.

Quae notata sunt, spectant pleraque ad nominum origines et vrbium conditores, a quibus illae nomina duxisse creditae sunt; interdum ex antiqua fama, plerumque ex figmento ab ipso nomine ducto. Haec ad poetam non faciunt; itaque nec a me adscribentur. Multa illustrata sunt a Palmerio; adde a Vindingio collecta. Verum nobis ea tantum curae sunto, quae ad Homerum

Digitized by Google

faciunt, et ad doctrinam Homericam. Non enim interpretamur tantum Homerum, ſed et illuſtramus, et hauſta ex eo a veteribus, quantum licet, enotamus. Iam autem omnis antiquae Graeciae, ſtirpisque Hellenicae, quae in varias gentes familiasque diſceſſerat, notitiae ex hoc quaſi fonte Homerico manarunt: vt adeo hic ipſe Commentarius primas lineas antiquiſſimae hiſtoriae Hellenicae exhibeat. At vitia codd. vulgarium in nominibus propriis enotare nolui, ne otium perderem.

494. Boeotis duces praefuere quini, oriundi illi a Boeoto: Sch. B. L. a quo rerum Boeoticarum origines ducuntur. Fuit ille ex *Aeoli ſtirpe, ad quam maxima heroum pars eſt referenda.* Stephan. in Ἀσπληδών· Φασὶ γὰρ τοὺς Αἰολεῖς πρότερον Βοιωτοὺς καλεῖσθαι. niſi potius ſcribendum: τοὺς Βοιωτοὺς πρότερον Αἰολεῖς καλεῖσθαι. Erat autem Boeotus ſeu Itoni filius, (adeoque Amphictyonis nepos, Deucalionis pronepos) ſeu Neptuni ex Arne Aeoli filia. v. Steph. Byz. in Βοιωτία. Arne autem nomen dedit vrbi Theſſaliae, quam Boeotus inhabitabat. Haec Theſſaliae Arne, in mythicis notiſſima, memoratur in Sc. Herc. 381. cum Helice et Anthea, et Iolco cum Myrmidonum vrbe; h. e. Phthia; fuere adeo illae eodem tractu terrarum ſitae; cf. ibid. 474. 475. Annis a Troia capta LX Boeoti, ad quos ſub belli Troiani tempora Cadmei confugerant, vna cum iis Theſſalia pulſi in Boeotiam abiere ibique alteram Arnen condidere, quae an vſ. 507 intelligenda ſit, ad e. l. videbimus. v. Thucyd. I, 12. Diodor. IV, 67. vbi v. Weſſel. Ab hoc inde tempore Aeoles Boeotiam tenuere; antea enim ferae gentes ſtirpis Pelasgicae, in his Aones, eam inhabitarant; permixtae illae poſthaec cum Aeolibus: cf. Strabo IX, p. 615 C. 616 A. Cur autem illo tempore Thebani inter Boeotos non primo loco memorentur, videbimus inf. ad vſ. 505.

De *Leito* Alectryonis filio (inf. P, 602) et de *Peneleo* cf. Notas ad Apollod. p. 226. Memorantur enim inter procos Helenae. Scilicet, vt hoc interponam, duces

Digitized by Google

qui in Iliade memorantur plerosque poetae cyclici inter procos Helenae retulere, quos iusiurandum, quo Tyndareo obstricti erant, coegit Helenam repetitum ire. v. Apollod. III, 10, 8. Hygin. f. 81. *Prothoenor* Areilyci f. necatur ab Aiace Oilei f. inf. Ξ, 450, et *Arceſilaus* ab Hectore, O, 329.

495. Κλονίος scribendum est, non Κλόνιος, vt iam Barnes monuit, e grammaticorum praecepto saepe iterato, Sch. B. L. Eustath.

Versus 495. 6. recitat Maxim. Tyr. XVI, p. 303. R. A cod. Townlei. qui ex praestantissimis est, totus Catalogus nauium abest; et sequitur continuo post v. 493 initium libri III.

496. *οἱ δ' Ὑρίην.* ita quoque Strabo legere debuit IX, p. 620 A. et p. 577 B. at fuit olim quoque lectum *οἱ Θυρίην.* perperam, cum nomen vrbis feratur ductum esse ab Hyrieo conditore: Ὑρίη ἀπὸ τοῦ Ὑριέως. Sch. A. B. L. Eust. Hic versum Hesiodi laudat: ἦν δίη Ὑρίη Βοιωτίης τρέφε κούρης. priora in fragm. Hesiodeis leguntur ἐν δίῃ Ὑρίῃ. Emendatiora dat Schol. A. ἣ οἵη Ὑρίη. verum et vltima sunt corrupta; leg. ἣ οἵην Ὑρίη Βοιωτίη ἔτρεφε κούρην. Innotuit nomen vrbis inprimis propter Orionem: v. Not. Apollod. p. 47. 685. 503. Fuit illa haud longe a Tanagra sita. v. Strabo IX, p. 620 A. (404)

496. Αὐλίδα, ab Αὐλίς, vt contra ab Αὔλις, Αὔλιν, esse scribendum, (ex Euphorione Αὔλίν τ' ἔσφαγον laudatur in Sch. A. quod corruptum est: an propter scopulos et Euripum fuit ἐρισφάραγον?) obseruant Sch. Eust. et Etym. qui et de nomine argutantur, vna cum Stephano Byz. Recitatur v. 496 cum hemistichio ap. Strab. I, p. 18 B. et 269. De ipsa vrbe idem videndus IX, 618 B.

497. Notat versum Demetr. f. 54 in quo, vt et in aliis seqq. iterata copula τε facit notionem copiae et magnitudinis paruarum vrbium. Σχοινόν τε Σκώλόν τε, *Schoenus* cum Schoenunte Arcadiae confunditur a Stephano Byz. qualem nunc habemus. Meliora habet Stra-

Digitized by Google

bo IX, p. 626 B. *Scolus*, alias ignota; nisi quod ex etymo colligitur, in solo aspero et spinis consito sub Cithaerone vrbem sitam fuisse. v. Schol. Eustath. Etymol. Strabo p. 626 B. 627 A. Pausan. IX, 4 extr.

Eteonus, quae postea Scarphe. πολύκνημον δὲ ταύτην λέγει, ὡς ὀρεινήν. κνημοὶ γὰρ τὰ κάτω τοῦ ὄρους. Eustath. Schol. et primo loco Strabo p. 627 A.

498. ⏑ – Θέσπιαν Ven. cum aliis, Vrat. b. Schol. A. ait mediam produci metri caussa; vti quoque hoc sit poeticum quod singulari numero effertur. Laudat Herodianum ἐν τῇ προσῳδίᾳ. Pleniora haec habet Schol. MS. S. German. e quo Excerptum habeo acceptum humanitati Tollii V. C. ad A, 357. vbi πότνια — Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ Ὁμηρικῇ προσῳδίᾳ λέγει ὡς Θέσπια διὰ τοῦ ῑ γράφεται, ἐπειδὴ εὕρηται συνεσταλμένη ἡ πι συλλαβή· οἷον ὡς καὶ παρὰ Κορίνῃ· „Θέσπια καλλιγένεθλε, Φιλόξενε, μουσοφίλητε.“ Pergit Schol. Ven. A. eundem Herodianum ἐν τῷ ιά τῆς καθολικῆς προσῳδίας laudare Θέσπειαν. Hoc et B. et L. legerant in suis, et Strabo p. 627. At Stephanus Byz. tanquam commune agnoscit Θέσπειαν et plur. Θεσπιαί. quod ibidem additur γράφεται καὶ διὰ του I, καὶ ἐκτείνεται καὶ συστέλλεται παρὰ Κορίννῃ· non bene accipitur, etiam ab Eust. quasi vtrumque apud hanc fiat; sed est interpungendum καὶ ἐκτείνεται. respicit locum Homeri. καὶ συστέλλεται παρὰ Κορίννῃ· vt in excerpto modo laudato vidimus. Ceterum et hoc est exemplum seruatae in nonnullis antiquae scriptionis, vbi necesse non erat, cum ea mutata esset in centenis similibus. Nobilitatae Thespiae Cupidine Praxitelis: de quo Strabo p. 627 C. et Pausan. IX, 26. 27. p. 761. Propter Γραῖαν laudat versum Pausan. IX, 20. vbi Θεσπειὰν scribitur. Tum Μυκάλησον, Μυκάλισσον legitur Vrat. a. b. Verum haec et similia vitia annotare vanae et inutilis operae esset.

Graea quae fuerit, iam inter veteres est dubitatum. Eandem, quae mox Tanagra, (cf. Paus. IX, 20.) aut non longe ab ea sitam, ediderant nonnulli; forte nomi-

Digitized by Google

nis similitudine adducti, Γραῖοι et Ταναγραῖοι. Tanagraei quidem in recensu non occurrunt; vnde et versus Euphorionis habetur: „οἱ πλέον ἠρνήσαντο καὶ ὅρμους αἰγιαλοῖο.“ (Ita emendatiora haec habentur et pleniora ap. Eustath. quam in Schol. B. L. vbi καὶ ὄρκον Αἰγιαλήων) Aristoteles tamen Oropum Graeam olim dictam ediderat, quem Strabo sequitur hactenus, vt locum prope Oropum Graeam fuisse dicat IX, p. 618 extr. add. Steph. Byz. in Ὠρωπός. vnde Γραϊκὴν recte legerunt viri docti in Thucyd. II, 23. vbi adhuc vitiose editum Πειραϊκήν. Non longe ab ea abfuit fanum Amphiarai et monumentum Narcissi: eod. Strab. auctore.

De *Myoalesso*, in media Boeotia sita, Strabo IX, p. 619 A. Quae apud Stephan. et Eust. leguntur, ad etymum spectant. Meminit vrbis a Diotrephe Athenienst Thraces ducente euersae Ol. XCI, 1. Thucyd. VII, 29. 30. Pausan. I, 23. et IX, 19. p. 747. etiam Hymn. in Apoll. 224. εὐρύχορον appellat propter camporum planitiem; nam χορὸς etiam pro loco in quo haberi possunt chori. Hactenus idem quod εὐρύχωρος. nec statuendum erat, poetam longam vocalem fregisse, ne sonantiore voce abstinendum esset.

499. Repetit hunc et seqq. versus, et in eos commentatur Strabo p. 629 C. 630 A. οἵ τ' ἀμφ' Ἅρμ' ἐνέμοντο, ἀντὶ τοῦ, ᾤκουν, citat Schol. Pindari II. Ol. 23. Ionicum Ἅρμα νέμοντο nusquam occurrit. Quod autem ἀμφὶ adiicitur, vt semel moneam, eo spectat, quod priscis aetatibus loca plerumque per vicos aut stirpes et familias per agros sparsas colebantur; quibus designandis vocabulum πόλεως promiscue adhibebatur: cf. Strab. VIII, p. 519.

Harma, Ἅρμα, in terra Tanagraeorum; nomen a curru Amphiarai qui eo loco terrae hiatu subductus fuit, ductum narrabant: v. Stephan. Eust. Pausan. IX, 19. et primo loco Strabon. IX, p. 619 B. C. etsi loco alio alia statuisse constat. De *Ilesio* nil aliunde nouimus: nisi quod etymon ad τὰ ἕλη reuocatur. Strab. p. 623 A. B. quo spectat quod ap. eund. aspere scribitur Εἰλέ-

σιον. Pro eo in Etymol. legitur Εἰρέσιον, quod ἀπὸ τῆς εἰρεσίας ducitur, quia loca paluſtria erant et nauigationem deſiderabant.

Ἐρυθρὰς Apion et Herodorus ſcripſere; alii, Ἐρύθρας: Euſtath. p. 267, 2. ſicque editur in Thucydide, vt discerneretur Boeotiae oppidum ab vrbe Ioniae, quae Ἐρυθραὶ dicuntur. Melius dixiſſent, e canone grammatico mediam acui, vt ab adiectiuo ἐρυθρὸς discerneretur nomen proprium. *Erythrae* in agro Plataico ſub Cithaerone: Strab. p. 620 A. qui Erythras Aſiae hinc ductas eſſe docet. Pauſanias IX, 2 pr. eius rudera viderat; Thucydidis aetate ſuperſtes erat III, 24 pr.

500. ξ quod nunc in Ὕλην prior producta eſt, vt in ὕλη, ſilua, v. c. P, 194. quae tamen etiam ϝυλη pronuntiata eſt. At alibi correpta: (H, 221) σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος, Ὕλῃ ἔνι οἰκία ναίων (adde E, 708 Ὅς ῥ' ἐν Ὕλῃ ναίεσκεν.) Sch. A. Eadem ap. Strabon. IX, p. 625 C. habentur: qui addit, ſuo tempore Ὕλας numero plurali dictas, quod etiam Ven. A. repetit. Fuiſſe quoque, qui ὅς ῥ' ἐν Ὑδῃ ναίεσκεν legerent; quae tamen ſit Lydiae vrbs; Il. Υ, 384. Quod ad ambiguam in Ὕλῃ priorem ſyllabam attinet, potuit ita vſus ferre; poteſt tamen commode quoque verſus ad communem rationem redigi: οἵ τ' Ἐλεῶν' εἶχον, ἰδ' Ὕλην, ἠδ' οἱ Πετεῶνα. Et legitur ἰδ' in Codd. C. L. Eton. Lipſ. Vrat. C. et edd. Flor. Ald. 1.

Eleon, Ἐλεὼν κώμη Ταναγρικὴ ap. Strab. p. 620 B. iterum memoratur inf. K, 266. vbi monetur alios adſpirare primam: quod et Strabo docet; de etymo ἀπὸ τῶν ἑλῶν ibid. et inde Euſtath. vbi et de *Hyles* etymo; de ipſa Hyle Strabo l. c. add. Steph. Byz. *Peteon* in regione Thebana: Strab. p. 629 C. Erat porro in Barocc. οἵ τ' Ἐλεώνην εἶχον, ἰδ' Ὕλην. At Barnes aliam lectionem Demetrii Scepſii laudat, οἵ τε Νέων εἶχον, quam tamen ipſe conſinxit e Strabone IX, p. 670 C.

501. *Ocalea*. Ὠκαλεή quae et Ὠκάλεια, inter Haliartum et Alalcomenas; adiacebat amni eiusdem nomi-

Digitized by Google

nis. Vna cum Haliarto memoratur in Hymn. in Apoll. 242. 243. Strabo p. 629 C. add. Steph. Byz. h. v. et Euſtath. ad h. l. *Medeon:* Strabo p. 629 C. *εὖ κτίμενον πτολίεθρον* vrbs *bene ſita.* v. inf. ad 626. et an *ἐὺ κτίμενον* ſit ſcribendum, v. ad A, 164.

502. ξ quod Zenodotus pro *Θίσβην*, habuerat *Μέσσην*, quae Laconicae fuit cum portu, non Boeotiae. Pauſan. III, 25 f. *Copae* ad paludem Copaidem in boreali parte. Strabo p. 623 B. 630 A. Steph. h. v. Euſt. Pauſ. IX, 24 pr. *Eutreſis* vicus Theſpienſium: cum templo Apollinis Eutreſii: Strab. p. 630 B. Steph. Euſtath. *Thisbe πολυτρήρων*, cuius imitatione Aeſchylus Perſ. 309 Salaminem *πελειοθρέμμονα* dixit, columbis abundans, mox Thisbae ap. Xenophontem; ſub Helicone haud longe a Theſpiis. v. Strab. p. 630 B. Steph. Euſt. Pauſ. IX, 32. *πολυτρήτωνα* legit mſ. Eton.

503. *Coronea* et *Haliartus* ſatis notae vrbes; in iſta poſtea Pamboeotia habita; haec *ὁ Ἁλίαρτος* eſt, at apud Strabon. IX, p. 630. 631. *ἡ Ἀλίαρτος*. Sic quoque Etymol. M. h. v. vbi legitur: *λέγεται δὲ κτισθῆναι ὑπὸ Ἀλεξάνδρου.* lege, *ὑπὸ Ἁλιάρτου, τοῦ Θερσάνδρου.* v. Stephan. h. v. et, qui eum exſcribit, Euſtath. qui idem *τὸ μέγα ἐτυμολογικὸν* in partes vocat; hoc adeo Euſtath. manibus triuiſſe putandus eſt. Miror tamen eum non plura inde petiiſſe. Add. Pauſan. IX, 32. 33. 34.

καὶ ποιήενθ' Ἁλίαρτον etiam Strabo recitat IX, p. 624 B. et epitheton ad terram aquis irriguam ſpectare docet. *Ἀρίαρτον* quoque ſcribi notauit Euſtathius.

504. *Platueas* Perſarum clade nobiles nemo ignorat. *Gliſſantem* alia pugna facta Epigonorum cum Thebanis nobilitauit antiquitus: v. Pauſan. IX, 19. p. 746. 747. qui ruinas viderat, Apollod. III, 7, 3. Schol. Pind. VIII, 68. *Πλατειὰ* et *Πλατειαὶ* vſu habitae ſunt: docente Strabone IX, p. 631 B. C. Steph. et ex eo Euſtath.

Γλίσσαντ' ἐνέμοντο erat olim editum; ſed *Γλίσαντ'* ſuppeditant codd. Eton. Ven. Vrat. A. b. Mosq. 1. et vſus perpetuus. Etſi eſt in hoc nomine magna ſcriben-

Digitized by Google

di varietas. Scholion A. periisse, ex Sch. ad M, 20 disco. Aiunt B. et L. vsu scribi Γλῖσας, at ab historicis Γλισᾶς, (ἡ συνήθεια προπερισπᾷ τὸ ὄνομα, ἡ δὲ ἱστορία περισπᾷ) adeoque vsu Γλίσαντα scribi, cum deberet esse Γλισᾶντα, Eustathius ex antiquioribus docuit; adde Etymol. h. v. Scilicet ex Γλισάεις, Γλισάεντος factum esse videtur Γλισᾶς. At alii flexerunt Γλίσας, Γλίσαντος, quod iam in Herodoto legitur editum lib. IX, 43. et ap. Strabon. p. 632 A. Apud Stephanum Byz. male est Γλισσὰς, (locum pleniorem habet Eustath. ad h. l.) Apud Pausan. l. c. variat scriptura: in edd. est Γλισᾶντος, Γλισᾶντα, in cod. Mosc. Γλίσαντος, Γλίσαντα. Ex Eustath. apparet lectum quoque fuisse in Homero Γλίσσαν τ'. Chaeroboscus scribebat Γλισσᾶν τ' vt Θωμᾶν. Hoc videtur exhiberi in cod. Lips. γλισᾶν. Cur tamen Ionicus poeta non Γλισαντα νεμοντο scripsisse videri debet?

505. οἵ θ' Ὑποθήβας εἶχον ἐῢ κτίμενον πτολίεθρον. Ita et Ven. At Schol. B. et L. οἵ θ' ὑπὸ Θήβας, vt adeo πολίχνιον sit oppidum sine nomine subter Thebis conditum. Errant libri inter vtramque scriptionem; vt nec tamen eorum magna in his esse possit auctoritas. Gravius est monere, Thebas non memorari, quia nuper fuerant euersae ab Argiuis in expeditione Epigonorum: de qua dictum paullo ante ad v. 504. Fuere tamen, qui excidio vrbis supersessent, et discessu Argiuorum facto iterum ad pristinas sedes redirent, ita vt in agro vrbi vicino sedes figerent; hactenus ὑπὸ Θήβας habitarunt; πτολίεθρον nihil aliud quam συνοικίαν declarare monitum iam est; potuit tamen prope ad ipsas vrbis ruinas aliud oppidum exstructum esse, quod Ὑποθῆβαι recte dictum esse potuit; nam vt ita diceretur, quia Cadmeae arci subiectum erat, longius petitum esse videtur. Fuerunt qui Potnias pro Hypothebis haberent. cf. Strab. IX, p. 632. Plura de his fuere olim in Steph. Byz. quae excerpsit Eustath. ad h. l. Diuersos prorsus auctores sequutus est Pausan. IX, 5 extr. quae ibi videnda sunt; nam ad Homerum nil faciunt.

Digitized by Google

506. Ὄγχηστόν θ', ἱερὸν Ποσιδήϊον, ἀγλαὸν ἄλσος. *Oncheſtus* nobilis lucus et templum Neptuni in terra Haliartiorum, v. Strab. IX, p. 632 C. Pauſan. IX, 26. p. 761. Dictus inde Neptunus Oncheſtius ap. Pindarum.

Laudant verſum propter Ὀγχηστὸς Stephan. Byz. h. v. quem pleniorem et emendatiorem adhibuit Euſtath. tum Schol. Apollonii III, 1241. vbi illuſtrat ἄλσος Ταντίου Ὀγχηστοῖο. At Schol. Pindari docent, eſſe τὸ ἄλσος ſimpliciter locum ſacrum, (vt τὸ τέμενος.) Verſus repetitus eſt in Hymno in Apoll. 230 vbi ludi curules in eo luco agi ſoliti deſcribuntur: in quibus erat hoc praeter morem aliorum ludorum ſollenne, vt curſu inito deſilirent aurigae, et equi ſoli certamen curſus abſoluerent, currus autem deo conſecrarentur in luco. (ἀναπνέει, equus onere aurigae leuatus, ἀχθόμενός περ, *quippe oneratus ſeſſore*, *trahendo* ſimul currum; at equi (mutato caſu) tum quidem, τέως μὲν, τότε μὲν, ἀΦιέντες ἄνακτα, aurigam, qui deſilierat, vacuo curru ruunt. Tum interpungo: εἰ δέ κεν ἅρματ' ἀγῇσιν, ἐν ἄλσεϊ δενδρήεντι, Ἵπτους μὲν κομέουσι, τὰ δὲ κλίναντες ἐῶσι. Male ἄγῃσιν ſcribitur; ſi enim eſt ἄγη, ἐάγη, ab ἄγω *frango*, non ſubſcribi poterat Iota. Si tamen mox Θεοῦ μοῖρα δίΦρον Φυλάσσει, ſi *religio dei, fas ſacerque ritus, currum in luco ſeruat*, non dicas, quorſum *currus fractus* curae deo eſſe debuerit. Itaque praeferes εἰ δέ κεν ἅρματ' ἄγωσιν ſcil. *equi, ſi currum tamen perferunt ad metam integrum*, tum homines, *aurigae, curant equos et currum conſecrant.* De Taraxippo nemo facile cogitet.

Interpungebatur locus noſter poſt ἱερὸν Ποσιδήϊον, ἀ. ἀ. at verſus Hymni: Ὄγχηστον δ' ἵξες; Ποσιδήϊον ἀγλαὸν ἄλσος, docet, iungenda eſſe haec etiam in verſu noſtro; vt et iungenda ſunt Ὄγχηστόν θ' ἱερὸν, quod factum videbis a Schol. Lycophr. 45. Ceterum editur Ὄγχηστον, etſi diligentiores Ὀγχηστὸν ſcribant.

Ποσιδήϊον. reſtituta ſcriptura a Barnes, quam et Ven. cum bonis codd. agnoſcit; legebatur vitioſe Ποσειδήϊον. Corripi in h. v. diphthongum (h. e. Ποσιδήϊον ſcribi) ob.

Digitized by Google

ſeruat quoque Euſtath. ad Perieg. 916. Occurrit iterum in Od. Z, 266 *καλὸν Ποσιδήϊον*, et apud Apollon. I, 1279 *Ποσιδήϊον ἄκραν*.

Dubitatum quoque eſt inter veteres: ſintne diuerſa loca Oncheſtus et templum Neptunium, an idem. Pro eodem habuit Schol. Apollonii l. c. et III, 1241. item Schol. Pind. I. I, 45. hoc verſu adſcripto. Scilicet, vt in aliis, ad vrbem erat lucus et in hoc templum. *τὸ ἄλσος* ſupererat adhuc Pauſaniae aetate; templum interierat: IX, 26.

507. ἐν quod pro *Ἄρνην* legerat *Ἄσκρην*, Zenodotus. At Aſcra non potuit vitibus abundare, vt *πολυστάφυλος* eſſet: cum Heſiodus fide dignior ſit: *Ἄσκρη, χεῖμα κακὴ, θέρος ἀργαλέη*, cf. Strabo IX, p. 628 A. 633 B. C. et Euſtath.

Aliud eſt in Strabone l. c. in Schol. br. et in Euſtath. traditum, fuiſſe, qui *Τάρνην* legerent; *πιθανῶς*, vt ibi additur; Arnen enim belli Troiani tempore ſerius fuiſſe conditam. At Tarne infra quoque E, 44 memorata, Lydiae fuit: quod monent veteres ap. Euſtath. quorum enuntiata videbis ap. Strabon. IX, p. 633 et fluxit lectio ex praua ſcriptura *τ' Ἄρνην*. Verſum vt nunc habetur, recitat quoque Strabo I, p. 102 C. Quod autem ad illud aſſertum attinet, Arnen Boeotiae belli Troiani tempore ſeriorem fuiſſe, recte vtique illud ſe habet; conſtat enim ex ipſo Thucydide LX annis poſt Troiae excidium Arnen Boeotiae conditam fuiſſe: v. ſup. ad v. 494 vbi de Aeolum migratione e Theſſalia in Boeotiam dictum eſt. Scilicet vtrique fidem ſuam conſtare puto, ſi, vt in multis vrbibus factum, locum ac tractum iam antea nomen Arnes habuiſſe, adeoque Arnen, *συνοικίαν* vicum, ſeu *χώραν* iam iſto tempore, quo bellum in Troianos ſuſceptum eſt, extitiſſe, ſerius autem vrbem ab Aeolibus e Theſſalia reducibus conditam eſſe ſtatuamus. Sita autem erat Arne apud Chaeroneam; cum qua adeo pro eadem habita eſt a Pauſania IX, 40. Submerſa et abſorpta eſt a lacu Copaide vna cum *Midea*: v. Strabo

Digitized by Google

lib. I. p. 102 B. Nec plura de hac Midea traduntur a Stephano Byz. h. v. Euſtath. praeterquam hoc, quod per ſe intelligitur, quod diuerſa fuit ab altera magis nota Argolidis, in qua Alcmena vixit: de qua v. Not. ad Apollod. Scribitur quoque haec *Μιδέα*, altera *Μίδεια*. Strabo p. 572 B.

508. *Νίσσαν τε ζαθέην*. Ita vulgo ſcriptum geminato e more *σσ*. editur. Vno ſibilo in Ven. Moſc. 1. *Νισᾶν* in Lipſ. Eton. Multa in h. l. commentati ſunt veteres, quae exulant e Scholiis; at ſeruata illa ſunt ap. Strabon. IX, p. 621. 622. vnde transtuliſſe putandus nonnulla Euſtathius: etſi ea ita comparata ſunt, vt, quam parum certas rationes Critici veteres ſequuti ſint, inde cognoſcas. Scilicet *Niſa Boeotiae* ignorabatur iam Apollodori Athenienſis aetate: v. Fragm. p. 1112. Iam fuit prope Anthedonem *Iſus*, *ἱεροπρεπὴς τόπος, πόλεως ἴχνη σώζων*; legerunt itaque nonnulli *Ἴσον τε ζαθέην*. Videbatur tamen prima non bene ſic produci. Alii *Κρεῦσάν τε ζαθέην*, vt ſit nauale Theſpienſium in ſinu Criſſaeo. (*Κρευσὶς* eſt Pauſaniae IX, 32.) Alii *Φηράς τε ζ.* qui vnus eſt e vicis Tanagraeorum; tandem alii *Νῦσαν*, qui vicus fuit Heliconis, cuius et Stephan. Byz. meminit: putes hos proxime ad verum acceſſiſſe. Euſtathius tamen cum Scholiis duas ait eſſe Niſas, aliam Megaridis, aliam Boeotiae, *ἡ δὲ ἐν Βοιωτοῖς Διονύσου ἱερὸν εἶχεν ἐπιφανές. ἔστι δὲ παρώνυμον ἥρωΐ τινι Νίσῳ.*

Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν. Schol. Apollonii I, 1310 cum Steph. Byz. in *Ἀνθηδὼν* et Suida h. v. legunt *ἐσχατόεσσαν*. ſicque extat ſcriptum in Cant. ap. Bentl. et Vrat. A. item inf. 616. At *ἐσχατόωσαν* agnoſcit Strabo IX, p. 620 B. et lib. I, p. 30. Eſt ab *ἔσχατάω*. Indocte edd. vsque ad Turnebum *ἐσχατόωσσαν* geminato ſibilo. Erat autem Anthedon cum portu ex aduerſo Euboeae poſita ad Euripum; nota in mythicis per Glaucum Anthedonium, deum marinum factum: de quo multa ad h. l. Euſtath. narrat, quae petita ſunt e Strab. p. 621 B. Athen. VII, p. 296. qui locus claſſ. eſt de Glauco. Add.

Digitized by Goo

Pauſan. IX, 22. Schol. ad Lycophr. 754. et ad Apollon. I, 1310.

Plene autem interpunxi ad finem verſus; nam pendent omnia a vſ. 494 Βοιωτῶν, οἵ θ' — οἵ τε — Nunc ſubiungitur τῶν, h. e. τούτων, μὲν πεντήκοντα. Ceterum notabile mihi videtur, Boeotiae vrbes tanto numero memorari, ad XXX fere, etſi per ſe non omnes valde memorabiles, cum nullius alius tractus, ne Mycenaei quidem regni, tot loca et oppida memorentur. Vnde tandem poetae Ionico tanta ſedulitas in Boeotiae recenſu ſubnata eſſe potuit?

510. καὶ εἴκοσι. Bentl. em. ἐείκοσι. Suauius ad auditum. Fuiſſe ϝεικοσι. εϝεικοσι conſtat, et, antiquiore more, ϝικοσι. εϝικοσι. quod in tabula Heracleenſi occurrit.

511. οἱ δ' Ἀσπληδόνα ναῖον ἰδ' Ὀρχομενὸν Μινύειον. ξ quod et alter eſt Orchomenus Arcadiae πολύμηλος. (inf. 605.) At hic Boeotiae eſt Μινύειος ſiue ab amne Minya, ſiue a Minya Siſyphi f. Aeoli nepote; vnde ſtirps Minyarum in mythicis celeberrima: vt Sch. A. br. et alii. De Orchomeno v. Strabo IX, p. 635. et Euſtath. (qui ſeruaſſe videtur ea, quae de hac vrbe in Stephano Byz. periere.) Copioſiſſime egit Pauſan. IX, 36 ſq. Nobilis fuit vrbs diuitiis, (de quibus inf. I, 381.) Minyarum nomine, et Charitum fano. Eſt ὁ Ὀρχομενὸς, χῶρος, quia multarum vrbium nomina primitus erant nomina agrorum, regionum et tractuum, quos ſparſim incolebant familiae.

Ἀσπληδών, quae et Σπληδὼν apud alios, ſaltem apud Aſclepiadem; v. Apollod. fragm. p. 1124. ex Etymol. M. Sita fuit in finibus Boeotorum verſus Locros. v. Strab. p. 636 C. Stephan. Euſtath. Schol. Etymol. h. v. qui ad Herodianum περὶ παθῶν prouocat.

οἱ δ' Ἀσπληδόν' ἔναιον Barocc. Eton. Mosq. 1. vn. Vindob. et Ἀσπλήδον' ἔναιον Vrat. b.

512. τῶν ἦρχ' Ἀσκάλαφος. τῶνδ' ἦρχ'. Cant. et Lap. Bentleium; ipſe malit τοῖσδ'. Atqui et alibi cum altero caſu iungitur, et ipſo vſ. 494 Βοιωτῶν. —

Digitized by Google

Aſcalaphus et *Ialmenus* Orchomeniorum duces. Refertur eorum ſtirps ad Erginum, Orchomeni regem, qui Thebanis tributum impoſuerat, a quo eos Hercules liberauit: v. Apollod. II, 4, 11. Nam ex Ergino, Clymeni filio, natus Azeus, ex eo Actor, pater Aſtyoches, quae ex Marte ſuſcepit Ialmenum et Aſcalaphum: quos et inter Argonautas, et inter procos Helenae, memorat Apollodorus. Occiſus Aſcalaphus a Deiphobo Il. N, 518. Cum Aſcalapho tamen reduces a Troia Achaeos ventis aduerſis in Pontum Euxinum raptos tandem in littorali Aſiae plaga boreali conſediſſe, et Achaeorum populo ortum feciſſe narrat Priſcian. in Perieg. 665 ſq. male acceptis, vt videtur, Dionyſii Perieg. 683—5 verbis; niſi admittas acutam Arnzenii emendationem in Epiſt. crit. p. 52. *A Xanthi ripis* pro *Aſcalaphi regis.*

514. ὑπερῴϊον εἰςαναβᾶσα Ven. ὑπερώιον εἰς ἀ. Venetus, vt ſit pro εἰς ὑπερώιον; defendit Schol. A.

Iungenda ſunt, οὓς τέκεν Ἀστυόχη Ἄρηϊ. ſi iungas ὑπερῴϊον εἰςαναβᾶσα, videtur illa adſcendiſſe ad cubiculum et peperiſſe Marti filios. quod vix verum. ſed dictum eſſe videtur pro ſimplici, ἔτεκεν ἐν παρθενῶνι, adeoque in domo paterna, nondum elocata. Erat ſcilicet thalamus puellae in ſuperiore aedium parte, et quidem in poſtica, interiora aedium ſpectante, non verſus viam. cf. inf. ad Z, 242.

515. ὁ δέ οἱ pro ὃς παρελέξατό οἱ. Alio loquendi modo Il. O, 184. de oppreſſa Polymela ipſe Mercurius eſt ὁ ἀναβὰς εἰς ὑπερῷον. αὐτίκα δ' εἰς ὑπερῷ' ἀναβὰς παρελέξατο λάθρῃ.

516. τῶν δὲ τριήκοντα — τοῖς δὲ (non, vt editum, ταῖς) exemplaria Ariſtarchea exhibuerunt; vt alibi quoque τοῖσι δ' ἅμ' ὀγδώκοντα (inf. 568) et τῷ δ' ἄρα τεσσαράκοντα (vſ. 534 et al.) Haec Schol. A. In his ἅμα adiectum eſt; poterant alia loca memorari, in quibus tertius caſus habetur nudus: vt vſ. 602. 733. Verum etiam caſus ſecundus additus eſt τῶν, τῶν δὲ, νέες ἔστι-

Digitized by Google

χόωντο, vt vſ. 680 et paullo ante 509. Ceterum τοῖς δε erat quoque in Eton. vno Vindob.

517. ξ quod praeter hunc *Schedium* alter Schedius, Perimedis f. occurrit, (Jl. O, 515.) ambo Phocenſes, et ab Hectore interfecti. (noſter quidem P, 306. vbi additur, eum vrbi Panopeo regnaſſe.) addit Schol. A. ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὰ Πυλαιμένους. ſcilicet quia et huius nominis duo diuerſi homines fuere. v. inf. ad 851. Immodice ſe iactarunt grammatici in hac obſeruatione: cf. h. l. B. L. Euſt. Scribitur Σχεδίος, non Σχέδιος, vt ab appellatiuo discernatur; etſi ap. Pauſan. X, 30. p. 873. editur Σχέδιος, in Polygnoti pictura, in qua ille appictus erat, ſedens cum mucrone et gramine cinctus: qua de cauſſa, non apparet.

Ἐν ταῖς Ἀριστάρχου duplici modo ſcribitur et Φωκήων et Φωκείων. Ionicum eſſe debet prius. Ducitur nomen Φωκεῖς a Phoco Aeaci et Pſamathes f. Sch. A. br. et Euſt. Verba Sch. A. ſunt: τοὺς δὲ Φωκεῖς οἱ μὲν ἀπὸ Φώκου τοῦ Ψαμάθης καὶ Αἰακοῦ τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Προνόης τῆς Ἀσώπου. Vltima laborant: Aeacum Iouis filium omnes edunt. Leg. οἱ δὲ τοῦ Ποσειδ. ſicque in Sch. br. legitur. Nam Phoci natales varie traduntur; niſi fuere diuerſi huius nominis: alter Ornyti f. ap. Pauſan. X, 1. et II, 29. Ornytionis, alter Aeaci et Pſamathes, aut, vt h. l. Neptuni et Pronoes f. Leguntur vſſ. 517 et 519 in Diodoro XVI, 23. vbi ſcriptura Φωκήων quoque variat. *Schedii* et *Epiſtrophi* genus etiam ad Aeolum refertur. Nam ex Siſypho, Aeoli f. Ornytus, ex hoc Phocus, ex hoc Ornytion, e quo Naubolus pater Iphiti natus. Sic Schol. B. L. Panopeum incoluerunt.

518. Ναυολίδαο Barocc. Ἰφίτου mediam producit, h. l. cum alibi ea breuis ſit, vt Od. Φ, 14 Ἴφιτος Εὐρυτίδης. Jl. P, 306. Sch. A. Euſt. Barneſius ἐκτατικὸν aliquod Tau comminiſcitur. Immo vero pronuntiando duplex τ inferri poterat, ac ſi ſcriptum eſſe Ἴφιττος. agnoſcit quoque hoc Clarke: fit enim ſaepe in aliis ſimilibus, ſi attenderis. Aliam tamen dubitationem facit hoc, quod

Digitized by Google

ex Il. P, 306 μεγάθυμον Ἰφίτου υἱὸν apparet, ϝιφίτου pronuntiatum fuisse; itaque sagaciter locum constituit Bentleius υἷες ϝιφιτοφι, seu vt nunc scribimus Ἰφιτόφι. vt Ἰλιόφι pro Ἰλίου.

519. Prouocant ad h. v. qui de *Cyparisso* et de antiquo *Delphorum* nomine agunt: Strabo IX, p. 648 A. Scilicet cum Phocidis locus post Homerum *Cyparissi* nomine nullus esset, alii locum cupressis consitum, vicum sub Lycorea, fuisse tradiderunt: Strab. IX, p. 648 A. Eranon nomen antiquum edit Steph. in Κυπάρισσος. alii de ea, quae Apollonia vel Apollonias dicta. Sic Schol. B. et Steph. ex Didymo. add. Eustath. Etiam Cyparissum, Orchomeni fratrem, adeoque Minyae f. memorarunt: Sch. Eust. e Steph. Paus. X, 36 pro eadem cum Anticyra Cyparissum habuit. Alia de hac et ceteris Phocidis vrbibus vide congesta a Palmer. VI, 1 sqq.

Πυθών, ῶνος et Πυθώ, vnde Πυθοῖ ἐν ἡγαθέῃ Il. I, 644. et Od. Θ, 80. v. Steph. h. v. antiqua nomina Delphorum, quod satis tritum. Sch. et Eust. de etymo laborant cum aliis. Cetera cum his ipsis videnda apud Strab. IX, p. 639. 641 sq. Paus. X, 6 sq.

520. ἐν respicit Zenodoteam lectionem καὶ Πανόπτεων, aut verius Πανόπεων, vt ex Eustath. discas, etsi vel sic vitiosam, et metro infestam. (Nisi Zenodoto iniuria fit, cum ille scriptum habuisset καὶ Πανοπήων. Nam fuit nomen et Πανοπεῖς, vt apud Herodot. VIII, 34 et Pausaniam X, 4. adeoque Πανοπῆες, Πανοπήων, sc. πόλιν.) Est Πανοπεύς. Il. P, 307 ἐν κλειτῷ Πανοπῆϊ et καλλίχορος Πανοπεὺς Od. Λ, 80. ad quae loca respicit Pausan. X, 4. et ad versum, in quo versamur, Steph. Byz. in his voc. Κρίσσα vulgo legitur; antiquitus Κρίσα atque etiam Κρῖσα fuit; cf. Eust. Etymol. Κρῖσαν h. l. Eton. Vrat. b. Κρίσαν Laud. Ven. exhibent. De *Crissa* et *Daulide* adeundi Strabo et Pausanias, qui Crissam Homero dictam, quae Cirrha est, diserte docet lib. X, 37. p. 893 f. Etiam *Cirrhaeus campus*, Cirrha excisa Solonis aetate Apollini consecratus (ibid. p. 894.) Κρισ-

Digitized by Google

σαῖος est appellatus in Thessali πρεσβευτικῷ inter Hippocratis Epp. in quo bellum illud disertius, quam alibi, narratur. alteram, Daulidem, a Thracibus olim habitatam rex Tereus nobilitauit; *Panopeum* (τὸν Πανοπέα) Tityus Latonae vim inferens ab Apolline sagitta occisus. De quo iidem; inprimis Paus. X, 4. et ex iis Eustath. Dicta vrbs postea *Phanoteus*: v. Strab. IX, p. 648 B. *Epeum*, qui equum ligneum fabricatus est, inter duces non memorat; etsi ille Panopei filius, Phoci nepos, Panopeum tenere debuit.

521. *Anemoria* in edito loco in confiniis Phocidis et Delphorum, dicta quoque *Anemolia*. Strab. IX, p. 648 B. Steph. Eust. Sch. Apud Schol. Sophoclis Oed. T, 733 leguntur haec: τινὲς δὲ τὴν Δαυλίδα Ἀνακρίδα λέγουσιν. οὕτως· Κρίσσαν τε ζαθέην, καὶ Ἀνακρίδα καὶ Πανοπῆα. Vnde grammaticus hoc hauserit, haud apparet. Ἀνεμώλειαν legi ait Barnes. At Eustath. tantum hoc obseruat, pronuntiari nomen in hunc quoque modum.

Hyampolis ab Hyantibus ex Boeotia profugis condita: Sch. br. Dicta quoque ab incolis Hysampolis Sch. A. Eadem et plura Eustath. ex Strab. ibid. C. Steph. Paus. X, 35. p. 888 recitat. Strabonis locus obscurus et corruptus; quem emendat Schoenemann. p. 61.

522. Κηφισὸν et mox Κηφισοῦ, exhibent Ven. Etonn. cum aliis, Vrat. a. b. Mosq. 1. etiam Lips. quam lectionem veram esse Ernesti arbitrabatur. Atqui nec minus nec magis vera dici potest, quam altera quae vulgo habetur, geminato σσ. Vna littera scribebant antiquiores, geminata seriores; nec codicum auctoritas vlla in his est. Ita Κηφισὸς scriptura et lectio est antiquior; quam recte reponemus, modo vbique in aliis eiusdem generis et rationis eundem morem tenebimus: quod tamen non facile fieri potest. Ita Parnassus scribimus qui Parnasus esse debet; et sic innumera. In *Cephisus* tamen est aliqua ratio potior, quod media natura est longa; saltem correptam eam nusquam vidi. Apud Pindarum est Καφισός. Versum laudat Pausan. X, 33. p.

Digitized by Google

883 vbi memorat, fuiſſe qui Parapotamios, non vrbem, ſed agrum incoluiſſe dicerent: quos Herodoti auctoritate (lib. VIII, 33.) refelli ait. Scilicet fuere olim *Epicephiſii* dicti et *Parapotamii*: ita Schol. Euſt. et primo loco Strabo IX, p. 649. dubitatum autem eſt, fueritne vrbs huius nominis. Atqui disputatio vana eſt; ſiquidem κατοικία fuit, quae et ipſa per πόλιν declarari ſolet. Ad Cephiſum igitur, Homeri ſaltem aetate, ſparſis ſedibus habitarunt homines. Cephiſus enim Phocidem pererrat in Boeotiam tendens verſus Copaidem, orta apud Lilaeam facto: ὅς τε Λιλαίηθεν προχέει καλλίῤῥοον ὕδωρ verſus Heſiodi eſt apud Euſtathium et in Hymno in Apoll. 241 integrior quam in Scholiis. Aliud huc ſpectans Heſiodeum fragmentum eſt ap. Strabon. IX, p. 649. de quo cf. Ruhnk. Epiſt. crit. p. 106. Ager circa hunc amnem vbertate et amoenitate erat eximia: docente Pauſania X, 33. p. 883.

523. πηγῇς ἔπι Κηφισοῖο. Legitur vulgo πηγῆς; etiam ap. Strabon. IX, p. 649 B. vbi verſus exſcriptus eſt; at lib. I, p. 30 A. πηγῇς. Hoc quoque in Veneto legitur, et in Schol. B. L. br. vno Vindob. Recepi hoc ea de cauſſa, quia apud Homerum vbique pluralis numerus vocis huius occurrit.

Disputatum quoque eſt de ἔπι. Ariſtarchus ἐπὶ, Ptolemaeus et Pamphilus ἔπι maluere; recte hi e canone grammatico. πηγῇς ἐπὶ probauerat Alexion. πηγῇσ' ἐπὶ eſt in Cantabr.

Λιλαιαν. Lilaea ad Cephiſi fontes: v. Pauſan. X, 33.

524. τοῖς δ' ἅμα. deeſt δ' in aliis, vt vno Vindob.

525. οἱ μὲν (ſc. Schedius et Epiſtrophus: vſ. 517) Φωκήων στίχας ἵστασαν — Variat lectio hic et inf. 777. et alibi: ἕστασαν. ἔστασαν. ἵστασαν. Bentleius malit legere ἵστασαν ex Eton. ſic et Ven. Inf. ad M, 55 ἕστασαν defendit Ariſtarchus dictum pro ἑστήκεισαν (ἑστάκεισαν) quod ſequuntur grammatici. perperam, arbitror. Scilicet formae vocis fuere plures: στάω. στῆμι. στήκω. Tum ἵστημι et ἕστημι ſtatuo; στῆμι, ἔστημι, ſto. Ab

hoc est ἔστασα, *stabam*. Inf. M, 55 κρημνοὶ ἔστασαν, et inf. B, 777 ἵπποι ἔστασαν. Ab ἵστημι et ἔστημι, ἵστασα et ἔστασα, *stabam*; nihil adeo interest, vtram lectionem sequaris; etsi vsus nunc ἵστασαν probauit. Sic et Σ, 346. et Od. Θ, 435. ἔστασαν certe fuisse veram formam, constat ex ἀΦέστασαν, etsi hoc vsu habitum pro *absistere*.

Bentleius obseruat ad h. v. spectare glossam Hesychianam: εὐχὰς, τὰ τάγματα. et emendat στίχας. τὰ τάγματα.

526. Βοιωτῶν δ' ἔμπλην, ἐπ' ἀριστερὰ Θωρήσσοντο. ἔμπλην occurrit quoque in Hippocrate. Obseruant grammatici B. L. Eustath. notare vocem et ἐμπελάδην, *prope*, et χωρὶς· vt ἔμπλην αἰγιαλοῦ τε καὶ ἄστεος. vt adeo sit pro πλήν. Similia sunt in Hesych. ad quem v. Notam. In Etymol. vnum tantum ἐγγὺς, πλησίον, notatum, vna cum hoc versu. At obscurum est illud quo sensu dictum sit, stetisse Phocenses Boeotis *a laeua*: ἐπ' ἀριστερά. In Θωρήσσοντο non est haerendum; est simpl. armare se et armatum stare, in acie, in procinctu, in ordinibus. At quaeri potest, primo: steterintne Phocenses a laeua Boeotorum in nauium statione, an nunc in acie; quod si ita se habeat, statuendum esset, Homerum etiam in ceteris ordinem esse secutum hunc, vt a dextra ad laeuam in recensu pergeret. Atqui hoc non conuenit cum aliis locis, in quibus manifestum sit, dextram castrorum partem versus Sigeum tenuisse Achillem cum Myrmidonibus, in laeua versus Hellespontum Aiacem extremum cornu occupasse. Aut igitur necesse est, Phocenses a Boeotorum latere stetisse ita, vt vno quasi agmine cum iis coniuncti essent; ceteras turmas versus dextram Boeotis se adiunxisse; aut iungenda sunt ἔμπλην Βοιωτῶν stetisse Phocenses ἐπ' ἀριστερὰ seu castrorum seu aciei, in sinistro cornu.

527. Λοκρῶν δ' ἡγεμόνευεν Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας. Ξ. quia nonnulli recentiores (in his Zenodotum tangi puta) legerant ὁ Ἰλῆος, indocte. Sch. A. aliquoties haec stigma

repetitur. Fuit ſcilicet Zenodotus cum aliis, qui vbique Ἰλεὺς intruderent, quod Euſtath. notauit ad Il. O, p. 1018, 58. Obſtat in Homero vſus τοῦ ὁ. nam ita eſſet ὁ Ἰλῆος. et quid facias verſui Λ, 93 ἔπειτα δ' ἑταῖρον Οἰλῆα πλήξιππον. item N, 694. Eſt quoque Ἰλιάδης apud Heſych. Et extulerat Ἰλεὺς binis ſyllabis Heſiodus et Steſichorus, vt ex Euſtathio diſcas p. 272, 2. et p. 1018, 58. Locum Heſiodi diſertius memorat p. 650, 46 et totum fragmentum ſeruatum eſt in Etymologico Gudiano; editum iam e Cod. Par. a Ruhnken. Epiſt. crit. p. 108. Ἰλέα, τὸν ῥ' ἐφίλησεν — Et in Pindaro Ol. IX extr. vetus grammaticus haud dubie repererat Ἰλιάδα ſcriptum, et poteſt videri haec eſſe ipſa Pindari manus. Etiam in Romanis ſcriptoribus hoc vitium occurrit, vt in verſu ap. Propert. IV, 1, 117. *Victor, Oilide, rape nunc.* Adde inf. ad N, 203.

Verſum 527 continuatum cum 535 Λοκρῶν, οἱ ναίουσι adſcripſit Schol. Sophoclis Trachin. 788.

Eſt aliud obſeruatum ab Jlgenio: ad H. in Merc. 145 Οἰλῆος ταχὺς Αἴας, quod ſaepius occurrit, eſſe debere Οἰλῆος ταχὺς υἱός. De veritate nondum mihi liquet. Ceterum *Locri* nunc ſunt Epicnemidii, vt ex vſ. 535 patet. Vide de iis congeſta a Palmerio IV, 3. Nondum illa aetate discreti Locri Epicnemidii et Opuntii fuere. Ozolas prorſus ignorat Homerus.

528. μείων οὔτι τόσος γε, ὅσος Τελαμώνιος Αἴας. ξ quod Zenodotus verſum ἠθέτηκε. Neceſſarium tamen eum cenſent Schol. A. et Euſtath. vt ab altero Aiace discernatur. Atqui hoc neceſſe non erat; abeſſe poteſt verſus, modo ſimul ſublati ſint vſſ. 529. 530. et interpolatorem prodit ipſa verſus fabrica, ſenſus et hiatus; et hic quidem in verbis τόσος γε, ὅσος. Deberet ſaltem eſſe τόσος γ' ὅσσος. Cui tamen Bentleius ingenioſe occurrit: οὔτι γε τόσσος, ὅσος. Idem in Heſych. μερῶν, ἐλάσσων, ad h. l. refert et corrigit μείων. Tum Schol. Sophoclis Trach. 788 iungit duo verſus 527 et 535. tan-

quam continuos: ita vt, si ille antiquus satis esset, insertos ab interpolatore versus ignorasse videri posset.

529. 530. — Hi duo versus ἀθετοῦνται; prior quidem quod in eo male iteratur id, quod iam dictum erat, μείων et ἀλλὰ πολὺ μείων. Alias rationes adiungunt veteres in Schol. et Eustath. partim leuiores partim satis graues: quorsum enim, inquiunt, praefandum hoc erat, et inepta quidem iteratione, minorem eum statura fuisse? Neque id quidem verum; fuerunt enim vterque Aiax pares Il. N, 703 sq. Porro λινοθώρηξ male; nam Graeci non linteis, sed aereis thoracibus sunt vsi: vnde χαλκοχίτωνες (cf. ad N, 372. et tanquam noua res memoratur λινοθώρηξ Amphius inter Troianos vs. 830) Repugnant quoque haec inter se, quod hasta vsus est et tamen λινοθώρηξ; nam lintea lorica vtebantur tantum οἱ τοξόται. At nec arcu vtitur Aiax, sed hasta: ἐγχείῃ δ' ἐνέκαστο. (Scilicet ducebat Aiax Oilei Locros τοξότας N, 712 sq. et ex his vss. ducta esse videtur omnis huius loci interpolatio.) Tandem Ἕλληνας Homerus de Thessalis vsurpauit vs. 684 non de omnibus Graecis, adeoque nec de Locris. Ad haec reponit nonnulla Clarke quae parum satisfaciunt. Mihi quidem manifestum interpolationis signum, post omnia ista, esse videtur hoc, quod interiectis his versibus iunctura et sententia turbatur; ambiguum enim fit: οἳ Κῦνός τε quorsum referendum sit. Atqui ad proximum spectare nequit, sed ad remotius Λοκρῶν.

Versum 530 etiam Aristarchum ἠθετηκέναι memorant Sch. br. et Schol. A. ad h. v. Verba tamen Aristarchi aut male accepta esse videntur, aut eorum sententia praue expositа. Caussa cur damnauerit ille versum, affertur: quia contendebat: Ἑλλάδα designare solam Thessaliam. Atqui ei sententiae non aduersatur versus, sed eam firmare videri potest, si oppositi Πανέλλησι sunt Ἀχαιοί Peloponnesii; vt ille sensisse videtur; etsi alii pro synonymis habuerunt.

Digitized by Google

Haec et similia exempla, quorum tanta copia occurrit per totam Iliadem, firmant saltem et stabiliunt *libertatem* nostram statuendi *criticam*, h. e. vt nosmet iudiciis nostris e regulis bonis criticis de veritate singulorum locorum Homericorum possimus statuere: quandoquidem iam veteres, qui antiquiores codices tractauerant, adeoque lectionum auctoritatem melius diiudicare poterant, lectioni librorum non tantum tribuerunt, quominus iudicio suo in diuersa abirent, et plerumque quidem iisdem in locis, quos nos ipsi suspectos habemus. Desiere homines docti libertate illa iudiciorum vti ab eo inde tempore, quo vulgatam lectionem ita constitutam esse putabant plerique, vt de eius veritate ne dubitare quidem liceret; donec nostra aetate vt in sacris, ita in profanis litteris iterum scepsis aliqua critica inualuit: qua effectum est, vt et nostra et superiore aetate de toto carmine Homerico diuersis modis censeretur. ἀν' Ἕλληνας pro Πανέλληνας lectum in Schol. Thucyd. I, 3 probari non debebat; vel propter hiatum ἐκέκαστο ἀν' Ἑλλάδα. Nata est vox ἀνὰ ex interpretamento adiecto. De voc. ἐκέκαστο v. ad N, 431.

531. Versum laudat Stephan. Byz. in Κῦνος, et Sch. Apoll. I, 69. Scribitur Κύνος ap. eundem, ap. Strab. et Pausan. Κυνὸς est in Vrat. c. Erat *Cynus* ad mare, ex aduerso Euboeae, Opuntiorum nauale. v. Strabo IX, p. 650. Steph. Byz. Dictus in ea vixisse Deucalion: cuius fabulae proxime ad Locros spectant. Notior est *Opus*, Ὀπόεις, όεντος, Ὀποῦς, vel Pindarico carmine, Olymp. IX. eadem Patrocli patria, Il. Σ, 326 qui est *Opuntius heros*. *Calliarus* Strabonis aetate non amplius habitata erat, p. 652 B. et Eustath. ex eo.

532. ξ quod Zenodotus Βῆσα scripserat, vt distingueretur ab appellatiuo *βῆσσα*, *saltus*. „At sunt plura, ait grammaticus Sch. A. appellatiua, quae nomina propria constituunt, vt Κυπάρισσος vs. 519." Videtur itaque et ipse tutus esse Βῆσσα. Vno sibilo Βῆσα etiam Herodianus scripserat; Apollodorus vero, Epaphroditus

et Heracleon Βῆσσαν ap. Steph. Byz. h. v. adſcripto hoc verſu; adde Euſtath. qui illum ante oculos habuit, et primo loco Strabon. IX, p. 652 B. qui et ipſe pro σσ pugnat, cum contra Βησσεῖς fuerint demus Atticae. Vides quae ſubtilitas veterum in his fuerit; cum non meminiſſent, pronuntiationem variaſſe, ſcribendi modum antiquitus fuiſſe vnum eundemque per vnum σ. Eſt quoque in codd. Βῆσαν Laud. ap. Bentl. Vrat. b. Mosq. 1. σβῆσσαν eſt in Eton. et Vindob.

Σκάρφην. In Vrat. a. Κάρφην. At Σκάρφλαι non eſt var. lect. ſed vitium edd. Strab. IX, p. 627.

Αὐγειὰς ſcribendum eſſe non Αὐγείας, monent grammatici.

Iam *Beſſa* erat locus fruticoſus et ſiluoſus: Strabo p. 652 B. vnde et nomen Βῆσσα ducunt grammatici. *Scarphe* et Scarphia, vt in Liuio, in ſumma ad boream Locridis parte ibid. p. 652 A. et Euſtath. De *Augiis* nihil memoratur, niſi quod et alterae Αὐγειαὶ Laconicae fuere, ſerius Αὐγαῖαι dictae; at Locrenſium vrbs prorſus interierat. Ita accipiendus Strabo VIII, p. 560 B. cf. Pauſan. III, 21. p. 264.

533. *Tarphe:* latet haud dubie in Σκάρφη Strabonis altero loco p. 652 B. ſerius Pharygae dictae fuere. *Thronium* ſupra portum Cnemidis, etiam e Liuio notum. Strabo p. 652 A. Alterum Thronium erat in Epiro a Locris Troia redeuntibus conditum. Pauſan. V, 22. p. 435. *Boagrius* fl. praeterlabens Thronium; verius torrens, ſecundum Strabon. p. 652 A.

535. Λοκρῶν, οἳ ναίουσι πέρην ἱερῆς Εὐβοίης. Notabile hoc, quod poetam in inſulis vel Aſiae ora degentem arguit. nam *trans*, vltra, *Euboeam eſſe Locridem ſitam*, nemo poteſt dicere, qui in Graecia habitat. Vidit quoque hoc Wood. p. 33. cf. inf. 626.

Verſum laudat Strabo IX, p. 653 A. vnde pateat, Homerum alios Locros ad occidentem habitantes haud ignoraſſe, etſi non memorauerit.

πέρην ἁλὸς Εὐβοίης. vitio librarii; forte ex vſ. 626 πέρην ἁλὸς Ἠλιόθεν ἄντα. At Barnes hinc procudit nouam lectionem πέρην ἁλὸς Εὐβοιείης. Doctius Bentl. tentabat: πέρην ἁλὸς ἄντ' Εὐβοίης. ἱερῆς nihil amplius declarare, quam praeſtantiae laudem, alibi monitum.

536. μένεα πνείοντες Ἄβαντες. Fuere *Abantes* origine Thracica, ab Abis Phocidis profecti: vt ex Ariſtotele Strabo prodit lib. X. pr. Inſulam tamen inſederant alii quoque aduenae Pelasgicae ſtirpis, in his Dryopes: Pauſan. IV, 34. p. 366. qui Styra inſederant, etiam Arabes, Cadmi comites: Strabo X, p. 685 C. Poſtea immigrarunt in Euboeam Hellenes diuerſarum ſtirpium, Aeolicae inprimis et Ionicae, huius tamen potiſſimum, cumque Ionibus ita permixti ſunt Abantes, vt nomen exoleverit Abantum. Colligas haec ex iis, quae ap. Herodot. I, 146 leguntur. Itaque Abantes habentur inter populos Ionicae ſtirpis, qui Ionum nomine non vtuntur.

Ceterum vſ. 536 a Strabone recitatur lib. X, p. 682 B. cum 542 quod Abantes Homero dicuntur, non Euboeenſes. iterum lib. X, p. 695 B. et lib. I, p. 68 C.

Reſtat μένεα, μένος, πνείοντες Ἄβαντες, vt alibi Ἀχαιοί, plene dictum de animoſis, quo factum eſſe videtur, vt etiam ſimpliciter πνέειν viri fortes dicantur vt Sc. Herc. 24 Boeoti ὑπὲρ σακέων πνείοντες, quod vix aliter accipi poteſt quam, animoſo obtutu incedentes, ore ſupra clipeos erecto.

537. Ex vrbibus Euboeae clariores *Chalcis* et *Eretria*, iſta quidem coloniarum numero et inſtitutis, (v. Opuſc. Vol. II. p. 266.) haec ſchola Eretrienſi a Menedemo condita. *Hiſtiaea* eſt, quae poſtea Oreus fuit, Livio Oreum, in extrema inſulae parte boreali, v. Strabo X, p. 683.

Verſus ap. Stephan. in Χαλκίς recitatur, vbi eſt: Χαλκίδ' Ἐρέτρειάν τε. De metro in Ἱστίαιαν quaeritur. Copioſe docet Clarke στ non impedire, vt nec in aliis, quo minus antecedens ſyllaba naturam mutet et breuis habeatur: στ tamen pro vna conſona haberi nequit;

Alia v. ap. Heath. ad Sophocl. Electr. 122. Res eſt obſeruationis; cauſſam non niſi coniectando aſſequi licet; aut enim pronuntiando alterutra tantum littera σ vel τ fuit reddita (etſi non ita quoque ſcribi neceſſe fuit: quomodo Barnes ſcribit: γρ. Ἰτίαια. Recte hactenus monitum a Rich. Payne Knight nec in numis aliter legi quam Ἰστιαια) aut vocem per tres tantum ſyllabas fuiſſe pronuntiatam, vt eſſet *Hiſtiaea* vt forte Αἰγυπτίας Il. I, 382 et alia in Odyſſea: vt nos ſolemus j conſonam efferre. Cuius generis multa ſunt in Virgilio et aliis. Praeferam equidem priorem rationem molliori loquelae Ionicae ſono accommodatam. Ἰστίαιαν et Ἑττίαιαν habet Steph. Byz. et vtroque loco hoc hemiſtichium excitat.

538. 539. *Corinthus* ad littus orientale ſita: Strabo X, p. 684. B. *Dium* circa Oreum; ibid. A. Epitheton αἰπὺ declarat in alto loco ſitam fuiſſe. *Caryſtus*, a marmore nobilis et ab amianto: ibid. B. Steph. Byz. h. v. *Styra*, τὰ Στύρα vicina Caryſto: v. ibid.

540. τῶν δ' αὖθ' Cant. Mosq. 1. τῶν αὖθ' ſine δ', vt et 563. et αὖ duo Vindob. cum al. *Elephenor*, Chalcodontis f. ab Erechtheo genus ducere dictus: quae v. ap. Schol. A. et Euſtath. pleniora ex Porphyrio p. 283 extr. ὄζος Ἄρηος antiquo ſermone ſimpliciter vir fortis; nam Chalcodontis editur filius et ſic aliquoties: inf. 663, 704 et al. Abiere tamen haec poſtea in fabulas et recepta ſunt in genealogias, vt Actoris filii habiti ſunt Neptuni inf. Λ, 749. 750.

541. Χαλκωδοντιάδης. Duxit hinc τὰ Χαλκώδοντος Εὐβοίας σταθμὰ Sophocles Trach. 489. vbi cf. Schol.

542. ὄπιθεν κομόωντες. igitur occipite raſo eſſe debuere. Cauſſam a pugna Abantum cum Curetibus, in qua hi iſtos coma in fronte promiſſa apprehenſos cecideraut, repetiere veteres. v. Schol. Euſt. et Strabo X, p. 713 C. cum Plutarcho in Theſ. p. 2. F. 3. A. Verſum 542 excitat Strabo X, p. 682. et corrupte Schol. Lycophr. 1133.

543. *μεμαῶτες ὀρεκτῆσι μελίῃσι* — haſta vtebantur, qua cominus appetebant hoſtem: *ὀρεξάμενοι αὐτοῦ ἔγχει*. v. ad Δ, 307. adeoque pugna ſtataria praeliabantur. Verſum adſcribit Strabo X, p. 689 A. Idem p. 688 B. illuſtrat hoc Abantum inſtitutum e vetere columna, cui inſcriptum erat, quod in pugna de Lelanto pacti erant inter ſe, *μὴ τηλεβόλοις χρᾶσθαι*. Contrario more Locri vtebantur inf. N, 713. Scholion ad h. v. legitur quoque in Heſych. Verba oraculi quae Sch. A. B. L. afferunt de Euboeenſium virtute reſtituenda ſunt ex Strabone p. 689 C. Videtur huc ſpectare fragmentum Archilochi, quod iterum appoſuit Brunck. Anal. T. I, p. 41. IV.

544. *δήϊων ἀμφὶ στήθεσσιν*. Scriptum quoque fuit *δήων*: v. Euſtath. et ſic pronuntiandum. *στήθεσφιν* Vrat. A. vn. Vindob.

546 — 557. De *Athenis* hic locus nobiliſſimus. *δῆμον* dixit non Attico more, ſed eſt *populus*, isque pro ipſa *vrbe*, quam *εἶχον, ᾤκουν*, qui ad Troiam profecti erant. Sic *δῆμος Τρώων* Od. A, 237 ſq. *δῆμος Λυκίων*, Λ. Π, 437. h. terra. *Erechtheum*, heroem indigetem, ſummis honoribus ab Athenienſibus habitum, *Athene educauit, Terra genuit, Athene autem in ſuo templo collocauit*, h. e. Erechtheus Athenienſis fuit, et quidem *αὐτόχθων, γηγενὴς, indigena*, quem poſt mortem populares pro heroe coluerunt et quidem tanquam *σύνναον* Mineruae, ſiue vt commune cum Pallade templum habuerit, ſeu adiectum illud aut contiguum templo Palladis. Certe fuit Athenis Erechthei templum in arce, Mineruae Poliadis templo contiguum; vtrumque Herodoto memoratum, et Pauſaniae aetate adhuc ſuperſtes lib. I, 26 p. 62 eiusque etiamnum veſtigia haberi putantur, quae tamen Periclei aeui ſunt. cf. ad Apollod. p. 845. Verum et ipſe Homerus Od. H, 81 Mineruam narrat Athenas abiiſſe, et Erechthei aedem ſubiiſſe: *Δῦνε δ' Ἐρεχθῆος πυκινὸν δόμον*. In eodem feſtum et ſacrum Erechtheo heroi *perieodicum* fieri ſolitum eſſe poeta vſſ. 550. 551 innuit.

Digitized by Google

Haec quidem, nec plura aut alia, ex Homeri verſſ. iuſta interpretatione inſtituta, eruere licet. Ab Atticis ſcriptoribus alia, eaque varie, confuſis quoque *Erechthei* et *Erichthonii* nominibus et fabulis, (v. Apollod. III, 14, 6 et 15, 1. vbi cf. Not.) ſunt narrata, quae ad Homerum non bene retulerunt interpretes et verba in alium ſenſum detorſerunt. Apud Apollod. l. c. Erichthonius a Minerua ἐν τῷ τεμένει αὐτῆς educatus, et in eodem templo ſepultus memoratur. Ita quoque ſtatuiſſe videtur auctor inſcriptionis Herodis Attici v. 30 vbi in dedicato τεμένει Mineruae et Nemeſeos ſepeliri poſſe qui ex ſtirpe Herodis ſint: καὶ γὰρ Ἀθηναίῃ τε Ἐριχθόνιον βασιλῆα Νηῷ ἐγκατέθηκε, συνέστιον ἔμμεναι ἱρῶν vt praeclare ex ipſo marmore verſum reſtituit V. C. Viſconti. Ceterum ſunt in verbis poetae nonnulla ambigua. In v. 549 καθεῖσεν retrahendum eſt ad Mineruam: θρέψε καὶ καθεῖσε (τὸν Ἐρεχθέα) ἐν τῷ νηῷ ἑαυτῆς. Accipiunt hoc ſic: deam eum *ſuum aedituum et ſacerdotem* conſtituiſſe. Enimvero Erechtheus rex fuit, idemque heros; at ſacerdotium Butes habuit. Alii ad natales retulere, cum a Minerua Cecropis filiabus nutriendus traditus fuit: vt Sch. br. Ad ſepulturam Erechthei in templo Mineruae referre video Viſcontium in Inſcript. Herodis Attici a ſe emendata. An recte hoc inde colligatur, nunc non disputabo. Mihi videtur et ſermonis priſci vis atque indoles, et ipſa memoria antiquitatis, nihil aliud ſuppeditare, quam, cum Minerua eum communes honores eſſe conſequutum. Eſt tamen nonnullis aliis in mythis, aliquid quod comparari poſſit. Apud Heſiod. Θ. 985 Venus rapuit Phaethontem propter inſignem pulcritudinem et in templo ſuo collocauit: καί μιν ζαθέοις ἐνὶ νηοῖς νηοπόλον μύχιον ποιήσατο δαίμονα δῖον. Et ap. Pindar. P. II, 31 Cinyras amaſius Veneris eſt et Apollinis ſacerdos; etſi locus ambiguus eſt. Koeppenio noſtro in mentem veniebat, καθεῖσεν (ὁ Ἐρεχθεὺς) Ἀθήνην ἐν νηῷ iungere, vt eſſet quod Apollodor. l. c. ait, τὸ ἐν ἀκροπόλει ξόανον ἱδρύσατο. — ἐνὶ πίονι νηῷ primum nunc hoc epitheton occurrit, quod va-

Digitized by Google

riam interpretationem admittit: exponitur enim et *πλούσιος*, et *λιπαρὸς*, et *εὐδαίμων*. Poteſt et reſpectus haberi ad *πίονα μηρία*, et ad *pingues victimas*, aut *pingues et omentoſas carnes* arae impoſitas: vt *εὐώδεις νηοί* quod Euſtath. ſequitur. De ſolo pingui, h. e. fertili, res expedita; ſic *Λυκίης ἐνὶ πίονι δήμῳ* pro *terra ferace*: at de templo nondum habeo quod litem dirimat. Simile epitheton eſt *λιπαρὸς*, pinguis, diues, ſplendidus, clarus. In v. 550 quaeritur, quo *μιν* referendum ſit! vtrum ad Erechtheum, an ad Mineruam? Hoc alterum ſequuntur plerique, cum Sch. br. vt amplificatio ſit *templi*, *ἐνθάδε* — et de Panathenaeis cogitant; ſic iam Euſtath. Et ſe quutus ſum hoc ipſum Not. ad Apollod. p. 822. Monuere quidem veteres grammatici, Schol. B. L. fieri hoc non poſſe, quia Mineruae boues *feminae*, non mares tauri et agni mactati fuerunt: *θηλέα δὲ τῇ Ἀθηνᾷ θύουσι. διὸ τὸ μὲν οὐκ ἐπ' αὐτῆς.* Schol. br. B. L. Potuit tamen temporum progreſſu aliquid eſſe mutatum. Videamus nunc de ſingulis verſibus.

546. Verſus recitatur a Strabone IX, p. 600 C. *Ἀθηνᾶς* pro Var. Lect. laudat e Sch. br. interpolatis Barnes.

547. ξ— cui nihil in Sch. A. reſpondet, forte ſpectauit ad *δῆμον Ἐρεχθῆος*, quem tamen Schol. cum Erichthonio confundit, quod multi faciunt. Recitat locum Theon Progymn. p. 47. eumque notat, quod ambiguum ſit, *ὃν* vtrum ad *δῆμος* an ad *Ἐρεχθέα* referendum ſit. At de hoc altero quis dubitet! Plutarch. de gloria Athen. To. II, p. 346 B. in loco de Theſeo ab Euphranore picto, referre eum ait verè ſpeciem priſcorum Athenienſium virilem, robore et ſucco plenam, necdum cultu nec luxu fractam: *τὸν δ' Εὐφράνορος ἰδών τις, εἶπεν οὐκ ἀφυῶς τις· Δῆμον Ἐρεχθῆος — θυγάτηρ.* Grauior obſeruatio haec eſt: quod vſſ. ſequentes, et 552. 3. 4. de Meneſtheo, vt et 557. 8. de Aiace Salaminio in Athenarum honorem inſertos eſſe ſerius ab Homero in Graeciam profecturo narrat Auctor vitae Homer. ſub Herodoti nomine c. 28. Pari iure poſſis ſuſpicari ab rhapſodis in Athenienſium

Digitized by Google

gratiam hos, vt alios versus esse insertos. Verum vltra suspicionem talia non assurgunt, nec ei fundus idoneus potest subsitrui: nisi quod idem in aliis locis factum esse constat. Ita vero de omni fide antiquitatis actum est. Tam lubrica res est, aliquid in his, tanquam omni dubitatione maius, statuere velle.

548. *ζείδωρος Ἄρουρα.* Notabile quod nunc Ἄρουρα pro dea Γαῖα dicta est; nam appellatiue permutari haec nemo mirabitur. — *ζείδωρον* h. l. de Attica proprie dici, tanquam frugum parente, omnes obseruant A. B. L. Dicas Atticam non *ζειὰν* sed *κριθὴν* primam protulisse. At grammatici vocem non a *ζειὰ* ducunt, sed *ἀπὸ τοῦ ζῆν*, vt vertatur *η* in *ει* Boeotice. Dicerem saltem *ει* et *η* variasse prisco scribendi more. Ipse tamen Apollon. Lex. in *ζείδωρος*, *ἡ τὸ ζῆν δωρουμένη γῆ*. Sicque Hesych. In Etymol. vtraque etymologia apponitur. Transtulerat epitheton *ζείδωρον* ad Venerem Empedocles: Plutarch. Erot. p. 756 E.

549. *καὸ δ' ἐν Ἀθήνης' εἶσεν.* *ἐν Ἀθήνης* Mosq. 1. *ἐῷ ἐνὶ πίονι νηῷ.* *ἐν πίονι* Cant. Eton. Laud. Vrat. a. b. *καὸ δ' εν.* quomodo antiquiores scripserint, nunc ignoramus: probabile habeo *κατ δ' εν.* Variat autem scriptura *κἀὸ δ' εν.* *κὰὸ* et *κάὸ δ' εν.* hoc rectius.

550. *ἐνθάδε μιν.* *ἔνθα δὲ* Barocc. Cant. Laud. Eton. Mosq. 1. *καὶ ἀρνειοῖς ἱλάονται.* difficultas metrica inest, cum duae priores alioqui producantur. v. ad A, 583. In Vrat. Δ. est: *ἔνθα δέ μιν ταύροισι καὶ ἀρνειοῖς ἱλάσκονται.* feram, si sit: *καὶ ἄρνεσιν ἱλάονται.* alioqui *ἱλάονται* erit *ἱλῶνται* pronuntiandum et scribendum; sin prima fuit anceps, praeferam *ἱλόωνται*, vt *εὐχετόωνται. εἰςορόωντο.*

552. *τῶν αὖθ' ἡγομόνευ'.* *τῶνδ' αὖ* Barocc. Eton. *υἱὸς Πετεῶο.* Hoc ex *Πετεὼς*, *Πετεὼ*, *Πετεῶο* Herodianus ducebat; ap. Sch. B. L. et Sch. br. ad Δ, 327. *Πετεὸς*, *Πετεοῦ*, *Πετεοῖο*, *Πετεωιο* seu *Πετεῷο* Aristarchus: ap. Eustath. ad h. l. et ad Δ, 338 add. Sylburg. ad Etymol. p. 666, 42. Monueram iam Not. ad Apollod. p. 725.

Digitized by Google

Meneſtheum memorat Homerus. At Theſei liberi, Acamas et Demophoon, quos ſeriores in rebus Troianis memorant, ab Homero ignorantur. Scilicet acceſſere in Poſthomericis demum, Leſche vel Arctino auctore, quantum ex Quinto colligere poſſum. Meneſtheus genus ducebat ab Erechtheo per Orneum, e quo Peteus, Meneſthei pater. Pauſan. II, 25 p. 168. Exularant pater et filius Athenis, eiecti ſiue ab Aegeo ſiue a Theſeo. Pauſan. X, 35 p. 889. Euſtath. p. 284 extr. Mox Meneſtheus redux Theſeo ſucceſſit, et in reditu a Troia mortuus Demophoontem ſucceſſorem habuit: cf. Plutarch. in Theſ. extr. Memorabile autem eſt, Athenienſes iam illa aetate tacticen melius aliis excoluiſſe, et Meneſtheum illa arte clarum fuiſſe.

553. ⁓ 554. ⁓ 555. ⁓ Hos verſus Zenodotus improbauerat, *ἠθέτησε*, nihil enim de hac Meneſthei laude per totum carmen memorari. Reſpondet Sch. A. „etiam alia paſſim memorari, de quibus nihil ſigillatim alibi ſubiicitur. Sic Il. Λ, 506 Machaon *ἀριστεύων*; nil tamen de eo alibi occurrit.“ Recte haec: ſi Zenodotus non codices habuit, in quibus verſus deeſſent, et tantum iudicium ſuum appoſuit.

553. *τῷ δ' οὔπω τις ὁμοῖος ἐπιχθόνιος γένετ' ἀνήρ.* Legebatur *οὔπως*, minus bene ante conſonam. Sed *οὔπω* iam Barnes receperat ex Barocc. et Waſſenberg. Conſentiunt Eton. Vrat. a. c. A. Ven. cum Schol. A. B. L. *ὁμοῖος* in Homero ſcribitur, non *ὅμοιος*. v. ad Ξ, 521. *ἐπιχθόνιος γένετ' ἀνήρ*, ſic optimi quique codd. Barocc. Cant. Vrat. a. c. A. vn. Vindob. Mosq. 1. Ven. Euſtath. Vita Homeri 9. cum Flor. ed. Mutauit Ald. 1. *ἐπιχθονίων* (ita vero et *ἀνδρῶν* debebat ſequi, quod apud Euſtathium quoque legitur, et ſaepe *ἀνδρῶν ἐπιχθονίων* occurrit, vt A, 266. 277. I, 554. aut ſimpliciter *οὔτις ἐπιχθονίων* eſſe deberet, ſine *ἀνήρ*. Vt Ω, 220 *εἰ μὲν γάρ τίς μ' ἄλλος ἐπιχθονίων ἐκέλευσε.*) quod edd. ſeqq. retinuere; recte alterum repetiit Wolfius. Sic et Ω, 505 *οἳ' οὔπω τις ἐπιχθόνιος γένετ' ἄλλος*. Nec aliter legendum Od. Z,

205 οὐδέ τίς ἄμμι βροτὸς ἐπιμίσγεται ἄλλος, non βροτῶν. Saepe sic in Hom. βροτὸς ἄλλος. ἀνὴρ autem priore longa, quia fuit pronuntiatum ἀννήρ.

Recitat versum et ἐπιχθόνιος γένετ' ἀνὴρ in pedestre deflexit Aristides Panath. To. I. p. 192.

554. ποσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας Bentl. malebat κοσμῆσ' ἱππῆας τε. Non accedam. ἵππους pro ἱππεῖς dictos iam veteres viderunt et notarunt: Porphyr. Qu. Hom. 15. recte, modo currus intelligas et eos qui de curru pugnant. Et sic iterum Il. Π, 167 Ὀτρύνων ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας. Schol. Thucyd. ad II, 41. (p. 630. ap. Ducker.) ὁ γὰρ Ὅμηρος πεποίηκε (excidit τὸν Μενεσθέα) πάντων ἄριστα ἀνθρώπων κοσμεῖν ἵππους τε καὶ ἄνδρας ὁπλίτας. Versum passim excitatum legas cum ceteris; memorabilis est vsus eius apud Sext. Empir. adu. Phys. p. 555 vbi ad argumentum pro existente numine transfertur.

555. Νέστωρ οἷος. in vno Vindob. δ' interpositum. ὁ γὰρ πρεσβύτερος ἦεν. vt semel moneam, perpetua varietas scribendi modi est ὃ et ὁ, quod ὅς nunc est, nec iudicium est certum, sed seruanda vsus constantia.

557. Αἴας δ' ἐκ — δυοκαίδεκα νῆας. Pamphilus contendebat δύο καὶ δέκα diuisim esse legendum, ap. Schol. A. Sane sic veteres scripsisse dubitari vix potest; verum vsus haec vbique nexu facto coniunxit.

VII. 557. 558 sunt apud Strabonem IX, p. 604 A. et C.

558. Στῆσε δ' ἄγων — Versum omisit Cant. ap. Bentl. etsi in margine adscriptus est, Vrat. b. Venetus et ad Γ, 230 (quo et Schol. ad Δ, 251 spectat) Schol. A. monet, hoc ipso versu, quod in acie Idomeneus Aiaci adstitisse memoratur, patere, versum Στῆσε δ' ἄγων a nonnullis male scribi. Scilicet notum est, narrari Solonem, in controuersia de Salamine insula cum Megarensibus, vt eam Athenienſibus paruisse doceret, hunc versum inscruisse. v. Plutarch. p. 83 C. Diog. I, 48. et Strabo IX, p. 603. 4. (Hoc illud est quod Leid. Schol.

Digitized by Google

ſignificare voluit: *ση.* (*σημειῶσαι*) *Τοῦ* (f. *τὸ τοῦ*) *Σόλωνος· Στῆσε δ' ἄγων* — *Φ.* et Lipſ. eodem modo emendandus in Specim. a Mullero Alton. edito quod cum Ven. B. conuenit: *γράφεται δὲ, κατὰ τὸν Σόλωνος λόγον, ὡς τινες, παραλόγως τὸ· ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο. ἐν γὰρ τῇ πρώτῃ οὐκ εἶχε ποιήσει τοῦτο. ἀλλ' ἡ ἀκολουθία οὕτως· οἱ δ' Ἄργος.* Alia loca Caſaub. annotauit, cum Menag. ad Diog. l. c. et Clark. ad h. v. Etiam Quinctil. V, 11, 40. meminit. Ex Strabone etiam melius ratio ſupra e Schol. A. allata intelligitur. Scilicet apud ipſum Homerum argumenta contra hunc verſum reperiri: primo, quod N, 681 ſqq. diuerſus nauium ordo narratur, Aiacis in extrema parte cum Proteſilai nauibus. (atqui et ibi Ἰάονες, *Athenienſes* pugnabant 685—689) porro Δ, in recenſu Agamemnon ab Idomeneo 251. ad Aiaces 273. inde ad Neſtorem, et tum demum 327 ad Meneſtheum venit, cui adſtat Vlyſſes cum Cephallenibus. (Enimvero alius fuit ordo nauium, alius aciei, et tertius, quod probabile fit, recenſus nauium: v. ſup. Not. ad 494.) Megarenſes autem reſinxerunt verſus ſic: *Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν νέας ἔκ τε πολίχνης ἔκ τ' Αἰγειρούσης, Νισαίης τε Τριπόδων τε.*

Euſtath. neſcio unde (forte ex Porphyrio e quo plura hauſit) narrat, lectum quoque fuiſſe *ἄγε τριςκαίδεκα νῆας*, idque parodia mutatum eſſe: *ἄγε τριςκαίδεκα νήσους*, *anates*. Reliqua e Strabone et Porphyrio mutuatus eſt Euſtathius. *ἵσταντο.* in vno Vindob. *στήσαντο.*

559—562. Commentatur ad hos vſſ. Strabo VIII, p. 567. 572 ſq. (vnde exſcripſit Euſtath. qui conferendus) et p. 577 B. vbi ſitus ordine vrbes recenſeri teſtatur. Alia ap. Pauſan. quaerenda. Verſum 559 iterum excitat Strabo VIII, p. 568. et Apollon. Lex. in Ἄργος corrupte, item Steph. Byz. in *Τίρυνς*.

Argos, quod Danai poſteri vsque ad Perſeum tenuerant, cum iterum ad eius abnepotem, Adraſtum rediiſſet, quem excepit filius Aegialeus, hoc mortuo Diomedes, ex eius ſorore natus, ipſe Aetolus, Tydei f. Oenei nepos,

tenuit. Interea Pelopidarum regnum Mycenis, quas, Euryſtheo in pugna aduerſus Athenienſes caeſo, Atreus occupauerat, opibus insigniter auctum Argiuorum gloriam obſcurauerat; vnde nunc altero a Mycenis et Lacedaemone loco habitum Argos. Quod vero Ἄργος latius accipitur, et Ἀργεῖοι pro omnibus Achiuis dicuntur, ad ſuperiora tempora proprie eſt referendum, quum Argorum regnum tam latos fines habebat. cf. Excurſ. ad B, 101. et inf. ad 684. At nunc manifeſtum eſt eſſe ipſam vrbem. — *Tirynthem* τειχιόεσσαν dixit, propter muros a Cyclopibus conditos: v. Strab. p. 572. Pauſan. II, 25. p. 169. Nullum in ſeq. eſt nomen, quod legentem tenere poſſit, niſi ſorte *Eiones*, Ἠιόνες, quod Mycenaeis nauale fuit, iam Strabonis aetate deletum, et *Maſes*, olim oppidum Argolidis, poſtea Hermionenſium nauale: Pauſan. II, 36. p. 197. (male Αἰγινητῶν, forte fuit Ἀργείων, nauale vocant Schol.) Mirum eſt quod inſulae ſubiungit oppidum in continenti: obſeruante quoque Strabone p. 577 B. C. De *Aſine* et *Hermione* ſatis multa ſunt apud Pauſaniam. Quod *Tiryns* et *Aegina* Argiuis tum paruit, ex Homero diſcimus. τειχήεσσαν in vno Vindob. eſt merum vitium.

560. βαθὺν κατὰ κόλπον ἐχούσας. Koeppen contendit male Grammaticos κατεχούσας κόλπον iungere; eſſe enim ἔχειν, οἰκεῖν, pro κεῖσθαι, κατὰ κόλπων, *ad ſinum ſitum eſſe*. Atqui ſic κατὰ omnino abeſſe debebat, nam ἔχειν κόλπον dicendum erat: vt paullo ante: οἵ δ' Ἄργος εἶχον. Pro ἔχειν, κατέχειν, κρατεῖν, dici inſolitum putare noli: inf. Γ, 243 τοὺς δ' ἤδη κατέχε Φυσίζοος αἶα idem eſt atque εἶχε vt γῆ ἐρύκει et κατερύκει iisdem vſſ. leguntur Φ, 62. 63.

561. Τροιζῆν'. Τροίζην' ſcriptum olim in nonnullis fuit, patrocinante Herodiano: apud Euſtath. p. 287. vt eſt in Mosq. 1.

Ad Ἠιόνας Schol. notant: οἱ παλαιοὶ ἑνικῶς. ergo illi legerant Ἠιόνην vel Ἠιόνα. Eadem Euſtath. niſi haec

obſeruatio ſpectauit ad alteram Eionen ad Strymonem ſitam.

562. Verſum excitat Stephanus in Μάσης. Strabone teſte ſcripſere hic nonnulli olim: Νῆσόν τ' Αἴγιναν, M. —

563. τῶν δ' αὖθ'. Iterum Vrat. b. τῶν αὖθ' —

564. 5. 6. καὶ Σθένελος — *Sthenelus* vnus ex Epigonis, qui Thebas ceperant: inf. Δ, 406. Talai ſtirpem attingebat, quandoquidem Capaneus pater ex Hipponoo et Aſtynome, Talai filia natus erat. v. Not. ad Apollod. p. 1020. — *Diomedem* ex Deipyle Adraſti filia natum eſſe conſtat. Et *Euryalus*, Meciſtei (quem ludis funebribus Oedipodis interfuiſſe videbimus inf. Ψ, 677 ſq.) filius, Talai nepos. v. Apollod. I, 9, 13 et notas ad e. l. et p. 1011. Tenenda enim eſt Talai ſtirps, et propter alia, et, quod hinc intelligitur, cur hi tres Argiuorum duces fuerint: Factio enim Talaidarum vel Talaonidarum ſuperior tandem facta erat Oiclidis, vt ex Pindaro diſcimus Nem. IX, 32 ſq. cf. mox ad 572. Reſpicit ad locum Homericum eumque illuſtrat Pauſan. II, 30. p. 183. idem trium ducum ſtatuas viderat Argis vno loco: lib. II, 20. p. 156. Euryali ſemel mentio fit inter pugnantes Z, 20—28. Fuere eius partes in ipſo Troiae excidio: vt ex Polygnoti tabula intelligas Pauſan. X, 25. p. 861.

566. Μηκιστέως υἱός — Μηκιστέος Bentl. neſcio an e libro. certe ex more ſimilium in Iliade hoc praeſtaret. Μηκηστέω Ald. 2. et hinc aliae, vitioſe.

569—575. Hos verſus recitat, et in eos commentatur Strabo VIII, p. 578 ſq.

570. ξ quod Κόρινθον memorat, non Ἔφυραν, quod fuit antiquius et heroicae aetatis. Igitur e ſuo tempore mutuatus eſt nomen ſerius." Ex quo ipſo tamen ſuſpicio naſcitur, ſerius hunc locum acceſſiſſe; nam vbique in reliquis rhapſodiis priſca nomina adhibentur; et ipſa Ephyra, in loco de Bellerophonte Z, 152. Etiam hoc notabile, quod *diuitiis clara* iam tum Corinthus fuiſſe traditur.

Ex hoc verſu Corinthios cum Agamemnone pugnantes memorat Pindar. Ol. XIII, 81. cf. Pauſan. II, 4. cum a partibus aduerſis ſtaret alius Corintho oriundus, Glaucus. Et forte verſus Simonidis hinc illuſtrandus ap. Ariſtot. Rhet. I, 6 Κορινθίοις οὐ μέμφεται τὸ Ἴλιον.

ἀφνειάν τε praefixum Schol. A. Vbique eſt ἀφνειὸν ex ὁ καὶ ἡ ἀφνειός.

Quod *Cleonas* εὖ κτιμένας appellat, Strabo illuſtrat dictum, quia vrbs bonos muros habuit. De ea v. Pauſan. II, 15.

571. ἐν quod Zenodotus ſcripſerat Παραιθυρέην· quo nomine tamen vrbs non venit. Sch. A. Recte, deſideratur tamen aliquid ad explendum hiatum: ἐνέμοντο Ἀραιθυρέην. Bentl. coni. ἐνέμοντ' ἄρ' Ἀραιθυρέην, vt inf. Θ, 131 reſtituit ἦὐτ' ἄρ' ἄρνες. Suſpicor antiquum fuiſſe ϝαραιθυρεην· vnde ductum illud Zenodoteum Παρ. Verſum, vt nos habemus, recitat Pauſan. II, 12. p. 139. et Schol. Ariſtoph. Au. 399 qui τ' poſt Ὀρνειὰς omittit. At τε νέμοντο, quod Ionicum erat, nusquam ſcriptum eſt. Apud Schol. Pindari Nem. VI, 71 Ἀραιθυραία erat, quod nunc e codd. eſt emendatum, et dicitur vetus eſſe nomen vrbis Phliuntis.

Ὀρνειὰς, non Ὀρνείας, ſcribi, docet Stephanus in Ἀρνεαί. Vitioſe Ὀρναίας exhibent codd. in Thucydide. Erat vrbs ſupra campum Sicyoniorum ſita; deſerta iam Strabonis aetate; Priapi olim templo clara. VIII, p. 586. cf. Pauſan. II, 25. p. 168. Euſtath. *Araethyrea* autem in agro Phliaſio fuit; migrarunt inde incolae in Phliuntem non longe ab ea conditam: Pauſan. II, 12. Schol. Pind. l. c.

572. καὶ Σικυῶν' ὅθ' ἄρ' Ἄδρηστος πρῶτ' ἐμβασίλευεν. ὅτ' ἄρ Flor. ſed ὅθ' ἄρ pro ὅθι ſtatim in Ald. 1. emendatum. pro eo eſt ἔνθ' Ἄδρηστος ap. Schol. Pindari Nem. X, 49. in eodem eſt ἐμβασίλευσεν, quod et in Lipſ. Vrat. 1. binis Vindob. et in Flor. Ald. 1. erat. Quod nunc legitur, Ald. 2. Rom. et cet. cum codd. habent; etſi prius accuratior oratio deſiderat. Sicyon ſitu et ſo-

Digitized by Google

lo amoeno fuit nobilis, etiam prouerbio ap. Euſtath. et Schol. Leid. ap. Waſſenb. et Valk. app. Ammonii p. 241 vbi praeſcriptum σημείωσις Σόλωνος. vereor ne περὶ Σικυῶνος ſcriptum ſit.

Quae adiecta ſunt de Adraſto; ita habe: In ſeditione aduerſus Talaum (v. ad 564) mota ab Amphiarao, Adraſtus, Argis fugiens, Sicyonem ad Polybum, auum maternum venerat, cui mortuo in regno ſucceſſit. v. Pindar. N. IX, 25. 33. Herod. V, 67. 68. Apollod. I, 9, 13. et Not. p. 167. Pauſan. II, 6. p. 125. Poſtea tamen red. integrata amicitia Adraſtus Argos rediit. Hoc reſpectu poeta putandus eſt inſeruiſſe πρῶτα, pro πρότερον.

573. 4. 5. Ad Achaiam, olim Αἰγιαλὸν et Αἰγιάλειαν dictam, pertinuerunt vrbes quae ſequuntur: v. de iis Strabon. VIII, p. 587 ſq. Pauſan. VII, 1 ſq. Eſt in his *Hyperefia*, de qua Strabo nihil adiecit; meminit eius Stephanus; eſſe eandem, quae mox Aegira dicta, docet Pauſan. VII, 26. et accurate de ea agit. *Gonuſſum*, qui alius memoraſſet, non vidi; ait Schol. cum Euſtath. eſſe promontorium Pellenes, et eſt Pauſaniae memorata Γονέουσα *ſuper Sicyone* ſita, II, 4. p. 120. vbi cod. Vindob. Γονούσης habet, et V, 18 Γονούσης τῆς ὑπὲρ Σικυῶνος, vt recte nunc edit. a Facio. At lib. VII, 26. p. 593. vbi a Sicyoniis euerſam eam eſſe iam antiquioribus aetatibus diſcimus, antiquum nomen editur Δονοῦσα, quod Piſiſtratum, vel eum, cuius opera ille vſus eſt in colligendis Homericis, ex ignorantia ſcripſiſſe Γονόεσσα pro Δονόεσσα, hoc verſu appoſito, narrabant Pellenenſes. Reliquae vrbes recenſentur ab Herodoto I, 145. *Pellene* haud longe a mari: Strabo p. 593 A. Pauſan. VII, 26. *Aegium*, vbi poſtea Achaeorum conuentus habiti; noti incolae Αἰγιεῖς ex hiſtoricis; de his v. Pauſan. VII, 23. p. 582. Prope Aegium fuit templum Ὁμαγυρίου Διὸς, quo Agamemnon principes Graeciae coegerat ad deliberandum de expeditione aduerſus Troiam. vid. Pauſan. ibid. c. 24. *Helice* tandem biennio ante pugnam Leuctricam a mari abſorpta; de qua v. Spanhem. ad Cal-

Digitized by Google

lim. Del. 101. Per Αἰγιαλόν τ' ἀνὰ πάντα reliquas Achaiae vrbes complexus esse videtur poeta Straboni p. 593. Ceterum alias vrbes in Agamemnonis ditione habitas videbimus inf. I, 149—154.

Dicas forte, parum sibi in his famam antiquam constare videri, cum Achaiam, quae h. l. in Achaeorum potestate habeatur, illis aetatibus Iones tenuisse memorentur; quippe qui ex Attica profecti Aegialeam occupaverant, ad id temporis a Pelasgis Aegialensibus habitatam, (v. Herodot. VII, 94. Pausan. VII, 1.) inde Ioniam dictam, et Iones Aegialenses; et tenuere illi illam oram vsque ad Doriensium et Heraclidarum incursationem, quo tempore Achaei e suis sedibus exturbati in Aegialiam secesserunt, quae inde Achaia dicta est. Scilicet si Iones immigrasse dicuntur in Aegialeam, non putandi sunt occupasse omnem terram, sed inter priscos incolas Pelasgos consedisse; vt saepe similes narrationes sunt accipiendae; et vt mox Achaei inter Iones consederunt. Si vero Ionia est appellata Aegialea; serius hoc nomen in carminibus et historiis adhibitum esse puta. Nihil adeo impedit, quominus belli Troiani tempore Iones cum Pelasgis Aegialeam inhabitarint eiusque tractus vrbes Agamemnoni paruerint. Quod non diserte Ionum fit mentio, causa esse potest, quod nullae eorum erant vires memorabiles; vt omnino πολλῷ ἦν ἀσθενέστατον τῶν ἐθνέων τὸ Ἰωνικὸν, καὶ λόγου ἐλαχίστου, vt Herodoti verbis vtar I, 143. contra Iones in Attica memorantur infra N, 685. Ionum praeterea stirps erat cognata cum Achaeis: ducta a Xutho eiusque filio Ione, Achaei fratre.

573. Ὑπερησίην. Ὑπερησείην Barocc. Eton. Lipſ. At Schol. Apollon. I, 176 Ὑπερασίην scribit et ab Hyperasio heroe appellatam refert, qui ab Apollonio memoratur. In Pausania, qui versum recitat, VII, 26 sub f. est Ὑπερησίην. Illa fuit apud Aegiras sita: vt ibid. pr.

574. καὶ Αἴγιον ἀμφενέμοντο. Potest videri melius scribi ἀμφ' ἐνέμοντο, propter seqq. οἱ ἐνέμοντο ἀνὰ et

ἀμφὶ Ἑλίκην. Eſt autem ἀμφὶ pro ἐν. vt et 634. 649. Ionicam formam, ἀμφινέμοντο, in hoc et ſimilibus omnino exulare video; nam ἀμφεπένοντο. ἀμφεκάλυψαν et ſimilia vbique leguntur.

575. Αἰγιαλόν τ' ἀνὰ πάντα — Verſum Pauſan. VII, 1. recitat, vbi fines regni Agamemnonis declarat et Strabo VIII, p. 592 B. cum Schol. Callimachi in Del. 73.

576. Agamemnon ἦρχεν ἑκατὸν νηῶν, τῶν pro τούτων.

578. ἐν δ' αὐτὸς ἐδύσατο νώροπα χαλκόν. *inter hos erat, incedebat.* Ornate ἐδύσατο, vt θωρήσσοντο 526. 587. Accepit Schol. br. ἐνεδύσατο. Immo vero eſt, ἐν αὐτοῖς. Vindob. ἐδύσετο. Recte expulit ἐδύσσατο, quod vbique editum erat, Clarke: nam media in ἐδύσατο per ſe eſt longa. Res nunc notata a multis. cf. ad Γ, 328. Sicque Barocc. Lipſ. In Ven. et Vrat. b. eſt ἐδύσετο, perpetua varietate. ἐδύσσετο Vrat. a. Vocem νῶροψ, vocem antiquatam, primum nunc obuiam, a νῶ, στερέω, ducunt grammatici, Porphyr. Quaeſt. Hom. 9. Etymol. quia ſplendore praeſtringit oculos. Meliora haec quam apud alios, et ap. Macrob. VII, extr. et Plutarch. Qu. Conu. V. ſub f.

579. κυδιόων. κυδιᾷν voc. potens ac ſignificans, quod conuenit fere cum voc. *ſuperbire*, declarans ſimul animum gaudio et ferocia elatum, ſimul ſtatum corporis et oris. Τὸ κῦδος, vnde ductum eſt, illuſtratum ſup. ad A, 405. Sic Iupiter ſedet in Ida proſpiciens Troiam et Caſtra Achiuorum inf. Θ, 51. et iterum Λ, 81. cum ſenſu exultantis ac geſtientis cogitatione maieſtatis ſuae: κύδεϊ γαίων. Videtur hoc Virgilius reddere voluiſſe adiecto *altus:* Aen. XI, 725 *ſummo ſedet altus Olympo*, et *arduus* X, 3. 4. Accommodate itaque de victore dicitur, vt Φ, 519 victores dii abeunt μέγα κυδιόωντες. In noſtro loco de ductore exercitus vt ap. Heſiod. Sc. H. 27. de Hercule: ἦρχε δὲ τοῖσιν — Κυδιόων λαοῖσι. Et ὄλβῳ κυδιόων eſt ap. Apollon. I, 174 et Quintus II, 205 κυδιόων ἵπποις καὶ ὄχεσφι elatus. vt Latini poetae *ſuper-*

Digitized by Google

bus. Translatum ad equum ferocientem Z, 509 et O, 266. Apollon. III, 1260. v. Hesych. h. v. et Not. Eust. μετέπρεπεν h. l. dignitate puto, non, vt Schol. κάλλει καὶ μεγέθει. Itaque mox vs. 580 ἄριστος, *princeps omnium*, quod contextum docet; vt recte Koeppen; non fortissimus. Verum alter hic versus est suspectus: est enim otiosus et redolet rhapsodi inanem copiam in eadem sententia alio modo exprimenda.

Ad μετέπρεπεν retrahit Bentl. Hesych. in μετέτρεν et μετέτρεπεν. κυδιόων ὅτι sunt iungenda. alias placeret lectio Vindob. Alteri καὶ πᾶσι μετέπρεπε.

579. ⁊ 580. ⁊ vtrumque versum Zenodotus ἠθέτηκε, quia in seqq. (v. 768) ἀνδρῶν μέγ' ἄριστος Aiax dicitur. Respondet Sch. A. diuersis de caussis vtrumque esse praestantissimum, alterum virtute, alterum opibus et nobilitate. Malim Zenodotum caussam attulisse asserti sui; quandoquidem vterque versus interpolationem redolet, saltem alteruter. Tum insuaue est repetitum ὅτι — οὕνεκ' ἀ. Mox in iisdem Scholiis subiicitur alia lectio, eaque Aristarchea; haud dubie melior, dummodo non a correctione profecta ea est: ἐν δ' αὐτὸς ἐδύσατο νάρθηκα χαλκὸν κυδιόων· πᾶσι δὲ μετέπρεπεν ἡρώεσσιν, οὕνεκ' ἄ. Subiicitur, temere puto, *sic quoque Zenodotum scribere.*

581. ⁊ Excidit Scholion quod responderet signo; haud dubie reprehensa erat Zenodoti lectio, de qua postea. κοίλην Λακεδαίμονα κητώεσσαν. In epithetis laborant grammatici ad hunc et alterum locum Od. Δ, 1. Κοίλην ad conuallem inter Taygetum et Parthenium spectare, manifestum fit: διὰ τὸ περιειλῆφθαι κυκλόθεν ὄρεσι. In Oed. Col. 378 τὸ κοῖλον Ἄργος eodem modo dictum est; idemque ex Epigonis et ex Thamyra, Sophoclis fabulis, repetit Schol. ad e. l. At κητώεσσαν varie expositere et tentauere veteres, vt e Strabone constat VIII, p. 564 B. Apollon. Lex. in κητώεσσαν. Hesych. Eustath. Pauciora in Schol. sunt seruata. Plerique et recte sequuntur hoc, esse *magnam*, ἀπὸ τοῦ κῆτος,

Digitized by Google

bellua marina adeoque magna; cf. Aelian. de Animal. XVII, 6. Etymol. in μεγακήτεα. potuit enim τὸ κῆτος omnino magnitudinem declarare: cf. ad Θ, 322. vt adeo (apud Apollon.) non male per τὸ κύτος, *cauum ac profundum*, reddi posset; fuere quoque, qui κυτώεσσα legerent. Minus bene alii acceperant κητώεσσαν, in quam cete maris aestu eiiciuntur, aut cuius littus cete frequentant. Aelian. H. A. XVII, 6. (cf. Wernsdorf. Not. ad Auien. Perieg. p. 1147.) Scripserant alii, in quibus Zenodotum fuisse ex Eustathio ad Od. Δ, 1 discimus, καιετάεσσαν, diuerso tamen sensu interpretati; alii a καιέτα, quae calamintha, menthae genus Laconicae frequens; v. Schol. br. Eust. alii a καιετὸς, quo nomine appellati hiatus et cauernae ex terrae motu quo Laconicam infestatam fuisse constat; vnde et καιάδας, seu κεάδας, nam a κέω, *findo*, ductum videtur, de fossa, quae Spartae pro carcere erat: (cf. Thucyd. I, 134 vbi v. Not.) Contra quod, nescio quam scite, alii reposuere, has cauernas potius κώους dici, vnde et Θηρσὶν ὀρεσκῴοισιν. (A, 268 vbi v.) Sane κῶς et κῶος de cauerna dictum est et Corinthiis de carcere: v. Stephan. Byz. h. v. vnde aliqua repetiit Eustath. p. 318 f. Laborant quoque veteres in hoc, quod Lacedaemonem et Sparten disiunxit poeta. v. Eustath. Lacedaemonem Homero et pro vrbe et pro regione esse docet Strabo VIII, p. 564. 5.

Ceterum ad vss. sequ. v. Strabo VIII, p. 559 sqq. Pausan. Eustath.

582. Φάριν τε, Σπάρτην τε, πολυτρήρωνά τε Μέσσην. ⸗ Respexit, puto, diple Μέσσην, quam erant qui vellent per apocopen pro Μεσσήνην dictam esse: quod pluribus exemplis illustrat Strabo VIII, p. 559 B. et inde Eustath. Spectat quoque ad h. l. Hesych. in Μέσσην. Noviisse autem Homerum Messenen, et Laconicae eam adnumerasse, patere ex Odyss. Φ, 15. docet Strabo p. 564. 5. Sane Messeniam, seu verius eius partem conterminam subfuisse Menelao, adeoque in Laconicae finibus com.

Digitized by Google

prehenſam, ex ipſo Catalogo probabile ſit; cf. Strabo VIII, p. 549 C. ſq. add. Schoenemann Comment. laud. p. 49. 50. Si tamen h. l. Meſſenia per Μέσσην declarata eſt, non vrbem, ſed regionem ſeu tractum intelligere neceſſe eſt. Enimuero *Meſſa* ſupra Taenarum vrbs et portus fuit; Pauſan. III, 25. Strabo VIII, p. 559 B. quidem, nullam iam tum, cum viueret, extitiſſe docet. Atqui multas alias vrbes iam ſuo tempore extinctas ille memorat ex Homero. Μέσση poteſt pro Μέση dicta eſſe, cenſente ſic Waſſenbergio. Diuerſus eſt fons *Meſſeis* ad Therapnen, infra Z, 457 memoratus: v. Pauſan. III, 20. Recitat verſum Maximus Tyr. Diſſ. XVI, p. 303. R. et Θίσβην pro Μέσσην memorat; memoriae puto vitio ex 502.

Φάριν. Variat lectio in codd. et edd. Erat Φάρην editum in Flor. cui ſtatim ſucceſſit Φάριν in Ald. 1. et ſic in ceteris, item in Rom. At Stephanus reuocauit Φάρην. Contra Barnes ex Pauſania probabat Φᾶριν, vt τὸ Φᾶρος ſcribitur. Poteſt memorari pro hoc Cod. Eton. Vrat. a. ſicque excuſum eſt in Max. Tyr. l. c. At ex perpetuo grammaticorum canone in verbis propriis accentus mutatur; et Φάρις vbique ſcribitur in Pauſan. Strab. Steph. quod iam obſeruauit Erneſti. Fuit autem vrbs non longe ab Amyclis. Alia erat Phara Meſſeniae, ad quam alii indiciis ſuis fuere proniores, et tertia Achaiae. Porro Φάριν τε Σπάρτην τε etiam recitat Schol. Nicandri; ſicque Ven. et Vrat. A.

583. *Bryſeae* ſub Taygeto: Pauſ. III, 20. p. 261. Male Stephan. Byz. ad Elidem retulit. *Augeas* Locridis ſupra vidimus vſ. 532. At fuere aliae *Augeae* Laconicae; v. Stephan. h. v. Seriore tempore nulla vrbis erant veſtigia. Pauſan. III, 21. p. 264 Aegias non longe Gythio ſitas narrat; a nonnullis pro iisdem habitas; etiam Strabo Αὐγειὰς mutatas eſſe ait in Αἰγαίας p. 560 B. lib. VIII. Αὐγείας in ed. Lipſ. vitium typograph. eſt. Laudat hemiſtichium Steph. Byz. in Αὐγειαί.

Digitized by Google

584. Verſum laudant Pauſ. III, 20. p. 261. Strabo p. 559 A. et p. 538 A.

Amyclae notae ſunt vel Apolline Amyclaeo: de quo ipſe egi alio in loco (*Antiquar. Abhandl.* 1. *Th.*)

Helos ad intimam partem ſinus Laconici ſuper Gythium erat ſita; ruinas murorum viderat Pauſan. III, 22. p. 266. Eſt hoc idem illud oppidum, quo potiti Dorienſes incolas in ſeruorum publicorum numerum retulerant vnde nomen Helotum poſtea ad omnes ſeruos publicos fuit translatum: ibid. p. 261. 2. Strabo VIII, p. 561. et al. Steph. Heſych. Etymol. Hemiſtichium Ἕλος τ' ἔΨαλον πτολίεθρον transtulere viri docti ingenioſe in H. in Apoll. 419.

585. *Laas.* Λᾶς, Stephano Λὰς, Homero Λάας. v. Stephan. h. v. Euſt. Strab. l. c. p. 560 B. Pauſ. III, 21. p. 264 extr. et c. 24. p. 273. *Oetylus* ſupra Taenarum Pauſ. III, 25 f. 21. p. 264 extr. οἱ Τύλον Tyrannio ſcripſerat; contra quem disputarunt alii ap. Sch. A. Meminit quoque Euſtath. verum et Straboni in Meſſenia eſt ὁ Τύλος, καλεῖται δὲ ὑπό τινων Οἴτυλος. lib. VIII, p. 552 A. Potuit vtrumque nomen frequentari. Apud Stephan. h. v. οἱ δ' Οἴτυλον legitur, non ἥδ' Οἴτυλον. Ad quem cf. Holſten. nec hoc inepte.

587. ἀπάτερθε. Agmen ab Argiuis discretum ducebat Menelaus; etſi et id ipſum ex Achaeorum genere.

588. ἦσι προθυμίῃσι πεποιθὼς h. τῇ προθυμίᾳ et hoc pro προθύμως ἔπιεν, *inceſſit inter ipſos animoſius.* Scilicet eſt hoc inter ornatiores loquendi modos ἀλκὶ πεποιθὼς pro *habens, vtens robore, fortis.* inf. 792, ποδωκείῃσι πεποιθὼς, *vtens pedum celeritate, celer.* et huiusmodi multa alia. Sic et τόξοισι πίσυνος, *arcum habens.*

590. ξ— Nil in Scholiis reſpondet; ſed non potuere eſſe diſſimilia eorum, quae ſup. ad 356 ſcripta erant, quae vide. Τίσσεθαι et ϝελένης Bentl. ſcripſit.

591. Illuſtrat et adſcripſit vſſ. 591—5 Strabo VIII, p. 536. Et iterum vſ. 591. ibid. p. 532 D. 541 B.

Pylus modo eſt vrbs, modo Pylia terra' quae poſtea Elidis pars fuit, Triphylia dicta; ea vrbes complexa, quae ſerioribus aetatibus partim Meſſeniae partim Elidi fuere annumeratae. Orta hinc ſententiarum diuerſitas de nominibus et locis vrbium a poeta memoratarum. Meſſene quidem ſeu Meſſenia, qualis poſtea fuit, Peloponneſi pars, poſt Heraclidarum demum aduentum, extitit, belli Troiani aetate partim Agamemnoni, partim Menelao, partim Neſtori aſſignata erat; fuit tamen tractus vel vicus Meſſene dictus, in quo Orſilochum habitantem memorat Od. Φ, 16. cuius filius Diocles cum Pheris ſ. Pharis habitaſſe dicatur Od. O, 186. vtramque vrbem eodem in loco collocauit Pauſan. IV, 1. Locum primo tenuit Lelegum ſtirps, Caucones. Venerunt in terram Aeoles cum Periere, ſucceſſit ſtirps Apharei, quam excepere Nelidae, e quibus Neſtor: omnes Aeolidae. *Pylus*, ὁ Πύλος et ἡ Πύλος, Neſtoris quae vrbs fuerit, disputatio nota eſt vel ex Strabone VIII, p. 519. p. 529 ſq. inprimis p. 538 ſq. Cum alia Elidis, alia Meſſeniae, alia Triphyliae eſſet, huic Neſtorem ille vindicauit ex mente Homeri; (vide tamen ad I, 153) etſi vulgo poetae et alii ſcriptores ad Meſſeniae Pylum Neſtoris nomen referant: quam a Neleo conditam eſſe volunt; v. Pauſan. IV, 36. (cf. Apollod. I, 9, 9. et ad e. l. Not.) Strabo itaque ſequentia quoque loca Triphyliae vindicat, quae a Stephano et Pauſania in Meſſenia memorantur. Idem Strabo in incerto relinquit, vnde Pylus ἠμαθόεις dicatur (ſup. 77.) a fluuio ne Amatho, qui tamen non eſt apud Pylum Triphyliae, an ab arena, quam nec ipſam vrbis ſolum habet; forte tamen a littore arenoſo ductum nomen. v. inprimis p. 529 B. C.

Arene ab Aphareo condita; Pauſan. IV, 2. p. 283. Apollon. Arg. I, 151. 152. et Schol. ad e. l. vbi hunc verſum excitat, et ad I, 471. vbi Arenen nunc Ἰσράναν dici e Piſandro tradit; lege Ἔρανην. Perperam tamen ita tradi, docet Strabo VIII, p. 554 A. Nam Erana alio loco ſita erat inter Coryphaſium et Pylum Meſſeniacum:

ibid. et p. 536 B. Adde Stephanum in Κυπαρισσία. Enimvero Arene, de qua hic agitur, Triphyliae fuit ad oſtia forte Anigri: Strabo p. 532. 533. circa Samicum; niſi haec vna eademque vrbs fuit, quod ſuſpicatur Pauſan. V, 6. qui fruſtra veſtigia vrbis circumſpexerat. adde Euſtath. Arenes iterum mentio fit inf. Λ, 721. Aliam Triphyliae, aliam Meſſeniae Arenen edit Stephan. Byz. Tandem *Arene, Thryon, Aepy*, memorantur etiam in Hymno in Apoll. 422. 3. vbi *Argyphea* adiicitur, quam in *Amphigeniam* ex mox ſeq. vſ. 593 mutauit Ilgen. quem docte de his agentem, inprimis de Thryo, nunc video.

592. ξ— quod Θρύον dixit, quae alibi eſt Θρυόεσσα: Il. Λ, 710. Fuit autem ſitum Thryum ad Alpheum, ſerius *Epitalium*: Strabo VIII, p. 537 A. — B. Meſſeniae aſſignatur a Stephano. Tum longa eſt disputatio in Sch. A. ſuper Ἄϊπυ, quod Ariſtarchus et Apollodorus αἰπὺ ſcribi volebant. At Pherecydes Athenienſis (narratione in Hiſtoriis eo deductus) Εὔκτιτον vrbem eſſe conſuerat, vt αἰπὺ pro epitheto eſſet; Ptolemaeus defendebat αἶπυ. Herodianus fluctuabat; tandem in αἶπυ acquieuerat; cf. Euſt. in hoc etiam Scholia conſentiunt. Controuerſiam reſpexit Strabo p. 537 A. B. Apud Schol. Eurip. 1. Or. 1654 excitatur εὔκτιστον ἄστυ, quod haud dubie eſt ex h. l. Ceterum *Aepy* hoc etiam Meſſeniae adſcripſit Stephanus, verſu hoc laudato; at Strabo in Triphylia vrbem quaeſiuit: p. 537 A.

593. *Cypariſſeis* in ipſis Triphyliae et Meſſeniae confiniis. Strabo VIII, p. 536 A. B. annumerata tamen Triphyliae p. 537 C. et diuerſa a Cypariſſia Meſſeniae: ibid. et p. 551 A. adde p. 531 A. vbi Κυπαρισσεῖς de eadem vrbe accipio; latet quoque eadem p. 535 C. in Κυπαρισσίνα, quod locorum ſitus docet. Meſſeniae tamen vrbem et hanc edidit Stephanus h. v. adſcripto Homerico verſu. Adde Euſtath.

Amphigenia etiam Meſſeniae eſt apud Stephanum Byz. h. v. Apollodorus vero ad Maciſtiam referebat; quem ideo ſequi putandus eſt Strabo, p. 537 C.

Digitized by Google

594. *Pteleon* ab iis, qui Pteleo Theſſaliae (inf. vſ. 697) profecti erant, conditum tradit Strabo p. 538 A. Alias huius nominis vrbes recitat Stephan. Byz. de hac tacet. Variat ſcriptura Πτέλεαν. Πτελέαν. Πτελεόν. Nomen Πτελέα plurium fuit vrbium, etiam Epheſi, aut loci circa eam v. Schol. Theocr. VII, 65. ad voc. Πτελεατικὸς οἶνος, vbi h. l. vitioſe adſcripſit.

Ἕλος, *Helos*, quae fuerit, varia coniectarant apud Strabon. p. 538 A. *Dorium* in Meſſenia fuit, haud longe ab Andanio: Pauſan. IV, 33. p. 363. Minus certa ſunt ap. Strabon. p. 538 A. B. Stephanus Byz. in Δώριον verſum excitat; ſed lacunam habet in ſequ. Ex eodem in Δώτιον, quae Theſſaliae fuit, intelligitur, vtramque vrbem confuſam a nonnullis fuiſſe, ideoque Thamyridis fabulam ad Theſſaliam reuocatam, inprimis cum Oechalia mox commemorata ſit, quo nomine vrbs etiam in Theſſalia habetur inf. 730. Fuiſſe in his ipſum Heſiodum in Ἠοίαις, qui ad Dotium Theſſaliae Thamyrin excaecatum retulit, e Stephano Byz. in Δώτιον conſtat. Eſt ergo hoc exemplum variatae famae et mythi ex locorum nominibus perperam acceptis, quod in fabulis ſaepe accidiſſe probabile ſit; vnde tot diſſenſus narrationis nati. Exempla alia ſunt Orchomenus et in ſeqq. Oechalia.

Locum hunc adſcripſit Macrob. V, 16. vbi Homerum laudat propter fabulas ſuauiter intertextas per episodia.

595. Recitat hunc cum vſ. ſequ. Strabo VIII, p. 522 B. Θάμυριν τὸν Θρῆϊκα. Deſignat τὸν notum illum Thracem, Thracica origine; non quaſi duo eius nominis fuerint, notante Euſtathio. *Thamyris* Thrax ad antiquiſſima tempora ſpectat, quibus Thraces Pelasgicis populis permixti paſſim Graeciam inſederant. Habitus ille Philammonis f. ex *Argiope:* Apollod. I, 3, 3. vbi alia in Not. p. 35. fueritne nomen *Agriopes* quae Orphei vxor editur in Hermeſianactis fragmento, haud dixerim. Plura teneremus, ſi Sophoclis Thamyris ſupereſſet. Ducebant autem muſices initia Graeci a Thracibus; e quibus Orpheus, Muſaeus, alii, fama accepti; eaque nomina Hel-

Digitized by Google

lenicae ſtirpis tempora et res antiquitate anteceſſiſſe putanda ſunt.

596. Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος. ℌ ὅτι Θεσσαλίας ἡ Οἰχαλία καθ' Ὅμηρον. οἱ δὲ νεώτεροι ἐπ' Εὐβοίας πεποιήκασιν. Ita Schol. A. Adſtipulantur de Oechalia Sch. br. Amſt. Praeiuit ipſe Homerus; nam inf. 730 in copiis Theſſaliae memorantur: οἵ τ' ἔχον Οἰχαλίην, πόλιν Εὐρύτου Οἰχαλιῆος. Quodſi Theſſaliae vrbs h. l. intelligenda eſt, e valde longinquis locis eum veniſſe apparet; ſtatuendum itaque eſt, plura hac in re vetere fama tradita fuiſſe, quae nunc ignoramus. Verum praeter duas iſtas vrbes traditur fuiſſe tertia Meſſeniae Oechalia, poſtea Cornaſium dicta, vt nonnullis placuit: Pauſan. IV, 2. p. 283. Straboni eadem habita eſt, quae ſerius Andrania, Arcadiae accenſa, erat: p. 538 B. 522 B. ex mente Demetrii Scepſii. Fuere autem plures vrbes huius nominis. cf. Stephan. Byz. h. v. et Euſtath. p. 298. Quod ſi vera haec narrata ſunt, praeſtat vtique h. l. Meſſeniae vrbem amplecti.

Iam vero *Eurytus*, qui h. l. Meſſeniae vindicatur, altero loco inf. 730 ad Theſſaliam reuocatus magnam dubitationem facit de Homericis verſibus, et grauis ſuſpicio exoritur, verſum 596 Οἰχαλίηθεν ἰόντα h. l. eſſe inſertum, cum ſemel Meſſenii ea quae de altera, Theſſaliae, Oechalia narrata erant, ad ſe transtuliſſent. Verum de his v. inf. ad 730. 731. Fabulae autem de Euryto et Oechalia valde fuere turbatae; multo magis, cum etiam tertius ex Oechalia Euboeae Eurytus acceſſiſſet, pater Ioles, quam Hercules patre occiſo abduxit: v. Apollod. II, 6, 1. et Not. p. 439. e Tragicis hic notior ceteris: cf. Sch. Apollonii I, 87. Diuerſus ab his haberi poteſt Eurytus, qui artem ſagittandi Herculem docuit Apollod. II, 4, 9. de quo Odyſſ. Θ, 224 ſq. Dubitatum quoque, Οἰχαλίας ἅλωσις, antiquiſſimum carmen, ad quamnam vrbem ſpectauerit; cf. Strab. IX, p. 669 B. A Meſſeniis Eurytus heros religioſe coli ſolebat; Pauſan. IV, 27. p. 345. Cf. quae disputauit Schoenemann. de geograph. Hom. p. 80 ſq.

Digitized by Google

597. ξ quod στεῦτο h. l. eſt κατὰ διάνοιαν ὡρίζετο non vero *ſtabat*, vt Od. Λ, 583. " Nam hoc ſenſu acceperant alii verba: στεῦτο δὲ διψάων. Obſeruatiuncula aliquoties repetita: vt Sch. ad Γ, 83. E, 832. Σ, 191. Φ, 455. A στέω, quod et στῶ, στῆμι, ἵστημι, erat, fuit quoque στεϝω, στεύω, στεῦμι, στεῦται, ἔστευτο, στεῦτο. eodem vſu adhibitum, quo ὑφίστατο. cf. Euſtath. ad Γ, 83.

εἴπερ ἄν pro εἰ καὶ αὐταὶ, *ſi vel ipſae*. Nihil in Homericis de certamine Thamyridis cum Muſis memoratur, verum tantum de eius arrogantia et poena a Muſis inflicta.

599. ξ quod πηρὸν recentiores non eſſe volunt τυφλὸν (ita ſcilicet antiquiores acceperant vocem) ſed ᾠδῆς πηρὸν, *cantu priuatum;* poterat enim, inquiunt, caecus eſſe et tamen lyra canere, vt Demodocus, quem Muſa excaecauerat, canendi tamen facultate impertitum: ὀφθαλμῶν μὲν ἄμερσε, δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν. Od. Θ, 64. Eſſe hoc Scholion ex Apionis et Herodori τοῖς εἰς τὰ Ὁμήρου ſeruatum, diſcimus ex Euſtathio. Fuere alii, in quibus Schol. B. eſt, qui πηρὸν, τὰς Φρένας πηρωθέντα, expoſuere; contra quos disputat Schol. Lipſ. At Schol. B. ambigit, annon *voce* priuatum dixerit poeta; quod et in Heſychio occurrit; de quo loco cf. Waſſenberg. Certe πηρὸς eſt ὁ κατὰ μέρος τι τοῦ σώματος βεβλαμμένος. Vſu loquendi tamen πηρὸς ad caecitatem retulere veteres; vt iam monitum cum ab aliis, tum ad Apollodorum, et Virgil. Aen. II, Exc. XVII. Et poeta duo memorare putandus, Thamyrin et oculis eſſe priuatum, et arte canendi. Eſt aliud, quod Sch. A. monet, „πηρὸν ſcribi in Homero, cum Atticis ſit πῆρον, ὡς σκλῆρον." atqui hoc alibi non occurrit. legendum ὡς κλῆρον. Atticum agnoſcit Heſych. πηρὸν, ἐστερημένον τῆς Φωνῆς — προπερισπωμένως δὲ, τὸν τυφλόν. Schol. Lipſ. autem miratur, quomodo ſint, qui πηρὸν ſcribere auſint.

600. ἐκλέλαθον κιθαριστύν. Heſych. ἐκλέλαθον. ἐπιλαθέσθαι ἐποίησαν. Vitioſe κιθαριστὴν Barocc. Vr. b. Moſc. 1.

Digitized by Google

601. Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ. de his v. sup. ad 336. Mirum, Γέρηνα nunc inter vrbes non memorari.

602. τῷ δ' ἐνενήκοντα. ita statim inde ab Ald. 1. legitur; in ed. Flor. vt et in Cant. est τῶν δ' vt 680. De his iam dictum ad 516. Barnes „γρ. ἐννήκοντα."

603. ὑπὸ Κυλλήνης ὄρος. Vrat. b. ὑπὸ Κυλλήνην ὄρος. Strabo ad loc. sequ. nihil aliud affert lib. VIII, p. 595 sq. quam Arcades tot bellorum calamitates esse expertos, vt plerisque vrbibus deletis ne vestigia quidem supereſſent ad situm earum cognoscendum. Disertior est Pausanias lib. VIII.

604. Αἰπύτιον παρὰ τύμβον, pro Αἰπύτειον et hoc pro Αἰπύτου. illustratum ab Eustath. Hemistichium est ap. Hesych. h. v. et Schol. Theocr. I, 125. vt doceat, tumulos fuisse in locis altis et pro speculis fuisse. *Aepyti tumulus* sub Cyllene monte. Viderat eum Pausan. VIII, 16. Erat Aepytus inter Arcadum heroes, Elati filius: ibid. p. 605. v. Not. ad Apollod. p. 670. Pindar. Ol. VI, 54. Ἵνα et ad Ἀρκαδίην et ad τύμβον referri potest.

605. *Pheneus* et *Orchomenus*, Arcadiae vrbes, erant deletae Strabonis aetate. In mythis tamen Pheneos clara vrbs est, inprimis in rebus Herculis. Ei aquis submersae alia vrbs succesſerat Pheneos, v. Pausan. VIII, 14. Stephan. Eustath. Est autem ὁ Φενεός, vnde apud Callimachum in Del. 71 ὁ γέρων Φεναιὸς emend. Φενεός.

Orchomenus fuit inter vrbes, quae in Megalopolin ab Epaminonda extructam concesſerant; Pausan. VIII, 27. nomen ab Orchomeno, Lycaonis f. repetitur ibid. c. 2. p. 602. Orchomeni vestigia vidit idem c. 13. p. 626.

Iam apposita est in Ven. stigme ad h. v. ξ— quod Orchomenus h. l. ab aliis huius nominis vrbibus discernitur per epitheton πολύμηλος." Scilicet Orchomenus alter Boeotiae est Μινυήιος v. Eustath. sup. ad 511. p. 272. Etymol.

Ex Schol. et Euſtath. ad Il. E, 785 colligo fuiſſe olim in h. l. verſus inſertos de Stentore, tanquam ex Arcadia oriundo; ne ille vno tantum loco memoretur E, 785.

606. Recitatur vſ. a Strabone p. 595 C. *Rhipe. Stratie. Eniſpe.* ignoto ſitu iam Strabonis aetate. Ignorarunt quoque alii: Pauſan. VIII, 25. p. 651. Eniſpen Stephanus memorat: epitheton ἠνεμόεσσα, declarat: *obvia ventorum furiis*, vt e Virgilio Aen. X, 694 monet Koeppen. At *Tegea* cum *Mantinea* notiſſimae ſunt.

608. Legitur hemiſtichium ap. Schol. Apollonii II, 1055. et verſus ap. Schol. Pindari Ol. VI, 144. vbi male excuſum erat παὰ Ῥασίην. *Stymphalus* vrbs ad amnem et paludem cognominem: Pauſan. VIII, 22 accurate de ea egit. *Parrhaſia* ab vno e Lycaonis filiis nomine ducto, ſeu, vt ferebant, ab eo condita; etſi aliter Charax tradiderat; Stephan. Byz. h. v. Nec vero vrbs proprie dicta, ſed tractus fuiſſe videtur vicatim habitatus.

609. Laudat verſum Apollon. Lex. in Ἀγαπήνορος. ſed corrupte. *Agapenor* genus ducebat ab ipſo Arcade: Apollod. III, 9, 1. vbi cf. Not. p. 651. 724. Pauſan. VIII, 2. 3. 5. ex vltimo loco patet in Νόστοις de eo plura narrata fuiſſe, nam in reditu a Troia in Cypro conſederat.

610. Arcades, cum interiora incolerent Peloponneſi, a mari vndique ſecluſi naues ad traiiciendum non habuere: quod, commemorato loco Homerico, repetierunt multi, vt Pauſan. VIII, 1. Altera ex parte notabile habetur, Agamemnonem tantam nauium copiam habuiſſe, vt et ipſe C nauium claſſem inſtruxiſſet et LX naues Arcadibus praeberet. v. Thucyd. I, 9. Scilicet is multis inſulis imperabat, vt ſup. 109 vidimus.

πολέες δ' ἐν νηὶ ἑκάστῃ Ἀρκάδες ἄνδρες ἔβαινον. Si iungis ἐνέβαινον νηΐ, vt inf. 619 πολλοὶ δ' ἔμβαινον Ἐπειοί, non eſt, *conſcenderant nauem*, ſed ἔβαινον profecti ſunt, *nauigarunt, multi in quaque naui.*

Digitized by Google

611. ἐπιστάμενοι πολεμίζειν. Erat hoc iam editum in ed. Flor. Ald. 1. Rom. mutatum in Ald. 2. in πολέμοιο quod hinc ſeruatum in vulgatis. Vſu Homerico ſollenni ἐπιστάμενος aut abſolute ponitur, aut cum infinitiuo; vt ἐπιστάμενος θέειν, μάχεσθαι. Od. I, 49 ἐπιστάμενοι μὲν ἀΦ' ἵππων ἀνδράσι μάρνασθαι. Vnus locus eſt Od. Φ, 406 ὡς ὅτ' ἀνὴρ Φόρμιγγος ἐπιστάμενος καὶ ἀοιδῆς. Simili modo εἰδὼς variat, eſt enim εὖ εἰδὼς μάχεσθαι, εἰδὼς μάχης, εἰδὼς μάχην, et εὖ εἰδὼς abſolute. Praeualet tamen h. l. πολεμίζειν auctoritate codd. Cant. Barocc. Mori. Ven. Lipſ. trium Vrat. cum A. Mosq. 1. Eton. agnoſcit quoque Euſtath.

612. 613. 614. ~~ hos tres verſus ἠθέτηκε Zenodotus: quibus tamen carere non poſſumus" Sch. A. Nos iis carere poſſe bene intelligo. Verum apponi debebat, num Zenodotus verſus iudicio ſuo, an codicum auctoritate ſuſtuliſſet.

613. περάαν ἐπὶ οἶνοπα πόντον. ἐπιπερᾶν pro vulgari διαπερᾶν. Niſi dixeris περᾶν eſſe abſolute dictum.

ἐϋσσέλμους. antiquitus vno ſibilo eſſe debuit ευσελμους, quod codd. quoque exhibent, Vrat. a. b. ſed lapſu potius quam iudicio; ita et σΦι δῶκεν occurrit vſ. 612.

614. Vtuntur veteres hoc verſu tanquam vulgari dicto, v. c. Plutarch. de ſollert. animal. p. 965 C. et alludunt ad h. v. qui de Philopoemene agunt, Liuius XXXV, 26. et Pauſan. VIII, 50.

615. vsque ad 619. recitat Strabo et illuſtrat VIII, p. 523 ſq. et vſ. 615 iterum lib. X, p. 695 B. et Stephanus in Βουπράσιον, et vſ. 616. in Ὑρμήνη. In priore loco p. 523 bene obſeruat Strabo in poetae verbis ineſſe ambiguitatem. Scilicet τέσσαρε: ἀρχοὶ videntur reſpicere quatuor vrbes Hyrminen, Myrſinum, Oleniam petram, et Aliſium, atque has contineri finibus, vtrum Elidis, regionis, tantum, an Bupraſii et Elidis? Porro eas ait ab Epeis teneri: iterum ambiguum, vtrum etiam Bupraſium, an ſola Elis Epeorum fuerit. At Bu-

praſium Epeis etiam accenſuit Il. Ψ, 630. Obtinuit poſtea pro Epeorum nomine nomen Eleorum; ductum vtrumque ab heroibus, ap. Pauſan. V, pr. Sch. br. Sch. A. ad Λ, 687. Aliam Elidis partem, Triphyliam dictam, Pylii tenebant: quos iam ſub Neſtore vidimus. cf. Strabo p. 518 B. Hinc in Odyſſea N, 275 additur Ἠλίδα δῖαν, ὅθι κρατέουσιν Ἐπειοί. Nondum autem illo tempore in vnum κοινὸν coierant omnes Elidis vrbes. Initio enim eas terras tenuere populi ſtirpis Pelasgicae; e quo genere ipſi Epei videntur fuiſſe; permixti cum iis habitarunt Aeoles; vnde ipſi habiti ſunt Aeoles; at Pylii referuntur inter Achaeos. Itaque Achiui paſſim diſtinguuntur ab Epeis. v. inf. ad Λ, 693. Serius cum Heraclidis inuaſerunt Elidem Aetoli, duce Oxylo; vti narratum eſt, antiquiſſimis aetatibus Aetolum ex Elide in Aetoliam profugiſſe, vnde pater eius Endymión cum Aeolenſibus Elidem adierat: Apollod. I, 7, 5 et 6. Piſam occuparat Pelops e Phrygia aduena, nunc ne nominatam quidem. Eleorum res tenues erant hoc tempore, Pyliis contra florentibus, cum ab his illae attritae eſſent: vide quae Neſtor narrat inf. Λ, 670 ſqq. Acceſſerat clades ab Hercule illata: v. inf. Λ, 688 ſqq. cf. Strabo p. 543 C. Pauſanias lib. V. et VI. pauca Homerica attigit.

Bupraſium videtur fuiſſe pagus, vel tractus, κατοικία, qui Strabonis aetate non extabat p. 524 A. vrbem, fluuium et regionem eo nomine memorat Stephan. Byz. et ex eo Etymol.

Elis Epeorum fuit: quod diſerte docet Od. N, 276. Vrbs hoc nomine non niſi poſt bella Perſica fuit condita; at Homeri aetate ille tractus per pagos habitabatur; ἡ χώρα κωμηδὸν ᾠκεῖτο· Strabo p. 519 A. idque tenendum eſt per totum catalogum Homericum, vt iam ſup. 499 monui. Quandoquidem vt paullo ante vidimus, Bupraſium cum Elide memorat poeta, Strabo eo deuenit, vt ſuſpicetur, Bupraſium fuiſſe Elidis partem, et a poeta Elidem cum Bupraſio, tanquam genus cum forma

Digitized by Google

seu parte, positum esse: id quod exemplis illustrat p. 524. et iterum p. 695. vnde repetiit Eustath. ad h. l.

616. ἐ— Zenodotus notatur, qui scripserat Ὑρμίνῃ tertio casu, (quod etiam in Vrat. a. est) vt sit ἐΦ' Ὑρμίνῃ, (quod iuncturam ceterorum respuit) cum tamen iungenda sint ἐΦ' ὅσσον. ὅσσον ὑΦ' Eton. et Mosq. 1. ὑΦιρμένῃ Lipsi. cum al. ὅσσον ἡ vn. Vindob. Potest aliquis suspicari excidisse copulam; quod et Bentleio obuersatum esse videtur, qui adscripsit: Ὅσσους θ' Ὑρμίνῃ. Ita quatuor hae vrbes putandae essent fuisse extra Elidem. In fine ἐσχατόεσσα Vrat. a. vt sup. 508. Ferebatur autem *Hyrmine* ab Epei filia dicta; Strabonis aetate non supererat: p. 525. In Stephano est Ὑρμήνη. *Myrsinus*, postea Myrtuntium, ad mare situm; Strabo p. 525 A. Stephan. Byz. h. v.

617. *Olenia petra:* putatur esse, quae postea Scollis dicta, inter Dymen, Tritaeam et Elidem, in confiniis Achaiae et Elidis: Strabo p. 594 A. 525 B. Adde Stephanum, qui et Hesiodi versum laudat, quem pleniorem Strabo p. 526 A. adscripsit: ᾤκεε δ' Ὠλενίην πέτρην ποταμοῖα παρ' ὄχθαις εὐρείῃς Πείροιο. Olenium heroem, a quo ea nomen habeat, memorat Pausan. VI, 21. p. 505. Aliam Olenum Aetoliae videbimus inf. 639. Alia est Olenus Achaiae paullo notior.

Alisium, postea Alisiaeum, vrbs fuit Pisatidis, in via ab Elide versus Olympiam: Strabo VIII, p. 525 C. In Stephano Byz. est Ἀλήσιον. cf. Eustath. h. l. et ad Λ, p. 883, 1. At Ἀλείσιον, quod h. l. editur, et codd. constanter exhibent, etiam Strabo agnoscit p. 525 C. cum Etymol. In Hesychio omnes formae occurrunt, Ἀλεισιον, Ἀλήσιον et Ἀλίσιον, vt hoc vltimum inf. Λ, 756 legitur. Ibi enim vss. 755. 6. in Nestoris narratione, iterum memorantur Buprasium, Petra Olenia et collis Alisius.

Pro ἐντὸς ἑέργει Bentl. malebat ἔεργε, εϝεργε, quae varietas inf. Σ, 512 occurrit. ἑέργοι Vrat. b. a m. sec.

618. 619. recitat Strabo VIII, p. 541 B. πολέες δ' ἔμβαινον v. sup. ad 611.

620. Eleorum res in Heraclíis paſſim expoſitae fuerant. Hercules, victo Augea, regnum eius filio Phyleo tradiderat; interemerat idem in ea expeditione Cteatum et Eurytum, Actoris et Moliones filios, vulgo pro Neptuni prole habitos v. Apollod. II, 7, 2) quos inf. Λ, 749 et Ψ, 638 memorari videbimus. Coniuenerant illi in belli ſocietatem cum Augea, vna cum Amarynceo.

Iam ex Actoris filiis nati erant, ex Cteato quidem *Amphimachus*, cuius etiam inf. N, 185 mentio fiet, (a quo diuerſus eſt alius inf. 871 inter Troianos) ex Euryto *Thalpius*, qui Elidis partem obtinuerunt, vna cum *Diore*, Amaryncei filio; et cum *Agaſthene*, Augiae filio; hic Phyleo fratri, qui Dulichium diceſſerat, v. mox 628. 9. ſucceſſit, in eiusque locum nunc filius *Polyxenus* inter Eleorum duces annumeratur. Sane infra N, 691. 2. *Epei* ſub *Megetis* auſpiciis pugnare narrantur; ſcilicet hi ſunt Epei in Echinades deducti. Locum hunc ante oculos habuit Pauſan. V, 1. p. 380. add. Apollod. II, 7, 1. et Not. p. 450.

620. Ἀμφίμαχος. In Eton. λε ſuperſcriptum; an voluit Ἀμφίλοχος? perperam vtique. Porro pro ἡγησάσθην eſt in Vrat. b. ἡγησάσθων. Adeo librarius ne flexiones quidem ſuae linguae norat!

621. ⸗ ὁ μὲν Κτεάτου, ὁ δ' Εὐρύτου. quod praeter morem ὁ μὲν ad prius, ὁ δὲ ad poſterius retulit poeta; eſt enim ὁ μὲν Amphimachus, Cteati f. ὁ δὲ, Thalpius Euryti f. Reſpicit autem obſeruatio aliam obſeruatiunculam ſaepe repetitam, ſolere poetam inuerſa ratione in ſimilibus vti.

Porro ὁ δ' ἄρ' Waſſenberg. e paraphraſi reſtituerat, recte receptum a Wolfio; ſic quoque Vrat. A. Ven. A. cum Sch. Vulgo edebatur cum metri vitio ὁ δ' Εὐρύτου. Emendauerat Barnes Κτεάτοιο, ὁ δ' et Clarke ὁ δὲ Εὐρύτου, vterque hiatu illato. Melius Bentl. ὅδε δ' Εὐρύτου, vel ὁ δ' ἄρ' Εὐρύτου.

Grauius eſt, quod legitur Ἀκτορίωνος. quaſi Eurytus ſolus fuerit Actoris filius. Atqui Cteatus non minus

Digitized by Google

erat Actoris proles. Requirebatur adeo Ἀκτοριώνων. Verum reponeS, vſum eſſe poetarum, ſaltem poſt Homerum, vt ſingularem ſubiungant alteri e duobus. At extat alia lectio in Veneto: Ἀκτορίωνε. Addit Schol. A. καὶ ὅτι οὕτως εἴρηκεν. Ἀκτορίωνε, δέον Ἀκτοριώνων. Scilicet interpolatam dices lectionem ab iis, qui non concoquebant: υἷες Ἀκτορίωνε pluralem cum duali: quod tamen haud raro occurrit. Eſt tamen aliud, quod me retinet, quo minus reponam: Ἀκτορίωνε nunc erunt *nepotes* Actoris, non, filii; quod per ſe me non magnopere moueret; nam et huius moris exempla ſunt; verum exoritur ambiguitas in verbis; et Ἀκτορίωνε ſollenne eſt de Cteato et Euryto filiis Actoris. Binis aliis locis praeterea iidem Ἀκτορίωνε appellantur Λ, 749. et Ψ, 638.

623. Θεοειδὴς, philoſophatur ſuper hac voce Plato. v. ad A, 131 Θεοείκελ' Ἀχιλλεῦ. ſic τοὺς ἀγαθοὺς appellari, docet Plutarch. de Iſ. et Oſir. p. 360 D.

625. ξ— οἱ δ' ἐκ Δουλιχίοιο Ἐχινάων θ' ἱεράων. quod non haec dicta ſunt, quaſi Dulichium et Echinades diverſae ſint; verum pro ἐκ τοῦ Δουλιχίου καὶ τῶν ἄλλων Ἐχινάδων· (quod Strabo quoque illuſtrat X, p. 703 A. et ex eo Euſtath. add. Stephan. in Δουλίχιον. Similis disputatio erat ad v. 615.) et quod Ἐχῖναι pro Ἐχινάδες dictae ſunt: cf. Stephan. Byz. h. v. Latet Homerica vox in Heſych. Ἀχινάων. Sitae ſunt eae inſulae ante oſtia Acheloi, limo ab amne aggeſto ſenſim auctae. v. Strabo p. 702 C. Stephan. h. v. A ſerioribus Dulichium attribuitur Vlyſſis ditioni, et ipſe appellatur Dulichius. At apud Homerum ex iis inſulis copias ducit Meges, Phylei f. Fuiſſe eos Epeos neceſſe eſt; quos eo duxerat Phyleus. vide inf. N, 686. et 691. 692. cf. Strabo p. 699 C. et Stephanus in Δουλίχιον. Vna Echinadum eſt Taphus, quam Teleboae incoluerant, memorati in Odyſſea. In eos expeditio ab Amphitruone facta nota eſt. cf. Apollod. II, 4, 4 et 6.

In Δουλιχίοιο Ἐχ. hiatum ſuſtulit iam Bentleius. Manifeſtum ſit excidiſſe τ', nam Homero ſollenne eſt bis

copulam ponere. Deeſt τ' etiam loco hinc excitato ap. Strabon. lib VIII, p. 524 B. 695 B. et ap. Plutarch. de exilio p. 603 B.

626. *νήσων αἳ ναίουτι πέρην ἁλὸς, Ἠλιόθι ἄντα.* ξ. quod Zenodotus legerat *οἳ ναίουσι*, ſcilicet *ἄνδρες*. at *ναίειν* eſt pro *ναίεσθαι*, in quod A. B. L. Euſtath. conſentiunt. Nec tamen actiuum paſſiue poſitum putato. Scilicet *ναίειν* et *ναιετᾶν* dicitur pro, *ſitum habere*, *iacere*. v. c. Δ, 45 *ναιετάουσι πόληες*. Od. I, 23 *ἀμφὶ δὲ νῆσοι πολλαὶ ναιετάουσι*. Ergo et vrbs *bene ſita* eſt εὖ *ναιετάουσα*. Vſum Homericum ſequuti ſunt alii poetae, vt Sophocles Ai. 603. de Salamine. Callimachus in Del. 266. et ſaepe Apollon. I, 831 et al. Sic et *οἰκεῖν*. Laudauit iam Koeppen Weſſel. ad Herodot. II, 165. Nec alio ſenſu vrbes, ſollenni aliquo epitheto ornante, εὖ *κτίμεναι* dictae, *bonum ſitum habentes*, εὐκτιστοι. etſi ſenſum varie conſtituunt grammatici. Ergo et inſulae ſunt εὖ *κτίμεναι opportunum*, *bonum ſitum habentes*, aditu faciles, et ſic porro. Sic Delus Hy. in Apoll. 102.

πέρην ἁλὸς, notabilis loquendi forma, de inſula continenti obiecta, ſcil. parte maris inter littus et inſulam interiecta, vt adeo inde a terra trans mare ſita dici poſſit inſula; non, toto mari interiecto. Sic et *πέρην Ὠκεανοῦ* accipe, de inſula in ipſo Oceano ſita: reſpectu ſcilicet eius, qui ex continente proſpicit, vt Il. Ω, 753 *πέρην ἁλὸς, ἐς Σάμον*. Ergo etiam ſecundum Heſiodum Θ. 215 Heſperides *πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο* in inſula habitarunt; v. Not. ad Apollod. p. 387. Non itaque ſequendus eſt Wood, qui p. 8. ſtatuebat, eſſe Echinadas *πέρην ἁλὸς* dictas reſpectu poetae Ioniam incolentis, mari Aegaeo interiecto. Atqui etiam Graecia interpoſita erat.

627. *τῶν αὖθ'*. Vrat. A. *τῶνδ' αὖθ'*. *Meges*, Phylei f. Augiae vel Augeae nepos. Phyleus, patri Augeae iratus, quod Herculem mercede fraudauerat, Elide diceſſerat in inſulam Dulichium: v. Apollod II, 5, 5. et No-

Digitized by Google

tas p. 363. Narrat rem Scholion ad h. l. ex Callimacho: quod e Porphyrio petitum esse, discо ex Eustathio. Phyleus tamen, patre caeso ab Hercule in regnum restitutus est; Apollod. II, 7, 2. Not. p. 453. 465. 363. Statuendum itaque est, Megetem mansisse in insula et in principatu Epeorum patri ibi successisse. De Megete narrarat alia Lesches, vt ex Pausan. X, 25. p. 860. patet: vbi Meges, vulneratus in excidio Troiae, a Polygnoto pictus erat.

628. 629. Versus sunt apud Strabon. X, p. 704 A. Accipi et h. l. *ἱππότα* pro *φυγὰς* notat Eustath. de quo v. sup. ad 336.

629. ξ— quod ambiguum est, *ὅς ποτε* sitne Meges an Phyleus; more tamen Homerico ad id, quod posterius dictum, referri pronomen Sch. A. Dubitari vix poterat, de *Phyleo* haec dicta esse, nimis enim nota est narratio de Phylei sensu iniuriae a patre Herculi factae.

Δουλίχιον sine *δ'* Lips. Vrat. a. Mosq. 1. Vindob.

ἀπενάσσατο. ἀπῴκισεν. Schol. et Apollon. Lex. erit adeo hoc dictum pro *ἀπῳκίσθη. ἀπῴκησεν.*

631. Appositus in Veneto obelus; cuius rei caussam non assequor. Leguntur vss. 631—635 et illustrantur a Strabone X, p. 695 B. C. et iterum versus singuli p. 696 B. C. 699 C.

Cephallenes autem non sunt solum, qui Cephalleniam, olim Samon dictam, inhabitarunt; verum apud Homerum illi etiam insulas et Acarnaniae oram maritimam inhabitarunt; obseruante quoque Strabone p. 695 A. Repetitum, more prisco, nomen populi a Cephalo, cui Amphitruo insulam habitandam concesserat: cf. Apollod. II, 4, 7. Not. p. 322. Strabo l. c. p. 699.

632. *οἵ ῥ' Ἰθάκην εἶχον καὶ Νήριτον εἰνοσίφυλλον.* In Strabone legitur *οἵτ' Ἰθάκην.* Apud Maxim. Tyr. diss. V, p. 76 est *περὶ Νήριτον εὔφυλλον*, incertum vitio scripturae an memoriae. Significantius nomen est et ad sensum potentius *εἰνοσίφυλλος*, quam *σκιόεις*, *umbro-*

ſus, aut ſimile; obiicit enim ſenſibus ſimul motum frondium ex vento, ab ἐνόω, κινέω.

Neritum eſſe montem ipſius inſulae Ithacae apud Homerum, dubitari nequit: Od. I, 22 Ναιετάω δ' Ἰθάκην εὐδείελον· ἐν δ' ὄρος αὐτῇ Νήριτον εἰνοσίφυλλον ἀριπρεπές. cf. Euſtath. ad h. l. et ad Odyſſ. Eſſe itaque Ithacen et Neritum iuncta vt ſupra Echinades et Dulichium notarunt veteres; v. Strabo p. 695 B. cf. ſup. ad 615. 625. Virgilius tamen pro inſula huius nominis Neriton accepiſſe videtur Aen. III, 271. vbi cf. Not. Congeſſit quae de his dici poſſint Palmer. IV, 23.

633. καὶ Κροκύλει' ἐνέμοντο. Expectes Ionicum Κροκύλεια νέμοντο. Eſt ergo Homero τὰ Κροκύλεια, aliis τὸ Κροκύλειον, et Stephano ἡ Κροκύλεια. In Cod. Eton. Κροκύλην legitur. Vix diuerſa fuere Κροκύλια, cf. Waſſe ad Thucyd. et Addenda p. 670. et Waſſenberg. ad h. v. p. 81.

Memorantur a Strabone lib. X, p. 693 C. et IX, p. 577 C. *Crocylea* et *Aegilips* in Acarnania, ſeu in Leucade Acarnaniae accenſa; a Stephano autem in Αἰγίλιψ in Epiro: ſaltem latiore et antiquo ſenſu. Crocylii quoque Thucydides meminit inter vrbes Aetoliae lib. III, 96. In Scholiis inter vrbes Cephalleniae eduntur; male; nam Cephallenia, ſi Samos eſt, non niſi 634 memoratur. Si Homerum ipſum ſine interprete legeris, vix aliter ſtatuas, quam vſſ. 632. 633. ad Ithacam ſpectare, et eſſe Ithacam vrbem, tum Neritum montem, ergo et Crocylea et Aegilipem in ea inſula fuiſſe. Continens, ſeu Leucas, non niſi 635 ſubiicitur. Aſſentiendum itaque eſſe videtur Heracleoni Glauci f. qui quatuor Ithacae tractus memorauit, et in his Crocyleum: ap. Stephan. Byz. h. v. cf. Palmer. IV, 23.

Fuere quoque qui Τρηχεῖαν vrbem ederent, et αἰγίλιπα epitheton facerent. At vrbs Aegilips etiam aliunde nota; agnoſcitur quoque a Strab. p. 693 C. et a Stephano.

Digitized by Google

634. ξ quod Zenodotus legerat ἠδ' οἱ Σάμην ἀμφενέμοντο. aduerſus metrum.

Eſt aliud prosodicum, quod miratiqnem facit, τε ante Ζάκυνθον non produci; notatum quoque ap. Euſtath. Sunt tamen ſimilia inf. 824 οἱ δὲ Ζέλειαν et iterum Δ. 103. 121. et quod toties breuis ſyllaba ante Σκάμανδρον occurrit.

Ceterum *Zacynthus* ſatis nota, Elidi ex aduerſo ſita: v. Strabo p. 702. De ea et Same egit Palmer. IV, 24. *Samos* vel *Same*, nunc Cephallenia; vt modo vidimus: v. Strabo X, p. 698 ſq.

De ἀμφενέμοντο v. ad vſ. 574. In vno Vindob. vitioſe ἀμφεπένοντο.

635. οἵ τ' Ἤπειρον ἔχον, ἠδ' ἀντιπέραι' ἐνέμοντο. Niſi Ἤπειρον appellatiue ſcribere praeſtat, Epirus h. l. non eſt, quae vulgo ita dicitur, ſed Acarnania cum Leucade, Ithacae et Cephalleniae ex aduerſo poſita. v. Strabo p. 693 B. 695 C. Interfuere adeo expeditioni aduerſus Troiam etiam *Acarnanes;* qui h. l. ſunt Cephallenes illam oram tenentes. cf. ibid. p. 708 ſq. Interiora tenebant alii barbari, Pelasgicae puta et Thracicae originis: Curetes, Leleges, Teleboae, vt ex Ariſtotele apparet apud Strabon. VII, p. 495 C. Borealia loca tenebant Dolopes.

ἀντιπέραια eandem Ἤπειρον declarant. Male Schol. br. τὰ ἐξεναντίας τῆς Ἠλιδος κείμενα χωρία. οἱ δ' ἀντιπέραι' Cant. Vrat. b. prius quidem hic non bene. ἀντιπέραν Vrat. c. Mosq. 1. Nusquam Ionicum memorari video: ἀντιπέραια νέμοντο.

637. (ξ) quod naues μιλτοπάρῃοι (hoc vno loco) memoratae: vnde intelligi aiunt Schol. A. B. colorum vſum iam tum notum fuiſſe ad picturam." (Scil. in pingendis, hoc eſt oblinendis ſeu inducendis colore nauibus, ne trabes maris et aeris iniuria corrumperentur. Nec de proris ſolis, nec de ornamentis eſt cogitandum) Vlyſſis naues inſignes fuiſſe inter ceteras, ita vt et in medio ſtationis conſtitutae locum concionis cogendae

Digitized by Google

praeberent." (Scilicet respiciunt haec locum Λ, 805 sq.) Longa observatio est Eustathii ad μιλτοπαρῄους, quomodo partium corporis nomina, (vt h. l. παρειῶν) translata fuerunt ad alias res. Minii vsum in pingendis navibus testatur quoque Herodotus III, 68.

638. *Aetolos* ducit *Thoas*. Aetoliam inde a prima memoria tenuerunt Curetes; superuenerant Epei ex Elide, duce Aetolo: qui fuere Aeolenses admixtis antiquis Pelasgis: cf. sup. ad 615. Tum Curetes secessserunt in Acarnaniam: v. Strabo p. 713. Ita factum, vt Acarnania Curetis appellaretur: Plin. IV, 2. Alia sunt apud Thucydidem, et alia videbis in Palmer. Graecia ant. IV, 10. Curetes ex Euboea venisse et Pleuronem condidisse, traditur in Schol. Lipsi. Vict. ad I, 525. Accuratius haec exposita videbis a Strabone X, p. 713. 714. qui Archemachum Euboeensem auctorem edit.

Thoas hic est Andraemonis filius e Gorge, Oenei filia: Apollod. I, 8, 1. Oeneo autem in regno Aetolorum successerat Andraemon, (ibid. I, 8, 6.) Thoas Pleuronem et Calydonem imperio tenuisse (ἄναστε) dicitur h. l. 643 et inf. N, 216. 217. 218. hoc est, copiis inde ductis praefuisse. Laudatur fortitudine et facundia: Il. O, 281—4.

Αἰτωλῶν ἦρχεν δὲ Cant. „Ed. 1. in margine" ait Barnes, quae tamen illa sit, non docet.

639. *Pleuron* et *Calydon*, nobiles olim vrbes, Strabonis vero aetate tenuibus rebus vtentes: lib. X, p. 691. 707. cf. inf. I, 526 sq. vbi Curetes cum Aetolis oppugnant Calydonem, quae Aetolorum erat; (nec tamen expugnarunt, et mansit vrbs in Aetolorum potestate: cf. Ξ, 116.) at Pleuronem tunc tenebant Curetes; qua et ipsa illi mox exciderunt. Itaque vtramque imperio tenebat Thoas: vt modo vidimus, h. l. et N, 216. 7. 8.

Est apud Schol. Ven. A. B. Lipsi. narratio, ab Eustathio p. 263, 17. recocta, ex controuersia inter Aetolos et Aeolenses orta Calydonem adiudicatam esse Aetolis ex Homericis versibus. Atqui non assequor, qui Aeolenses

Digitized by Google

ſint. Nam Curetes ex ea ſtirpe haud fuere; ipſi potius Aetoli inter Aeoles ſunt referendi; v. ſup. ad 638 et 615. Probabile adeo ſit, Curetibus in Acarnaniam discedentibus Aeolicae ſtirpis aduenas loca occupaſſe, eosque ſerius ſibi Calydonem vindicare voluiſſe.

Olenus et *Pylene* non longe a Pleurone ſitae: v. Strab. X, p. 692 C. 707 A. et ex eo Euſt. vt in ceteris

Verſus 639 eſt ap. Strabon. VIII, p. 592 B. Schol. Pind. Ol. I, 37. Stephan. in Ὦλενος, vbi cod. Voſſ. οἱ δὲ Πυλήνην, quae ſcriptura et ap. Strabon. occurrit, Sch. Apollon. I, 202 vbi Ὦλενοι τῆς Ἀχαΐας δύο. debebat dicere: eſſe alteram Olenum Achaiae: forte fuit Ὦλενος δύο, ἡ μὲν τῆς Ἀχαΐας, ἡ δὲ τῆς Αἰτωλίας. cf. ſup. ad 617.

640. Verſus legitur ap. Strabon. X, p. 687 A.

Chalcis in littore ad Euenum fuit, non ad Achelōum: quod e Thucydide docet Palmer. IV, 16. et diſerta Strabonis auctoritate firmatur p. 692 B. Apud Stephanum eſt tertia vrbs huius nominis.

641. ἐ- 642. ἐ- vtrumque verſum ἠθέτησε Zenodotus; forte, ait Schol. quia Meleagrum ab Oenei filiis ſeorſum memoratum mirabatur. Sollenne tamen, ait Sch. A., eſt, dici totum et cum eo partem, inprimis eminentiorem. Sic Τρῶας καὶ Ἕκτορα. Similia ſunt ap. Strabon. lib. I, p. 68 B. vbi inter exempla memorati primo generis tum partis alicuius eſt quoque hoc, quod memorantur υἱέες et vnus ex iis Meleager. Enimvero habuere haud dubie veteres aliquid, quod verſus in ſuſpicionem adduceret: quis non expectaret inter Oenei filios primo loco memorari *Tydeum*? Hoc forte adduxit doctos homines, vt inſererent Tydeum in verſu inſititio cod. Mosq. poſt vſ. 642 καὶ Τυδεὺς ἐν Θήβαις, ὅτ' ἀπώλετο λαὸς Ἀχαιῶν. et in marg. γράφεται καὶ, ἐν Θήβαισιν, ὅτ' ἀ. λ. Ἀ. Scribendum ſaltem erat: Καὶ Τυδεὺς Θήβῃσ' ὅτ' ἀπώλετο λαὸς Ἀχαιῶν. vel Τυδεύς τ', ἐν Θήβῃσ' ὅτ' ἀ. Verſus conſutus eſt ex Il. Z, 223.

Digitized by Google

Oeneus Porthaonis ab Aetolo oriundi f. magna fabularum varietate, inprimis per tragicos, celebratus; vt et eius filius ex Althaea, *Meleager*, et alter ex Periboea *Tydeus*, cuius filius *Diomedes*. Vitam ad multam senectutem produxerat Oeneus, variis calamitatibus obnoxiam. v. Apollod. I, 8. vbi §. 1. de Oenei liberis, (cf. Not.) et Anton. Lib. c. 2. Meleager maturius obierat: nota fabula, de odio matris Althaeae. Omnia haec rebus Troianis anteriora esse ex h. l. discimus.

Laudat Schol. Victor. ad Il. I, 580 οἳ γὰρ ἔτ' vix tamen consilio, vt et Barnes recte iudicabat; et legitur vbique οὐ etiam apud Strabonem.

642. Duplici modo interpungi posse, obseruant grammatici, vel οὐδ' ἄρ' ἔτ' αὐτὸς ἔην scil. Oeneus; vel vt totus versus ad Meleagrum referatur: οὐ γὰρ ἔτ' αὐτὸς ἔην, θάνε δὲ, ξανθὸς Μελέαγρος.

643. τῷ δ' ἐπὶ πάντ' ἐτέταλτο ἀνασσέμεν Αἰτωλοῖσι. hoc est: τούτῳ ἐπετέταλτο (κατὰ) πάντα ἀνασσέμεν. pro, ἐπὶ τούτῳ ἦν πᾶν τῆς ἐξουσίας. In Lipf. ἐτέταχτο. item a pr. m. L. et C. apud Bentlei. In vno Vindob. erat corruptela ex vf. 637 retracto.

645. Notiora funt vrbium Cretae nomina, quam vt illuſtratione indigeant; et habemus libellum Meurſii, *Cretam*, vt ad ſeqq. *Rhodum*. Inſpiciendus tamen eſt ad ſeqq. Strabo lib. X, p. 727. qui paſſim verſus vel hemiſtichia recitat. Locus claſſicus de Cretae originibus eſt Od. T, 172 ſq.

Verſum 645 poſt vſ. 647 collocatum habebat mſ. Mori, ap. Bentl.

δουριχλυτὸς et δουρὶ κλυτὸς perpetua varietate ſcriptum occurrit; necdum ratio potior pro alterutro ad manum eſt; niſi quod nouimus grammaticos compoſitorum numerum miro ſtudio auxiſſe.

646. Κνωσσόν τ'. antiquam ſcripturam Κνωσον non reperi niſi in Ven. Vrat. b. c. De *Cnoſſo* cf. Od. T, 178. Strabo X, p. 729 C. et de *Gortyne* f. *Gortyna*, quae olim fuit florentiſſima ibid. p. 732 ſq.

647. Λύκτον. tonum in priore habere omnes libros, aiunt Sch. B. L. Λυκτὸν ſcribere nonnullos, non bene. Fuit ea quoque Lyttus, Λύττος, ap. Stephan. h. v. et ſic quoque tradidiſſe videtur Strabo X, p. 729 C. Conf. Spanhem. ad Callim. in Apoll. 33.

Miletus Cretae: e qua colonia Sarpedone duce deducta eſt Milētus Aſiae: Strabo XIV, p. 941 C. Aliter alii vt Apollod. III, 1, 2. Apud Strab. X, p. 734 C. editum eſt Μίλυτος.

ἀργινόεντα Λύκαστον. Cant. a m. pr. ἀργιόεντα, vt iterum vſ. 656. Dicta vrbs *candens*, ſeu quod λευκόγειος erat, ſeu propter cautes candidas, quibus impoſita erat: hactenus Koeppen bene comparabat *niueam Paron* et *Cycladas nitentes*; ſeu a muris candentibus; vt vſ. 735. 739. De *Lycaſto* v. Stephan. h. v. vbi verſum hunc recitat. Deletae *Lycaſtus* et *Miletus*, agro Mileti a Lyctiis, Lycaſti agro a Cnoſſiis occupato: Strabo p. 734 C. Acui vocem Λύκαστος in antepenultima, monent Sch. Euſtath. et Schol. ad M, 20.

648. *Phaeſtus* a Minoe condita, et a Gortyniis diruta; ad eam pertinebat *Rhytium*: Strabo p. 734 B. vbi hemiſtichium excitatur. Φαιστὸν acui iubent Scholia; nam Φαῖστον eſſe nomen viri E, 43. Eſt ſane in Schol. Pindari P. IV, 28 ſcriptor *Phaeſtus*, Φαῖστος ἐν Λακεδαιμονικοῖς, at idem Φῆστος ὁ τὰ Μακεδονικὰ συγγράψας editur Schol. Pind. P. IX, 89 nec pro alterutra lectione potior eſt auctoritas. Carmine ille fabulas veteres complexus erat ſeu Macedonum ſeu Laconum; inuocatione Iouis Ammonis praefixa: quod facit, vt in Μακεδονικὰ proclinior ſim. Porro pro Φαιστόν τε erat Φαῖστον τοι in Barocc. et in cod. ap. Bentl. Φαῖστον Ῥύτειόν τε. Tyrannio ſcribere iuſſit Ῥυτίον. De flexione πόλεις v. ad N, 734. εὖ ναιεταούσας ſup. ad vſ. 626.

649. Κρήτην ἑκατόμπολιν. ξ πρὸς τοὺς χωρίζοντας (h. e. discrimen vel diſſenſum in poeta obſeruantes) Scilicet Odyſſ. T, 174 non niſi XC vrbes Cretae memorantur. Varia tentarunt Heraclides, Ariſtoteles, alii: quae

Digitized by Google

v. apud Strabon. X, p. 735. et (ex Porphyrio, cuius ζήτησις e cod. Leid. extat apud Waſſenb.) ap. Schol. et Euſtath. Sane quod ſtatim in animum venire debuerat, eſt, quod h. l. e ſua perſona loquitur poeta, adeoque e ſuo tempore ſtatum rerum Cretae declarare potuit; in Odyſſea autem ex Vlyſſis perſona agit.

651. Μηριόνης τ' ἀτάλαντος Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ. Pronuntiandum eſſe cenſeo ac ſi ſcriptum eſſet Ἐνυαλίῳ 'νδρειφόντῃ. Hoc praeſtare puto commentis Barneſii et Clarkii, qui aut ίω aut υα vna ſyllaba efferri volebant, aut ανδριφ. binis breuibus ſyllabis corripi. Nec aliter Bentleius ſtatuebat, qui Aeolice hoc fieri dicit, vt α in principio elidatur; et laudat Sapphus illud: ὠρανῶ 'θέρος. idemque monet in Heſych. ἀϊδροφῶντι ex h. l. eſſe emendandum.

In voce ἀνδρειφόντῃ τὸ ει defendi poteſt per ὀρειβάτης, et ſimilia, multoque magis per Ἀργειφόντης, Mercurii epitheton, pro Ἀργοφόντης. R. Payne Knight p. 31 profert e mſ. Lipſ. ἀνριφόντῃ, et mauult ἀριφόντῃ vel ἐριφόντῃ.

Ἐνυαλίῳ. De voce v. ad P, 211. Idem vir doctus, Knight, l. c. ſcribendum eſſe cenſet Ἐνευαλίῳ, vt in tabula Heracleenſi ſcribitur Ενευω. Veteres Ενύω et Ενύω, adeoque Ενύαλιος et Ενύαλιος ſcripſiſſe, conſtat ex Euſtathio p. 524.

653. Verſus ſeqq. ante oculos habet et paſſim recitat vel illuſtrat Strabo lib. X, p. 965 ſqq. praeter Pindarum Ol. VII, 40 ſqq. nunc confer Apollod. II, 8, 2. et Notas p. 501. Erat *Tlepolemus* Herculis filius ex Aſtyoche Phylantis filia: ibid. II, 7, 6. et Not. p. 464. Rhodus haud vnius generis colonos habuit. Antiquiores ad aetates mythicas ſpectant Telchines et Heliadae. Quos Tlepolemus adduxit, Argis profectus, Aeolenſes et Achaeos fuiſſe neceſſe eſt: cf. Strabo XIV, p. 965. 966. Poſt Codri aetatem, adeoque poſt tempora Troiana, in inſulam profecti ſunt Dorienſes; atque inde Rhodii in Dorienſium genere habiti ſunt.

654. Ῥοδίων ἀγερώχων· sunt h. l. aduenae cum Tlepolemo. Dicti illi ἀγέρωχοι, male in Sch. br. redditum: νῦν αὐθαδῶν ὑβριστῶν καὶ θρασέων etsi additur: δηλοῖ δὲ καὶ τῶν λίαν ἐνδόξων. Sch. B. L. ἄγαν γέρας ἐχόντων, ἐντίμων. Wassenberg reddit *splendidos. diuites.* Accipiam *spectabiles, insignes:* scilicet est notio paullo latior et vaga: vti nobis *die Stolzen.* Saepe Τρῶες ἀγέρωχοι, quod simpliciter redditur πολεμικοὶ, vt Π. 708 a Schol. br. Vocem apud Homerum in laudem dici, notatum est iam veteribus, Apollonio quidem Lex. h. v. vbi et versus adscriptus, add. Eustath. Videtur Etymologo ducta esse vox ἀπὸ τοῦ γέρας ἔχειν, alia admiscentur in Hesychio, quae habet Ven. A. et Sch. br. inf. ad K, 430.

655. διάτριχα κοσμηθέντες edd. At ratio iubet statuere, fuisse διὰ τρίχα sc. διακοσμηθέντες τρίχα. Hocque veteres maluere. Sic Ven. Schol. Eustath. scribunt. Iterum Od. I, 157 διὰ δὲ τρίχα κοσμηθέντες. Locum excitat Aristides in Rhodiaca T. I. p. 569. τρίχα, non τριχὰ esse docet Sch. A. et tamen mox 668 τριχθὰ scribitur! et τριχῇ in aliis scriptoribus, et τριχὰ nil nisi neutrum plurale est a τριχὸς; maluere tamen grammatici aduerbium τρίχα scribere.

656. Λίνδον Ἰηλυσσόν τε καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον. Ἰηλυσὸν passim vno sibilo scribitur et editur; sic codd. Ven. Lips. Eton. Vrat. a. b. et in vs. Homerico excitato ap. Schol. Pind. Ol. VII, 34. Perperam tamen; docet enim metrum apud Pindar. Ol. VII, 136. 7. tertiam syllabam esse breuem; est ibi quoque, accentu mutato, Ἰά — λυσον.

ἀργυρόεντα scriptum in codd. Strabon. XIV, p. 966 A. mox tamen ead. pag. C. est ἀργινόεντα. v. ad 647.

Κάμιρον scripsere multi inter veteres, in quibus Stephan. Sic Barocc. Eton. Vrat. b. c. A. Ex edd. Flor. et Ald. 1. Κάμιρος, Ald. 2. intulit Κάμειρος. Turnebus duce Romana iterum Κάμιρος. Reditum est ad alterum ite-

rum a Stephano. Et ſane Κάμειρος ap. Pindarum, Strabon. ſcribitur, et ſic Ven. Cant. et vſus vulgaris.

658. ξ quod Zenodotus ſcripſerat Ἡρακλείῃ, vitiato metro: (h. e. in eius codd. ſic legebatur, vitio librarii; nam ipſe verſus bene norat metiri, quod aliis locis conſtat.)

Ἀστυόχεια. Barnes: „γρ. Ἀστυδάμεια.“ Enimuero non ſic in Homero variat lectio, ſed hoc nomen alii edunt, vt ipſe Pindarus Ol. VII, 43. vbi v. Schol.

659. ξ quod *Ephyra* haec diuerſa eſt a Corintho; eſt enim Theſprotiae, quae pars erat Epiri, vrbs ad Selleentem fl. quem a Sellis dictum eſſe ait Sch. A. quos recentiores Ἕλλους vocant.“ (de his v. ad Il. Π, 234) cf. Strabo VII, p. 505 B. et VIII, p. 521 A. et 522 A. ex Apollodoro; vbi quoque verſus laudatur tanquam Homericus: τηλόθεν ἐξ Ἐφύρης, ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος. At p. 521 laudatur quod habemus, τὴν ἄγετ' ἐξ Ἐ. ſic et Schol. Pindari P. X, 85. Et ſic verſus repetitur inf. O, 532.

Euerterat Hercules hanc Ephyram, quando Phylantem, Dryopum regem, propter ſacrilegium in Delphos commiſſum bello oppreſſit; tumque, eo caeſo, filiam Aſtyochen vel Aſtydamiam abduxit. cf. Diod. IV, 37. Apollod. II, 7, 6. Not. p. 464. Hi ſcriptores cum aliis Ephyram cum Selleente ad Theſprotiam referunt; rerum tamen geſtarum Herculis ordo reuocat eam rem ad Ephyram Elidis: quod Strabo quoque notauit, lib. VIII, p. 521 A. (vbi eiice verba: πρὸς ἐκείνας δὲ οὐδεὶς ποταμὸς Σελλήεις) et p. 505 B. C.

Facit omnino difficultatem, quod iunctim *Ephyra* et *Selleis* pluribus in terris memorantur, nec locis ſatis vbique definitis: qua de re loca claſſ. eſt apud Strabon. VIII, p. 520. 521. Adde Schol. Pindari P. X, 85. Et Il. O, 531 quidem Megetis perſona ad Theſprotiam nos reuocat; in Od. A, 259 itidem vicinia Ithacae, et hinc alter quoque locus B, 328. At de Ephyra Corintho liquet Il. Z, 210.

661. Pro illustratione versuum est Pindar. Ol. VII, 36 sq. vbi quoque Schol. nostros versus adscripsit; recitat eos quoque Strabo XIV, p. 965. 966.

ἐπεὶ οὖν τράφη ἐν μεγάρῳ. Ita legitur ex emendatione Barnesii praeeuntibus Schol. br. et defenditur lectio ex Γ, 201 ὃς τράφη ἐν δήμῳ Ἰθάκης et Λ, 222 ὃς τράφη ἐν Θρήκῃ. Nec aliter Schol. Pindari ad Ol. VII, 36. statim in ed. Ven. pr. — Editur tamen inde ab Ald. 1. τράφ' ἐνὶ vitiose haud dubie; nec tales elisiones Homerus admittit; vt nolim imitari Ernesti verecundiam in ea lectione toleranda; quamuis ea occurrat in codd. Vrat. b. vno Vindob. Mosq. 1. Eton. ipso Ven. et Eustath. τράφ' ἐν Vrat. a. τράφεν ἐνὶ Vrat. A. Alia aberratio est τράφετ' ἐν in Mori, Barocc. Vrat. c. sicque ed. pr. quam Wassenberg exhibuit. Atqui nusquam alibi hoc tempus occurrit; nisi dicas esse a τράφομαι. Antiquam tamen esse lectionem τράφ' ἐνὶ non dubito, forte casu ac vitio librarii ortam, postea pro genuina habitam, praecipue, quia notatum erat a grammaticis, occurrere quoque τράφω ea notione vt sit adolescere, vt ἐτραφέτην inf. E, 555. ad q. l. vide. vnde et seu Callimachus seu interpolator ἔτραφον vsurpauit passiue in Iou. 55. quem locum tuetur Ernesti.

662. αὐτίκα vt minus molestum sit, ἐπεὶ τράφη ea accipiendum: *postquam adoleuerat, statim*, paullo post. Quod nos diceremus: *vix adoleuerat, cum ille.* Vt *fortuito* sit, quomodo Clarke vertit, vereor vt vsus probet. — De voc. μήτρως v. ad Π, 717. et h. l. Eustath. πατρος ἔξοιο· v. Exc. ad A, 393. κατέκτα. de prosodia vltimae syllabae dissident grammatici in Sch. A. Ptolemaeus Ascalonita pro breui habuit, vti Od. Λ, 409 ἕκτα σὺν οὐλομένῃ. et Il. Z, 64 οὗτα κατὰ λαπάρην. Adstipulantur Sch. B. L. At Tyrannio vltimam longam esse clamabat; auctor Scholii comparat cum Aristarchea lectione Δ, 319 δῖον Ἐρευθαλίωνα κατέκτα. At enim omnis controuersia ab h. l. est aliena, quandoquidem in fine

versus semper syllaba producitur. De controuersia ipsa v. ad Δ, 319.

663. ἤδη γηράσκοντα. pro γεγηρακότα, *senem factum.* ὄζον Ἄρηος, antiquo sermone, nihil amplius quam virum fortem designare, etiam ex h. l. fit manifestum; nam Licymnius, frater Alcmenae, matris Herculis, filius Electryonis fuit e Midea, adeoque *auunculus Tlepolemi* hoc ipso loco 662 nominatur. Et sic saepius: v. sup. ad 540.

665. βῆ Φεύγων. Homericum vsum postulare βῆ Φεύγειν notat Sch. A. nec tamen Aristarchum hoc mutasse: οὐ μετέθηκεν. An igitur ille mutauit, quae putauit vsui Homerico aduersari? Potest tamen sensus esse: in libris Aristarchi lectionem haud variare.

ἀπείλησαν γάρ οἱ ἄλλοι. Aut hic versus serioris commatis est, aut male scribitur γάρ οἱ, hoc enim esset γαρ ϝοι quod metrum iugulat; cum nec minus δέ οἱ locum haberet. Editur tamen γάρ οἱ iam inde a Flor. ed. Nunc accessit monitum Schol. A. B. L. esse οἱ pro αὐτῷ, non articulum. Scilicet quia Homerus iis non vtitur. Quid tamen si οἱ ἄλλοι est *ceteri illi?* Si serius interpositus est versus: necesse est fuisse in prisco carmine: πολὺ δ' ἄγε λαὸν ἀγείρας. αὐτὰρ ὅγ' ἐς Ῥόδον ἷξε. sine binis verss. insertis. Ἷξεν erat in Flor. et Ald. 1. Intulit ἵξεν Ald. 2. quod et Turn. seruauit; etsi in Rom. erat ἷξεν, quod revocauit Steph. Argutantur super hac voce Eustath. Etymol. et alii. Simpliciter dicendum erat: fuisse duas verbi formas ἵκω et ἵξω. vnde Od. Δ, 1 οἱ δ' ἷξον ποίλην Λακεδαίμονα. Vnde ἷξις quam illustrat Toup. ad Suid. Occurrit et ἧξεν, vt h. l. in cod. Barocc. et Mori. et corrupte ἦξεν Vrat. b. vt adeo similiter et ἧκω et ἵξω fuisse videatur.

666. Sunt Heraclidae, primo hoc loco memorati.

667. ἐν quod Zenodotus scripserat (h. e. quod in Zenodoti editione legebatur) αἶψα δὲ, quod paullo ante vs. 664. praecesserat.

668. ἐν apposita diple propter versum sequentem ἀθετούμενον.

Digitized by Google

ὤκηθεν καταΦυλαδόν. vna voce ſcriptum inde ab ed. Cantabrig. ex Schol. br. Antea vbique vulgatum κατὰ Φυλαδὸν, vt paullo ante 655 διὰ τρίχα diuulſum. ita eſſet pro κατῴκηθεν Φυλαδὸν τριχθὰ, h. e. κατὰ τρεῖς Φυλάς. Sic quoque ſcriptum in Euſtath. cum ed. Rom. Vrat. c. Mosq. 1. Eton. Nunc accedunt plures codd. et ipſe Ven. ſcripturae καταΦυλαδὸν iunctim lecto. καΦΦυλαδὸν. Vrat. a.

ἠδ' ἐΦίληθεν edd. inde ab Ald. ſec. At ἠδὲ Φίληθεν edd. Flor. Ald. 1. Rom. tum codd. Eton. Vrat. a. c. οἵ δ' ἐΦ. Cant.

669. — Appoſitus obelus, quia ἀθετεῖται verſus cum prius eſſet: ἠδ' ἐΦίληθεν h. e. ἐΦιλήθησαν ὑπ' ἀλλήλων καὶ οὐ διήχθρευσαν, etſi tribus diuerſis vicis habitantes. Fuiſſe enim addit Sch. A. qui hoc non intellecto quaereret: ἐΦιλήθησαν a quo? et adiecit ille verſum: ἐκ Διὸς, ὅς τε Ϝ. Vtinam grammatici criticam ita inſtituiſſent, vt primo loco nos docerent, fuiſſe codices antiquiores, a quibus hic verſus abeſſet. Idque ſuſpicari licet; alias enim vix ad tam duram rationem deueniſſent, vt ἐΦίληθεν abſolute dictum eſſe vellent pro, *amabant ſe mutuo*, h. e. concordes inter ſe degebant.

Laudantur tamen hi tres verſſ. 668. 669. 670. etiam a Strabone XIV, p. 967 B. Et illuſtrat hinc τὴν τρίπολιν νᾶσον Pindari Schol. Ol. VII, 34.

670. καὶ σΦιν θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων — quod Pindarus proprie dixit aurum pluiſſe; Homerus autem metaphorice dixit κατέχευε, πρὸς ἔμΦασιν τοῦ πλούτου. Etiam Strabo XIV, p. 967 B. cenſet, verſus Homericos fabulae poſtea eſſe accommodatos, vt dicerent alii auro pluiſſe in hac inſula, cum naſceretur Minerua, ὡς εἴρηκε Πίνδαρος in nobiliſſima Od. VII. Olymp. 62. 89 ſq. κείνοισι μὲν ξανθὰν ἀγαγὼν νεΦέλαν πολὺν ὗσε χρυσὸν Iupiter. Scilicet potuit fieri, ſic, vt Homerica vox κατέχευε locum fabulae daret.

Poteſt tamen nec minus in alteram partem diſputari: antiquiorem ipſo Homero fuiſſe mythum eumque in-

de petiisse suum κατέχευε, h. e. ὗσε. Scilicet est hoc ipsi rerum naturae, ingenio humano, et iis, quae de mythorum more et origine tenemus, consentaneum, vt ratio loquendi et sentiendi symbolica fundum fabulae faciat; itaque quoniam per imbrem aureum prisca aetas declarauerat copiam et abundantiam, proprie dictum accepere hoc seriores et in factum versum est, quod ab initio tantum erat mentis phantasma ad declarandum id, quod proprio verbo exprimere non poterant. Ita ex antiquiore mytho ductum hoc voc. κατέχευεν ab Homero; at mythum vberius exposuit Pindarus. Potest pro hac sententia memorari quod aureus imber memoratus est etiam aliis in mythis, inprimis de praesentia deorum, natalibus, ἐπιφανείαις. Vtrolibet autem modo accipias, manifestum est ita declarari ὄλβον Rhodiorum, qui iam poetae aetate esse debuit conspicuus; quod aliunde ignoramus; ergo iam tum nauigatione et commerciis floruerunt Rhodii.

Obseruandum porro et illud, ex prisca ratione θεοφιλεῖς vulgo habitos, quibus diuitiae affluerent; nec nos forte ab illa sapientia omnino recessimus.

Etiam super θεσπέσιον eiusque etymo disputarunt Grammatici ad h. vs. et iam Apio in Apollon. Lex. h. v. inde alii. Adde Schol. A. ad I, a. Sufficit esse idem quod θεῖον, memorabile, inprimis magnitudine vel numero; ingens.

Tandem notatu dignum est, Schol. Pindari, qui versum excitat ad Ol. VII, 36. mox ad 64 tradere, hunc versum pro spurio habitum esse: τοῦτο ait ἄντιχρυς ἐκ τοῦ ἀθετουμένου Ὁμηρικοῦ στίχου εἴληφεν ὁ Πίνδαρος· καὶ σφι θ. Et potest hic versus videri habere aliquid simile cum iis versibus, qui sententiae antecedentis interpretamentum sunt. Nisi grammaticum memoria fefellit, cum de antec. versu ἐκ Διὸς hoc traditum esse a veteribus paullo ante viderimus.

καὶ σφιν θ. Barnes „γρ. καὶ σφισι.“ Nusquam hoc notatum vidi. In Schol. Pind. est καί σφι.

671. Νιρεὺς δ' αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐίσας. Primo Νιρεὺς αὖ sine δ' Eton. Laud. Barocc. Vrat. A. Mosq. 1. Ven. etiam Stobaeus Serm. LXIII, p. 407. et sic fere vbique omittitur ante αὖ in melioribus libris. — δ' αἰσύμηθεν miro modo corruptum Vrat. b. et νῦν αὖ ἐσύμηθεν Vrat. A. ἐκ Δύμηθεν cod. ap. Schol. Lycophr. 1011. *Syme*, insula inter Rhodum et Doridem sita: v. Diodor. V, 53. Steph. Byz. h. v.

ἄγε τρεῖς. Schol. A. B. L. notant ἄγεν hic ante consonam duplicem non bene scribi. Mirum, nunc demum hoc moneri; et iterum inf. ad 756.

672. Νιρεὺς Ἀγλαΐης θ' υἱὸς Χαρόποιο τ' ἄνακτος. Esse Χαρόποιο a Χάροπος scribendum, non Χαροποῖο, vt distinguatur ab adiectiuo χαροπὸς, diligenter monent grammatici; et quod Νιρεὺς ter repetitur.

Abest θ' post Ἀγλαΐης in ed. Flor. (additum in Ald. 1.) tum in Barocc. Cant. Eton. trinis Vrat. Mosq. 1. etiam in Apollon. Lex. h. v. vbi versus apponitur; est etiam Χαρόποιο ἄνακτος sine τ'. Verum Homericum est copulam hanc geminare. Scribe modo Ἀγλαΐης θ' υἱὸς Χαρόπου τε ϝανακτος.

673. ἐ. 674. ἐ. 675. ἐ. quia Zenodotus priorem et vltimum ἠθέτησε, medium autem ne scripsit quidem: cum tamen, inquit Sch. A. Homerus Achillem vbique praestantem ceteris interponat. Malim addidisset, qua auctoritate, et qua de caussa Zenodotus versus hos damnauerat; nam si a codicibus abfuerunt, iusta est suspicio, versus esse insititios. Caussa vtique repetiti nominis et αὐξήσεως habetur nulla grauis. Figuram obseruarunt in his versibus multi, et iam Aristot. Rhet. III, 12. et Demetr. de elocut. s. 61. 62.

Nireus, vna pulcritudinis dote Homero memorabilis. Fuere tamen de eo plura olim narrata in cyclicis. Ita in Antehomer. est, v. 278. quod Hiera, Telephi vxor, pugnans ab eo iugulatur; alia ex Posthomericis sunt ap. Schol. Lycophr. 1011.

Digitized by Google

Porro eadem formae commendatio in Eurypylo Telephi filio eſt in Odyſſ. Λ, 521 κεῖνον δὴ κάλλιστον ἴδον μετὰ Μέμνονα δῖον ſcil. inter Troianos.

κάλλιστος μὲν ἀνὴρ in his verſſ. recitat Galen. Protrept. 8.

675. ἀλλ' ἀλαπαδνὸς ἔην. proprie ὁ εὐπόρθητος, nunc ἀσθενὴς, poteſt et ad exiguas copias referri, et eſſe ἄναλκις. Etiam Heſych. reddit ἄνανδρος.

676. 7. recitat Strabo X, p. 748 A. et partem Stephanus in Νίσυρος. Κάσος. Κῶς. In Lipſ. eſt Νίσσυρον et pro Κάσον, Θάσον. Apud Apollon. IV, 1635 eſt παιπαλόεσσα Κάρπαθος. vbi Schol. hunc vſ. excitat. Tum Κὼν eſt in Vrat. A. Καλύμνας inter var. Lect. refert Barnes: ex Strabone X, p. 749 B. Καλυδνὰς Flor. Ald. 1. Vrat. C.

Ex nonnullis Sporadibus, inter Rhodum et Cretam Aſiae a meridie ſubiectis copias duxere *Phidippus* et *Antiphus* Theſſali filii quem Hercules ex Chalciope Eurypyli filia ſuſceperat: Apollod. II, 7, 8. cf. Not. p. 492. Erat autem Eurypylus rex Coorum, ab Hercule a Troia reduce interemtus. v. ibid. II, 7, 1. cf. inf. ad Ξ, 255. O, 28. *Niſyrus:* cuius ortum fabula nobilitauit, in gigantum pugna coniecta in Polyboten parte inſulae Conatam eſſe eam inſulam, ſiue omnino propter viciniam, ſiue quod terrae motu pars media inter duas inſulas corruerat mari ſubmerſa: Apollod. I, 6, 2. p. 20. cf. Not. p. 75. Strab. X, p. 748. 749. Stephan. Byz. et Holſten. Κράπαθος eſt vulgo dicta *Carpathus*, a qua *mare Carpathium*. Nec longe abeſt *Caſus*. v. Strabo l. l. Stephan. h. v. *Cos* ſatis nota vel Venere Coa, Aeſculapii templo et Hippocrate medico. Eam Meropes tenebant; haud dubie barbari; In Νόστοις, a Podalirio et Machaone eam inſeſſam eſſe, narratum eſſe debuit: cf. Ariſtid. I, p. 42. 43. videndus de ea Strabo XIV, p. 971 et Theſſalus in Presbeutico: p. 943 ed. Linden. *Calydnae* duae inſulae, eodem in loco, quarum altera *Calymna* dicta, teſte Strabone X, p. 749. vnde promiſcue et Calydnae et Calymnae dictae. Noli confundere alteras Calydnas

Digitized by Google

iuxta Tenedum, in fabula de Laocoonte narrata obuias: de his Strabo XIII, p. 900 extr. cf. ad Apollod. p. 1125.

678. 9. τῶν αὖ. variant et hic edd. et libri, cum in multis sit τῶν δ' αὖ. sic Mori. Eton. Vrat. c. et margo Cant. et ap. Strabon. qui hos versus excitat XIV, p. 966. B. Erat autem Thessalus Herculis filius ex Chalciope Eurypyli filia susceptus, (Apollod. II, 7, 8.) p. 163. cui paternum regnum ille reliquit.

δύο Ald. 2. et hinc ductae. δύω Flor. Ald. 1. Rom. repetiit Turn. Steph. et rel.

680. τῶν δὲ τριήκοντα. Lipsi. Eton. τοῖςδε quod praefert Bentl. vt conueniat cum 603. 733. cf. ad 516.

681. Initium inde fit recensus copiarum e Thessalia adductarum. Commentatur in h. l. Strabo IX, p. 658 sq. Obseruat is, Thessaliam apud Homerum in X partes seu dynastias esse diuisam. Scilicet nouem duces deinceps memorantur; omissa decima turma Dolopum, duce Phoenice, quam tamen alio loco nominat I, 480. Plerique hi duces Aeolicae stirpis erant; alii Achaeis annumerati, vt Achilles, Polypoetes.

Achillis ditio, quae primo loco memoratur, latius patuit quam forte putes: scilicet inde a Trachine sub Oeta vsque ad Enipeum, vbi est Pharsalus, a qua non multum abfuisse *Helladem* putarunt Pharsalii, Melitaeensibus tamen Helladis vestigia in agro suo monstrantibus: ap. Strabon. IX, p. 660 quem exscripsit Eustath. Debuit ea inde procedere ad Peneum vsque, siquidem circa Lariſſam *Argos Pelasgicum*, seu vrbem seu tractum, fuisse aiunt: Strabo p. 659 A. Interiectae tamen et ab oriente finitimae fuere dynastiae Protesilai, Eumeli, Philoctetis. Locus classicus est Strabonis p. 661 A. τὴν δὲ ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ (sc. χώραν νομίζουσιν εἶναι) τῆς Φθίας ἀπὸ Δολοπίας καὶ τοῦ πεδίου μέχρι τῆς Μαγνητικῆς θαλάττης, μέχρι τε τῆς ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ πόλεως Ἀντρῶνος, ἣ νῦν πληθυντικῶς λέγεται· scil. Antrones. (ita constituendus iste locus.) Fuit adeo Sperchius fl. quoque in Achillis ditione, cui ille comam dedicauerat: Il. Ψ, 142. ibid.

p. 662 A. B. vbi etiam vrbes ei ſubiectae enumerantur.

Inſederant Theſſaliam Pelasgi, et manſere etiam poſt auctas Hellenum opes, cum Aeolenſes et Achaei magnam eius partem occupaſſent.

Verſus 681—4. ſunt apud Strabon. IX, p. 658. verſum 681 iterum excitat idem p. 568 B. Vſ. 681 et 683. Schol. Apollonii ad IV, 1329. et I, 14. vbi cf. Schol. Hemiſtichium vſ. 681 eſt ap. Stephan. in Πελασγία.

Argos Pelasgicum, Πελασγικὸν Ἄργος, dictum eſſe reſpectu ad Ἄργος Ἀχαϊκὸν manifeſtum fit: cf. Excurſ. ad B, 108. Fuere, qui pro omni Theſſalia dictum h. l. eſſe vellent, forte vt Argos Achaicum de tota Peloponneſo accipi ſolet. Ita fit, quod mireris, vt v. c. inf. 730 Oechaliam ad Argos Pelasgicum pertinuiſſe dicant Steph. Byz. et alii. Etymol. in Ἄργος — ἐπὶ δὲ τῆς θαλάσσης leg. Θεσσαλίας. Νῦν αὖ τοὺς verſus hic apponitur:

681. Νῦν αὖ τοὺς, ὅσσοι τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἔναιον ξ- (deb. ξι-) ὅτι Ζηνόδοτος μετέγραφεν (ergo ipſe mutavit?) οὕτως·

οἱ δ' Ἄργος τ' εἶχον, τὸ Πελασγικὸν, οὐδαρ ἀρούρης.

(vti inf. legitur I, 141. ſed de alteris Argis Achaicis) Contra disputat Sch. A. Homerum ſtudioſe transitum facere ad Theſſaliam; ſubintelligi putem ex ſuperioribus ἔσπετε, vel νῦν ἐρέω. — poſſe quoque in ſeqq. varie interpungi; Anacoluthon obſeruarunt alii quoque et Clarke.

Verſum recitat Apollon. Lex. in Ἄργος et Schol. Apollon. I, 14. vtrobique expreſſum eſt: Νῦν δ' αὐτοὺς, ὅσσοι τὸ Π. atque hoc idem edd. Homeri obſederat ante Stephanum excepta Ald. pr. quae αὖ τοὺς exhibet. νῦν δ' αὐτοὺς Vrat. a. c. A. νῦν αὐτοὶ Vrat. b. οἱ δ' αὐτοὶ ὅσσοι Mosq. 1. νῦν αὐτοὺς ipſe Venetus. At νῦν αὖ ſeruat Eton. Corrigebat Bentl. Νῦν αὖ τῶν, ὅσσοι vt tum 685 eo redeat poeta τῶν αὖ π.

682. *Alos* Phthiotica ad Ambryſſum: Strabo p. 661 B. Euſtath. Fertur ea condita eſſe ab Athamante, Aeoli f. cuius quoque Campus Athamantius dictus ibi fuit. cf.

Digitized by Google

Notas ad Apollod. I, 9. 2. p. 140. Apud Schol. Apollonii I, 482 eſt πόλις Αἰτωλίας a patre Aloidarum condita: leg. Θεσσαλίας.

Alope obſcurus vicus in Phthiotide; alius in Locride Epicnemidiorum, e quo oriundi iſti: v. Strabo IX, p. 653 C. Euſtath. Cum eſſent, qui Alon et Alopen in Locride quaererent, controuerſia exorta eſt; fuere quoque qui pro Alope *Aliuntem* reponerent et ſcriberent: οἵ θ' Ἅλον οἵ θ' Ἁλιοῦνθ' οἵ τε Τρ. ap. Strabon. IX, p. 661 B. Scribitur autem Ἅλος et Ἄλος, tum ὁ et ἡ Ἅλος. — Schol. Apollonii I, 482 laudat οἵ τ' Ἅλον εἶχον. Occurrit quoque nomen vrbis in Herodoto VII, 172. vbi Achaiae in Theſſalia eſt.

Trachin ad Sinum Maliacum prope Thermopylas notiſſima; a qua non longe abfuit Heraclea Trachinia. Strabo p. 655 B. Τρηχῖνα νέμοντο Ariſtarchus: cum vulgo ſit Τρηχῖν' ἐνέμοντο. etiam ap. Strabon. l. c. Male paſſim Τραχῖνα, quae vulgaris fuit enuntiatio.

683. οἵ τ' εἶχον Φθίην καὶ Ἑλλάδα καλλιγύναικα. Verſus eſt ap. Strabon. IX, p. 659 C. priùs hemiſtichium p. 666 B. οἵ θ' Ἑλλάδα Mosq. 1.

Helladem et *Phthiam*, quas vnam eandemque cum Achaia habuerunt nonnulli, aperte diſtinguit poeta pluribus locis Il. I, 474. 395. Od. Λ, 495. Vtraque in Achillis ditione fuit, de qua modo dictum ad vſ. 681. In Schol. legitur: Ἑλλάδα οἱ μὲν πόλιν μίαν, οἱ δὲ πᾶσαν Φθιῶτιν· ὃ καὶ βέλτιον. Immo vero male. Nam Phthiotis cum ſerioris aetatis fuit, (Hellanico tamen iam nota ap. Harpocration. in τετραρχία) tum multo latiores fines habuit, quam Hellas πόλις, h. e. *tractus*, ager, regio, κατοικία. habitabant enim tum vicatim et ſparſis ſedibus. cf. ad I, 447.

Iam grauis disputatio exoritur de eo, quod paſſim in Odyſſea occurrit, ἀν' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος. Λ, 344. Δ, 726. 816. Ο, 80. nam in Iliade occurrere non vidi. Ex altero in his locis adiuncto (μέσον Ἄργος) apparet, etiam prius, *Helladem*, latius eſſe dictum, etſi,

Digitized by Google

quam late, non satis certo definiri possit; omnino tamen *Thessalia et Peloponnesus* declarata esse putanda est, quandoquidem magnam vtriusque partem Achaei insederant. Etiam Apollon. I, 904 Ἑλλάδα γαῖαν pro Thessalia dixit. Itidem pro Thessalia Ἑλλάδα Il. I, 395 dictam accepit Aristarchus; quod ab eo loco est alienum: nam est ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε. quae sunt duae vrbes s. tractus in Achillis ditione. Scholion ad h. v. in Ven. et ad 688. in Wassenb. et Eust. p. 321. cum Pelasgum, Phthium, Achaeum, Haemonis (non Ἄιμωνος) filios, Thessali nepotes edunt, turbant omnem historiarum rationem; estque Scholion petitum ex scriptis eorum, qui, certam opinionem (nos hypothesin dicimus,) sequuti, ad Arcades reuocabant rerum origines, quos sequuntur Dionys. Halic. I. et Paus. VIII. pr.

Phthiam inter Helladem et Alon fuisse, e multis colligas; tractum potius quam oppidum. At *Phthii* latius habitarunt, nam etiam illi, qui sub Protesilao, et sub Philoctete, erant, Phthii appellantur Il. N, 686. 693. 699. forte et ii, qui cum Eurypylo erant, finitimi istis: B, 734 sq. cf. Strab. p. 660. 661. Phthiotis autem, vt modo dictum est, serioris geographicae rationis est regio.

684. Μυρμιδόνες δὲ καλεῦντο καὶ Ἕλληνες καὶ Ἀχαιοί. ξ Obseruat Sch. A. „dignum esse obseruatu, quod solas Achillis copias Ἕλληνας dixit poeta.“ Nec vox nisi solo hoc loco occurrit: Nisi quod supra 530 in versu suspecto de Aiace Oilei, Πανέλληνες καὶ Ἀχαιοὶ memorantur. Wetstenius apud Wassenberg. versum a paraphraste omissum videns, omnino eum in suspicionem adduxerat, ea quidem de caussa, quia iam ante A, 180. B, 530 Myrmidones memorati sunt; quae sane caussa per se leuissima est, vt recte monuit Wassenb. nec paraphrastae, serioris hominis, parum docti, auctoritas esse potest tanta, vt eius iudicio versum tollere velis. Grauioris momenti res est, quod versus abest a cod. Lips. et Vrat. A. Versum tamen esse satis antiquum, et iam ab Alexandrinis receptum, dubitari nequit; recitat eum

quoque Strabo IX, p. 658 C. et VIII, p. 568 C. Plinius IV, 8, 14. grammatici autem ſaepe; Sic Schol. Apollon. I, 284. IV, 1329 et III, 774. Mouet tamen verſus iuſtam ſuſpicionem grammatici interpolatoris, qui varias appellationes, quibus occurrunt Achillis copiae, declarare voluit; e quibus vna, quod Ἕλληνες dicti ſunt, ne quidem Homerica eſſe videtur; Homerus enim *Helladem* norat, vix pariter *Hellenas*. v. inf. ad 684.

Myrmidones a Myrmidone, Actoris patre dicti, ex Aegina, quam incolebant, (Strab. VIII, p. 576.) Peleum erant ſequuti (Strabo IX, p. 662.) Phthiam fugientem ad Eurytionem: (Apollod. III, 13, 1. Not. p. 785.) Ipſe Myrmidon ex Aeolidarum ſtirpe erat; annumerati tamen Myrmidones Achaeis, quibus ſe adiunxerant; iidem *Hellenes* quia ab Hellene Aeolus ſtirpis auctor natus erat; vt adeo dicendum eſſe videatur, Hellenum nomen latius patuiſſe, et non niſi Hellenum partem habitos eſſe Myrmidones vt et Achaeos; ſcilicet fuiſſe *Hellenum* tribum, ſeu ſtirpem ab Hellene ortam, in locis circa Phthiam et Helladem ſedes antiquas retinentem; cum alii, in alias terras profecti, noua nomina adſciuiſſent, vt Achaeorum, Ionum; nam, quod miror, Aeolum nomen in Homero non occurrit; Dorienſes in Creta memorantur: Od. T, 177. Adiunxiſſe iis ſe et communes ſedes habuiſſe videntur mox Achaei et Myrmidones; facta inde quoque nomina communia. Inf. Π, 595. 596 Bathycles vnus e principibus Myrmidonum narratur *ἐν Ἑλλάδι οἰκία ναίων*.

Ἕλληνες. *Hellenes*, appellati, quatenus ab Hellene oriundi erant, qui iſta Theſſaliae loca incoluerat, nam Phthiam tenuiſſe fertur Hellen: de qua disputatum ad v. 681. et 683. cf. Strab. VIII, p. 587 C. ab Hellade Hellenas dictos parum grammatice traditur, etiam a Sch. A. ad Π, 595. Inualuit poſtea nomen, vt ad omnes Graecos, ab Hellene oriundos, aut in iſtam gentem coaleſcentes transferretur; Nam nusquam hoc animo dimittendum eſt, in Hellenicum nomen plurimas gentes Pelas-

Digitized by Google

gicas coaluiſſe et nominibus ſuis depoſitis commune Hellenum nomen adſciuiſſe: perpetuo populorum per omnes annales more, vt ab eo, vel iis qui principatum habent, nomen communicetur. Apud Homerum tamen nondum Hellenicum nomen vniuerſae gentis fuit, ipſo Thucydide I, 3 obſeruante (Strab. VIII, p. 568 C. XIV, p. 976 C.) Iſta aetate *Hellenum* nomen intra Theſſaliam continebatur: vt et Apollodor. (in fragm. p. 1111.) apud Strab. p. 568 C. docet, qui etiam addit, primos Heſiodum et Archilochum Hellenas pro tota ſtirpe ac gente dixiſſe. Ex his etiam conſtituendum, quod Ariſtarchus recte ſenſerat, male illud expreſſum a grammaticis ad I, 395 et alibi, ſtatuiſſe eum, Helladem eſſe ſolam Theſſaliam, nunquam totum continentem, vt nec Hellenas omnes Graecos. Si enim accuratius rem expendas, videbis, vt ſupra iam monui, omnino dubitari poſſe, an *Hellenum nomen* ab Homero pronuntiatum fuerit. Scilicet occurrit illud non niſi *binis locis:* primum hoc verſu, quo Myrmidones eo nomine declarantur; an ab ipſo Homero, ſupra dubitatum vidimus, et vſ. 530 in verſu iure ſuſpecto, vbi Aiax Oilei ἐγχείῃ ἐκέκαστο Πανέλληνας καὶ Ἀχαιούς. Conf. ad haec et alia Palmer. et Prideaux ad Marm. Parium. Hudſon. ad Thucyd. l. c. Vt latiore Hellenicum nomen notione acciperetur, prima, quantum teneo, cauſſa ſuborta eſt, ex interpretatione ſeriore famae antiquae, cum Aeacus oraculo excitus, vt, ſiccitate agros premente, deos placaret, τῷ Πανελληνίῳ Διὶ litauit: Pauſ. II, 29. p. 179. Apollod. III, 12, 6. et primo loco Pindarus Nem. V. Ex vſu vulgari ſeu mythorum interpretes, ſeu poetae, Ἑλλάδα ea calamitate fuiſſe oppreſſam putaſſe videntur; atqui haec Theſſaliae fuit, et Aeacus potuit ex Aegina eo eſſe accitus. Increbuit ſenſim et temporum ſucceſſu nomen Hellenicum, poſteris Hellenis in multas vrbes (quas Pelasgicae ſtirpis populi tenebant) admiſſis; (Thucyd. I, 3.) tum Olympicis ludis, ad quos ſoli Hellenes admiſſi, tandemque concilio Amphictyonum inſtituto.

Digitized by Google

Achaeorum ſtirpis et nominis varia fuit fortuna. Maturius illa eſt obliterata ceteris ſtirpibus; maturiora tamen habuerat incrementa. Primas enim partes inter Hellenas tenuit belli Troiani tempore; poſtmec a Doribus principatu et Peloponneſo decedere iuſſa in littorali plaga ſe continuit. At apud Homerum Achaeorum nomen per Theſſaliam et Peloponneſum ſummam rerum tenuit: nam in Graecia proprie dicta, hoc eſt inter Iſthmum et Oetam, nullos Achaeos memoratos memini; tenebant ea loca Aeolici, Dorici et Ionici generis populi.

Qui vero h. l. memorantur Achaei, Ἀχαιοί, ſunt il, qui Phthiotidem inhabitabant; non vero tota Achaeorum ſtirps. Scilicet *Hellene*, qui Phthiam tenebat, mortuo *Xuthus*, a fratribus Theſſalia eiectus, Athenas confugerat, vbi ex Erechthei filia ſuſcepti *Achaeus* et *Ion*. Hic quidem Aegialeam occupauit, at Achaeus in Theſſaliam rediit, ſiue ex Laconica profectus, quam antea occupaverat, (ſecundum auctores, quos Strabo ſequitur lib. VII, p. 588 A. C. p. 561 C.) ſiue ex Aegialea, (vt apud Pauſan. VII, 1 res narrata.) Incoluerunt itaque Achaei Phthiam et Helladem; neque adeo mirum, apud Homerum occurrere et h. l. Οἵ τ' εἶχον Φθίην — Ἀχαιοί. Et Il. L 395 πολλαὶ Ἀχαιΐδες εἰσὶν ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε. Nam Hellas et Phthia erant Achaeorum. Tenuerunt quoque Achaei eam, quae poſtea dicta eſt, Phthiotidem, et appellati ſunt Achaei Phthiotae; ſupererant illi adhuc Herodoti et Thucydidis aetate, et memorantur vltimo loco inter populos, quos Philippo victo Romani liberos eſſe iuſſerunt, ap. Liu. XXXIII, 32.

Ex iis qui in Peloponneſo confederant, fuere, qui, Pelasgis admixti, *Argos* occuparunt, ab iis Ἀχαϊκὸν dictum; cumque reges Argiuorum plures vrbes in ditione haberent, eueniſſe putandum, quod fieri ſolet, vt omnis regum ditio et *regio* et ipſa appellaretur Ἄργος; vtque *incolae* earum vrbium, quae in Argiuorum ditione erant, et ipſi *Achiui*, Ἀχαιοί, appellarentur (cf. ſup. ad B, 108.) inque his Mycenae et ipſa Lacedaemon, etiam tum

Digitized by Google

cum regem illae suum haberent, Menelaum et Agamemnonem. Narrantur quoque Achaei filii, Archander et Architeles, Argos commigrasse et Argolidem tenuisse Spartamque occupasse: Pausan. l. c. p. 522. quae saltem eam famam firmant, ex Achaeis fuisse, qui antiquitus haec loca incolerent. Etsi autem Aeolum stirps numerosior fuisse videatur, et Pelasgorum multo magis: superius tamen factum est Achiuorum nomen propter Mycenarum opes et Spartae auctoritatem; vt altera ex parte in Thessalia propter Achillis virtutem.

Obseruatu itaque dignum est, in Homero vocis Ἀχαιῶν acceptiones occurrere varias, vti et Ἀχαιΐδος. Sunt *Achaei* dicti primo ratione *stirpis communis*. Hinc et Ithacenses in Odyssea sunt Ἀχαιοὶ et Παναχαιοί. Sunt *Achaei* ratione *habitationis*, in Phthiotide et Peloponneso. Ἀχαιὶς pro Phthia Il. Λ, 769. Et in Il. Γ, 75 Ἄργος ἐς ἱππόβοτον καὶ Ἀχαιΐδα καλλιγύναικα etsi per appositum dicta esse possint, tamen hanc ex oppositio dictam referre malo ad Phthiam, quia et alias iungit Φθίην καὶ Ἑλλάδα καλλιγύναικα. Ita puto Penelopen nomine vsam Od. Φ, 107. aut etiam latius pro Thessalia; vt vocem vsurpauit Apollon. I, 284. vbi cf. Schol. IV, 1329 et III, 774. et Παναχαιὶς I, 243. et III, 347. Porro Achaei dicti ratione *regni*, quod in Peloponneso obtinuerant, cum Argos opibus valeret, et magnae Peloponnesi parti imperaret, nomenque eius clarum haberetur: ἡ δόξα τῆς πόλεως celebratur ap. Strabon. p. 570 C. Ita Ἀχαϊκὸν Ἄργος pro Argolide, tum pro tota Peloponneso dici coepit, vt Il. I, 141 εἰ δέ κεν Ἄργος ἱκοίμεθ' Ἀχαϊκὸν οὔδαρ ἀρούρης. vbi manifestum fit, non de vrbe sola, sed de patria ac de toto regno dici, in quo Mycenae erant. Ab Argis itaque *Argiui* dicti iidem Achaei, atque *Danai*, etsi valde improprie; nam erant hi antiqui incolae Pelasgicae stirpis, a Danao aduena appellati conditore arcis Argorum; cf. sup. ad 559. Strab. VIII, p. 570 B. C. Tandem Ἀχαιὶς *vniuerse de omni Graecia* dicta esse videtur, vt statim Α, 254 ἣ

μέγα πένθος Ἀχαιΐδα γαῖαν ἱκέσθαι non poteſt eſſe niſi omnis Graecia, omne genus Hellenicum. Sic H, 224. Et hactenus recte Apollon. Lex. Ἀχαιοὶ πάντες οἱ ἐπὶ Ἴλιον στρατεύσαντες. Heſychius: οἱ Ἕλληνες. κυρίως δὲ οἱ κατοικοῦντες μέρος τι τῆς Πελοποννήσου. Quod tamen adiicitur τὴν καλουμένην Ἀχαΐαν, ab Homericis aetatibus alienum eſt. Nec aliter dicti eſſe poſſunt Παναχαιοί· vt B, 404 Agamemnon conuocat ἀριστῆας Παναχαιῶν.

Si nunc populos ab Homero memoratos ad ſtirpium origines reuoces: eas iam tum in plerisque admodum obliteratas deprehendas fuiſſe, nominibus fere et originibus ab iis petitis, *qui praeerant:* id quod in aliorum quoque populorum originibus eruendis animo haud dimittendum eſt. Scilicet I. etſi Graeci *Hellenicae* haberi volebant *ſtirpis, permixti tamen erant cum Pelasgis et Thracibus:* idque tantum non de omnibus videtur eſſe pronuntiandum; ita vt nequaquam liceat referre Hellenes inter populos ab vna ſola ſtirpe oriundos, vt v. c. Hebraeos. Omnino paullo iactantius nomen Hellenicum a barbaris ſeiunctum memorarunt Graeci, Graeca vanitate gloriabundi. II. Etſi *Achaeorum* nomen obtinuit, non tamen omnes ab Achaei ſtirpe fuere ducti, qui eo nomine appellabantur; vt nec omnino ſtirpes illas Hellenicas ita inter ſe ſeparatas fuiſſe ſtatuere licet, vt v. c. Dores nullam aliam quam Doricae ſtirpis progeniem continerent: Transierant enim in vnamquamque ſtirpem et cum ea permixti erant et ſingulae familiae, et tribules et totae ciuitates ac tractus ex ceteris ſtirpibus oriundi. III. Latiſſime *Aeolica ſtirps* et ſedes et principatum tenuit, cum ex ea eſſent duces, heroes fere habiti; ſub Achaeorum tamen nomine ii veniunt, quia ex hac ſtirpe potentiſſimi duces illa aetate erant; Aeolum nomine non frequentato in Homero.

Achaei itaque fuere *Argiui, Mycenaei, Lacedaemonii.* Porro *Phthii*, qui ſub *Achille, Proteſilao, Eumelo, Philoctete*, erant, adeoque qui Phthiotidem et Magneſiam incolebant; forte et ii, qui ſub *Podalirio* et

Machaone, et qui ſub *Eurypylo* erant; etſi ex Aeoli ſtirpe omnes fere ſunt eorum duces, quos memoratos reperias. Omnino ita permixti fuere inter ſe *Aeoles et Achaei*, vt ipſa nomina permutata et pro iisdem haberi videas: cf. Strabo VIII, p. 514. Recte adeo v. c. eos qui ſub Philoctete erant, Olizones, Aeolenſes appellantur apud Porphyrium in Euſtath. p. 329, 16. Porro *Aeoles* erant *Boeoti*, *Phocenſes*, *Locri*. Tum *Pylii*, *Elei*, *Dulichii*, *Ithacenſes*; etſi et hi Achaei dicti; etiam Aetoli, ſed cum barbaris permixti; et *Euboeenſes*, etſi Abantes dicti, Thracicae ſtirpis, debuere tamen iam tum cum Ionibus et Aeolibus eſſe mixti; ſerioribus temporibus inter Iones fuere habiti. Ita et *Arcades*, Pelasgi erant, ſed cum Aeolibus et Doribus mixti, et inter Aeoles numerati, Aeolico quoque ſermone vſi ſunt: cf. Strabo p. 514 B. *Cretenſes* ad Dores poterant referri; nam illi, inter barbaros variarum ſtirpium, eam tenebant: Od. T, 176. *Rhodii* autem, aliquando Dores, illo tempore adhuc Aeolenſes et Achaei fuere.

Quod mirationem facere poteſt, eſt, quod *Heraclidarum* nulla mentio nec *Doridis* occurrit. Scilicet haec ab populis nullo vitae cultu vtentibus iſto tempore habitata eſſe videtur. Hylli autem ſtirps nullas adhuc opes, nullum nomen habere potuit. Mirari licet et hoc, quod Ionum omnino nulla inſignior memoratio occurrit in poeta Ione; niſi Athenienſes: v. inf. N, 685. Scilicet Ionum et Ionicae ſtirpis nullae omnino Troianis temporibus fuere opes.

Nec vero dixerit aliquis me in his extra oleas vagari. Ad rerum enim hominumque vitam et ad innumeras res tanquam ad intuitum et ſenſum in Homero reuocandas iis carere non poſſumus, et ipſe me iis deſtitutum eſſe ſaepe aegre ferebam.

M. δὲ κἀλεῦντο. Pro hoc κἀλεῦντο et δ' ἐκἀλεῦντο occurrit; hoc in Vrat. a.

686—694. — Nouem hos verſus ἠθέτησε Zenodotus. Reponitur a Schol. A. eſſe tamen verſus neceſſa-

Digitized by Google

rios. Neceſſarios quidem haud arbitror; verum nec otioſos eſſe dixero. Vellem cauſſa iudicii Zenodotei eſſet appoſita. Defuitne hic verſuum numerus in aliis libris? Nunc tota obſeruatio vana eſt et otioſa.

686. *πολέμοιο δυσηχέος.* primo nunc occurrit epitheton hoc pugnae, vt Latini *horriſonam* dixerunt. Inde et mors *δυσηχής*. v. ad Π, 442.

687. *ὅστις σφιν.* Etiam h. l. multi cum Veneto *ὅς τι σφιν.* ſic et ed. Flor.

688. *κεῖτο γὰρ* — Schol. *ἀργῶς διετέλει.* Bene Koeppen laudat illud Callini: *μέχρις τεῦ κατάκεισθε;*

689—693. *Lyrneſſus* in regione Adramyttena non longe a Thebe (de qua v. ad A, 366) auſtrum verſus ſita, ſupra Adramyttium: v. Strabo XIII, p. 910. direpta ab Achille vna cum Thebe: vt h. l. T, 60. Υ, 92. et 192. inpr. T, 291 ſqq. Strabo XIII, p. 875 C. Tenebant eam *Cilices* ſub rege *Mynete:* qua de re v. notata ad B. fin. aſſignata tamen Troadi cum Theba: vnde et Quintus IV, 478 *Λυρνησσοῖο Τρώϊον ἄστυ.* In hac vrbe capta ab Achille fuit *Briſeis* Homero dicta, h. e. Briſei filia, Hippodamia aliis appellata, Achilli ex praeda tanquam praecipuum munus, *ἐξαίρετον*, aſſignata. Pater fuit *Βρίσης* vel *Βρισεύς*, v. Meziriac. ad Ouid. Epp. P. I. p. 227 ſq. Cum Lyrneſſo euerſa *Pedaſus* Υ, 92. Sita ea ad Satnioentem alto loco (Z, 35 *Πήδασον αἰπεινήν*). Alia addiderunt alii poetae: *Briſen* incoluiſſe *Pedaſum;* habitum illum pro Chryſae fratre; patre Ardye, Euſtath. p. 77. filiam autem adductam Lyrneſſum, vt regi Myneti nuberet: ſic Schol. br. et Euſtath. p. 322, 32. Certe vrbe capta illa viderat maritum ante muros caeſum, T. 291. 2. etiam tres ſuos fratres 293. 4. *Mynes*, rex Lyrneſſi, vt h. l. diſcimus v. 693. 4. filius fuit Euenі, Selepii vel Selepiae nepos, caeſus cum Epiſtropho fratre, vt 692. cf. ad Hygin. f. 106. *Pedaſum* aliquando tenuerat Altes, Lelegum rex, cuius filiam Laothoen duxerat Priamus ex eaque ſuſceperat Lycaonem Φ, 84 ſqq.

689. ξ quod in *κούρης χωόμενος* desideratur *περί*. obseruatiuncula saepe iterata.

690. ξ quod Zenodotus *ἐν Λυρνησσῷ* legerat. At, inquit, Schol. A. vrbe direpta eam in praedae parte acceperat Achilles. *Λυρνησοῦ* et *Λυρνησὸν* Lipsi. Vrat. a. b. A. probe, si antiquum morem constanter in ceteris quoque seruabimus.

692. *καὶ δὲ Μύνητ' ἔβαλεν*. Post *διαπορθήσας* debebat sequi *καὶ καταβαλὼν Μύνητα*, notante quoque Sch. B. L. — *ἔβαλεν* admitto *τὸ ν* hoc loco nostro aurium iudicio; an idem Homerici aeui fuerit, valde dubito.

Μίνυτ' Ald. 2. et alii vitiose. Vera lectio est quoque ap. Strabon. XIII, p. 920 C. cf. Il. T, 296. Cur vero Ionica ratio non sit seruata *Μύνητα βάλεν*, non video. Est ea quoque in codd. vt in Vindob. Alteri.

ἐγχεσιμώρους. varie deducitur haec vox, quae primo nunc occurrit, ap. Apollon. Lex. Etymol. Schol. et al. Accipio dictum pro *ἐγχεσίμοιρος* a *μοῖρα*, cui fatum et sors in armis est, et simpl. qui armis vtitur. cf. *ὠκύμορος* inf. Δ, 242. Inde simpl. bellicosum, hasta pugnantem, designat.

693. Ad h. v. cf. dicta ad 689—693.

694. *τάχα δ' ἀνστήσεσθαι ἔμελλεν*. ξ quia Zenodotus scripserat *ἀνστάσασθαι* (corruptum in Ven. *ἀναστ.* quomodo quoque Aldinam 2. et hinc alias insedit *ἀναστήσεσθαι*). Verum Zenodotus haud dubie *ἀνστήσασθαι* legerat, qui vsus non infrequens est cum *μέλλω*. Quod hic et Σ, 358 *ἀνίστημι* est, id alibi est *ὄρω*, vt Θ, 474 *πρὶν ὦρθαι παρὰ ναῦφι ποδώκεα Πηλείωνα*. Ceterum color orationis iterum occurrit inf. 724.

695. *Phylace* Phthiotidis est Maliensibus vicina. Strabo IX, p. 661 C. *Pyrasus*, *Antron*, et *Ptelous* erant ad mare sitae: p. 664 C. 665 A. B. Mirum est in vrbe *Phylace* primam esse breuem in *Phylacus* longam, vt mox 705 *Φυλακίδαο*. res iam aliis notata, etiam Heinsio et Hemsterhusio ad Lucian. Versum recitat Stephanus in *Φυλάκη*. Apud eundem est *Πύρασος*, etiam ap. Strabon.

p. 665 A. vti et habent codd. Cant. Mori. Barocc. Eton. Vrat. a. b. Mosq. 1. cum Veneto. Iure igitur vulgatum antea Πύρρασον emendarunt Wassenb. et Wolf.

696. ξ— quod τὸ Δήμητρος τέμενος non, vt nonnulli putarunt, epitheton est Pyrasi, sed τὸ Δημήτριον vrbs fuit. Sic quoque Apionem et Herodorum statuisse ex Eustath. disco p. 320. Scilicet copulae defectus in verbis: καὶ Πύρασον ἀνθεμόεντα, Δήμητρος τέμενος, adduxit multos, vt vtrumque pro eodem, et hoc prioris appositio haberent. Etiam Strabo IX, p. 665 A. τὸ δὲ Δημήτριον Δήμητρος εἴρηκε τέμενος, καὶ ἐκάλεσε Πύρασον. Subiicit tamen ipse esse Pyrasum vrbem cum portu, et duobus ab ea stadiis esse Δήμητρος ἄλσος καὶ ἱερόν. Hactenus possit Pyrasus dici per appositionem Δήμητρος τέμενος, quia in agro suburbano templum habuit. Verum et sup. 647 Λύκτος sine copula interposita erat. Cur tamen non scripsere Δ. τέμενός τ' Ἴτωνα.

τὸ Δήμητρος τέμενος, seu τὸ Δημήτριον, quod et ap. Steph. Byz. h. v. habetur, in agro Pyrasi fuisse recte dicitur A. *Iton* nobilis fano Mineruae Itoniae: v. Strabo ibid. Eodem nomine alia vrbs erat Boeotiae. v. ibid. et Schol. Apollonii I, 551. Etymol. al. Apud Stephanum in hoc versu Ἰτῶνα legitur; adiicitur indigenas sic pronuntiasse, alios Σιτῶνα; quod inter Var. Lect. referre haud debuerat Barnes. Antiquitatem in voc. μητέρα μήλων facile agnoscas. Ab Itono Thessaliae haud longe aberat τὸ τέμενος Apollinis Pagasaei, in quo Cycnus transeuntem per ea loca Herculem ad pugnam pronocabat, quae descripta est in Scuto Herculis.

697. ἀγχίαλόν τ' Ἀντρῶν' ἠδὲ — ξ— quia Zenodotus scripserat ἀγχιάλην τ' Ἀντρῶνα. vnde corrigendus Steph. Byz. h. v. Sed est, inquit Schol. A. commune ὁ et ἡ Ἀντρών. Scriptum quoque fuit Ἄντρωνα, docente Eustath. et sic editum est Hymn. in Cer. 496. Ἀντρῶνα ἠδὲ Πτ. codd. etiam Ven. Eust. sicque, vt intelligas, quam parum scriptis et edd. in his tribuendum sit, inde a Flor. legitur; nisi quod etiam corruptius, in ἠδὲ muta-

Digitized by Google

tum a Stephano, quod et in Strabone editur, p. 538 A. vbi hic verſus laudatur; apud Steph. Byz. tantum hemiſtichium extat: *ἀγχίαλον Ἀντρῶνα*, vt et in Schol. Primum video correxiſſe Barneſium.

Πτελεὸν λεχεποίην. eſt adeo *ἡ Πτελεός*. Alias dicta *τὸ Πτελεόν*. memorata vrbs Straboni IX, p. 665 B. et cum verſu hoc lib. VIII, p. 538 A. vbi eius coloniam eodem nomine in Elide memorat.

λεχεποίην ſuaue epitheton de herboſo ſolo: *βαθείας βοτάνας ἔχουσαν* quae *λέχος* ſeu *κοίτην* praebeant: Sch. br. Heſych. Suid. *κύκλῳ πόαν ἔχουσαν, ὥστε λέξασθαι* Apollon. Lex. vt eſt legendum. Inf. Δ, 384 Aſopus fl. eſt *λεχεποίης*.

699. *τότε δ' ἤδη ἔχε κατὰ γαῖα*. Monent Sch. B. L. ex canone grammaticorum ſcribendum eſſe *κάτα*. nam poſtponitur verbo pro *κατεῖχε*.

700. Verſum cum hemiſtichio ſequ. recitat, ſine varietate, Plutarch. an vitioſ. ad infelic. ſuppetat: pr. p. 498. *τοῦ δέ κεν* Cant. male. *ἐλέλιπτο* vitium Flor. et Ald. 1. v. Ern. ad Callim. in Cer. 94. *Proteſilai* vxor, *Laodamia*, Acaſti Argiuorum regis, filia, pietate in maritum nobilitata, cuius deſiderio illa ita tenebatur, vt per tres ſaltem horas cum eo colloqui cuperet. v. Hygin. CIII. CIV. et Euſtath. vnde patet, fabulam a poetis varie tractatam fuiſſe, etiam a tragicis, vt ab Euripide in Proteſilao. Notum eſt eius *ἡρῷον* ad Elaeuntem in Cherſonneſo Thracica, in quo Alexander ſacrum fecit in Aſiam tralecturus: ap. Arrian. I, 11, 8.

701. *καὶ δόμος ἡμιτελής. τὸν δ' ἔκτανε Δάρδανος ἀνήρ.* ξ— ſtigmae nihil reſpondet in Scholio. Spectauerat illa haud dubie ad poſterius hemiſtichium; quod aſſequor e Schol. ad vſ. 819. (Catal. 326.)

Quis ſit *δόμος ἡμιτελής*, varie exponitur in Schol. et Euſtath. Notum eſt *τὸ τέλος* de nuptiis dici: v. Ruhnk. ad Timaeum p. 224. at quid eſt domus, in qua *nuptiae dimidiae* ſunt perpetratae? quaſi *δόμος ἡμίγαμος*? Ferrem, ſi eſſet *γάμος ἡμιτελής, ἀτελής*. quod apud Philo-

ſtratum aliquoties eſt, vt Vit. Apoll. III, 1. Alii ſic exponunt, vt ὅμος ἡμιτελὴς dicatur, *in qua matrimonium iunctum nullos effectus liberorum ſuſcipiendorum habuit*; quod Hemſterhuſ. probabat ad Lucianum cum Waſſenberg. et Erneſti. Accommodate ſane ad ſententiam; ſed docendum ſaltem erat τελεῖν ὅμον eſſe, vxore ducta liberos ſuſcipere. Laborat quoque Apollon. Lex. καθ' ὃν ὅμον οὐδέ πω πάντα τὰ νομιζόμενα καὶ συγχυροῦντα τῷ γάμῳ συνετελέσθη. ἢ καθ' ἂν οὐκ ἔφθη πατὴρ κληθῆναι. τέλειος γὰρ οἶκος ὁ γένεσιν τέκνων ὑποδεξάμενος. Ita ſaltem dicam *domum* eſſe *imperfectam*, cuius hero deſunt liberi, tanquam τὸ τέλος τοῦ ὅμου, τοῦ οἴκου, vitae domeſticae, connubii, τοῦ γάμου. In eum modum Herodianus in fragm. ad calcem Moeridis Pierſ. p. 440 τέλειοι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς οἱ ἔντεκνοι; et hinc eſſe in hoc verſu ὅμον ἡμιτελῆ, quod Proteſilaus mortuus erat ἄτεκνος, cf. ibi Pierſ. Tollius comparat ex Aeſchyli Agam. 981 ἀνδρὸς τελείου δῶμ' ἐπιστρωφωμένου. ſed ibi eſt ſimpliciter, vir maritus vt γυνὴ τελεία. Melius forte conuenit παντελὴς δάμαρ ap. Sophocl. Oed. R. 949. propter liberos editos, τοῦτο γὰρ τέλειον ἐν γάμῳ, addit Schol. verſu noſtro laudato. Etymologus alio modo: οἶκος οἱονεὶ μὴ τέλειος, ἑτέρου τῶν συζύγων ἐστερημένος. *altero compare coniugii erepto.* Ita ὅμος ἡμιτελὴς erit χῆρος, fere vt ap. Strabon. VII, p. 454 C. Ἀβίους Scythas forte dictos ὅτι χωρὶς γυναικῶν ἡγούμενος ἡμιτελῆ τινα βίον τὸν χῆρον. καθάπερ καὶ τὸν οἶκον ἡμιτελῆ τὸν Πρωτεσιλάου, ὅτι χῆρος. Quanto ſimplicius haec dicta ſunt, ſi de vitae heroicae ſimplicitate cogites! qui filius familias nuptam ducebat, nouam domum ſibi exſtruebat: vt noſtri ruſtici ex ſe natis, ſi nuptam hi ducunt. Ita Priami ſiliis L. Thalami erant exſtructi inf. Z, 243 ſqq. ap. Maronem Aen. II, 503. et ſic in Aeetae domo ap. Apollon. III, 242 et al. Aula enim magnum numerum talium aedium continebat. Hoc illud eſt, quod inter alia in Scholiis occurrit: ἀτελείωτος. ἔθος γὰρ ἦν τοῖς γήμασι θάλαμον οἰκοδομεῖσθαι. Paria ſunt ap. He-

ſych. in θαλάμοιο νέοιο. quod ſpectat inf. ad P, 36. de noua nupta amiſſo marito: χηρώσας δὲ γυναῖκα μυχῷ θαλάμοιο νέοιο. Sane quidem Homerica voce *domum inceptam fruſtra* dixit Catull. LXVIII, 75. (vbi v. Intpp.) addit poeta, ſacra nuptialia nondum fuiſſe peracta: *nondum cum ſanguine ſacro Hoſtia caeleſtes pacificaſſet heros.* Is erat γάμος ἀτελής proprio ſenſu. Et Valer. Fl. VI, 689 *primo domus imperfecta cubili.* Verum hi Homericum illud in formam poeticam mutarunt, quod ad ſuae vitae rationem proprie Homerus dixerat.

τὸν δ' ἔκτανε Δάρδανος ἀνήρ. Quis ille ſit, alium ſcrupulum iniecit grammaticis: ſitne aliquis dictus Dardanus? (quod Porphyrius praetulit ap. Euſtath. exemplis ſimilibus adductus; vt Epeus (Ἐπειός) eſt faber equi Troiani, cum etiam vnus ex Epeorum gente ſit) an aliquis e Dardanorum gente et quisnam ille? Referunt itaque ad Aeneam ex vſ. 819. alii ad Achaten, eius amicum, quem Virgilius celebrauit, alii ad Euphorbum, vel Hectorem: Schol. Euſtath. Tzetza Antehom. 232. Quod vltimo loco memoraui, ſequitur Quintus Smyrnaeus lib. I, 814 vbi inculcatum ex loco noſtro οὐ γὰρ ἔτ' ἐσθλοῦ Δεύετ' ἀδελφειοῖο μάχῃ ἐνὶ Πρωτεσιλάου. Qui Euphorbum intelligunt. in animo habuere vſ. Il. Π, 807 vbi Patroclum haſta ferit Δάρδανος ἀνήρ, et ſtatim ſubiicitur Πανθοΐδης Εὔφορβος. Pro vocibus Δάρδανος ἀνὴρ ap. Schol. Lycophr. 531 recitatur Φαίδιμος Ἕκτωρ ex lectione Demetrii Scepſii (ita enim corr. ὁμοίως δὲ ὁ Δημόκριτος ὁ Σκήψιος). Additur: ita quoque tradidiſſe Sophoclem ἐν Ποιμέσιν.

702. πολυπρώτιστον vna voce multi. v. Euſtath. et νηὸς ἄπο. ſic quoque Vrat. a. Facta autem haec e vaticinio. v. Hygin. l. c. cf. Antehom. 222. et ibi Iac.

703. οὐδὲ μὲν οὔθ' οἱ ἄναρχοι ἔσαν, πόθεόν γε μὲν ἀρχόν. variant librarii, Mosq. 1. οὐδ' οἵ, et οὐ δὲ μέν; nec digna haec enotatu. at Cod. ap. Bentl. πόθεόν γέ μιν, vt repetitur vſ. 709. πόθεόν γε μὲν eſt forma antiqua loquendi pro καίπερ ποθέοντες, etſi deliderio pri-

Digitized by Google

ſtini ducis tenebantur, pro ſimplici: nec vero ſine duce erant, etſi priſtino duce amiſſo, ſed ducebantur a Podarce. vſ. 709 οὐδέ τι δεύοντο pro, *habuerunt*. vt Θ, 126 οὐδ' ἄρ' ἔτι δὴν ἵππω δευέσθην σημάντορος· αἶψα γὰρ εὗρον. vix enim repeti poteſt οὐδὲ, vt ſit οὐδέ γε μὲν ἀπόθεον ἀρχόν. Et ποθεῖν ſic vſ. 778 οἱ δ' ἀρχὸν ἀρητῆ Φίλου ποθέοντες Φοίτων. et O, 219 cum Neptunus abiiſſet, πόθεσαν δ' ἥρωες Ἀχαιοί.

704. Proteſilaus et Podarces erant filii Iphicli, iſque Phylaci, qui ex Deione, et is ex Aeolo nati, vt adeo ex nobiliſſima Aeolidarum ſtirpe eſſent. v. Apollod. I, 9, 4 et 12. Male Poeantem interponit et Proteſilai patrem edit Schol. B. L. (ad 202) Nam Poeas, Philoctetis pater erat; ſed emendandum eſt Scholion ex Euſtathio: Poeas cum Iphiclo fratre Phylacum parentem habuit. In Ariſtotelis Epitaph. (in Brunck. Anal. T. I, p. 181.) Podarces eſt Actoris filius; Niſi Ariſtotelem memoria lapſum eſſe dixeris, (nam Actoris frater fuit Phylacus adeoque paternus Podarcis auus) locum corruptum eſſe credere licet. Non male Slothower in Tirocinio critico p. 35 coniicit, Ἄκτορος υἱὸν veniſſe in locum Homerici, quod Ariſtoteles ſcripſerat, ὄζον Ἄρηος. ὄζος Ἄρηος iterum, vt 683. pro viro forti, nam additur eum Iphicli filium fuiſſe. ἀλλὰ σΦέας pronuntiandum σΦᾶς. Vrat. a. ἀλλά σΦε.

707. ὁπλότερος γενεῇ. vox antiquata, primo loco nunc occurrit, et ad h. l. ſpectat Apollon. Lex. ὁπλότερος. ὁ κατὰ τὴν σύγκρισιν νεώτερος. Nec tamen diſputant de voce hac grammatici, niſi ad Il. Γ, 108. Videtur ſtatuendum eſſe, fuiſſe voc. ὁ ὅπλος, ὁ νέος. vnde ὑπέροπλος. Porro Apollon. in γενεῇ verſum laudat pro exemplo, quod γενεὴ dicitur ἐπὶ τῆς γενέσεως.

ὁ δ' ἄρα. Ariſtarchea lectio erat ἅμα. Sch. A.

708. οὐδέ τι λαοί — Vrat. a. οὐδ' ἔτι. vſſ. 708. 709 ſunt mera repetitio verſuum 698 et 703. Nec tamen eos notatos eſſe video a veteribus.

709. *πόθεον δέ μιν ἐσθλὸν ἐόντα.* Pro his, quae vulgata erant, *πόθεόν γε μὲν* Barocc. Eton. Ven. Lipſ. Vrat. b. A. Mosq. 1. et eſſe ſorte meliorem lectionem cenſebat Ern. Scilicet ita ſimilis eſt verſui 703. vnde hic verſus repetitus. In Vrat. a. *πόθεόν γ' ἐσθλόν.*

οὐ δεύονθ' ἡγεμόνος, *habebant quidem* ſuum ducem, *οὐδ' ἄναρχοι ἔσαν* vſ. 703. Il. Θ, 126. *οὐδ' ἄρ' ἔτι δὴν ἵππω δευέσθην σημάντορος*, h. e. mox nacti ſunt ducem ſuum. Eſt autem totus locus ad miſerationem faciendam inſtitutus. Facit hoc Homerus, ait Euſtath. *ὡς Φιλέλλην*, immo vero, vt poeta epicus, qui ita narrat, ne ſupino animo audiatur.

711—713. Commentatur in hos vſſ. Strabo IX, p. 666 ſq. e quo Euſtath. vt ſolet et ex Stephano Byz. *Pherae* in confiniis Magneſiae et Pelasgiotidis, clarae aliquando tyrannis, Iaſone inprimis Pheraeo, et in fabulis Admeto rege. Nec longe abfuit Iolcos, fabulis Peliae, Iaſonis et Acaſti celebrata. *Boebe* vicus ad lacum Boebeidem. *Glaphyrae* ignotum aliis nomen.

711. *οἱ δὲ Φερὰς ἐνέμοντο παραὶ Βοιβηΐδα λίμνην* pro altero hemiſtichio laudat verba: *ἐνέμοντο Ἰδὲ κρήνην Ὑπέρειαν*, Pindari Schol. Pyth. IV, 222. ſed duo hemiſtichia confundens ex h. l. et inf. 734. Ait tamen: *κατ' ἐνίους δὲ καὶ ἔκδοσις παρ' Ὁμήρῳ οὕτως ἔχει.* Debebat ſaltem ſcribi *ἐνέμονθ' ἠδὲ κρ. Βοιβίαν λίμνην* habet Eurip. Alc. 593. vbi cf. Schol.

712. Γλαφυρὰς vbique ſcriptum, excepto Vrat. a. debebat tamen ex canone grammaticorum ſcribi *Γλαφύρας*, vt discernatur a vulgari nomine *γλαφυρός*. quod bene monet Euſtath. Apud Stephan. Byz. verſus ſic legitur: *Βοίβην τε γλαφυρὴν*, quod Berckel. cum Voſſ. ad Scylacem pro vero habebat, inprimis quia vrbis Glaphyrarum alius nemo meminit. In *Γλαφυραὶ* tamen, (quem locum verſibus Parthenii auctiorem habet Euſtath. p. 327.) et in *Ἰωλκὸς* vulgatam lectionem adſcripſit.

καὶ Εὐκτιμένην, vt pro vrbe habuiſſe videatur, *καὶ Ἰωλκὸν* Euſtath. recitat. *καὶ εὐκτίμενον Ἰάολκον* Harlei.

Digitized by Google

Verum εὐκτιμένην etiam Steph. Byz. in Ἰωλκὸς agnoscit; τὴν Ἰωλκὸν etiam Strabo effert et Pindarus Nem. IV, 89. et Apollon. ἱερὴν ἐς Ἰωλκόν.

713. Φίλος παΐς. per totum Homerum hoc tenendum, melius diuisim scribi πάϊς, quam παῖς, etsi libri vbique variant, vt h. l. Erat πάϊς iam in Ald. 1. reuocatum a Turnebo.

τῶνδ' ἦρχ' Vrat. a. haud male.

714. 715. leguntur ap. Strabon. I. p. 77. ὑπ' Ἀδμήτῳ τέκε sollennis loquendi forma ap. Homer. pro pleniore δμηθεῖσα ὑπό. ὑποδμηθεῖσα. ὑποκυσαμένη, ἔτεκε. vt Od. Λ, 253.

716. οἵ δ' ἄρα Μηθώνην. Erant hi e Phthiorum gente, qui ab Achillis inde ditionis finibus loca haec insederant: cf. N, 694 sq. cf. sup. ad vs. 683. Paria e Porphyrio repetit Eustath. p. 328 extr.

Methones Strabo IX, p. 667 meminit, in ora maritima sitae; nec longe abest *Meliboea:* purpura nobilitata a Virgilio Aen. V, 251. vbi v. Not. vtraque Magnesiae. *Thaumaciam* et *Olizonem* Steph. Byz. memorat. De Methone, quo nomine fuere plures vrbes, plura congessit Eustath. ad h. l. et Wassenberg.

In Μηθώνην primam produxit Homerus, cum vulgo sit Μεθώνη· obseruante Schol. cum Eustath. et Steph. Byz. qui versum recitat in Μεθώνη et Θαυμακία.

717. Versum laudat Steph. Byz. in Ὀλιζών. Nicias male scribebat Ὀλίζωνα. Sch. A. At tono distinguendum erat nomen ab adiectiuo ὀλίζονες Il. Σ, 519. pro ὀλίγοι. Sic Steph. Byz. et Eustath.

718. ἐ- quod Zenodotus legerat: τῶν αὖ ἡγεμόνευε Φιλοκτήτης ἀγὸς ἀνδρῶν Spernit lectionem Schol. A. poetam enim solere ab initio virtutem cuiusque memorare.

Ceterum mirum, in ἦρχε sine ν repente nunc consentire edd. et codd. excepto Veneto. v. Excursum de ν ἐφελκυστικῷ.

720. τόξων εὖ εἰδότες ἵφι μάχεσθαι. non fugit Bentleium, cum ἵφι Homericum sit, vt vidimus statim Il. A, 38. 452 et vbique videbimus, in metrum peccare εἰδοτες ἵφι. Coniicit fuisse scriptum ἠδὲ μάχεσθαι. Sane vtrumque per se bene dicitur, τόξων εὖ εἰδότες, vt saepe, et εἰδὼς μάχεσθαι, sed talis iunctura εὖ εἰδὼς τόξων, ἠδὲ μάχεσθαι offendit; adiectum esse debebat ἔγχει, δουρὶ, μάχεσθαι. Adscripserat quidem loca N, 716. O, 472. sed ea nihil ad h. l. faciunt. Vereor ne versus a rhapsodo adiectus sit, post 718. Philoctetes τόξων εὖ εἰδώς, in quo ἕνεκα subintelligit Thomas Mag. p. 402.

722. ξ— quod diserte *Lemnus* memoratur; οἱ δὲ νεώτεροι ἐν τῇ Σιδίῳ ἐρήμῳ. inauditum nomen. Leg. ἐν νησιδίῳ ἐρήμῳ. *in parua insula deserta.* Scilicet recentiores Chrysen, insulam aliquam ad Lemnum, alii extremam insulae partem, Chrysen, commenti erant, in qua vulnus ab hydro acceperat. Erant quoque, qui aram Χρυσῆς Ἀθηνᾶς memorabant. v. Schol. ad h. v. add. Schol. Sophocl. Philoct. 195. et 270. Sch. Lycophr. 911. Si autem quaeris, quinam illi νεώτεροι sint, tenendum est Leschen fabulam exposuisse in Iliade parua: vt patet ex argumento carminis ap. Proclum; etiam ex Aristot. Poet. 23. v. ad Virgil. Aen. II. Exc. I. Attigerant fabulam Bacchylides et Pindarus Pyth. I, 100. vbi cf. Schol. Tum in Scenam eduxit Sophocles et Enripides, cuius Philoctetes fuit. Ipse Sophocles Lemnum memorat: et a Chrysa Troadis eo accessisse naues Achiuorum ait 264 sq. Lemno etiam apud Quintum Smyrnaeum abducitur IX, 352 sqq. adde Hygin. f. 102. Apud Schol. B. L. Porphyr. in Eustath. Tenedos et Imbros memorantur.

723. Ὕδρον interpretantur χέρσυδρον Sch. B. L. Eustath. cuius morsus vlcera putrescentia infert. Coerceri putredinem aiunt aqua marina adsperſa. Sophocles tanquam poeta ἔχιδναν memorauit. τὸ ἕλκος hoc proprio nomine phagedaena est; Φαγέδαινα. κακοῦ ὀλοόφρονος (h. e. ὀλοοῦ) ὕδρου Sch. br. Respicit h. v. Apollon. Lex. in ὀλοόφρονος.

Digitized by Google

724. ἓξ 725. ἓξ hos duo verſus Zenodotus reiecit, ἠθέτησε. vtinam adiectum eſſet, qua de cauſſa. Schol. A. contendit, eos neceſſarios eſſe: quod equidem non video. Suſpicari potius poſſis, ſerioris rhapſodi fetum eſſe, cum fabula a cyclicis et tragicis de Philoctete Troiam arceſſito celebrata eſſet. Color eſt idem qui vſ. 694 de Achille: τῆς ὅγε κεῖτ' ἀχέων, τάχα δ' ἀνστήσεσθαι ἔμελλεν.

τάχα δὲ μνήσεσθαι ἔμελλον. ſic iam ed. Flor. Ald. 1. quod repetiit Turneb. nam Ald. 2. intulerat μνήσκεσθαι ex ed. Rom. quod et margo Cantabr. mſ. habebat. μνήσασθαι Lipſ. ἀνστήσεσθαι indocte Vindob. Alteri.

726. πόθεόν γέ μιν cod. ap. Bentl. vt 703.

727. Ἀλλὰ Μέδων. ἓξ Zenodotus τοὺς δὲ Μέδων, vt omiſſis vſſ. 724. 725. ſententiae copularentur. Sch. A. Relictus tamen erat ab eo vſ. 726. cum quo iungendus eſt hic verſus. *Medon*, Aiacis Oilei frater nothus, iterum memoratur inf. N, 695 ſq. O, 333 ſq.

728. Τόν ῥ' ἔτεκεν. quidni τόν ῥα τέκεν. Sic et vn. Vindob.

729. οἱ δ' εἶχον Τρίκκην — Interiora Theſſaliae nunc ad animum reuocanda ſunt, ea quidem parte, quae poſtea Eſtiaeotis fuit appellata, poſtquam Perrhaebi, quos in iſta loca veniſſe infra ad 738 videbimus, ex Euboea captos ex Eſtiaea vel Heſtiaea eo traduxerant. Antea fuit appellata Doris: v. Strabo IX, p. 668 B. (cf. Not. ad Apollod. p. 477.) nam Dorus cum progenie illam tenuerat. Finitimi in locis ad Pindum erant Dolopes, qui e Pelasgis fuerunt. — *Tricca* templo Aeſculapii clara fuit, qui etiam ad Lethaeum amnem vicinum natus eſſe dicebatur: Strabo l. c. et XIV, p. 957 C. — *Ithome* eodem nomine, quo vrbs Meſſeniae, in praerupto loco, ἐν κλώμακι; etiam Θώμη dicta, (quod male inter Var. Lect. relatum) ſerius Θούμαιον. Strabo ibid. Stephan. h. v. e quibus emendandus Euſtath. ad h. v. Τρίκην intulerat Ald. 2. et ſic Cant. Τρήκη Mori. At inf. Δ, 202

Digitized by Google

legitur — ἔτοντο Τρίκης ἐξ ἱπποβότοιο, vnde apparet ſyllabam h. l. geminata littera eſſe productam.

Porro in Ἰθώμην κλωμακόεσσαν, aberrant codd. in κλημακόεσσαν, vt Vrat. a. Vindob. et κλιμακόεσσαν vt Venetus. Sic et ap. Strabon. IX, p. 668 A. et Stephan. in Ἰθώμη, apud quos hic verſus recitatur. Item Cod. Moſc. in Pauſan. IV, 9. Verum Apollon. Lex. κλωμακόεσσαν. ὁ μὲν Ἀπίων, τραχεῖαν καὶ ὀρεινήν. et ſic fere Schol. Diſertior eſt Euſtath. qui docet κλώμακας dici τόπους ἢ λόφους ὑψηλούς. ἀπὸ τοῦ κατακλᾶν τοὺς ἀναβαίνοντας. (potius ipſum ſolum κατακλώμενον diceres per praerupta et fauces locorum) Cf. Heſych. h. v. in quo et altera lectio κλημακόεσσα occurrit, et vitioſum κρωμακόεσσα. Expectes κληματόεσσα a vitibus; ſed nusquam hoc occurrit.

730. ξ— quod Oechalia Homero Theſſaliae eſt, apud recentiores vero Euboeae. Sch. A. parta apud Schol. Apollonii I, 87. Notata iam ſupra ad 596 diſſidia et aberrationes in duplici Oechalia, vbi tertia memorata erat Meſſeniae. Quae h. l. memoratur, ad Eſtiaeotidem pertinere debuit. Stephanus h. v. et Schol. Apollon. I, 87 ad Πελασγικὸν Ἄργος referunt: ac ſi hoc, ſupra vſ. 681 memoratum, non vrbis, ſed totius Theſſaliae nomen fuiſſet.

πόλιν Εὐρύτου Οἰχαλιῆος. Brunck. ad Sophocl. Trach. 327. lectum olim cenſebat πόλιν Εὐρύτου ἠνεμόεσσαν, quia Schol. ad e. l. Oechaliam διήνεμον explicat ἔρημον, ὑψηλὴν, ἣν Ὅμηρος ἠνεμόεσσάν φησι. At ille more grammaticorum ſimpliciter docet, eſſe eandem, quae apud Homerum memoratur. Recitant verſum, nec quidquam mutant, Strabo VIII, p. 522 B. et Schol. Apollonii I, 87.

Enimuero grauior difficultas in hoc eſt, quod eiusdem Euryti Oechalienſis vrbs Oechalia ſupra iam in Meſſenia memorata fuit 596. Thamyrin ait Οἰχαλίηθεν ἰόντα, παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος. Aut igitur duo Euryti Oechaliae reges, alter in Theſſalia, alter in Meſſenia ſtatuendi ſunt ab ipſo Homero admiſſi eſſe, aut alterutro loco in-

Digitized by Google

terpolationem agnoſcere neceſſe eſt. Quod ſi poſterius hoc ſequendum eſt, pronuntiare malim alterum illum 596 melius abeſſe. Rationem confeſtim afferam ad vſ. 731. vbi de Aſclepiadis.

731. τῶν αὖθ' (Vrat. b. τῶν αὖ) ἡγείσθην Ἀσκληπιοῦ δύο παῖδε. Mirationem facit, quod producta eſt penvltima ιου. multo magis, cum in ipſa Iliade aliis locis correpta ſit: vt Ἀσκληπιοῦ υἱὸν Δ, 194. Λ, 517. Vidit quoque hoc antiquitas, et verſum retulit ad claſſem τῶν λαγαρῶν. Bentleius emendat Ἀσκληπιόφιν, etſi ad manum erat Ἀσκληπιάδα δύο παῖδε. vt Λ, 497 Doryclum Πριαμίδην νόθον υἱὸν dixit. Occurrunt tamen plura ſimilia, vt ſup. A, 205 ὑπερφιάλῳσι, quae ſaltem impetum reprimere poſſunt. Produci haec propterea, quia accentus in ίου ſedem habet, cenſet Hermann. de Metris p. 81. In Ἀσκληπιὸς deſerenda ſic erit recepta pronuntiatio, et adoptanda altera, quam Euſtathius narrat a Demoſthene adhibitam, Ἀσκλήπιος, vt acuatur — πίου. Mirum tamen, a Demoſthene, tanquam inſolitum quid, factum, ita viſum eſſe, ſi ratio illa iam Homerica fuit. Alio invento his occurrebat Bentleius memor antiquae formae οφι in ſecundo caſu, quae, cum paſſim occurrat aliis in locis, mutata eſſe poteſt a ſerioribus, vt tot alia ad vulgarem formam ſunt deflexa. Ἰλιόφι ſeruatum eſt Il. Φ, 295 vbi Ἰλίου cum accentu etiam ex priore ratione defendi poterat; at potuit quoque in aliis locis ita antiquitus ſcriptum fuiſſe, vbi nunc Ἰλίου legitur. Ita nihil in his litteris eſt tam firmum ac certum, vt aſſenſum inuito extorqueat; Bentleius vbique illud ὁμοιίου πολέμοιο mutat in ὁμοιιόφι πτολέμοιο, et ſic alia.

Iam mirationem facere poteſt, qua rerum viciſſitudine euenerit hoc, vt Aſclepiadis, ſeu Aeſculapii filiis, Machaoni et Podalirio, imperium in Eſtiaeotide inter Dores et Dolopes obtingeret? Scilicet omnino Aeſculapii natales ad Theſſaliam retulerunt. Cogita de matre, Coronide, filia Phlegyae, cuius ditio in Theſſalicis locis fuit. v. Not. ad Apollod. p. 695. Schol. Pindari P. III,

Digitized by Google

14. et Sch. br. ad Il. Δ, 193. — Ab aliis Aesculapius a Lapitha, Apollinis e Stilbe filio genus ducere fertur: cf. Eustath. ad h. l. et Sch. B. L. ad Il. A, 266. Atqui Lapithae fuere Thessaliae. — Tricca Aesculapii templo fuit clara: v. sup. 729. — Messenii tamen Aesculapium suum esse contenderant: ap. Pausan. II, 26. vt adeo ambiguum sit, vtra regio alteri suam Aesculapii religionem impertierit; Messeniis vindicabat Aesculapium cum Oechalia Schoenemann noster in Excursu ad Geograph. Homer. p. 80. potuere non minus probabiliter Messenii e Thessalia religiones et mythos petere, quos habes ap. Pausan. IV, 3. add. 31 extr. Verum haec vtrolibet modo se habeant, Homerum vtique necesse est, Asclepiadis sedem in Thessalia assignasse, adeoque etiam Oechaliae Thessalicae, non Messeniae; quod si adeo vterque versus, hic 730 et 596. de quibus paullo ante ad 730 disputatum est, simul stare nequeunt, manifestum est alterum illum 596 esse insertum; quippe quo bene carere potest oratio; at h. l. versu 730 carere vix possumus, ne versus 729 nimis exilem ditionem fratrum constituat. Habet tamen Schoenemann l. c. etiam argumenta pro sententia contraria. Nisi omnino tollenda est omnis disputandi materies, et statuendum Thamyrin ex Oechalia Thessaliae Peloponnesum adiisse nec agere Homerum nisi de vno eodemque Euryto vtroque loco.

Ceterum laudes artis medicae Asclepiadarum vidcbimus Λ, 514 et 832. Ad priorem locum Eustath. p. 859, 43. laudat τὰ ἱστορούμενα ἔπη τὰ ἐπὶ τῇ Τρωϊκῇ πορθήσει· (videtur Ilias parua intelligenda esse; v. paullo post de Machaonis morte.) ἐν οἷς Φέρεται περὶ Ποδαλειρίου καὶ Μαχάονος· ὡς ἄμφω μὲν Ποσειδῶνος ἦσαν· (voluitne Ἀπόλλωνος scribere?)

— ἕτερον δ' ἑτέρου κυδίον' ἔθηκε (pater)
τῷ μὲν κουφοτέρας χεῖρας πόρεν, ἔκ τε βέλεμνα,
σαρκὸς ἑλεῖν, τμῆξαί τε, καὶ ἕλκεα πάντ' ἀπέσασθαι·
τῷ δ' ἄρ' ἀκριβέα πάντ' εἰνὶ στήθεσσιν ἔθηκεν

ἄσχοπά τε γνῶναι καὶ ἀναλθέ' ὀΐσασθαι (f. ἀναλθέα ἰήσασθαι).

Coniunxere tamen illi cum arte medica virtutem bellicam. *Machaon* Paridis ſagitta vulneratur Λ, 506 ſqq. Plura de iis memorata fuere in Cyclicis: et quidem in Leſchei Iliade parua, ſecundum Pauſan. III. cap. extr. ſub f. Μαχάονα δὲ ὑπὸ Εὐρυπύλου τοῦ Τηλέφου τελευτῆσαί φησιν ὁ τὰ ἔπη ποιήσας τὴν μικρὰν Ἰλιάδα. Paria ſunt apud Quintum VI, 398 ſqq. vbi etiam eius cum fratre opera in Philoctetis vulnere ſanando memoratur. Alii eum Equo Troiano incluſum memorauerant, quos ſequitur Virgil. Aen. II, 267. vnde egreſſus occubuiſſe eum narrarunt alii, qui Troica expoſuerant, vt Theſſalus perſonatus ſub fin. τοῦ Πρεσβευτικοῦ profitetur. Machaonis tamen monumentum et templum Gereniae in Meſſenia fuiſſe Pauſan. l. c. teſtatur. *Podalirium* Troia reducem in Cariam delatum καὶ εἰς Σύρον τῆς Καρικῆς ἠπείρου Φασὶν ἀποσωθέντα οἰκῆσαι ap. Pauſan. l. c. Pro *Syro* nominat Σύρνην Stephanus Byz. h. v. qui fabulam addit ad artis medicae origines notabilem: ſcilicet puellam Syrnen regis Damaethi filiam de tecto delapſam et pro mortua habitam in vitam reſtituit Podalirius ſanguine ex vtroque brachio miſſo.

733. τοῖς δὲ. Sic Ariſtarchus, caſu tertio: " ait Sch. A. Quid igitur in aliis fuit? forte τῶν δὲ —

734—737. Ex *Ormenio* et aliis locis copiae ſub *Eurypylo* fuere. *Ormenium* vicus ſub Pelio ad ſinum Pagaſaeum, in Magneſia. Strab. IX, p. 669 C. adde 666 B. Fontem *Hyperiam* in media Pheraeorum vrbe eſſe ait Strabo p. 671 A. Eius meminit Pindar. P. 4, 222. *Titanum* autem montem ſaxis candentibus; in quo erat vicus, haud longe ab Arna, nec procul hinc abeſſe *Aſterium*. In Stephano eſt: ἡ νῦν Πιρεσία. Eſt adeo eadem quae Πειρεσιαὶ ap. Apollon. I, 584. vbi ex alto ab Argonautis proſpici potuit. Non itaque pro eadem habenda erat cum altera eiusdem nominis vrbe ad Apidanum, e qua Cometes oriundus erat ibid. I, 36.

Digitized by Google

37. et Orphic. 162. Phthii fuere, qui incoluere haec loca Magneſiae. ſup. ad 683.

Eurypylus Euaemonis f. ex Ormenio fuit, (Male Orchomenum legi in Ariſtotelis Epitaph. ap. Brunck. p. 182. iam monitum eſt a viro docto) ab Ormeno, vrbis conditore, oriundus, qui ex Aeolidis fuit. Nam *Aeoli* filius *Cercaphus* fuit, Cercaphi *Ormenus*, Ormeni *Amyntor* et *Euaemon*. Ex Amyntore natus *Phoenix*, qui ad Peleum fugerat, Il. I, 447 ſq. Hinc *Eurypylus* natu minor copias duxit. Haec ex Demetrio Scepſio recitat Strabo IX, p. 670. Alia de hoc Eurypylo v. ap. Pauſan. VII, 19. Apud Homerum vbique habetur inter principes et fortiſſimos: ita H, 167 eſt inter eos qui cum Hectore congreſſuros ſe eſſe profitentur. Θ, 265 inter promachos et Λ, 575 vbi tandem vulneratus praelio excedit.

734. 5. ſunt ap. Strabon. IX, p. 669 C. vbi in h. l. commentatur. Vulgo lectum erat οἵ τ' ἔχον. At in ceteris vbique eſt οἵ δ' ἔχον. idque etiam h. l. habent Cant. Barocc. Eton. tres Vrat. et Ven. cum Strab. l. c.

735. Τιτάνοιο λευκὰ κάρηνα haud dubie deſignant montem; in quo etiam vicus *Titanus* fuit. Verſum recitat Stephan. Byz. in Ἀστέριον et in Τίτανα. vbi male nomen ad Sicyoniam transfert.

738—747. Ex *Gyrtone* et vicinis locis copias duxere Lapithae *Polypoetes* et *Leonteus*. Tenuerant iſta loca *Perrhaebi*; ſed eos in interiora (ad loca montana Pindi, inter Athamanes et Dolopes) ſe recipere compulerunt *Lapithae*, Ixion et eius filius Pirithous, qui etiam Pelium montem occupauit expulſis Centauris. Ita loca campeſtria inhabitarunt Lapithae, et quidem Lariſſaei, permixtis tamen Perrhaebis, quibus omnino pars ad Olympum fuit relicta. Strabo IX, p. 671. 673 A. Fuere autem omnes e Pelasgica ſtirpe. cf. p. 676 A.

Argiſſa, poſtea *Argura*, ad Peneum. Super eam ſita erat *Atrax* et ipſa ad Peneum; *Orthe* arx Phalannae, vrbis Perrhaebicae ad eundem amnem prope Tempe. (Euſtath. Corſeam quoque dictam notat). *Elone*,

Digitized by Google

poſtea Limone dicta, et *Olooſſon*, ab albedine argillacei ſoli deſignata, λευκὴ, λευκόγεως, poſtea Elaſſon, vt ap. Euſt. habetur, erant ſub Olympo Perrhaebica oppida. Strab. p. 672. Notior ceteris eſt *Gyrton*, ſ. *Gyrtone*, Perrhaeborum, ad Peneum. De his add. Steph. Euſt. Etiam Ixionis Phlegyae ſ. fabulae ad haec loca pertinent; dicta quoque Gyrtone condita ab eius ſeu patruo ſeu fratre Gyrtono, vnde et Gyrtonii Phlegyarum nomen habuiſſe dicuntur ap. Strab. IX, p. 674 B. Adde Excerpta e lib. VII, p. 508. vbi corrupte Γιτὼν expreſſum. Iam 741 *Pirithous* clariſſimus inter Lapithas, a Ioue ex Dia genitus, duxerat *Hippodamiam*, in cuius nuptiis celebrandis Centaurorum et Lapitharum pugna interuenit; cui Neſtorem interfuiſſe ſupra vidimus A, 268. 9. Hoc tamen loco a poeta aliam pugnam narrari neceſſe eſt: nam ea non in nuptiis facta eſſe dicitur, ſed eo die, quo natus eſt Polypoetes. Centauri tum, magna eorum ſtrage facta, Pelio depulſi; et vltus eſt iniurias eorum Pirithous, vnde ductum nomen pueri aiunt; Πολυποίτης enim eſſe pro Πολυποινίτης (Barnes edit Πολυποινήτης a ποινάω) διὰ τὸ πολλοῖς Κενταύρων ἐπιθεῖναι ποινὴν, h. e. τιμωρίαν, quod in poeta eſt ἐτίσατο. v. Schol. Euſtath. qui Hippodamiam appellant Melanippen. Centauri autem, quos e Perrhaeborum gente fuiſſe neceſſe eſt, Pelion relinquere coacti in Aethicum confiniis ſedes poſuerunt, qui ad occidentem Theſſaliae, verſus fines Epiri, in iugis Pindi, habitabant. Aethices iam Strabonistem pore defecerant, lib. IX, p. 664 A. cf. p. 657 C. Cum iis permixtum Centaurorum nomen, maturius exoleuerat: p. 671 B. 675 A. cf. Schol. Lycophr. 802. — Ceterum Polypoetes fuit inter fortiſſimos duces, v. c. M, 129. Eiusdem partes fuere in excidio Troiae; vbi in Polygnoti pictura reuinctus erat caput taenia. Pauſan. X, 26. pr.

738. 9. Sunt apud Strabon. IX, p. 671 A. vbi in h. l. commentatur; et cum eo Stephanus. v. Euſtath. Hemiſtichium 739 eſt apud Stephanum in Ὀλοοσσών et Ἡλώνη.

Digitized by Google

Ἄργισσαν. In Ed. pr. et Waſſenb. vt et in Barocc. Lipſ. Vrat. a. Moſq. Ἄργισαν. In codd. nonnullis Ἀργειαν lectum eſſe teſtatur Euſtath. Ἀργεισαν Venetus habet. Arguram poſtea vrbem eſſe dictam Strabo tradit, vbi in nonnullis codd. Ἄργουσα legitur; quod et apud Suidam et Harpocrationem reperiri obſeruat Holſten. Pro eadem cum Lariſſa, quae non multum a Gyrtone abfuit, habet Schol. Apollonii I, 40. vbi male edd. Ἀργισσον.

De accentu voc. Ὄρθη et Ὀλοοσσὼν monent Schol. et Euſtath.

741. ἐκ τὸν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς. quod ἀθάνατον ediderat Zenodotus.

742. ἐκ quod κλυτὸς Ἱπποδάμεια (obuio vſu) pro κλυτὴ dixit. Atticum eſſe volunt Euſtath. Gregor. de Dial. p. 25. Schol. Soph. Trach. 207 et al. Schol. Ariſtoph. Nub. 53. vbi h. v. apponitur; Immo antiquum eſt: cf. Dionyſ. Hal. de Homeri poeſi ſ. 8.

743. Φῆρες, Centauri. nota nunc res. cf. ſup. A, 268. Od. Φ, 295 ſq. 303 ſq. Feritas eorum deſignatur per λαχνήεντας, *hirſutos*, quod alias virile robur declarat, vt in Vulcano Σ, 415 et λάσιον κῆρ de Patroclo Π, 554. de Pylaemene 853. et de ipſo Achille A, 189.

744. Αἰθίκεσσι. v. modo ad 738—747. καὶ Αἰθιόπεσσι πέλασσε male ſcripſerat Democrines aliquis Sch. A. Aberat verſus a Vrat. A. cum vſ. 746. librarii potius incuria, quam iudicio. Laudat verſum Strabo IX, p. 671 B. et Schol. Lycophr. 801. vbi eſt ἐκ Πυλίου quod et Vrat. A. peccat.

745. ἐκ quod interpoſiti ſunt vſſ. 742. 3. 4. de Centauris, reditque nunc narratio ad Polypoeten. οὐκ οἷος ſc. ἡγεμόνευεν, ἀλλὰ σὺν αὐτῷ καὶ Λ.

Caenei nomen in fabulis Lapitharum nobile eſt; vel ex Ouidii Metamorphoſ. notum; modo Elati filius, modo Atracis ille editus. cf. Not. ad Apollod. p. 178 ſq. Mentio eius iam A, 264 erat facta. Ei filius *Coronus*, ex

quo *Leonteus*: appellatus tamen Martis filius, ὄζος Ἄρηος, antiquo more: vt iam sup. 540 vidimus.

746. ὑπέρθυμος primo loco nunc occurrit, dictum fere in laudem, vt ὑπερήνωρ, valde fortis, acer, μεγάθυμος, μεγαλόψυχος, γεννάδας, vt n. l. Schol. Apud Hesych. ὑπέρθυμοι, πρόθυμοι, μεγαλόψυχοι. spectant ad Z, 111.

747. τοῖς δ' ἅμα, Vrat. c. τοῖς δ' ἄρα.

748—755. *Gunei* nomen alibi non memoratum. *Cyphus* Perrhaeborum vrbs, sed in antiquioribus eorum sedibus. *Aenianes et Perrhaebi*, e Pelasgica stirpe Troianis aetatibus alias Thessaliae partes habitarunt, quam quas serioribus temporibus tenuerunt, cum Aenianes quidem ad austrum in Oetaeis montibus: v. Strab. IX, p. 654 A. C. (qui idem Aenianes et Athamanes confundere videtur p. 674 C. et 675 A. Sane et illi e locis circa Dotium, haud longe a Boebe, a Lapithis eiecti recesserunt in iuga Pindi ab occidente Epirum intercludentis et tandem inter Illyricas gentes oblituerunt.) Perrhaebi autem ad Pindum habitarunt. At Troianis temporibus coniuncti cum Perrhaebis habitare debuerunt a septentrione Penei. Perrhaeborum quidem, quos a Lapithis fugatos, modo vidimus vs. 738. pars in boreali Thessaliae parte, Perrhaebia quoque dicta, habitauit ad amnem Titaresium. Atque in istis locis esse debuit Cyphus Perrhaeborum, cum monte eiusdem nominis Straboni memorato ibid. p. 675 A. Pars exigua Perrhaeborum sub Olympo, in vicinia Macedonum, in sedes angustas fuit contracta, maior pars concessit ad montes Athamanum, et ad Pindum; Strab. ibid. p. 675 B. Hic inter eos consederunt Dorienses, donec hi in Dryopidem immigrarunt, quae inde Doris facta est: cf. Not. ad Apollod. p. 475. v. Schol. Pindari P. I, 121. Strabonis aetate nihil aut exiguae eorum supererant reliquiae. Minus perspicue haec exposita sunt ab Hemsterh. ad Aristoph. Plut. Schol. p. 116 sq. vbi nolim Ἀκύφαντα et nostrum Κύφον pro eadem vrbe haberi et in Doride quaeri.

At difficultatem facit h. l. *Dodona:* partim quod tam longe a ceteris locis memoratis abeſt, partim quod obſcurum eſt, Aenianum an Perrhaeborum, illa ſedes fuerit. Scilicet per totum locum inde a 681 apparet, *partes Theſſaliae interiores* illa aetate parum, *littorales* autem magno hominum cultu frequentatas fuiſſe; ex locis enim maritimis maxime profecti ſunt, qui in exercitu Achiuorum fuere. Notabile itaque eſt, hoc loco ex intimis terris inde a Dodona Epiri excitos populos memorari. Cum multae multis de cauſſis populorum migrationes priſcis aetatibus fuerint, neceſſe eſt aut Aenianes aut, quod iunctura verborum in Homero probabilius facit, Perrhaebos e Theſſalia eo vsque fuiſſe reiectos. Dodonam tenuerant Chaones, tum Theſproti, tum Moloſſi. Perrhaeborum vtique pars ad Titareſium conſederant: manifeſto poetae teſtimonio. Perrhaebi et Aenianes tanquam vicinis habitantes ſedibus adhuc ab Herodoto memorantur VII, 185 et Stephan. Byz. Αἰνία. πόλις Περραιβῶν.

748. Verſus eſt in Κύφος Steph. Byz. et Schol. Lycophr. 897 laudat ἐκ Τύφου — δύο καὶ — At vſ. 748 — 751 a Strabone transſcripti ſunt IX, p. 672. 3.

749. Ἐνιῆνες ſic in libris conſtanter leguntur, qui alibi Αἰνιῆνες et Αἰνιᾶνες ſunt. cf. Euſtath. Apud Herod. VII, 185 ſcriptura variat; ſed Ἐνιῆνες recte praeferuntur. Corruptum eſt, quod ap. Stephan. Byz. legitur: Ἴωλον· ὄρος Περραιβίας. οἱ οἰκοῦντες Ἴωλοι. Ὅμηρος· τῷ δ' Ἐνιῆνες ἕποντο Μενεπτόλεμοί τε Περαιβοί. nec ſine libris ſanandum; nam τῷ δ' ἄρ Ἴωλοι ἕποντο nullo alio exemplo defendi poteſt; etſi Holſten. ſic in vetuſtiſſimo MS. reperat.

Περαιβοί, qui vulgo Περραιβοί. Tradit Euſtathius e Stephano, quem integriorem habuit, „Aeolicum eſſe geminare litteram; fuiſſe enim eos Aeoles.“ Neutrum verum eſſe arbitror; fuere Pelasgi; poſtea autem, Aeolibus permixti.

Digitized by Google

750. *Dodona* in montibus et ſiluis ſita graui frigori obnoxia, δυςχείμερος, algida, κακὸν χειμῶνα ἔχουσα, Schol. δυςχείμερον οἰκί' non potuit ab Homero proficiſci: cui vbique eſt ϝοικος; Emendat ergo Bentl. δυςχειμερα ϝοικι' εθεντο.

751. De *Titareſio* fl. locus inſignis eſt in Epitome Strabonis p. 508. ortus ille in monte Titaro, qui Olympo contiguus eſt: Strab. p. 673 A. Dictus idem fluuius quoque Eurotas: non Εὔρωπος vt male ap. Strab. l. c. Mirum autem eſt, quod ἱμερτὸν appellat, quem mox Stygis brachium eſſe ait: v. ad 755.

ἔργα νέμοντο ſcripſerat Ariſtarchus Ionica forma. Sch. A. ἔργα declarat agros cultos vt ſaepe. Odyſſ. Z, 259. ἀγρούς καὶ ἔργ' ἀνθρώπων. Schol. bene: ἐγεώργουν.

At Τιταρησιον εργα ab Homero profectum eſſe nequit: cum ei ſemper ſit ϝεργον. Emendat Bentleius: Τιτάρησσον ϝεργ' et comparat magnum numerum nominum in — σσος vt Λυρνησσὸς, Ταρτησσὸς, Μυκαλησσὸς, Τευμησσὸς et al. Si tamen totum locum inde a 750—755 expendo, qui tam multa, in quibus haereas, continet, verendum eſſe arbitror, ne ille a rhapſodo illatus ſit, ſaltem admodum interpolatus.

753. συμμίσγεται. Vnus Vindob. συμμίγεται.

754. Ἀλλά τέ μιν καθύπερθεν ἐπιῤῥέει. Non ἀλλά τε ſed ἀλλά γε vſu frequentatur; idque inuitis codd. et edd. repoſui. In Strabone p. 673 B. editum: ἀλλά γε μὴν et ἐπιτρέχει. Mirum καθύπερθε ante ἐπι. codicibus inſidere etiam Lipſ. ſicque edi inde a Turn. et Steph. Lepide verſum transfert ad philoſophiae praecepta multorum animis non alte in mentem penetrantia Maximus Tyr. diſſ. XXXI. p. 107. To. II. ed. R.

755. Quod *Titareſius* dicitur *a Styge deductus* eſſe, ſeu tanquam alueus eius ſeu oſtium, quorſum id ſpectet, recte quaeſitum eſt etiam ab Erneſtio. Sunt tamen plura, de quibus quaerendum erat: primo, quomodo Titareſium a Styge ortum habere dixit? tum, vnde ea natura Titareſii, vt alueo Penei ſupernataret? et cur

cauſſa eius rei repetita eſt a Styge, tanquam fonte? Repugnant porro illa, ſi ἱμερτὸς eſt et καλλίῤῥοον ὕδωρ habet, notioni aquae Stygiae. Non ſane niſi probabiles tantum rationes afferri poſſunt. Videtur mihi Titareſius e terrae voragine et hiatu prorupiſſe; quod de multis amnibus memoratur; hactenus ille Stygis brachium haberi potuit; nec amplius quicquam e Stygis notione et natura eſſe admiſcendum; fuiſſe adeo amnem pulcrum adſpectu et iucundum; aqua ſupernatare potuit variis de cauſſis; pinguedinem aliquam aquae ineſſe indicabat Strabo p. 673 B. vbi v. Caſaub. cf. alia exempla ad Mirab. auſcult. c. 123. ed. Beckmann. In Euſtathio multa inepte cumulantur. Memoratu dignum eſt, quod apud Athenaeum p. 41 A. ἱμερτὸν declaratur κοῦφον καὶ πλείονος τιμῆς ἄξιον. Repetunt vulgo hanc Titareſii ſupernatandi Peneo naturam a natura Stygis. Plinius vtique, plus quam poetico figmento, auerſationem et horrorem Peneo tribuit, qui Titareſiam aquam, quippe bituminoſam, ipſe limpidus, abhorrens, ac ſi ab inferis ille perfluxiſſet, haud admittit. Nam ita ille lib. IV, 8. ſ. 15. Peneus — *accipit amnem Orcon; ſed olei modo ſupernatantem, vt dictum eſt Homero, breui ſpatio portatum abdicat*, (h. e. recuſat, non admittit per aliquam curſus partem, nec ſecum miſceri patitur) *poenales aquas, dirisque genitas, argenteis ſuis miſceri recuſans.* Koeppen cum Dammio a more per Titareſium iurandi, vt forte Arcades, ſaltem dii, per Stygem iurabant, rem repetebat: quo ducunt quoque Schol. A.

Alio modo Homerum interpretatus eſt Lucanus VI, 375 ſq. qui Titareſium *fluuii contagia vilis* ait *nolle pati ſuperumque ſibi ſeruare timorem:* vt adeo in laudem Titareſii hoc dictum ſit, quod, quaſi diuinae naturae amnis ille, aquas vulgari fluuio Peneo miſcere recuſat.

ἀπορῥώξ acute ſcribendum eſſe monet Ariſtarchus Sch. A. B. L. Diſtinxerunt ſcilicet grammatici inter ἀπόῤῥωξ, ἀπόῤῥυμα (corrig. ἀπόῤῥηγμα, vel ex Etymol.) et

ἀποῤῥὼξ, ἀπόῤῥοια. ἀποῤῥοή. nimis ſubtiliter. Iterum Od. K, 514 de Cocyto: Κωκυτός θ', ὃς δὴ Στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀποῤῥώξ. Confudit vtrumque locum Muſurus in Heſychio. Laudato hoc verſu Apollon. Lex. ἀποῤῥὼξ, ἀπόῤῥηγμα. ἀπόσπασμα.

756—9. Magnetes duce Prothoo agmen e Theſſalia claudunt. Obſeruat Strabo IX, p. 674. nullam Magnetum vrbem memorari. Scilicet quia ſparſis ſedibus, nec per vrbes, habitarunt. Porro memorari Magnetes circa Peneum et Pelium montem; (h. e. a Peneo et Oſſa vsque ad Pelium) atqui iisdem locis Perrhaebos et Lapithas habitantes narratos iam eſſe. Scilicet permixtis inter ſe ſedibus iſti populi habitarunt. Magnetes, quorum pars in Aſiam quoque traiecerat, per plures tractus Theſſaliae diſperſi incoluerunt. Poſtea littoralis plaga etiam ab iis appellata eſt Magneſia. cf. Conon Narrat. 29. qui ceteros eorum errores poſt Troiam captam exponit; adde Schol. Lycophr. 902. Fragm. Apollodori p. 1037. 8. Quo exemplo intelligi poteſt, quanta veterum ſtirpium et originum paſſim facta ſit commixtio. Fuere autem Magnetes e Pelasgis; cum tamen Aeoles potiores inter eos partes conſequuti eſſent, repetiere hi originem et nomen a Magnete Aeoli filio: v. Schol. h. l. et Apollod. I, 9, 6. Ab hoc Magnete oriundus Prothous. cf. Schol. Conſtituebat autem Peneus fines Graeciae boreales Homeri aetate; vlteriora a Thracibus habitabantur.

756. ἦρχε ante Πρόθοος, quod duplicem conſonam habet, eſſe ſcribendum, non ἦρχεν, monet Sch. A. vt ſup. 671.

Τενθρηδόνος υἱός. Barnes „γρ. Τενθρήδονος.“ Sic in Vrat. b. cf. Schol. Nicandri p. 86. Vitioſe Vrat. a. Flor. Ald. 1. Τερθρηδόνος, quod emendauit Ald. 2. et Τεθρηδόνος Vindob.

757. Verſus legitur ap. Strabon. IX, p. 674 A.

761. τίς τ' ἄρ. In Veneto τίς ταρ, vt alibi quoque. τίς γὰρ Vrat. b. et codd. Iuliani Or. II, p. 155 A. τίς δ' ἄρ nusquam. — Ceterum vſſ. 761—769 ap-

Digitized by Google

ponit Galenus ad Hippocr. de medici officio To. XII, p. 18. vt pro exemplo sint schematis, cum in enumeratione ordo mutatur; posit αὐτῶν ἢ ἵππων primo loco de equis loquitur. Schema saepe grammaticis obseruatum. Ibidem legitur ἀνδρῶν ἢ ἵππων ex interpolatione.

763. Φηρητιάδαο. Dixit Φήρης pro Φέρης vt Od. Λ, 258. et alibi scribitur. Erat autem *Eumelus* filius Admeti, et Pheretis nepos, Crethei et Tyrus abnepos, adeoque ex Aeolidis. v. Apollod. I, 9, 14. De *Admeti equis* et *Eumelo* cursu *victore* v. Il. Ψ, 287 sq. Versum respicit locus ap. Suidam in στατήρ.

764. τὰς Εὔμηλος ἔλαυνε ποδώκεας. Ald. 1. Ἐΰμηλος. recte, et sic, puto, pronuntiari debuit. ποδώκης scribi, cum ex analogia ποδωκὴς esset scribendum, copiose docet Schol. A. et Eustath. hic quidem ex Apione et Herodoro; vti mox οἰέτεας, cum esse deberet οἰετὴς, atque etiam ἐξετέα ἀδμήτην scribatur (quod tamen in vulgatis Il. Ψ, 266 aliter se habet ἐξέτε᾽ ἀδμήτην vbi cf. Schol. A. Add. Eustath. Barnes.) Sane οἰετέας Vrat. a. Ceterum equorum celeritatem et in fine cursus remissionem videre sibi visus est Clarke in ipsis versus numeris.

765. ὄτριχας, οἰέτεας, σταφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἔϊσας. ὄτριχας ὁμότριχας, Sch. br. ὁμόχροας Sch. B. At ὁμοιότριχας Apollon. Lex. cum Etymol. Suida et Hesych. Debuit ergo etiam οἰέτης ex ὀέτης dictum esse pro ὁμοιέτης, vt ὄθριξ pro ὁμοιόθριξ. Est adeo τὸ ο pro ὁμοῦ et ὁμοίως. vt ὄπατρος Λ, 257. et credendum est οἷος fuisse primo ὅος, vnde quoque ὅμος. ὅμοιος. In Barocc. et Mori erat ἰσοετέας, e gloss. Sic ap. Apollon. Lex. οἰέτεας. ἰσοέτεῖς. ὁμήλικας. adde Hesych. Suid. Cum Homero vbique sit τὸ ἔτος, ϝετος, necesse quoque est οϝετεας scriptum fuisse. Vidit Bentl. et Dawes p. 177. donec fieret οἰετέας. De accentu in οἰέτεας paullo ante monitum est.

σταφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἔϊσας. Hic manifeste ἔϊσας pro ἴσας. εϝισος pro ϝισος. σταφύλη. στάθμη. σχοινίον λεπτὸν, χριόμενον μίλτῳ ἢ μέλανι, ᾧ σημειούμενοι ἀπορθοῦσι τὰ ξύλα. Sch. br. cum A. B. L. Videtur tamen generale vo-

Digitized by Google

cabulum fuisse de quouis genere regulae ac normae h. l, qua superficies exigitur. De σταφύλη et σταφυλὴ, vua, v. Ammon. p. 124. 206. post Etymol. Eustath. al. σταφύλην ἐπὶ νῶτον ἔχουσα recitat Schol. Aristoph. Ran. 812, corrupte.

766. ἐν Πιερίῃ. Pro hoc, quod et in Macrob. Sat. I, 17 legitur, Venetus Πηερίῃ. et ex Eustathio apparet, lectum fuisse ab aliis quoque Πηρείῃ et Πηρίῃ. Vnde etiam in Stephano Byz. est Πηρεία, Θεσσαλίας χωρίον. et Πιερία πόλις ἐν ὁμωνύμῳ χωρίῳ. et in Hesych. Πηρία, πόλις ἐν Θεσσαλίᾳ. Quis in hoc nomine hallucinari veteres potuisse putaret? Pieriam dixit poeta agrum seu tractum a Pieribus aliquando inhabitatum. *Pherarum*, quae Admeti regia fuit, situm in Magnesiae finibus supra vidimus vs. 711. Habitarunt enim Pieres, Thracum stirps, pluribus terrae partibus Thessaliae; notissima sedes antiquiore aetate ad Olympum. Apud Virgilium ad Amphrysum fl. in Phthiotide, panit armenta Apollo. — Equos autem insigniores a deo aliquo nutritos prisco hominum sermone ferri notum est. *Apollinem*, eiusque vitam pastoritiam, et *Admeti* amorem, commenta sua, adiecerunt poetae.

767. ξ— Φόβον Ἄρηος Φορεούσας equas. Miris modis le excruciant grammatici in hac loquendi forma; Φόβον Homero esse Φυγὴν constat. Equorum nobilium celeritatem in fuga maxime spectari quis non miretur? — Absurdiora sunt in Schol. B. L. Eustath. Enimuero Φορεῖν est h. l. εἰςΦέρειν, cf. ad E, 223. Inferunt equi fugam aciei aduersae, incursando; pugnant enim ante primam aciem πρόμαχοι curribus in hostem inuecti. — Etiam in sexu equorum, quod equae memorantur, argutatos esse veteres, ex Eustathio apparet.

768. ἀνδρῶν δ' αὖ. Exulat hoc quoque loco δ' ex optimis Barocc. Cant. Eton. Ven. Lipsi. Accedunt omnes Vratisl. Mosq. 1. cum ed. Flor. Est tamen δ' in Schol. Pindari Nem. VII, 40. vbi Pindaricum Aiax κράτιστος, Ἀχιλέος ἄτερ, hinc illustratur. Habuit quoque locum án-

Digitized by Google

te oculos Sophocles Ai. 1340 (1358) ἓν' ἄνδρ' ἰδεῖν, ἄριστον Ἀργείων, ὅσοι Τροίαν ἀφικόμεσθα, πλὴν Ἀχιλλέως. Et Scholion ap. Euſtath. p. 285. (Brunck. T. I. p. 157.) Αἴαν, — σὲ ἄριστον Δαναῶν, μετ' Ἀχιλλέα. — ἀνδρῶν μὲν μέγ' ἄριστος recitatur in Iuliani Or. II. p. 55. A. Eſt ἄριστος nunc, quod mox Φέριστος, Pindaro κράτιστος. *fortiſſimus* erat Aiax. At Od. Λ, 468 ad corporis ſpeciem et magnitudinem reuocatur: Αἴαντός θ'. ὃς ἄριστος ἔην εἶδός τε δέμας τε. vbi pulcritudinis notio locum non habet; Aiax erat μέγας. πελώριος.

769. Φέρτατος ἀνδρῶν Ariſtarchi eſt lectio; cum in aliis eſſet Φέρτερος· ſic quoque Cant. Vrat. b.

772. κεῖτ' ἀπομηνίσας. Male ἀπομηνιάσας Baroce. Mori. De voce hac nihil ad h. l. notant grammatici, qui diſerte de ea agunt ad T, 62. ad quem vſ. vide. Niſi quod Sch. br. ἐπιμόνως ὀργισθείς. haec enim vocis vis eſt. Apollon. de Synt. p. 329 vocem inter exempla refert, in quibus ἀπὸ eſt pro ἐπί.

773. παρὰ ῥηγμῖνι θαλάσσης. Vrat. a. παραὶ perperam h. l. ante ῥ.

774. δίσκοισι τέρποντο καὶ αἰγανέῃσιν ἱέντες τόξοισί θ'. Male iungunt αἰγανέῃσιν ἱέντες τόξοισί τε. etiam Heſych. in αἰγανέῃσιν et iterum ἀγανέῃσιν. At ſic eſſe deberet αἰγανέας. *emittere* iacula. Scilicet ἱέντες abſolute eſt dictum h. l. ſine regimine. Similis locus Pindari Iſthm. I, 33. 34. — δίσκους volunt proprie diſcos e ſaxo perforato; contra σόλος eſt ex aere vel ferro: v. Schol. Ammon. et ad e. Valk. et inf. ad Ψ, 826. Reſpicit verſum Heſych. l. c. et Apollon. Lex. in αἰγανέας. τὰ ἀκόντια. vbi apponuntur varii ſignificatus vocis ex etymo. add. Etymol. h. v.

776. λωτὸν ἐρεπτόμενοι ἑλεόθρεπτόν τε σέλινον. De loto herba pabulari non dubitatur. At σέλινον hoc ſeu apium paluſtre, quale ſit ignoratur. Diuerſum eſſe a petroſelino notant Schol. et apponi equis, ne ſtranguria ex otio et inertia vexentur. cf. Euſtath. Schol. Nicandri Ther. 597. et iam Plutarch. Sympoſ. V, 7.

ἑρεπτόμενοι de animantibus dici, vulgatum eſt inter grammaticos ad h. l. et alia loca, vt Schol. Pindari P. IV, 426. Etiam Apollon. Lex. h. v. vbi v. Toll. Occurrit tamen et ἔδειν de equis, vt E, 203. vbi cf. Euſtath. altera ex parte ἐρέπτεσθαι de piſcibus Φ, 204.

ἑλεόθρεπτον· Cum τὸ ἕλος aſperatum ſit, putes etiam de herba paluſtri ἑλεόθρεπτον ſcribendum eſſe τὸ ἐν ἕλει τεθραμμένον, Φυόμενον. Seruatur quoque aſper ab Etymol. et aliis. Ab Euſtathio tamen ratio affertur, quia ελ quarto ab vltima ſyllaba loco poſitum aſperari nequit. Sufficit vſum ita ferre. Adoptauit vocem Nicander Ther. 597. Laudat quoque ἑλεόθρεπτον σέλινον Harpocration ad illuſtrandum voc. Lyſiae ἑλεοπόους, *qui ſiluas caedunt*: multo tamen probabilius ita dici eos, qui carnes caedunt ἐν τοῖς ἑλεοῖς, *menſis coquinariis*, quas etiam inf. I, 215 videbimus.

777. ἵπποι ἔστασαν. ἕστασαν cum adſpiratione ſcribi vult Schol. A. vti eſt in Flor. Ald. 1. Vrat. a. c. Ven. eſſe enim pro ἑστήκεισαν. Inculcant eadem Etymol. et alii. Saltem ἕστασαν ab ἕστημι ducerem. Sed praefero ἔστασαν a στῆμι. v. ſup. ad 525.

πεπυκασμένα. ἐσκεπασμένα. Sch. et Heſych. hunc verſum reſpiciens, qui addit περικεκαλυμμένα. cf. Ψ, 503.

778. οἱ δ' ἀρχὸν Vrat. b. ἠδ' ἀρχόν. Sed ſunt οἱ ἄνακτες.

779. οὐδὲ μάχοντο. Ionicum ſeruant Vrat. a. b. pro vulgari οὐδ' ἐμάχοντο.

780. ὡσεί τε. Eton. ὡς εἴτε. νέμεσθαι, *depaſci*, pro Φθείρεσθαι, de igni, etiam Ψ, 177 de rogo ἐν δὲ πυρὸς μένος ἧκε σιδήρεον, ὄφρα νέμοιτο.

781. ὑπεστενάχιζε, vt mox 784 στεναχίζετο, legunt Ven. Sch. br. Euſtath. pro vulgato per ο, ὑπεστονάχιζε et στοναχίζετο. ſic etiam alibi. ex στένω. στενάχω. Ceterum apparet, vim mediam et actiuam hic nil differre. — Διὶ ὡς, h. ὡς ὑποστεναχίζει Διὶ, h. e. ὑπὸ, διὰ, Διός. et dictum h. l. de fragore; reſonabat ſolum, tanquam

fulmine percuſſum cum fragore tonitru. Puta autem rem praeteritam ad tempus praeſens eſſe reuocatam.

782. ὅτε τ' — ἰμάσσῃ. Vrat. a. vn. Vindob. cum Euſtath. ἰμάσσει. Eſt autem ἰμάσσειν graue et antiquum vocabulum pro πλήσσειν, vt πληγῇ eſt fulminis. Heſiod. Θ. 856 ἐπεί μιν δάμασε, πληγῇσιν ἰμάσσας. — ἀμφὶ Τυφωέϊ. in loco, vbi terra ei eſt impoſita, ſub qua ille iacet: pro eo, quod dicendum erat: cum ipſe petebatur fulminibus a Ioue eum aggreſſo. Fabulam de Typhoeo Terrae f. Ioui infeſto v. ap. Heſiod. Θ. 820 ſq. Apollod. I, 6, 3. Scilicet priſca aetas motus et incendia terrae ex ignibus ſubterraneis a monſtro flammas exhalante *inter turbines et fulmina* quibus terra percuſſa exarſiſſet, repetiit. Similis eſt fabula de gigantum pugna, ſaxis e terra rupta in altum eliſis, inter fulmina et ignes.

783. εἰν·Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς. Recitant verſum Strabo XIII, p. 929 B. Schol. Heſiodi Θ. p. CXXXV. vbi Τυφωέως, quod et in Vrat. A. legitur. Schol. Pind. P. I, 31. Εἰναρίμοις ſcribit Ven. et Schol. A. cum Heſych. h. v. qui tamen et Ἄριμα habet, vt Virgilius *Inarimen* dixit. De his v. Excurſ. II. ad Aen. IX, 715.

Arima. (τὰ Ἄριμα ὄρη) *Arimi montes*, vbi fuerint, quaeſiuere veteres, nec hiſtoricis argumentis expediuerunt; coniectando ad diuerſa loca rem reuocant, quae ſubterraneis ignibus aliquando arſerunt. Itaque in Phrygia, (cf. Diod. V, 71. vbi Weſſel.) Lydia, Myſia, Cilicia, Syria, Arimos quaeſiuerunt. Loc. cl. eſt Strab. XIII, p. 929. Qui Phrygiam, Lydiam, Myſiam memorant, ad terram catacecaumenen reſpiciunt; Ciliciam et Syriam qui memorant, conueniunt quodammodo inter ſe. Arimi enim, iidem qui Aramaei, Ciliciam inſederant.

Τυφωέος εὐνάς, male Schol. B. et L. τάφον interpretantur; Sch. br. διατριβάς. Eſt locus vbi ille iacet ſub terra, cubat; vti Virgilius *cubile* dixit, Pindarus στρωμνήν. In iisdem Arimis ſpelunca Echidnae apud

Digitized by Google

Heſiod. Θ. 301. vnde ſatis patet, fuiſſe antiquam famam memorabilis alicuius euenti naturalis in his locis.

E Strabone XIII, p. 929 C. diſcimus inſertum olim fuiſſe ab aliis verſum

Χώρῳ ἐνὶ ὀρυόεντι, Ὑδης ἐν πίονι δήμῳ.

Repetit ex eo Euſtath. Scilicet fuere qui ad Lydiam referrent Typhonem, in qua fuit Ὑδη· inf. Υ, 385 Τμώλῳ ὑπὸ νιφόεντι, Ὑδης ἐν πίονι δήμω. vnde verſum illum confictum eſſe manifeſtum fit. Inculcarunt eundem alii inf. poſt vſ. 864. Atque hic nollem viros doctos, Taylorum et Woodium, (p. 51) eo deueniſſe, vt, cum de Sodomis et Gomorris cogitarent, verſum praeclare a ſe emendari putarent χώρῳ ἐν ὀρυόεντ' Ἰούδης ἐν πίονι δήμῳ (ſaltem deb. χώρῳ ἐνὶ ὀρυόεντι Ἰούδης πίονι δήμῳ). Praeiuerat Dickinſon in Delphis phoeniſſantibus ap. Barnes: Τμώλῳ ὑπὸ νιφόεντ' Ἰΰδης ἐν πίονι δήμῳ.

784. στεναχίζετο legerat et hic Euſtath. cum Cant. Eton. Vrat. a. b. Ven. Bentleius coni. ὑπὸ ποσσὶν ὑπεστεναχίζετο. neſcio an ex vſ. 781.

785. μάλα δ' ὦκα διέπρησσον πεδίοιο. ſupplendum τὴν πορείαν, τὴν κέλευθον διὰ πεδίου. Sic διαπρήσσειν κέλευθον A, 483 et al. vt διανύειν. διαπερᾶν.

787. σὺν ἀγγελίῃ. Vrat. b. συναγγελίῃ vna voce. αἰγίοχος v. ad A, 202. Excidit in Sch. A. Scholion ad h. v. de aegide; vt patet ex Schol. ad B, 447.

788. 789. οἳ δ' ἀγορὰς ἀγόρευον ἐπὶ Πριάμοιο θύρῃσι, πάντες ὁμηγερέες, ἡμὲν νέοι ἠδὲ γέροντες. Exponunt grammatici ἀγορὰς ἀγόρευον per λόγους· qua notione ſupra occurrebat 275 ἔσχ' ἀγοράων. et Od. Δ, 818 οὔτε πόνων εὖ εἰδὼς, οὔτ' ἀγοράων. Id vero locum nunc habere nequit, nam additum πάντες νέοι ἠδὲ γέροντες· non hi omnes potuere pro concione verba facere. Niſi ergo a rhapſodis vſ. 789 inſertus eſt, eſt h. l. ἀγορὰς ἀγορεύειν ſimpliciter *conuenire*, *ad concionem venire*, vt forte ἀγορᾶσθαι dictum Δ, 1. etſi vel ſic a more iſtorum temporum hoc alienum eſt; conueniunt enim ante regis aedes ſenes (non νέοι) et de republica deliberant.

Neque de turba et multitudine conuenit dictum vſ. 808 αἶψα ἀγορὴν ἔλυσε. Schol. br. „ἀγορὰς, νῦν ἀντὶ τοῦ λόγους ἄκρους.“ an ἀκρίτους voluit? Melius Apollon. Lex. ἀγορὰ καὶ τὸ ἄθροισμα, καὶ ὁ τόπος, καὶ ὁ λόγος. Similia Heſych. et Etymol.

Conuenerat autem multitudo ante aedes Priami, quia Troiani in caſtris Achiuorum turbatum eſſe, homines ad naues procurriſſe (ſup. 144 ſq.) acceperant; mirari poterant, quid eueniſſet; et putare, Achiuos de diſceſſu cogitare: vſ. 794. Nihil adeo magis praeter opinionem iis accidere debuit, quam quod mox nuntiatur, Achiuos ad pugnam caſtris exiiſſe. Cum tamen Achillis diſceſſu Achiuorum opes imminutas eſſe viderent, vrbe egreſſi in aciem prodeunt; id quod antea facere auſi non erant. v. I, 352 ſq.

789. πάντες ὁμηγερέες. Vrat. a. ὁμηγυρέες. Suſpiciones de hoc verſu ſupra ad 788. 9. interpoſui.

790. προσέφη. Vrat. b. μετέφη.

791—795. — ἀθετοῦνται verſus quinque. Rationes in Sch. A. afferuntur, ſatis leues pleraeque, hae: „quia, ſi res tantum nuntianda erat, ſatis fuit Polites ſpeculator, nec Iride erat opus; ſin hortatu erant Troiani inſtigandi, vt in aciem prodirent, (μὴ τολμῶντας προελθεῖν leg.) etiam Polites ipſe prodire debebat; porro dii, quoties in hominis ſpeciem mutati interſunt, ſub diſceſſum numinis ſigna edere ſolent (non ſemper: v. ad Aen. I, Exc. XIII). Nec verba, quibus parens Priamus increpatur, conueniunt filio; nec, quod fratri Hectori praecipit vſ. 802 Ἕκτορ, σοὶ δὲ μάλιστ' ἐπιτέλλομαι ſq. Contra Iridi omnia melius conueniunt.“ Hactenus Ven. A. Addi poteſt, quod vſ. 807 eſt θεᾶς ὀπός. At enim reponi poteſt quoque, quod Iris non niſi forma humana adſcita Troianos alloqui potuit, quodque haec ita narrantur, ac ſi audientes ſtatim intellexerint, non hominem, ſed deam verba facere. Fatendum ſane eſt, Politae quidem totam orationem parum conuenire, at deae Iquis

mandata perferenti bene conuenire; esse tamen totum locum non satis feliciter tractatum.

791. *εἵσατο δὲ Φθογγὴν υἱῆ Πριάμοιο Πολίτῃ.* Vrat. b. *εἵσατο γὰρ Φ. υἱεῖ* Ven. etiam *υἱέϊ* Apollon. Lex. in *εἵσατο. ὡμοιώθη* cum Vrat. a. De *εἴδεσθαι* v. ad M, 103. — *Polites* autem e filiis Priami, *βοὴν ἀγαθὸς* etiam Ω, 250. pugnat fortiter inf. N, 533. Plura de eo narrata fuere in Posthomericis, vnde transtulit Virgil. Aen. II, 526 quod vrbe capta ante parentis ora a Pyrrho caeditur. Ibid. Aen. V, 546 eius filius inter Aeneae comites numeratur.

792 cum 793. recitat Strabo XIII, p. 894 D. *σκοπὸς ἧξε* et *ἵξε* variat, vt alibi. *ποδωκείῃσι πεποιθὼς*, pro *ποδωκείῃ, ποδώκης* v. sup. ad 588.

793. *τύμβῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ* pro *ἐπ' ἄκρῳ τύμβῳ*, dictum esse monet Apollon. Lex. h. v. Specula haec abest V. stadia a vetere Ilio, ad viam quae Alexandriam ducit: Strabo XIII, p. 894. 5. v. Topographiam Troadis. Et in animum reuocandus est mos antiquissimorum hominum, altos tumulos mortuis extruendi, quibus terra consita erat, ita vt adeo ii pro speculis esse possent.

Aesyetam vnum e principibus Troianorum fuisse facile credas; Antenoris et Vcalegontis patrem eum edidérunt; alii ab Vcalegonte aliquo antiquiore oriundum, cui Ilios, Laomedontis filia nupserat: apud Eustath. Ipse Homerus Aesyetae filium memorat Alcathoum, Anchisae generum, ducta Hippodamia, maxima natu filia. Il. N, 427.

794. *ναῦφιν ἀφορμηθεῖεν. ναῦφιν* esse pro *ἀπὸ νηῶν* tradunt Schol. br. et Eustath. vti et *ναῦφι* explicant Apollon. Hesych. cum Etymol. de quo v. ad M, 225. Sensum videntur subiecisse: quando a nauibus procedant Achiui, h. e. a nauium statione versus vrbem. Expectarunt adeo Troiani Achiuos aduersus se in aciem exituros esse? Atqui Troianis hoc praeter opinionem accidere debuit, quod et ex seqq. colligas; contra videntur illi sibi persuasum habuisse, Achiuos de discessu cogitare, spe ex

contentione inter Achillem et Agamemnonem orta; quibus contraria nunc nuntiat Polites. In Schol. br. eſt ἐΦορμηθεῖεν. ἐΦορμήσειεν leg. ἐΦορμήσειαν. Non dubito veram hanc eſſe lectionem, ἐΦορμηθεῖεν, mutatam propter νηῦΦιν male acceptum, cum ſit h. l. tertius caſus, pro νηυσὶ, εἰς νῆας. *quando Achiui in naues irruiturî ſint*, diſceſſu parato; ex vrbe enim proſpexerant, quomodo Achiui e concione νῆας ἐπεσσεύοντο ſup. 150. Priſco iſti Scholio adiuncta ſunt alia in ed. Cantabrig. et hinc in Barnes. ἄλλως. ναυσὶν ἀποχωρήσωσιν. ἀναλύσωσιν. εἰς Ἑλλάδα ἀναζεύξωσι.

In Vrat. a. vſſ. 793. 794. mutato ordine leguntur.

795. μετέΦη Ven. Vrat. a. προςέΦη. Similis varietas 790.

796. ὦ γέρον, αἰεί τοι — tu tanquam omnia pacata et tuta ſint, ſermones et conſabulationes ſeris. ἄκριτοι nunc pro πολλοὶ, vt certe grammatici. Sic inf. Γ, 412 ἄχεα ἄκριτα et inf. 868 ἀκριτόΦυλλον, πολύΦυλλον. Probat quoque Erneſti. Ergo ſup. 246 ἀκριτόμυθος ſimpl. loquax.

797. πόλεμος ἀλίαστος nunc primo occurrit: ἀνέκκλιτος ap. Apollon. Lex. Heſych. et Sch. br. (interpolatum a Barnes ἀνέκλειπτος) Etymol. ἀκατάπαυστος — ὃν οὐκ ἄν τις ἐκκλίνοι, λιάζοιτο. Dubito tamen an non melius aliis locis, vt Ξ, 57. ἀδιάλειπτος exponatur, *pugna continua, pertinax*, cum acriter pugnatur. De λιάζεσθαι v. ad O, 520. ὥςπερ ἐπ' εἰρήνης Vindob.

798. ἦ μὲν δὴ — ſic Ariſtarchus ſcripſerat, ſi recte Scholion interpretor, cum in exemplaribus, tum in libro ad Comanum (ἐν τοῖς πρὸς Κωμανὸν) vt ſit pro ὄντως μὲν δή. cum alii ſcriberent ἦ μὲν δὴ, pro ἤδη. vt ſimile eſſet illis Γ, 184 ἤδη καὶ Φρυγίην εἰςήλυθον. — ἤδη μὲν μάλα Cant. Vrat. b. — πολλὰς μάχας quis credat in pluribus legi: edd. Flor. Ald. 1. mſ. Lipſ. Vrat. b. c.

799. τοῖόνδε τόσονδέ τε. Cum primum nunc legatur; monebo ſemel, nil tribuendum librariis eſſe in varietate τοῖόν δε et τοιόν δε, vel τοιόν τε. τόσονδε et

Digitized by Google

τόσον δὲ, itaque nec digna videri quae enotentur; ſervandum modo eſſe per omnem librum, quod ſemel arripueris.

800. ξ— ſorte propter omiſſum διὰ in ἔρχονται πεδίοιο.

801. μαχησόμενοι περὶ ἄστυ. Adſcriptum a Bentl. μαχεσσόμενοι, quod ille praefert: v. ad A, 298. e codd. nil video enotatum.

προτὶ ἄστυ Venetus. Sicque Zenodotum et Ariſtophanem ſcripſiſſe Schol. A. teſtatur; ſcilicet vt iungantur: ἐρχόμενοι πρὸς τὴν πόλιν. Fuit igitur altera lectio περὶ ἄστυ Ariſtarchea, quam ſi in aliis retinemus, quidni et hic? tuentur eam Ven. B. Lipſ. et ceteri.

802. Ἕκτορ, σοὶ δὲ μάλιστ' ἐπιτέλλομαι ὧδέ γε ῥέξαι. ita legitur inde a Turnebo, ὧδέ γε ῥέξαι, qui ex ed. Rom. intulit; vt iungatur cum ἐπιτέλλομαι. quod ſollenne eſt; vt Od. Φ, 240 σοὶ δὲ — θύρας ἐπιτέλλομαι αὐλῆς κληῖσσαι κληῖδι. Minus obuia eſt altera lectio, quae in Flor. et Aldd. erat, quam et habent codd. Ven. Eton. Vrat. b. c. A. ὧδε δὲ ῥέξαι, ſeiunctim ab antec. vt imperatiue: *ſicque tu facito*, accipiatur; vt Od. M, 217 σοὶ δὲ — ὧδ' ἐπιτέλλομαι — ἐκτὸς ἔεργε νῆα.

803. πολλοὶ γὰρ pro δὴ, eſt enim γὰρ ex γ' ἄρα. Iungendi autem ſunt vſſ. 802 et 805. ita vt interpoſiti ſint 803. 804. Quod Polites ſuadet Hectori, videri poteſt eſſe στρατηγικόν τι, (ex vſſ. 803. 804.) cum praeter Troianos adſint in vrbe ſocii (129—131) ſermone inter ſe diuerſi: ordinandas eſſe copias, non ſecundum ſtirpes et familias (vt ſup. de Achiuis vidimus vſ. 362) verum ſecundum populos, vt popularibus imperent ſuis duces e populo quoque; at Troianos ipſos Hector educito et ſummum imperium habeto. Poſſunt tamen ſimpliciter accipi omnia haec ſic: educunto copias ſuas ſocii, et tu, o Hector, Troianos.

804. ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα. Eadem repetuntur Il. Δ, 437. 438. Qui commemorantur Troianorum ſocii, partim Thracici, partim Pelasgici nominis ſunt; non igi-

Digitized by Google

tur, nisi dialectis inter se discrepare sermo omnium potuit. Aeschyli Sept. ad Th. 176 ἑτερόφωνος στρατὸς facile in mentem veniat, vbi Schol. h. v. apponit. Bentl. ex Eustath. laudat ἄλλη δ' ἄλλῳ. sed est vitium operarum ἄλλω omisso ν.

805. τοῖσιν ἕκαστος ἀνὴρ σημαινέτω, οἷσί περ ἄρχει. Obseruant Sch. B. et L. cum Leid. Eustath. praemitti caussam et rationem vs. 803 πολλοὶ γὰρ, vt Odyss. K, 226 ἔνδον γάρ τις ἐποιχομένη. Scilicet vulgari more initium orationis fieret per ἐπειδή. Est tamen hoc nimis tritum, quam vt notatum a grammaticis expectares. Porro οἷσί περ ἄρχει cum tertio casu dictum, hic et aliis locis Homeri, cum vulgo frequentetur ἄρχειν τινός. Verum et ἡγεῖσθαί τινι vsu habetur.

806. τῶν δ' ἐξηγείσθω. Alii coniunctim legerunt τῶνδ'. Vt nunc haec se habent, ad antec. referuntur, et est repetitio verborum τοῖσι σημαινέτω. Atqui ita Hectori omnino nihil ab Iride praeciperetur, quod monitu opus erat; tenebat hoc ipse Hector, Troianos sub suo ductu se habere; tum oratio est paullo durior pro sollenni: σὺ δὲ, κοσμησάμενος πολίτας, ἐξηγοῦ τῶνδε. Expectatur hoc, quod per totam Iliadem ita se habere videmus: At tu, Hector, in omnibus summus dux praeesto et ciues tuos educito. ἐξηγοῦ requirebatur. Videtur adeo legendum ἐξηγεῖσθαι pro imperatiuo. Praestat adeo saltem τῶν δ' ἐξηγεῖσθαι, suis quisque copiis imperato; *at iis tu dux esto summus, Hector, in ordines deductis ciuibus tuis, Troianis.* Etiam Matthiae emendabat τῶν δ' ἐξηγεῖσθαι, vt coniungeretur cum ἐπιτέλλομαι ὄφρά γε ῥέξαι. sed ita κοσμησάμενος non bene locum habebat, sed aut — νον aut — νῳ.

Notauerat Porphyrius (ap. Eustath. p. 353) Troianorum et Sociorum duces memorari in Iliade XXVIII. e quibus XVIII. deinceps occubuisse narrantur.

807. ξ— quod haec verba induxerunt eos, qui superiora interpolarunt, vss. 791—5 interpositis. — tum

Digitized by Google

οὐκ ἠγνοίησεν nunc esse, οὐκ ἀπίθησεν, In Apollon. et in Hesych. versu apposito est: ἠγνοίησεν, ἠπείθησεν.

Secundum superius allata ad singulos versus liquere puto, totum locum e variis symbolis rhapsodorum coaluisse nec fuisse a primo auctore nisi vss. 786, 7. 8. 790. 796—801. 807.

808. αἶψα δ' ἕλυσ' ἀγορήν. Alii apud Schol. A. αἶψα δὲ λῦσ', occurrere autem vtrumque apud poetam (h. e. legi in libris; nam quid poeta maluerit, nemo pronuntiare potuit). Est quoque δὲ λῦσ' in Mosc. 1. Atqui hoc est Ionicum. Ergo etiam mox esse debuit ἐπὶ τεύχεα δὲ σεύοντο, vt legitur Il. Ψ, 198 ὕλη δὲ σεύαιτο.

809. πᾶσαι δ' ὤϊγνυντο πύλαι. ξ— quod πᾶσαι non de numero accipiendum est; nam vna tantum erat porta Ilii (aliter statuerunt sequiores, qui plures portas narrant. Est tamen in Homero πύλαι de vna porta vbique). Verum est, pergit Sch. A., pro ὅλαι, quam late patebat porta vrbis. Sic et Sch. br. glossaria et primo loco Apollon. Lex. in πᾶσαι, cum Herodoro et Apione, testante Eustath. cf. ad M, 175. Ceterum hi duo vss. 809. 810. iterantur inf. Θ, 58. 59.

810. πολὺς δ' ὁρυμαγδὸς ὀρώρει. Post ὤϊγνυντο, ἔσσυτο, expectabas ὄρωρεν, *exortus est*. aoristum hoc est, quod Clarke monere voluit. Nunc est: pedites et currus exibant; *et magnus tumultus exoriebatur*. πολὺς est μέγας, vt saepe videbimus, πολὺς ὑμέναιος Σ, 493 sic πλεῖστος. Notatum v. c. apud Herodot. et al.

811. Ἔστι δέ τις προπάροιθε πόλεος αἰπεῖα κολώνη. Legebatur πόληος non modo in ed. Rom. et Eustath. sed in omnibus edd. ante Barnes. etiam in codd. vt in Vrat. a. b, Vindob. et ex correctione in Mosc. 1. — πόλιος est in codd. Barocc. Cant. Mori. Eton. Sic et Ven. Vrat. b. Apparet vel hoc exemplo, quam parum de metro solliciti fuerint homines. Barnes emendauit πόλεως, adductus binis aliis locis; in altero ex iis, quem noui, Υ, 52 πόλιος vera est lectio. Clarke addit Φ, 567 εἰ δέ κεν οἱ προπάροιθε πόλεως κατεναντίον ἔλθω. de quo non minus

Digitized by Google

dubito. Ait idem πόληος, πόλιος, πόλεως promiſcue haberi et pronuntiari contracte. Dubito an omnino forma Attica πόλεως in Homero locum habeat; πόλιος et πόληος in Homero contrahi nego; πόλεως, ſi contrahendum eſt, quorſum ſcribitur, cum πόλεος ſufficiat? Et habent hoc codd. Lipſ. Vrat. A. Antiquum vitium inſidere verſui ſuſpicari poſſis et fuiſſe, ἔστι δέ τις πόλιος προπάροιθ' αἰπεῖα κολώνη. Praeſidium quoque eſſe video in Apollon. Lex. in Κολωνὸς, vbi vſ. ita recitatur. Nec tamen neceſſe eſt ita ſtatuere; et reſtat alter locus paullo ante memoratus ex Φ, 567.

Male Κολώνη pro nomine proprio habita ab Apione ap. Apollon. Lex. p. 409. potuit tamen hoc ad alium locum ſpectare.

813. 814. vſſ. ſunt apud Strabonem XIII. p. 924 C. de vario hoc nominum genere v. ad A, 403. Conſtat nunc, ad ſermonem *antiquiorem*, forte qui in antiquioribus carminibus habebatur, et ad *vulgarem* ſermonem ea ſpectare; ſic quoque tradunt ad h. l. Schol. B. L. et Leid.

σῆμα — ἐστὶ δὲ καὶ ἐπὶ τῷ τάφῳ Apollon. Lex. ad h. l. cum Heſych. et al. Fuit autem *Myrina* ex Amazonibus, quas impreſſionem in Aſiam, adeoque in Troadem quoque, feciſſe, fama vetus obtinuit; nam et Bellerophon, et ipſe Priamus, cum iis pugnauit: Il. Γ, 189. Z, 186. Similiter Cume nomen ab Amazone duxiſſe credita: Strabo XIII, p. 924 C. et Smyrna, ibid. p. 940 A.

In Βατίεια arguuntur grammatici, dum modo a βάω, βαίνω, modo a βάτος nomen ducunt; quia collis ſentibus obductus eſſe potuit. Sufficit fuiſſe ante Ilium vetus κολώνην Βάτειαν vel Βατίειαν.

πολύσκαρθμος (quod et πολυπάρθενοι h. l. ſcribitur, v. c. in cod. Vindob.) Amazon dicitur pro *agilis*, *acris*. v. Schol. Eſt enim agilitas in laude pugnantium. Σκαίρειν ſimpliciter de motu pedum dicitur, adeoque de ſaltatione; pugnantium autem motus cum ὀρχήσει compa-

Digitized by Google

rari ſolet; ita μέλπεσθαι H, 240. Redit adeo, vt Apollon. Lex. in εὔσκαρθμος ait, res ad notionem τῆς πολεμικῆς, vt ſit *bellicoſa* Amazon. Strabo XII, p. 859 B. C. εὐσκάρθμους equos dici; adeoque dici eam πολύτκαρθμον, διὰ τὸ ἀπὸ τῆς ἡμιοχείας τάχος. equis eas inſidentes adeo non agnoſcit Amazones Strabo, ſed curribus vectas.

Aliis nomen ſimpliciter acceptum eſt de puellarum *choreis*, e quibus illarum commendatio a poetis peti ſolet. Contendunt igitur Myrinam Trois fuiſſe filiam, Dardani vxorem. v. Euſtath. qui Lycophronem et Strabonem laudat cum Arriano. Adde Waſſenberg. Pro Troe Teucrum ediderant Cephalo (Gergethius, v. Notas ad Apollod. p. 740. 741.) et Hellanicus; cf. Sturz. ad eius Fragm. p. 100. filiam autem ille Arisben, hic Batiam memorarant: ap. Stephan. Byz. in Ἀρίσβη. Δάρδανος et Βάτεια.

Tandem Μυρίνης firmatur, quod inde a Flor. Aldd. legitur, per Ven. Schol. A. Vrat. a. b. Schol. Lycophr. 243. Μυρίννης ed. Rom. Euſtath. et Strabonis edd. XII, p. 859. et 924. Μυρήνης ex vitioſa pronuntiatione alii, vt Io. Diac. ad Heſiod. Θ. p. 168. b. Etiam vrbs fuit Myrine ap. Lycophr. l. c. vbi v. Schol. Legitur quoque πολυσκάρμοιο in Eton.

815. Populi, ex quibus conflatus erat Troianorum exercitus, memorantur primo loco *Troiani*, qui Priami ſub imperio fuerunt; et hi quidem I. e *Troade* ſeu Troia proprie dicta, 816. II. ex *Aeneae* et *Antenoris* ditione, ſ. *Dardania*, 819. III. e *Pandari* ditione, in qua *Zelea* erat, 824. IV. ex *Adraſti* et *Amphii*, filiorum Meropis ditione, in qua *Adraſtea*, 828. V. ex *Aſii* ditione, in qua *Percote*, *Seſtus*, *Abydus* ſitae 835—9. Hactenus omnes Troianis ſunt accenſi. Videntur tamen nec minus Priami imperio paruiſſe *Leleges*, *Cilices*, et *Cetei*, in recenſu non memorati; de quibus v. Obſſ. ad fin. libri; nam fuerunt ex iis populis, qui inhabitarunt Troadis loca. cf. *Schoenemann. Geographia Homeri*, p. 104 ſq.

Digiti

Sequuntur in recenſu ſocii: *Pelasgi*, 840. *Thraces* 844. *Cicones* 846. *Paeones* 848: hi quidem omnes *ex Europa*. Porro *Paphlagones* 851. *Halizones* 856. *Myſi* 858. *Phryges* 862. *Maeones* 864. *Cares* 867. *Lycii* 876. adeoque e XII. fere populis copiae, ſitis fere intra peninſulam Aſiae, h. e. in anteriore Aſiae parte quae Sinope et Iſſo includitur. Bene hoc obſeruauerat Apollodorus Ath. contra quem non bene disputat Strabo XIV, p. 995 ſqq.

816. Τρωσὶ μὲν ἡγεμόνευε. Verſum excitat Strabo XIII, p. 876 C. ibidem vſ. 819. et Schol. Apollonii I, 794. vbi ἡγεμόνευσε legitur.

Τρῶες autem h. l. *proprie* dicuntur, qui Ilio et Troade continentur. Alias, eodem modo vt Achaei, *commune* nomen eſt et Troianorum et ſociorum. Notauit quoque Strabo XII, p. 860. Troum autem ex Homero (nam ſerius Troadis fines geographi non vno modo conſtituerunt) ditionem ille conſtituit inde ab Aeſepo fl. vsque ad Caicum amnem; regione in octo vel novem portiones diuiſa: cf. XIII, p. 872 ſq. At *Troas proprie dicta* Idae praetexta et Lecto promontorio ſinita tum erat; ad eam fere ſpectant ea, quae memorantur inde ab 816—839. In Il. Ω, 543 Priami ditio deſcripta eſt inter Lesbum, Phrygiam et Hellespontum. Adumbrauit haec poeta ex fama antiquorum temporum; non ex ſua aetate; etenim poſt Troiam captam, multo magis poſt migrationem Aeolum et aliorum Graecorum in eas terras, magna facta erat mutatio. v. Strab. XIII, p. 877 C.

κορυθαίολος, quod nunc primo loco occurrit, voc. ἐναργὲς, cum criſta enim celeriter mota omnino motus celeritas animo obiicitur, facile conſtituetur ex iis quae ad Δ, 186 disputata ſunt de αἰόλος. ὁ αἰόλλων, ὁ κινῶν, τὴν περικεφαλαίαν. Hoc tenendum e pluribus aliis in Schol. ad h. l. et ad alia loca. cf. Porphyr. Qu. Hom. 3. Idem eſt κορυθάιξ inf. X, 132. Declaratur per vſ. N, 805 ἀμφὶ δέ οἱ κροτάφοισι φαεινὴ σείετο πήληξ. Add. O,

Digitized by Google

608. 609. Schol. Aeſchyli Sept. ad Theb. 117. comparat δοχμολόφους ἄνδρας in Tragici loco. In accentu vocis non ſibi conſtant grammatici: ſcribitur ab aliis κορυθαιόλος. quod cum ſimplici αἰόλος conuenit.

818. μεμαότες ἐγχείῃσι ſc. μάχεσθαι, dura breuitate; plenius: ſup. 543 Abantes μεμαῶτες ὀρεκτῇσι μελίῃσι θώρηκας ῥήξειν et 863 μέμασαν δ' ὑσμῖνι μάχεσθαι. Occurrit ſic quoque ſimpliciter μεμαὼς, pugnandi cupidus, acer, animoſus. Quomodo poſſit α produci nunc in μεμαότες, breuis in μεμαῶτες ſup. 543. ex analogia ſimilium docet Clarke. Cauſſa latere videtur in eo, quod Aeolicum digamma interpoſitum fuit in μεμαϝοτες.

819. Δαρδανίων αὖτ' ἦρχεν ἐὺς πάϊς Ἀγχίσαο. ξ quod Dardaniis imperauit Aeneas, et ipſe Dardanius fuit. Notatur hoc, reſpectu habito ad ſup. 701 Δάρδανος ἀνὴρ, qui nonnullis viſus erat eſſe ipſe Aeneas. Verſum laudat et illuſtrat Strabo XIII, p. 885 et p. 876 C.

πάϊς recte pro παῖς, quod inuaſerat edd. ſaltem inde ab Argentoratenſi; idque vbique reſtitui iubet Bentl. ἐὺς, ἀγαθὸς, Apollon. Lex. h. v. inde alii. *Dardanios* poeta memorat h. l. alio loco Υ, 215 Δαρδανίην ſc. πόλιν ſeu χώραν. Memoratur vrbs Dardania ſub Ida ſita haud longe ab Abydo; Strab. XIII, p. 885 A. et ex eo Euſtath. Itaque et vrbi et regioni Dardaniae imperaſſe dicitur Aeneas. Δαρδάνιοι autem etiam Δάρδανοι Il. O, 425. De Dardano ſtirpis auctore v. Exc. VI. ad lib. III. Aen. Virgil.

820. 821. τὸν ὑπ' Ἀγχίσῃ τέκε δῖ' Ἀφροδίτη. plenius eſſet ὑποδμηθεῖσα Ἀγχίσῃ. Monitum ſup. ad 714. Etſi hoc forte loco iungere aliquis poſſet ὑπὸ cum εὐνηθεῖσα. Iterum attingitur fabula inf. E, 313.

Ex hoc vno, quod propter oris venuſtatem Aeneas Veneris filius erat appellatus, quot ſunt fabulae fatae! vt ex altero quod Paris pulcerrimam feminam duxerat, quaſi a Venere monſtratam et conciliatam! cauſſis nunc ac modis rei geſtae per poetarum ingenia inuentis.

Digitized by Google

τὸν ὑπ' Ἀγχίσῃ τέκε. quis credat τόν δ' ὑπ' vbique legi metro vitiato, nec ſublatum eſſe vitium niſi a Barnes. Sunt tamen codd. a quibus δ' abeſt, Vrat. a. b. A. Lipſ. Ven. et Athenag. qui c. 17. Deprecat. pro Chriſt. verſum laudat. Simillimus verſus eſt Heſiodi Θ. 1008.

821. Ἴδης ἐν κνημοῖσι. Ioa. Diac. ad Heſiod. Θ. p. 168. b. miro modo corrupte recitat: ἐν κνημῶσι θεὰ θνητῷ εὐνηθεῖσα.

822. 823. Rarior memoria Antenoris Dardaniae partem imperio tenentis. De eo v. Exc. VII * ad Aen. Virgil. lib. I. Antenoris filii, Archelochus et Acamas, iterum memorantur M, 100 et cum Polybo et Agenore fratribus Λ, 59. 60. Archelochus caeditur Ξ, 464 ſq. Acamas Π, 342. δύο vitium eſt ed. Steph.

μάχης εὖ εἰδότε πάσης. Vt ſemel de hoc moneam, in heroum laude habetur et hoc, quod *varios pugnandi modos* tenent, eminus, cominus, iaculo, haſta: ſcuto ad leuandum brachium modo a ſiniſtra ad dextram translato, pugna ſtataria et curuli et procurrendo ante ordines facta; hos modos in loco claſſico de Hectore videbis Il. H, 237 — 241. Declaratur ea laus interdum per παντοίην ἀρετήν, X, 268 Achilles ad Hectorem: παντοίης ἀρετῆς μεμνήσκεο etc. ad quem loc. vide plura.

Supereſt Ἀρχέλοχος quod pro vulgato Ἀρχίλοχος receptum eſt: quod quidem nomen poetae lyrici bene tenemus, etiam Archidamum, et ſimilia. At h. l. Ἀρχέλοχος iam erat in Flor. Ald. 1. ſicque Cant. Eton. Ven. Lipſ. Vrat. omnes, ſicque iterum edd. inf. M, 100. Ξ, 464. Defendit quoque Bentl. exemplis ἀρχέκακος, ἀρχεπτόλεμος. Adde nomina propria virorum plura: Ἀρχέδημος. Ἀρχέτιμος. Ἀρχέστρατος. Ἀρχέλαος. etiam Ἀρχέμαχος Euboeenſis ap. Strabon. forte ex ἄρχεν pro ἄρχειν.

824 — 827. E *Zelea* vrbe copias duxit *Pandarus*. cf. Δ, 91. 103. Declaratur a poeta *Zeleae* ſitus accurate, (cf. Strab. XIII, p. 878 A.) ſub Idae radices ad Aeſepum: qui pro Troadis limite conſtituitur; vlteriora ſunt Myſiae: quod bene declarat Strabo XII, p. 847 C. add.

Digitized by Google

Schol. Ven. ad Z. 1. Seriore tempore in Cyzicena erat Zelea. p. 874 A. 863 A. Stephano in Ζέλεια eſt πόλις Τρωάδος. Eadem Ζελίη et Ζέλη. Laudantur ibid. verſus ex epigrammate Poſidippi (Ποσειδίππου). Add. Euſtath. ad h. l. Memoratur adhuc in Alexandri expeditione ap. Arrian. I, 12, 15. At exoritur difficultas in Pandaro, qui cum Τρῶας duxiſſe dicatur v. 826. (inf. Δ, 91 ſunt populi οἵ τ' οἱ ἔποντο παρ' Αἰσήποιο ῥοάων.) tamen E, 105 e *Lycia ſe profectum* ait ἀπορνύμενον Λυκίηθεν, cf. ibid. 173 vbi Lycios omnes arte ſagittandi ſuperaſſe dicitur, οὐδέ τις ἐν Λυκίῃ. vnde colligunt veteres apud Euſtathium, partem illam Troadis Lyciam dictam, et a Lyciis colonis habitatam. Et *Lycios* appellat Strabo XII, p. 858 A. XIII, p. 876 C. 878 A. Addunt alia leuiora, Lycaonis nomen, et Apollinem Λυκηγενῆ, quem ille invocat Δ, 101. 119. In his enim argutari videntur veteres; nam Apollo Λυκηγενὴς non a Lycia, ſed a diluculo (λύκη) nomen habuit. Quando et qua de cauſſa Lycii in Troadem profecti ſint, non reperio; Lycii in Lyciam proprie dictam immigrauerant e Creta: v. Herodot. I, 173. Ex eadem Creta Teucri originem duxere; an cum his Lycii in Troadem profecti ſint, quis dixerit? Obſtat, quod in Creta non Lycii, ſed Termilae fuere dicti. add. Obſſ. ſub fin. libri huius II.

824. ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης. In ὑπαὶ conſentiunt veteres, vt καταὶ, παραὶ, Ven. A. B. L. et in Strab. XII, p. 848 A. vbi duo hi verſus recitantur, et XIII, p. 876 C. 878 A. add. Schol. Apollonii I, 537. In aliis locis variat lectio, vt ſup. vſ. 44. Etſi perſuaſum mihi habeo ſeriorum hoc commentum eſſe, nec Homericis aliud quam ὑπὸ conuenire, quod ipſo ictu h. l. vltimam productam habet: video tamen auctoritati librorum et veterum eſſe cedendum.

825. ἀφνειοί. Mireris, potuiſſe nonnullos inter veteres vocem h. l. ducere ab Aphnitide lacu; vt idem ille ſit cum Daſcylitide palude, ap. Strab. XIII, p. 878 A. v. Euſtath.

Ex *μέλαν ὕδωρ* fecit Callimachus *ἁλικώτατον ὕδωρ Αἰσήπου* in Euſtath. ad h. l. Schol. B. L. Leid. v. Fragm. 290.

826. *τῶν αὖτ' ἦρχε. τῶν τ' αὖ* Vrat. A.

827. ξ— quod *τόξον* dixit, cum *τὴν τοξικὴν* dicere voluerit; nam arcum ipſi *ὁ κεραξόος τέκτων* fabricatus erat Δ, 110. Notatur quoque, quod in his vſſ. praeparatur *ἡ τοξεία* in Menelaum libro IV.

828. 829. *Adraſtea, Apaeſus, Pityea*, cum *Terea* fuerunt in terra Cyzicena et Pariana inde ab Aeſepo fl. Strab. XII, p. 848. Serius iſte tractus Myſiae fuit; ſed Troianis temporibus nomine eo nondum deſignabatur; etſi Myſos poeta memorat 858 vt eos adeo non tam late tum habitaſſe appareat.

Super *Adraſtea* disputatur eiusque conditore Adraſto, male confuſo cum altero Adraſto, Argiuorum rege, qui copias aduerſus Thebas duxit, et a quo Adraſtea Nemeſis nomen habuiſſe credita eſt: de quo v. Strabo XIII, p. 879 C. 880. Steph. Byz. Pauſanias, et ex iis Euſtath. Adde Schol. Apollonii I, 1116. vbi et fragm. Callimachi.

Apaeſus vel *Paeſus*, Παισός, inter Lampſacum et Parium fuit, Strabo XIII, p. 881 B. Steph. Byz. h. v.

Pityeam interpretatur Lampſacum Schol. Apollonii I, 933 laudato hoc verſu; at ea olim nominata fuit Πιτύουσα, Strabo p. 881 B. Pityea autem ſita fuit inter Parium et Priapum (Steph. Byz.) in agro Pariano: Strabo XIII, p. 880 C. *ἐν τῷ Πιτυοῦντι τῆς Παριανῆς*. Eadem et Πιτύη dicta: vt docet Waſſenberg. ad h. l.

Terea, Τήρεια, mons et tractus in regione Cyzicena. Videtur ea latere in Strabonis *τῆς Ῥείης ὄρος*, cf. *Schoenemann de Geograph. Hom.* p. 105.

828. *Οἱ δ' Ἀδρήστειαν*. Laudat verſum Steph. Byz. in Ἄπαισός, et Strabo cum 829. 830. 1. vt nunc haec leguntur, lib. XIII, p. 878 B. At Schol. Apollonii I, 1116. *οἵ δ' ἄρ' Ἀδρήστειαν*. Eſt hoc quoque in Vrat. a. et Moſc. 1. Ven. et probe. Contra fuere, qui *οἱ δὲ Ἀδρήστειαν* ſcriberent apud Euſtath. Vti pro Ἄπαισός ſcri-

Digitized by Google

ptum est Πιτισὸς inst Δ, 612. et ap. Herod. V, 117. Obseruat hoc idem Strabo p. 881 B. C.

δῆμον Ἀπαισοῦ· sc. vrbis s. tractus. Adeoque sunt οἱ Ἀπαισηνοί. At Sch. aiunt: regis Paesi. Possit δῆμος quoque ipsa terra esse, vt E, 710 Βοιωτοὶ μάλα πίονα δῆμον ἔχοντες. sed simplicissimum est, quod primo loco posui.

830. *Adrastus* ab Agamemnone necatur Z, 37—65. *Amphii* nulla fit alia mentio. Diuersus ab eo esse debuit Amphius, Selagi f. etiam ex Paeso, Il. E, 612. Et se hic videtur quem Schol. A. corrupte memorat Ἐλάτου υἱόν. Quod hic Amphion λινοθώρηξ dictus est, declarat eum leuiter armatum fuisse et arcu vsum, non hasta. cf. dicta sup. ad 529. de Aiace.

831. *Merops*, Percote oriundus, vates: cuius filiam Cliten (Κλειτὴν) Cyzicus heros duxit ap. Apollon. I, 975. vbi Schol. Meropem regem Cyzici eum perhibet.

Περκωσίου. sic constanter scriptum; etiam ap. Strabon. XIII, p. 877 A. v. mox ad 835.

ὃς περὶ πάντων ἤδεε μαντοσύνας. Longum est Scholium Ven. A. accedentibus B. L. non πέρι esse scribendum, sed περὶ, quandoquidem verbum non praecessit (quod esset ἤδεε πέρι) sed sequitur, et quod iungenda sunt περὶ πάντων, h. e. ὑπὲρ, prae aliis omnibus. Similia videbis in Etymol. in ἀπό. Sexcenties hoc monitum inculcatur, vt statim ad 839. 877. Γ, 444. E, 325 vbi video, tale Scholion adscriptum iam fuisse ad A, 287. cf. ad A, 258. Erat περὶ in Vrat. b.

832. οὐδὲ οὓς παῖδας. ita recte legitur inde ab Ald. 2. et Rom. Antea in Flor. et Ald. 1. erat οὐδὲ ἑοὺς adversante metro: quod tamen optimi codd. tenent, Ven. Lipsi. Eton. Vrat. c. Simile mendum οὐδὲ ἑοὺς obsidebat Λ, 330. Scilicet ignoratum est mature digamma, cum antiquitus fuisset ουδε ϝους. producta autem vltima in ictu et ex insequente ϝ pronuntiato tanquam esset ουδεϝϝους. Minus scite Barnes coni. οὐδὲ σφούς. In codd. Vrat. a. b. A. erat οὐδ' ἑούς. Vera notata erant a Bentl.

833. *στείχειν ἐς πόλεμον Φθισήνορα.* Ad h. v. pertinet Apollon. Lex. *στείχειν, πορεύεσθαι.*

Φθεισήνορα in multis antiquis ſcribi teſtatur Euſtath. Non tamen *Φθισήνορα* metro repugnare, monet Clarke; eſſe enim *Φθίνω* (potius *Φθίω*) *Φθίσω*, productum. cf. Euſtath.

τὼ δέ οἱ οὔ τι παιθέσθην, diuiſim. Scribunt alii, vt Ald. a. et hinc deducti *οὐ τὶ* —

835. 836. Verſus hos cum ſeqq. 835—9. laudat et illuſtrat Strabo XIII, p. 882. 3. et p. 876 D. —

Percote. Practium. Seſtus. Abydus. Arisba. Sunt hae vrbes ſitae ad Hellespontum, ad quem Priami ditionem pertinuiſſe Strabo docet ex h. l. lib. XIII, p. 877 A. *Percote*, de qua mox dicetur. *Practium* et *Arisbe* circa Lampſacum et Abydum: Strabo XIII, p. 883. Amnem Πράκτιον a poeta memorari tradit idem ibid. B. et Schol. A. cum Euſtath. Itaque *ἀμφενέμοντο* acceperunt: *circa amnem Practium*, vt ſimilis ſit ratio, quae fuit verſuum 521 et 854. vbi etiam accolentes ad amnem memorantur. De *Arisba* quam Aſius regni ſedem habuit, v. Steph. Byz. et cf. ad Aen. IX, 264 vbi Arisbam ab Anchiſe captam Virgilius memorat, neſcio an antiqua auctoritate; fuit ea poſtea inter vrbes Aeolicas numerata: memorata adhuc in Alexandri traiectu in Aſiam ap. Arrian. I, 12, 10. vna cum Percote et Practio fl. haud dubie enim *προσάκτιος ποταμὸς* eo loco eſt leg. Πράκτιος. Diuerſa eſt alia Arisba Lesbi ab Arisba Macaris f. dicta; et altera ab Arisba, Teucri f. appellata. Venit tamen Arisba illa Troadis, quae antiquitus Thracum fuerat, ſub nomine coloniae Mitylenaeorum: *Μιτυληναίων ἄποικος.* Ita dicendum eſt, in antiquam metropolin ſerius ex Lesbo nouos colonos adductos eſſe.

Iam Περκώτη vrbs iterum memoratur Λ, 229 vbi Περκώπη vulgatum eſt in edd. Idque e Steph. Byz. defendit Erneſti, et ſecundum hunc Brunck. in Apollon. I, 932. cf. Weſſeling. ad Herodot. V, 117. Eſt ſane nomen antiquum Percope obuium apud Xenoph. Hiſt. Gr.

V, 1, 25. Si tamen memineris in Homero paullo ante 832 Μέροπος Περκωσίου ſcriptum fuiſſe, et ſimiliter apud Apollon. I, 976 ſubiici voc. Περκώσιος, poetas non Περκώπη ſcripſiſſe probabile ſit, ſed Περκώτη. etſi et h. l. Περκώπην exhibent Barocc. Vrat. b. Apud Strabon. eſt Περκώτη in locis memoratis; niſi quod p. 883 A. mutatam ſcripturam innuit. Euſtathius ad Λ, 229 diuerſas vrbes edit Percoten et Percopen, indocte.

836. *Seſti* et *Abydi* mentionem iunctim factam narrant grammatici effeciſſe aliquando (Sch. B. ad Catal. nau. 1. et Euſtath.), vt, controuerſia ſuper Seſto orta, Athenienſes concederent de Seſto Abydenis.

837. Τῶν αὖθ' Ὑρτακίδης ἦρχ' Ἄσιος — Ἄσιος Ὑρτακίδης. ξ— quod alterum cognominem Aſium, Hecubae fratrem, memorat poeta. (Π, 719) Notauerat haec et ſimilia Ariſtarchus πρὸς τὰ Πυλαιμένους, hoc eſt ad vſ. 851 vbi de Pylaemene agendum erat.

Praeparat autem poeta in his, quae de hoc Aſio, Hyrtaci f. memorat vſſ. 837. 8. 9. ea, quae inf. Il. M, 110 ſq. narranda erant.

838. ξ— propter epanalepſin, ſeu repetitum Aſii nomen: quandoquidem de eo iterum alio loco dicturus eſt. Sch. A.

839. αἴθωνες ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος ξ— appoſita eſt διπλῆ, quae ad Zenodotum ſpectare debuit. Niſi fuit ſimplex ſtigme ξ— reſpectu ad Selleentem fl. de quo ad vſ. 659 grammatici monuerant et monent iterum ad h. v. Porro ſubtiliter agunt de retracto accentu in ἄπο, et exponuntur in Sch. A. Ptolemaei Aſcalonitae, Niciae et Ariſtarchi diſſidia, ſitne ἀπὸ an ἄπο ſcribendum. In alterum hoc proniores ſunt plerique, etiam Herodianus, vt ποταμοῦ ἄπο iuncta habeantur. Conf. ad 831.

ἵπποι αἴθωνες hic et M, 97 varie a grammaticis exponuntur. Vide primo loco Etymol. h. v. vbi de ferro et aere agitur; eſſe αἴθωνα, λαμπρὸν, nemo dubitet. At vbi αἴθωνες ſunt equi, leo, vulpes, incertior eſt ratio. Verbum αἴθω tropico ſenſu occurrere non memini; ex

eo αἴθων potest ad colorem et ad splendorem referri; (pro colore antiqua esset auctoritas Pindari Ol. XI, 20 vbi ἡ ἀλώπηξ αἴθων, *rana vulpes.*) potest etiam ad animum et ingenium reuocari, vt sit animosus, feruidus, impetuosus. Nec tamen vbique in singulis locis definire ausim, quid vnice aut potissimum locum habeat. Possunt itaque h. l. *equi* esse *rutili*, *fulgentes*, possunt et esse *calidi*, *audaces*, *generosi;* nam nec hoc ratione caret. Ita in Rheso 122 est αἴθων ἀνήρ. Atque haec semel monuisse sufficiat. *Selleis* fl. nomine multis aliis locis frequentato (v. sup. ad 659) nunc in Hellespontum exire debuit.

840—843. Sequuntur *Pelasgi*, qui Lariſſam tenuerunt. *Pelasgicae stirpis* populi per loca plurima Asiae et Europae sparsis sedibus habitarant, quippe antiquissimis aetatibus, quibus nondum agri ex cultu feraces sedes certas ostendebant. Variis illi nominibus appellati, permixti passim cum Thracibus, mox confusi cum Hellenibus, tandem inter hos delituerunt. Retinuerunt ex iis nonnulli nomen antiquum stirpis, dictique *Pelasgi;* et multis quidem Europae et Asiae locis, inprimis per littoralem Asiae plagam et insulas. Ita memorantur Pelasgi qui Ioniam, Lesbum, Chium, tenuerunt: (Strabo ex Menecrate XIII, p. 922 B. C.) Insederat pars Troadis tractu; eadem an alia Antandrum occupasse narratur a Cononе 41. Insulas Lemnum et Imbrum tenebant alii adhuc Herodoti aetate. Fuere igitur ex iis etiam qui nomen stirpis seruarunt, sic qui h. l. memorantur. Iam eorum sedes declaranda est ex vrbe *Lariſſa* quam tenuerunt.

Est tamen non minor dubitatio, quae haec *Lariſſa* fuerit; inter tot huius nominis vrbes; quandoquidem Pelasgi id nomen inprimis frequentarunt nouis sedibus appellandis. Stephanus Byz. vndecim Lariſſas enumerat. Ex his Strabo XIII, p. 921 C. D. memorat Lariſſam Troadis subiacentem Ilio; aliam sub Tmolo ad Ephesum, aliam circa Cumen Aeolidis, quae Phriconis appellata

fuit; hanc ille h. l. memorari cenſet. Scrupulum tamen iniicit hoc quod video ordinem terrarum, quem poeta in recenſu ſequitur, hoc non admittere. Subſtiterat ille in terris ad Hellespontum: et poſt Pelasgos memorat Thraces ad Hellespontum: iam minime ſit probabile, interpoſitum eſſe locum ex plagis auſtralibus.

Alii apud Strabonem, et cum iis Stephanus Byz. ſubſtituerunt *Lariſſam Troadis:* quae quidem aliqua ſaltem ex parte melius conueniret; nam propior illa ſita eſt locis antea memoratis. Conuenit cum eo Schol. Apollonii I, 40. Enimuero repugnat ei ſententiae locus inf. P, 301 vbi Hippothous Lariſſaeus hic caeditur *τῆλ' ἀπὸ Λαρίσσης ἐριβώλακος.* Atqui Lariſſa Troadis ſita fuit in ipſo Ilii proſpectu *καθ' Ἁμαξιτὸν, ἐν ὄψει τελέως τῷ Ἰλίῳ, καὶ ἐγγὺς σφόδρα ἐν διακοσίοις που σταδίοις.* Memoratur ea cum Hamaxito et Colonis inter vrbes Troadis maritimas adhuc a Xenophonte H. Gr. III, 1, 13 et 16. Recte itaque Strabo damnauit illam ſententiam l. c. p. 921.

Si ordinem locorum, quem poeta ſequitur, accurate expendimus, cum antea ad Hellespontum ille ſubſtiterit, ſtatimque iterum ad Hellespontum redeat, dum Thraces *Ἑλλησπόντου* memoret: *Lariſſam* et *Pelasgos* credas in iisdem locis eſſe quaerendos: Nota tamen eſt nulla eius nominis vrbs iis in locis, niſi huc reuoces ex Strabone Lariſſam aliquam in Haemo IX, p. 672 B. Memorantur poſt eos Thraces Cicones, et Thraces Paeones, in Europa, vt paullo poſt videbimus, poſt quos poeta redit ad terras boreales Aſiae minoris in ora maris Euxini. Suſpicari adeo licet *inter Thraces Europae conſediſſe turmas Pelasgorum,* ex Theſſalia profugas, eorumque ſedem populari nomine dictam Lariſſam. Atque in Europa iam olim Pelasgos hos et Lariſſam quaeſiuiſſe nonnullos, ex antiquis Scholiis memorat Euſtath. p. 358, l. 5. et Schol. br. *Λάρισσα, πόλις Θεσσαλίας.* Cogitauit ille de nota illa vrbe ad Peneum, in medio Achiuorum ſita. Sane quidem ea iam tum condita eſſe

debuit, ſi quidem Acriſium conditorem habuiſſe narratur: Schol. Apollonii I, 40. Parum tamen probabile, incolas non cum Achiuis, inter quos habitabant, ſed cum Troianis militaſſe. Sed *alia* inde deducta eſſe debuit *Lariſſa*, de qua hic agi videtur. Scholion vetus eſt B. et L. etiam in Euſtathio obuium. *ταύτην οἱ ὑπὸ τῶν Αἰολιδῶν* (non, *ἀπὸ — Αἰολίδων*) *μεταναστάντες ἔκτισαν*, ſed obſcura ſunt reliqua, nec adiectum, quaenam illa Lariſſa ſit. Aeolidae ſeu Aeoles locis Theſſaliae occupatis Pelasgos partim expulerant partim ſuae ditioni ſubiecerant; vnde et alia Lariſſa, haud longe a Sinu Maliaco Pelasgia eſt appellata, alias Cremaſte dicta.

Sin in Lariſſa Aeolidis, ad Cumas, perſiſtat ſententia, dicendum eſt, poetam, poſt eos, qui Troianorum ditioni ſubiecti erant, cum ad ſocios procederet, primo loco ſocios in finibus ab auſtro memoraſſe, qui ſoli in his locis erant, Pelasgos; tum ad reliquos, qui omnes in borealibus locis ſedes habebant, proceſſiſſe.

Quod Pelasgi *ἐγχεσίμωροι*, haſta vtentes (v. ſup. ad 692) nominantur, teſtatur eos grauis armaturae fuiſſe.

840—843. recitat Strabo XIII, p. 921. et lib. V, p. 338.

841. *Λάρισαν* Lipſ. Vrat. 1. Eton. Vindob. alii. praefixum habent Schol. B. L. Verſus eſt et ap. Stephan. Byz. h. v. Pro *τῶν οἱ* eſt *οἵ δέ γε* in Vindob. Alteri.

842. *Πύλαιος* eſſe ſcribendum monet Sch. A. at *πυλαῖος* ſcribi a *πύλη*. vt *Ἑρμῆς πυλαῖος*. *Pylaeum* ſibi vindicabant Lesbii, ſeque ſub eo ad Troiam militaſſe contendebant: Strab. p. 922 C.

843. *Λήθοιο* recte erat editum in Flor. ed. Vitium hinc *Λίθοιο*, quod et Eton. habet, ſubiit Ald. 1. quod male ſeruatum per edd. tandem correxit Barneſ. Iterum nomen legitur P, 288.

844. *Πείροος* Ven. Schol. br. A. B. Porphyr. et codd. Cant. Eton. Vrat. tres et A. Moſc. 1. et edd. ante Turnebum, qui ex ed. Rom. adſciuit *Πείρως*, quod Euſtath.

Digitized by Google

agnoſcit; minus ſuaue ad auditum; itaque Πείροος re-vocaui.

844. 5. *Thraces ad Hellespontum:* Quaeritur, qui illi ſint? Primo, quos Hellespontus ἐντὸς ἔέργει, οἱ ἐντὸς τοῦ Ἑλλησπόντου ὄντες, (h. e. Hellesponti accolae) eſſe poſſunt et Europae et Aſiae; cum tamen Cicones et Paeones ſubiiciantur, qui Europae ſunt, Thraces Europae fuiſſe probabilius fit. Iisdem accenſentur Thraces ad Maroneam habitantes; adeoque et ad Iſmarum Od. I, 197. Piros quoque ab Aeno venerat Δ, 520. quo ipſo omnis dubitatio tollitur. Etiam praeter hos *alii Thraces* memorantur ex Europa, qui ſub *Iphidamante* Troianis auxilium tulerunt: Λ, 221—230. erat is Antenoris f. in Thracia a Ciſſeo, auo materno nutritus. Congreſſus is cum Agamemnone caeditur ibid. 240. *Alios Thracas* adduxit Rheſus: quos e Lydia veniſſe Schol. A. B. tradunt; alii a Strymone haud dubie verius. Fuerant adeo hi a Rheſo ducti Thraces ἐντὸς τοῦ Ἑλλησπόντου vt obſeruant Schol. B. et L. ex Porphyrio ſcilicet: nam ad λύσιν prouocant; et adſcriptum nomen in Cod. Leid.

Acamas Thrax, Euſori f. cuius ſpeciem Mars adſciuerat E, 462. inf. Z, 8. vbi ab Aiace caeditur. Eius ſororem, Aeneten, Aeneus duxit, et ex ea Cyzicum heroem ſuſcepit: Sch. Apoll. I, 948. At Cliten edit Conon 41. Alius Acamas inter Troianos memoratur, qui Promachum Boeotum percutit Ξ, 476. ipſe a Menone caeditur Π, 342 ſq. Videtur is eſſe Aſii filius M, 140 memoratus. *Piros* Imbraſi f. ab Aeno Thraciae ad Hebri oſtia aduenerat; Diorem caedit Δ, 520. ipſe a Thoante ſternitur ibid. 528.

845. Hellespontus ἀγάῤῥοος dicitur e natura freti, propter reciprocos maris Aegaei et Ponti Euxini meatus; qua de re Wood monuit.

846. 7. *Cicones* ducit *Euphemus*, Troezeni f. Ceae nepos. Cicones, e Thracica ſtirpe, ſupra Maroneam et Iſmarum habitarunt. Eorum reliquiae adhuc ab Herodoto inter Hebrum et Liſſum memoratae ſunt; v. *Gat*

terer de Herodoti et Thucyd. Thracia Comm. II. p. 80. Paeonum ἀποίκους fuiſſe tradunt Schol. br. ad 848.

848 — 850. Vltra Cicones paullo longius verſus auſtrum *Paeones* habitarunt, Thracica gens: Herodot. V. pr. etſi ibid. c. 13 Τεύκρων ἐκ Τροίας ἄποικοι dicti, forte quod ante traiectum in Europam loca circa Troadem inſederant. Belli Troiani temporibus tenuerunt loca ad Axium fl. circa Amydonem: ſiue quod e Paeonibus hi ſoli Troianis auxilio venerunt; ſiue quod hae antiquiores fuere Paeonum ſedes, e quibus progreſſi late loca Thraciae occuparunt; nam Herodoti aeuo fuit Paeonia Axiana et alia Strymonis: qua de re docte disputantem vide *Gutterer. Comm. III.* p. 1 ſq. p. 28 ſq. 64 ſq. Memorantur autem ex Paeonibus praeter *Pyraechmen*, quem a Patroclo caeſum videbimus Π, 287. *Aſteropaeus*, Pelegonis f. Axii et Periboeae nepos: Φ, 140 ſqq. ab Achille necatus vſ. 173 ſq. Idem inter promachos numeratus M, 102. P, 217. vtroque loco cum Glauco, 351. 352. eiusque thorax pro praemio propoſitus ab Achille in ludis funebribus Patrocli: Ψ, 560. 808. et *Apiſaon*, Hippaſi f. P, 348 ſq. Videntur quoque *diuerſi generis Paeones* ab Homero memorari: alii *ſagittarii*, alii haſta pugnantes: de quibus mox dicam. Conf. de Paeonibus Strab. VII, p. 497. 504. 511. Ad Axium ſita eſſe debuit *Amydon:* ibid. p. 509 A. At *Axii* fl. natura diuerſa ab notatione huius loci: vt ſtatim videbimus.

848. Cum praeter *Pyraechmen*, vt modo dictum eſt, inf. Il. Φ, 140 ſeq. alius Paeonum dux, *Aſteropaeus*, memoretur, fuere male feriati homines, qui huic verſui alium ſubiicerent: Πηλεγόνος θ' υἱὸς περιδέξιος Ἀστεροπαῖος. ap. Euſtath. p. 1228, 31. et in Schol. Townl. ad Φ, 140. Cum tamen is poſt recenſum demum ad Troiam veniſſe narretur ibidem, Φ, 115. bonus Barneſ. alium verſum procudit ad ſupplendum defectum: Ὕστερον ἀντιόων πολέμῳ· οὐδ' ἤλυθε πρῶτος. ἀγκυλότοξος duplici modo interpretantur veteres, et *curuis arcubus* aut *arcus genere vtentem* aut *de iaculo amentato:* vide-

Digitized by Google

tur tamen hic vocis vſus, vt ἀγκύλη *amentum* ſit, ſerioris aeui eſſe. Grauius monitum mihi eſt, quod poeta ſui oblitus eſſe videtur; quos enim Paeones h. l. ἀγκυλοτόξους, et K, 428 *ſagittarios* appellat, eosdem *haſta pugnantes* exhibet Π, 287. Παίονας ἱπποκορυστὰς, et Φ, 155 δολιχεγχέας. Neque ſuccedit, ſi dicas, alteros Pyraechmen, alteros Aſteropaeum adduxiſſe: nam Pyraechmes vtriusque generis copias ducit Π, 287. et h. l. cf. ad Π, 287.

849. Ἀβυδῶνος nonnulli ap. Euſtath. permutatione ſollenni τοῦ β et μ. Additur tamen ex Strabone: ὅτι ἡ παρ' Ὁμήρῳ Ἀμυδὼν Ἀβυδὼν ὕστερον ἐκλήθη, κατεσκάφη δέ. Habuit ergo Euſtath. pleniorem Strabonem; noſtris exemplaribus ea pars libri VII deſicit. Aliter tamen Steph. Byz. voc. Ἀβυδών· — ὡς Στράβων· Τηλόθεν ἐξ Ἀβυδῶνος, ἀπ' Ἀξιοῦ εὐρὺ ῥέοντος. Agnoſcit quoque Suidas Ἀβυδών. Iterum hic verſus legitur inf. Π, 288. Editum quoque vulgo et ſcriptum erat Ἀξίου· quod bene correxit Barn. Ἀξιοῦ e regulis grammaticis. Aberratum erat ſimiliter in Thucyd. II, 99. l. 90. εὐρυρέοντος vna voce nonnulli ap. Euſtath. et paſſim codd. vt Eton.

850. Ἀξιοῦ, οὗ κάλλιστον ὕδωρ ἐπινίδναται αἴη. ξ— Diples rationem ſcholia non addunt; forte notata eſt epanaphora: cf. ad v. 838. Moleſtum eſt Scholion interiiſſe, et ad h. l. et pariter ad alterum Φ, 158 Ἀξιοῦ, ὃς κάλλιστον ὕδωρ ἐπὶ γαῖαν ἵησιν. nam lectio variat: αἶαν editum erat inde a pr. Flor. tum Turnebus e Romana intulit αἴη, vnde αἴη fecit Steph. Codd. non minus variant: αἶαν habent Ven. et ap. Barn. Oxon. Cant. ap. Bentl. M. C. Eton. Lipſ. tres Vrat. et A. Moſc. 1. cum Epitome Strabonis p. 509 B. Vtramque lectionem αἴη et αἶαν norat quoque Euſtath. Eſt alia veterum obſeruatio, eaque grauior, quod h. l. Axius amnis dicitur eſſe *limpidiſſimus*, cum conſtet eum eſſe *turbidum*; repugnat adeo: Ἄξιος ὃς κάλλιστον ὕδωρ ἐπινίδναται αἴη, (h. e. ἐπιῤῥεῖ) ſiquidem ſenſus eſt: *cuius aqua pulcherrima diffunditur ſupra terram*, h. e. cuius aqua omnium eſt pulcherri-

ma. Subiicit Euſtathius duplicem eſſe ſcripturam *αἴη* et *αἴαν*, acceptamque vocem a nonnullis de fonte, *Aea* dicto, ad Amydonem vrbem, cuius limpidiſſima aqua in Axium ſe infert: *πηγὴ δὲ πλησίον Ἀμυδῶνος Αἶα καλουμένη, καθαρώτατον ὕδωρ ἐκδιδοῦσα εἰς τὸν Ἄξιον, ὃς, ἐκ πολλῶν πληρούμενος ποταμῶν, θολερὸς ῥέει.* Fluxit hinc pars Schol. br. ad h. v. Pergit Euſtath. e Strabone ibidem: *Φαύλη οὖν, φησιν, ἡ φερομένη γραφὴ, Ἀξίου κάλλιστον ὕδωρ ἐπικίδναται Αἴη. ὡς δηλαδὴ, οὐ τοῦ Ἀξίου ἐπικιδνάντος τὸ ὕδωρ τῇ πηγῇ ἀλλ' ἀνάπαλιν.* (legiſſe Strabonem neceſſe eſt Αἴῃ). Pergebat Strabo monere, nec commodum ſenſum exire, ſi *αἴη* de terra acciperetur, ita videretur velle *ἐκβαλεῖν παντελῶς τοῦ Ὁμηρικοῦ ἔπους τὴν τοιαύτην λέξιν.* (Bentl. totum verſum damnabat; attamen, niſi in antiquiſſimis codicibus lectus fuiſſet, de eo disputari non potuiſſet.) Haec apud Euſtath. At in Epitome Strabonis (ed. Alm. p. 509 B.) aliud ſubiicitur: quod fuere qui verſum ita mutarent: *Ἀξιοῦ, ᾧ κάλλιστον ὕδωρ ἐπικίδναται Αἴης. cui miſcetur pulcherrima aqua fontis Aeae.* additis his: *οὐ γὰρ τὸ τοῦ Ἀξιοῦ ὕδωρ κάλλιστον τῆς γῆς τῇ ὄψει κίδναται, ἀλλὰ τῆς γῆς τῷ Ἀξιῷ.* haec corrupta: lege *οὐ γὰρ τὸ τοῦ Ἀξιοῦ ὕδωρ κάλλιστον τῇ ὄψει τῆς Αἴης ὕδατι* (vel *τῇ Αἴῃ*) *ἐπικίδναται, ἀλλὰ τῆς Αἴης* (ſc. *τὸ ὕδωρ*) *τῷ Ἀξιῷ. Aea in amnem Axium defertur.* Repetuntur nonnulla ex his ab Euſtath. et Schol. B. inf. ad Φ, 158. Manet itaque ambiguum et incertum, quae antiqua ac vera lectio fuerit. Si vere fons fuit Aea, cuius aquae in Axium ferebantur: lectio vera fuiſſe videtur: *Ἀξιοῦ, ᾧ κάλλιστον ὕδωρ ἐπικίδναται Αἶα. cui pulcerrimam aquam admiſcet Aea.* Talem fontem et amnem Paeoniae eſſe potuiſſe nemo neget, cum pluribus locis illud nomen habitum fuerit. Homerum ſequutus erat Antimachus in Thebaide. Steph. Byz. in Αἶα. *ἐστὶν Αἶα καὶ Μακεδονίας πηγὴ, ὡς Ἀντίμαχος ἐν Θηβαΐδι.* Sin inficiari malis talem fontem fuiſſe, et *αἶαν* contendas eſſe terram: tum *Axii pulcerrimam aquam fuiſſe* verba arguunt; et dicendum eſt, aut Axium ſerius

Digitized by Google

aquam ſuam mutaſſe, aut poetam falſam famam accepiſſe. Quod altero loco Φ, 158 verſus iteratur, non magni putabo eſſe momenti; nam multo maior de illo verſu ab alia manu inſerto ſuſpicio oritur.

851. ξ— quod hic eſt *Pylaemenes* ille de quo veteres tam multa disputarunt, ait Sch. Scilicet, quod ille Il. E, 576 caeſus, N, 643 tamen iterum pugnat. Vide ad ea loca. Alius Pylaemenes memoratur e Maeonibus paullo poſt 865. — Verſus 851. 852 laudat Strabo XII, p. 819 A. et 852 iterum lib. V, p. 325 A.

Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ. reddunt grammatici πυκνὸν, συνετόν· In his Heſych. in λάσιον κῆρ. apud quem λαχνὸν κῆρ ex vitio natum notat Bentl. Quid ni tamen pro viro forti dictum accipias? Sic et de Patroclo Il. Π, 554.

852. ξ— ἐξ Ἐνετῆς legerat Zenodotus, quod et Strabo docet XII, p. 819 A. vt vrbs *Amiſus* intelligeretur, quam olim *Heneten* dictam eſſe Hecataeus auctor fuerat, Demetrio Scepſio teſte. memorat quoque vrbem Schol. Apollonii II, 357 vbi Ἐνετήϊος Πέλοψ memoratur qui alias Lydus: ἀπὸ Ἐνέτης πόλεως Παφλαγόνων. adſcripto loco Homerico, in quo tamen Ἐνετῶν recitatur apud Strabonem p. 830 C. At Strabo ſeruat vulgatam lib. V, p. 325 A. et Stephanus in Ἐνετοί. cum Schol. Apollonii II, 357. Aſperat vocem Vrat. a. et eſt haec vulgata ſcriptio.

At primo loco quaeri debebat a grammaticis, quaenam eſſet verborum iunctura, et, quonam ἐξ Ἐνετῶν ſpectet? Eſtne *Pylaemenes ex Henetis*? (Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ ἐξ Ἐνετῶν) an ἡγεῖτο ἐξ Ἐνετῶν? *adduxit ex Henetis*. Conſtituuntne Paphlagones populum, cuius *pars* et φῦλον ſunt *Heneti*? an *Heneti* ſunt *genus*, et eius *gens Paphlagones*? Conſtituendi haec neceſſitas erat tanto magis, quod tam diuerſa ac fabuloſa de Henetis tradita erant, partim per Cyclicos, partim, quod diſerte ait Polyb. II, 17, 6. per tragicos; et quod paullo poſt Troiana tempora defecerant Heneti iſtis in oris. Ait quoque Strabo XII, p. 819 A. quaeri de Henetis, cum nul-

li Heneti in Paphlagonia reperiantur; alios dicere pagum esse in littore, haud longe ab Amastri; alios, esse gentem Cappadociae conterminam, quae Cimmeriorum expeditioni interfuerit; in eo tamen conuenire, quod, inter Paphlagones eminuerunt Heneti, e quibus Pylaemenes erat; vnde et copiae eius maxime ex Henetis erant collectae. Est adeo iunctura verborum in Homero ita instituenda: Παφλαγόνων, ἐξ Ἐνετῶν. In Vindob. Alteri est καὶ Ἐνετῶν. non male; ex interpolatione tamen.

Crediti *Heneti* post Troiana tempora, amisso duce, in Thraciam, et hinc in Italiam, et quidem in intima sinus Adriatici immigrasse, assumto, ex nonnullorum narratione, socio migrationis Antenore. cf. Strabo V, p. 325. vnde Illyriis annumerati sunt, et sub iis latuerunt, iam Herodoti aetate: Ἰλλυριῶν Ἐνετοί. lib. I, 195. v. Exc. VII, ad lib. I. Aeneidis.

Henetos e Leucosyris profectos Troianis auxilio venisse, inde cum Thracibus auectos in Adriae sinu consedisse; at alios, qui expeditioni non interfuerant, Cappadoces esse factos, Maeandrius tradiderat; nec alienum se ab ea sententia ostendit Strabo XII, p. 830 B. Leucosyros tum ad Anisum habitasse. Eosdem fuisse, qui erant Caucones, narrat Schol. Apollonii II, 357.

853. 854. 855. Recenset has vrbes Strabo XII, p. 820 B. et addit: ὧν καὶ Ὅμηρος μέμνηται ἐν τῷ Παφλαγονικῷ διακόσμῳ, h. *recensu*, vt solent grammatici alias catalogi partes appellare, v. c. τὸν Τρωϊκὸν διάκοσμον, ex v. 476 huius libri. ὡς τοὺς ἡγεμόνες διεκόσμεον ἔνθα καὶ ἔνθα. Spectant autem loca, quae a poeta laudantur, ad occidentalem Paphlagoniae partem. Eadem recenset Apollon. II, 942. 943. vbi cf. Schol.

Cytorus quidem mons et vrbs Paphlagonum; haec quidem posthaec nauale Sinopensium; mons buxorum copia nobilis, etiam apud poetas. v. Strabo XII, p. 820 B. Ad *Sesamum* vrbem Parthenius fl. in Pontum Euxinum exit: cf. Schol. Apollonii II, 938. Vtraque vrbs apud Stephan. Byz. memoratur. Fuit iisdem in locis *Cromna*,

Digitized by Google

cum *Erythia*; tum *Aegialus* littoralis plaga citra Carambin promont. cum pago: v. Strabo ibid. p. 820 B. C. τὸ et ἡ et ὁ Κύτωρος dictum v. Euſtath. cf. Waſſenb. Verba καὶ Σ. ἀ. laudantur et illuſtrantur a Schol. Apollonii II, 943.

854. Verſus laudatur ibid. a Sch. Apollonii.

κατὰ δώματ' ἔναιον tanquam variam lectionem recitat Euſtath. ad Il. Υ, p. 1210, 48. at eſt ea ſumta ex interpolatione Calliſthenis, quam vide ad v. 855.

Parthenius fluuius amoeniſſimus apud Apollon. II, 938 ſq. itaque dictus Dianae gratus eſſe, vt illa in eo ſe lauaret: adde III, 875 et Strab. XII, p. 818 C. Stephan. Byz. h. v. Quinto VI, 465 ſq. dicitur fluere ἠΰτ' ἔλαιον.

855. Κρῶμνάν τ', Αἰγιαλόν τε καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους. Vrat. b. Κρῶμναν ſine τ'. et αἰγιαλοὺς pro var. lect. Barnes. Sed verſum, vt eſt, recitat Strabo XII, p. 820 C. monetque ſimul, ſcribi a nonnullis Κρῶμναν Κωβιαλόν τε. Eadem Euſtath. memorat; at Stephan. Byz. in Κρωβιαλὸς, et in Αἰγιαλὸς, vbi diuerſitatem attigit, Κρωβιαλόν τε ſcribit. Suſpicor lectionem illatam eſſe ex Apollonii vſſ. II, 943 vbi Argonautae praeternauigantes Σήσαμον, αἰπεινούς τε παρεξενέοντ' Ἐρυθίνους, Κρωβίαλον Κρώμναν τε καὶ ὑλήεντα Κύτωρον. Ἐνθάδε δ' αὖτε Κάραμβιν — γνάμψαντες παρὰ πουλὺν ἔπειτ' ἤλαυνον ἐρετμοῖς αἰγιαλὸν — Schol. ad e. l. ad Strabonem prouocat. *Cobialus* ap. Valer. Fl. V, 103 legitur: vbi v. Notas.

ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους. *Erythini colles* dicti a rubro ſoli colore, vt Schol. Apollonii II, 943 tradit. Strabonis aetate XII, p. 820 C. Erythrini appellabantur. At in Homero eſt vicus per incolas declaratus. Hemiſtichium noſtrum Apollonio tribuit Steph. Byz.

E quatuor illis pagis (κατοικίας Strabo appellat) *Seſamo*, *Cytoro*, *Cromna* ac *Tieo*, *Amaſtris* aliquando fuit conflata, ita vt vnum corpus, vnam ciuitatem, conſtituerent; *Seſamus* vero pro arce Amaſtridis fuit habita. Strab. ibid. p. 820 B. Amaſtrin itaque non magis, quam Heracleam et Sinopen nominare poeta potuit in his lo-

Digitized by Google

cis, quia tum nondum erant conditae (ibid. D.) *Crominam* eandem cum Amaſiride prodit Stephanus Byz. non ſatis accurate.

Reſtat quod 852 *in Henetorum terra muli feri* ſeu ſilueſtres ſolum natale habuerunt: ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων. Nec vero illi primi mulos educaſſe putandi ſunt, vt grammatici tradunt; verum habuit ea regio feros equos et aſinos feros, onagros; vnde facile praeſtantius genus mulorum et mularum prouenire potuit. Videndus de his Plinius VIII, 44 ſ. 69 extr. add. ſ. 83 pr. Cogitabat Koeppen de Tſchigitai ex Gmelino et Pallas noto. Pro mulabus Henetis ſequioribus temporibus equae Henetae nobiles fuere, quibus Leo notatus eſt viciſſe Olymp. LXXXV. Caſtigatus itaque Euripides eſt anachroniſmi commiſſi quod Phaedrae tribuit verba εἴθε γενοίμαν ἐν σοῖς δαπέδοις πώλους Ἐνέτας δαμαζομένα. Hippol. 231. vbi v. Schol. et Euſtath. ad h. l.

Poſt hunc verſum 855. narrante Strabone XII, p. 817 B. Calliſthenes, quem res Troianas attigiſſe ſcimus, (v. Excurſ. I ad Aen. II.) receperat in poetae recenſum locorum (εἰς τὸν διάκοσμον) duo alios verſus:

Καύπωνας αὖτ' ἦγε Πολυκλέος υἱὸς ἀμύμων,
Οἱ περὶ Παρθένιον ποταμὸν κλυτὰ δώματ' ἔναιον.

retracto verſu 854 poſt 855. Repetiit haec ex Strabone Euſtath. ad h. l. et ad Il. Υ, p. 1210 notatque var. lect. υἱὸς Ἀμείβος pro ἀμύμων, et κατὰ pro κλυτά. Quaeras, quid ad hanc interpolationem homines adduxerit? exiſtimo hoc, quod *Caucones* memorantur inter Troianorum ſocios inf. Κ, 429 et Υ, 329. Videbantur itaque illi in Recenſu quoque memorandi eſſe. Habitarunt autem illi inde a Mariandynis vsque ad Parthenium fl. oram maritimam, fuitque eorum vrbs Tieum vel Tium. Nulla eorum veſtigia ſupererant Strabonis aetate: lib. XII, p. 819 C. Attingit hos Caucones idem lib. VIII, p. 531 A. B. (vbi legendum τότε τῶν Κ. — καὶ —) fuerunt enim alii Caucones in Elide, qui memorati ſunt Od. Γ, 366. et a Callimacho in Ion. 39.

856. ξ— quod et alius Ὄδιος est, sc. praeco Il. I, 170. At is, qui Alizones ducit caeditur ab Agamemnone E, 39. vbi in Schol. plura. Ὄδιος scriptum in Ven. et Scholiis, quae etiam cf. ad E, 39. sicque excusum in Strabone qui versum vtrumque recitat XII, p. 826 C. et versum 857. p. 829 C. Scriptum quoque in multis ὁ Δίος sicque ed. Ald. 1. et al. ortum ex litteris distractis. Est et *Epistrophus* alius, Boeotorum dux B, 517. et alius Lyrnessius, Eueni f. B, 693.

Ἀλιζώνων. Ἀλιζώμων Vrat. b. Ἀλιζώνων. et Ἀλιζώνων promiscue exaratum videas; etsi Grammatici ad E, 39 aspirate scribere iubent. *Halizones* eosdem habendos esse, qui *Chalybes* dicti, serius *Chalduei*, docet Strabo, (l. c. p. 826 C. quem et Eustath. ante oculos habuit) seu quod Ἀλύβη facta est ex *Chalybe*, seu quod *Alybes* fuere prius, qui *Chalybes* postea dicti. Quae ibi sequuntur οὐ γὰρ νῦν etc. ita constituenda puto: εἰ γὰρ νῦν δυνατὸν γέγονεν ἐκ Χαλύβων Χαλδαίους λεχθῆναι, πότερον οὐκ ἐνῆν, ἀντὶ Χαλύβων Ἄλυβας; (sc. λεχθῆναι. saltem πρότερον οὐκ ἐνῆν — per interrogationem est legendum.) cuius generis mutationes nominum plures eo loco memorat.

Ex eodem Strabone discimus, multis modis olim hunc locum tentatum esse, quoniam nomen populi aliunde ignorabatur. οἱ μὲν, inquit, μεταγράφουσιν Ἀλιζώνων, οἱ δ' Ἀμαζόνων ποιοῦσι. (saltem hoc scriptum aut pronuntiatum fuit Ἀμαζώνων. At Eustath. qui Strabonem exscripsit, p. 363 legerat Ὀλιζώνων, οἱ δ' Ἀλαζώνων) τὸ δ', ἐξ Ἀλύβης, ἐξ Ἀλόπης, ἐξ Ἀόλης. Scilicet fuere, qui Halizonas Scythas supra Borysthenem memorarent; nulla idonea auctoritate, et a Troia nimium quantum remotos. Ephorus Amazonas amplexus erat, quae prope Cumen consedisse narrantur, dictae incurrisse aliquando ea loca.

Contra haec Strabo recte disputat: nullam Alyben istis in locis esse, nec satis longe (τηλόθεν a Troia) ab-

Digitized by Google

esse, nec argenti metalla reperiri. His occurrerat Ephorus sic, vt refingeret:

Αὐτὰρ Ἀμαζώνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον,
Ἐλθόντ' ἐξ Ἀλόπης, ὅτ' Ἀμαζονίδων γένος ἐστί.

Memorabile exemplum critices veterum in Homero, cum mutarent temere ea, quae ignota essent! atqui non magis Alope, quam Alybe, iis in locis vnquam extiterat. Accesserant Ephoro ii qui (vt p. 828 C. ex Demetrio Scepsio intelligitur) Amazones inter Ephesum, Magnesiam et Prienen apud Pygella habitasse dixerant. Horum sunt, non Ephori verba, quae repetit Steph. Byz. in Ἀλίζωνες et in Ἀλόπη vbi etiam exhibitum Ἐλθόντ' ἐξ Ἀλόπης, ὅθ' Ἀμαζονίδων γένος ἔστι, et emendatius Eustath. p. 363 extr. Forte hinc minus accurate repetitum est Scholion Ven. A. et Sch. br. ad Il. E, 39. de Halizonum populo: ἄλλοι δὲ εἶπον αὐτὸ ἓν εἶναι τῶν περὶ τὴν Καρικὴν θάλασσαν οἰκούντων Περσῶν. Alii *Halizonos* supra Pallenen constituerant: de quibus memorauerat Strabo in lib. VII. parte deperdita, vbi de Macedonia egerat. Memorat porro Strabo *Demetrium Scepsium* probantem antiquiorum scriptorum sententias, etsi et ipsas inter se dissonas et cum scripturae mutatione coniunctas: *Hecataei* quidem Milesii, qui ἐν γῆς περιόδῳ Alaziam vrbem in terra Mygdonum ad Propontidem memorauerat; tum *Menecratis* Elaitae, qui Xenocratis et ipse auditor fuit; is ἐν τῇ Ἑλλησποντιακῇ περιόδῳ Hallizonos in montibus supra Myrleam (Bithyniae, dictam quoque Apameam haud longe a Prusa) degentes ediderat; et *Palaephati*, qui tamen longius ab iis recedebat; nam Ἀμάζωνας ille ἐν τῇ Ἀλόπῃ, νῦν δὲ ἐν Ζελείᾳ habitantes edixerat. Atqui ex his nihil conficitur, cum et diuersa inter se sint, et veterem scripturam mutent, nec argenti fodinae in his locis memoratae sint, nec, quomodo inde a Myrleatide palude profecti possint dici τηλόθε ad Ilium profecti esse appareat. Videtur Scepsius porro impugnasse sententiam eorum, qui Chalybes intellexerant ab Homero designatos; ipse procliuior in eam opinionem, vt Alaziam haud

Digitized by Google

longe a Scepsi, in ipso Troadis solo, sitam intelligeret; (p. 829 B. cf. 900 A.) inepte vtique. Verum Chalybes etiam Apollodorus admittere noluerat ἐν τῷ Τρωϊκῷ διακόσμῳ h. in parte libri περὶ νεῶν. non enim auxilio veniſſe Troianis copias ex terris vltra Halyn ſitis: quae ſane erat petitio principii quam nos vocamus. Scilicet ille ſtatuerat, nullas Troianis auxiliares copias fuiſſe niſi ex peninſula Aſiae, h. e. ea parte quae intra Sinopen et Iſſum finitur: v. Strabo XIV, p. 995 ſq. videtur idem Ἀλυζῶνας ad Halyn habitantes conſtituiſſe. p. 829 C. et ſic ſcribendum XIV, p. 998 C. At Strabo manet in hoc, et ſuam ſententiam alibi firmat, *Halizones* eſſe *Chalybes* vt XIV, p. 997 B. et quidem circa Pharnaciam habitantes p. 995 B. etſi illud forte non recte neget, fuiſſe quoque Chalybes ἐντὸς Ἅλυος, nam repugnat Ephori auctoritas p. 996. (vbi ex eius verbis exciderunt Χάλυβες) et Herodoti I, 28. Tandem et Arriani (etſi in Periplo Ponti Euxini haec verba non habeantur) auctoritatem videmus memoratam in Euſtathio p. 363 extr. qui Bithynos eſſe ait Halizonas, mari tanquam vndique cinctos (ἁλίζωνας) a borea et oriente ab Euxino ponto, ab occidente Propontide et Bospóro, et a meridie ſinu Aſiaceno, reperiri in his locis veſtigia argenti fodinarum. Verſum 857 vt nunc legitur, recitat Steph. Byz. in Ἀλύβη. Fuiſſe tamen quoque lectum, ex emendatione ſcilicet, ἐξ Ἀλύβων, ἐκ Χαλύβων — ἐκ Χαλύβης, ἐξ Ἀλόβης, ἐξ Ἀλόπης, ἐξ Ἀόλης, ex ſupra commemoratis patet. cf. Euſtath. ad h. l. ἐκ Θαλύβης addit Barneſ. ex Seldeno et MS. Barocc. Alyben lacum Ponti eſſe ex Hellanico memorat Stephan. Byz. in Ἀλύβη. Scholia autem ad h. l. br. Amſt. Ven. ſunt corrupta. Ἀλίζωνες δὲ ἔθνος Πόντου (τῶν Παφλαγόνων ait Schol. Ven. B. ad E, 39. διὰ τὸ ὑπεζῶσθαι τῇ ἁλί) εἰσὶ δὲ οὗτοι Βοιωτοὶ, (hoc iam Barneſ. emendauit Βιθυνοὶ) οὕς τινας Οἰνοπάς φασιν. οἱ δὲ ἔθνος Αἶα. in Sch. Ven. eſt οἱ δὲ ἔθνος Αιακων. Legendum eſt Θρᾳκῶν. Quod firmatum videbis e Sch. Ven. A. et Sch. br. ad E, 39. Apollonii Lex. aut mancum eſt, aut interpolatum in

h. v. Ἀλύβη. πόλις Τρωάδος. τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης. Sequitur Ἀλόπη. Nulla tamen in eo alia nomina locorum ex toto Catalogo appoſita ſunt. Vides quam docte multa ſint disputata, vix cum vlla ad poetam vtilitate, at non ſine fructu ad litteraturam Homericam.

857. Τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης, ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη pro γέννησις. h. e. ὅπου κάλλιστος ἄργυρος γεννᾶται, Sch. br. ſeu γίνεται. *vnde magnus eſt argenti prouentus*, bene ab Erneſtio redditur; modo non de mercatu accipias. De *Alyba*, ſ. de terra *Chalybum*, iam dictum eſt ad vſ. ſup. Memorabile eſt *Chalybum metalla* olim argento fecunda, poſtea defeciſſe, et ſerius ferri prouentu celeberrima fuiſſe; iam Xenophontis tempore de exped. Cyri lib. V, 5, pr.

858—861. *Myſi* h. l. Aſiae ſunt, etſi Myſos Europae ad Iſtrum non ignoraſſe videtur poeta: v. Jl. N, 5. Strabo VII, p. 453. Erant autem Myſi ſtirpe Thracica orti. cf. Strabo XII, p. 856 ſq. p. 816 C. Fines Myſiae Homericis temporibus ita conſtituendi eſſe videntur, vt ab oſtiis Aeſepi fl. ad Olympum montem pertingerent: cf. ibid. p. 847 A. B, verſus ſeptentrionem autem vsque ad lacum Aſcanium procederent. cf. mox ad 862. Alia eſt *Myſia* ſerius dicta, in Adramyttena regione de qua v. Strabo p. 912 B. 863 C. Habitarunt quoque Myſi ſparſi per Lydiam: v. ibid. p. 931 B. C. 932 C.

858. (ξ) quod *Chromis* hic alio loco *Chromius* eſt (P, 218. Φόρκυν τε Χρομίον τε καὶ Ἔννομον οἰωνιστήν. ad quem locum vide) *Ennomus* caeſus eſt in pugna ad Scamandrum; etſi illo loco Jl. Φ, in ea pugna non memoratur. Alius eſt *Ennomus*, qui ab Vlyſſe caeditur Λ, 422. *Chromius* quoque alius cenſendus eſt a Teucro caeſus Θ, 275. alius e Lyciis ab Vlyſſe caeſus E, 677. alius Priami filius caeſus a Diomede E, 160. Notaui hos, ne turbas faciant nomina. Fuit praeter iſtos Chromius inter Achiuorum duces Δ, 295. At Myſorum dux iterum memoratur P, 218. 494. 534.

Digitized by

859. ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσσατο κῆρα μέλαιναν. vitiosum hoc ἐρύσσατο nunc vbique scribitur, cum alibi, vbi ita scribi debebat, occurrat fere ἐρύσατο. Schol. br. οὐκ ἐξέφυγε τὸν θάνατον. ἐφυλάξατο. Eadem Eustath. qui addit: ἀπὸ τοῦ ἐρύω, τὸ φυλάττω, ἢ κωλύω. ἐξ οὗ καὶ ἔρυμα, καὶ ἐρυμνὸν, καὶ ἐρύκω. Scilicet haec non sunt ab ἐρύω, *traho*, ϝερύω, in quo est media brevis, sed a ῥύω, ἐρύω, ἐρύομαι, syllaba longa, nam est h. l. *observo*, *caveo*. v. Excurs. IV ad A, 141.

οἰωνοῖσι, διὰ τῶν οἰωνῶν.

860. 861. — ἀθετοῦνται, quia κατὰ τὴν παραποταμίαν μάχην (Il. Φ.) Ennomus non memoratur inter caesos ab Achille; solere autem poetam ducum neces distincte notare. Sch. A. parum critice. Conf. ad 874. 5.

ὅθι περ Τρῶας κεράϊζε. Ad h. v. refert Bentl. Hesychii κέρεζε, πορθεῖ. et emendat κεράϊζε, ἐπόρθει. Apollon. Lex. διέφθειρε — Ἐν ποταμῷ. Eundem mireris aliis praeire in praua etymologia ἀπὸ κεράτων· cum manifestum sit vocem ductam esse ἀπὸ τοῦ κείρειν, *tondere* et *vastare*. cf. Eustath.

862. 863. *Phorcys*, Phaenopis f. ab Aiace caeditur Il. P, 312. vbi est, Phorcyn. vtrumque recte. cf. ad P, 218. *Ascanius* censetur inter fortissimos in acie Troianorum. N, 792. Duxerunt illi *Phryges;* quaeritur, e qua Phrygiae parte? Scholiastae et Eustath. aiunt, e *minore* Phrygia; nam maiorem ad Sangarium esse sitam. de quo v. Il. Π, 717. 8. 9. cf. Γ, 186. Verum poeta ipse rem definiit: τῆλ' ἐξ Ἀσκανίης, nisi valde ἀκύρως et improprie eum loquutum esse dixeris. cf. Strabo p. 828 C. Scilicet est lacus Ascanius et regio circa eum in Bithynia; ad eum pertingebat ab vna parte Mysia; altera pars regionis ad Phrygiam spectabat. Phrygiacam itaque Ascaniam, quia τῆλε addit, designare videtur poeta. cf. Strabo XII, p. 847 B. C. Ad alteram Ascaniam, quae Mysiae fuit, circa Nicaeam, referendus esse videtur locus Il. N, 792. 793. v. Strabo XIV, p. 999 C. D. 849 B. Partem igitur Bithyniae serius dictae tenuerant prisca ae-

tate hinc Myſi, illinc Phryges; quos omnino permixtis finibus habitaſſe conſtat.

τῆλ' ἐξ Ἀσκανίης. Aſcaniam ad lacum Aſcanium eſſe modo vidimus. Aſcaniam Troadis minus accurate dixit Steph. Byz. h. v. Aliam Aſcaniam in Berecyntum ſedibus, Phrygiae gentis, quae mature ex hominum memoria ſublata eſt teſte Strabone XII, extr. in Europa a laeua Ponti Euxini, ediderat Xanthus Lydius: eam in h. l. intulerat Apollodorus περὶ νεῶν (v. Fragm. p. 1118.) recte obiurgatus a Strabone XIV. p. 999.

862. (ξ) quod οἱ νεώτεροι Troiam et Phrygiam confundunt; Phrygas enim poetam diſtinguere, Aeſchylum vero confundere: ſcil. cum Troianis, et eius exemplo alios vulgo poetas. Eadem in ceteris Scholiis et Euſtathio leguntur. Verſum recitat Stephanus in Ἀσκανία. vbi cf. Holſten. Φόρκυς vltima longa: cf. Schol. ad P, 218.

863. ξ appoſita eſt ſtigme quae apponi debebat verſui 862 μέμασαν δ' ὑσμῖνι μάχεσθαι ſoluta oratio: pro μεμαῶτας μάχεσθαι. — ὑσμίνῃ multi libri, indocte.

864. 5. 6. Μήοσιν αὖ — Recitantur verſus a Strabone XIII, p. 929. Homero ſunt Μήονες, qui aliis Μαίονες notante Strab. XIII, p. 928 B. Μηϊόνες XIV, p. 996 B. Μηόνες in Herodoto. add. Euſtath. Habiti *Maeones* ab aliis diuerſi a Lydis; ab aliis pro iisdem: hoc verius, iudice Strabone p. 928 B. Et ſic tradidit Herodotus lib. VII, 74.

Meſthles et *Antiphus* duces; filii Talaemenis. Eſt enim Ταλαιμένεος in ed. Rom. Euſtath. Vrat. a. b. Moſc. 1. et Veneto. Alludit Τελαιμένεος in binis codd. Vindob. Fuit ſcilicet Ταλαιμένης pro Ταλαμένης. Eius locum occupauerat Pylaemenes, notus ex ſup. 851. et aliis locis, qui erat dux Paphlagonum. — Μέσθρης legerant olim nonnulli ap. Euſtath. nomen iterum legitur inter principes Sociorum P, 216. — *Antiphus* discernendus ab aliis huius nominis, maxime ab duce inter Achiuos ſup. 678 qui copias ex inſulis duxerat, et a Priami filio Δ, 489. 490.

Digitized by Google

τὼ Γυγαίη τέκε λίμνη. *Lacus Gygaeus*, iterum Υ, 391. a. memoratus, in regione Sardiana, XL ſtadiis a Sardibus, etiam Herodoto memoratus I, 93. ſerius *Coloe* dictus: vnde *Venus Coloena*, cuius templum ad eum lacum fuit. v. Strabo XIII, p. 929. et *Chandler Itiner. Aſiae c.* 78. qui lacum vidit, cum ſepulcris regum Lydiae haud procul a lacu ſitis.

Quod *lacus Gygaeus* dicitur Talaemenis *filios genuiſſe*, ex antiquo ſermone petitum eſt, e quo tot mythi profecti ſunt, pro iis, qui ad eum lacum nati et educati ſunt. Argutantur etiam in hoc grammatici (etiam Euſtath.) nec expediunt.

Scholion vetus memorabile ſeruauit Euſtathius: γράφεται δὲ ἐν τοῖς σχολίοις καὶ, ὅτι ἡ Μασσαλιωτικὴ ἔκδοσις ἀντὶ τοῦ „Γυγαίη λίμνη“ γυραίως εἶχεν. Quid hoc ſit, non aſſequor. Voluitne narrare ſcriptum eſſe Γυραίη? Fuitne γηραιῷ, *ipſi iam magno natu?* editio autem Euripidea (pergit idem Euſtath. ἡ κατ' Εὐριπίδην, de qua aliunde nihil conſtat, niſi quod Suidas in Εὐριπίδης, ſed dubitanter, alicuius hoc nomine ἔκδοσιν Ὁμηρικὴν memorat. Verſum inſititium Strabo XIII, p. 929 C. quoque adſcripſit, ſed, Euripideam lectionem eam eſſe, non meminit) poſt v. 866 οἵ τε καὶ Μῆονας ἦγον, alium verſum ſubiicit:

Τμώλῳ ὑπὸ νιφόεντι Ὕδης ἐν πίονι δήμῳ.

quem verſum iam ſupra poſt 783. vbi de Arimis, a nonnullis inſertum vidimus in hunc modum deflexum: Χώρῳ ἐνὶ ὀρυόεντι, Ὕδης ἐν πίονι δήμῳ, repetitum ex Il. Υ, 385 vbi Iphition memoratur ſub Tmolo in vico Hyda natus; idem dictus erat vſſ. 390—2 natus Γυγαίῃ ἐπὶ λίμνῃ, quo loco pater praedia habebat ad Hyllum et Hermum fluuios.

In Schol. A. τὼ Γυγαίη τέκε λίμνη, caſu recto, proditur eſſe Ariſtarchea lectio: ἡ κατὰ Ἀρίσταρχον εἶχε διόρθωσις. At Chaeris et Diodorus cum aliis ſequioribus (σύν τισι καθ' ἡμᾶς ait Schol. non καὶ, pro iis Euſtath. qui haec repetit, habet οἱ σχολιασταὶ) ſcripſerant λίμνῃ.

vt Gygaea, Gygis filia, ſeu nympha, eum peperiſſe dicatur λίμνῃ, ἐπὶ λίμνῃ. quod durum eſſet, omiſſo ἐπί. Aiunt quoque grammatici apud Euſtath. verſum excidiſſe, qui matris nomen enuntiaret.

867—875. *Cares* dicuntur βαρβαρόφωνοι, *barbare loquentes;* quod non vno modo accipi poteſt. Poſſunt eſſe aſpere et incomte loquentes, quod omnino inculto ſermone vtebantur; ſermone diuerſo ab Achiuorum, vel Troianorum ſermone, vel eodem, ſed corrupto; vel quod graecum ſermonem, quem adoptauerant, aſpere et corrupte referebant, cum pronuntiando tum ſoloece loquendo. Ad alterum hoc pronior eſt Strabo XIV, p. 977. 978. Ita vero epitheton eſt ab Homericis temporibus petitum, non a Troianis: quibus nondum Cares permixti erant cum Graecis. Schol. B. L. Leid. narrant, Cares e Creta profectos (adeo Cares aliquando inter eos fuere, qui Cretam inſederant) graecum ſermonem corrupiſſe: ἐκρήτωσαν τὴν Ἑλληνίδα φωνήν. Eſtne hoc a κρητάω, *in Creticam linguam conuerto?* apud Euſtath. p. 367 extr. eſt ἠχρήστωσαν, deprauarunt.

Quicquid eſt, Homerus vocis vſum norat, βάρβαρος φωνή, quod ea eſt *aſpera, agreſtis*, aut ſimili notione. Non autem *populos barbaros*, βαρβάρους, norat, *nullo vitae cultu politos.* Multo minus *barbaros collectiue*, τοὺς βαρβάρους. opp. τοῖς Ἕλλησι. Recte adeo Apollodorum, qui cenſuerat per contemtum, conuicio communi, peculiariter dictos eſſe Cares barbaros refellit Strabo l. c. non enim barbaros appellat, ſed barbare loquentes. Sic καρικὴν Μοῦσαν recte dixerant τὴν βάρβαρον καὶ ἀσαφῆ grammatici ap. Suidam h. v.

In Apollonii Lex. eſt gloſſa: ἀκριτόφωνοι, βαρβαρόφωνοι. συγκεχυμένη γὰρ ἡ τῶν βαρβάρων γλῶσσα· repetita ab Heſychio. Eſt docta ſuper illo loco nota Tollii quaerentis, vnde gloſſa illa nata ſit. In poeta ἀκριτοφώνων lectum fuiſſe parum probabile eſt: etiam quod hiatus ſic relinquitur, quem Homerus refugit. Tenendum

igitur alterum, in Apollonio gloſſam locum vocis primariae caſu occupaſſe.

Omnino autem, quocunque ſenſu dictum putabimus voc. *βαρβαρόφωνοι*, non magis hoc *Caribus* ſolis proprium eſſe potuit, quam *Lelegibus et Pelasgis*, cum quibus communi ſtirpe orti illi erant: cf. Strabo XIV, p. 976. adeoque etiam communem ſermonem; niſi forte dialectum aſperiorem. Simili modo *Sinties ἀγριόφωνοι*, Od. Θ, 294. vix illi ſoli inter Thraces. *Lydi, Myſi et Cares* inter ſe cognati populi fuere: Strabo p. 974 A. quo vetus fama ſpectauit de tribus fratribus, Care, Myſo et Lydo ap. Herodot. I, 171. Ibidem narrabant Cretes, Cares primo inſulas tenuiſſe et Minoi paruiſſe; cum ipſi Cares, et recte puto, contenderent, antiquiores ſe ſedes in continenti Aſiae habuiſſe.

Troicis temporibus Cares tenebant *Miletum* et loca vicina, eiecti poſtea ab Ionibus. Teſtatur quoque Pherecydes ap. Strabon. XIV, p. 938. Inde Caria ab auſtro Maeandri finès habuit. Fuit illa ſubiugata primo a Croeſo (Herodot. I, 28.) tum a Perſis. (ibid. I, 171.)

867. & quod Thucydides, qui barbarorum nomen recentius eſſe dixit, hinc refellitur; Sch. A. Repetierunt hoc alii. v. Strabo VIII, p. 568. XIV, pr. p. 976 ſq. Atqui non refellitur Thucydides; non magis enim collectiuo nomine barbaros dixit Homerus, quam Hellenas. v. Thucyd. I, 3.

Verſum 867 habet Strabo XIV, p. 976 C. vbi *Μάσθλης* eſt: quod lorum, (v. Etymol. et Heſych.) et hinc hominem mollem ſignificat apud Ariſtoph. Nub. 448. Equ. 269. vbi v. Schol. verum error memoriae eſſe videtur ex *Μέσθλης* 864. *Ναύστης* quoque lectum fuiſſe, ex Euſtathio diſcimus; at *Νάστης* agnoſcit Heſych.

868. *Φθειρῶν τ' ὄρος ἀκριτόφυλλον.* Vocis *Φθειρῶν* varia eſt ſcriptura: *Φθειρῶν* et *Φθιρῶν*, hoc alterum eſt in Ven. Vrat. b. vno Vindob. ſicque editum inde ab Ald. 1. vsque ad Turnebum: qui ex Romana alterum repoſuit. Steph. Byz. *Φθίρα* (*τὰ Φθίρα* puto) *ὄρος Καρίας. οἱ κα-*

Digitized by Google

τοιοῦντες Φθίρες. Prouocat ad eum Euſtath. p. 368 vbi eſt Φθίρ, ὄρος Καρίας, non recte, puto. Pergit ille: οἱ δὲ σχολιασταὶ οὕτω· Φθιρῶν ὄρος Καρίας περὶ Μίλητον πολλὰς ἔχον πίτυς ὧν τὰ ἐξανθήματα (et fructus, ſtrobili,) οὕτω καλεῖται ὡς ὅμοια Φθειρσίν. Idem paullo poſt Herodianum narrat Φθίρ defendere tanquam verius. Ceteri grammatici plerumque Φθεῖρες exhibent, aut ſcriptio in iis variat, aut nullum ab iis notatur discrimen. Nec enim opus eſt, vt loca Apollonii, Heſychii et Etymologi adſcribam. Interea videtur probabilius eſſe, minus notum Φθίρες abiiſſe in vulgatius Φθεῖρες, et altera ex parte melius discerni Φθίρες, *pinus*, ab altero, Φθεῖρες, qui *pediculi* ſunt.

De monte ipſo non dubitatur, in Caria apud Miletum; Latmum eundem eſſe Hecataeus ap. Strab. XIV, p. 942 C. cenſuerat; alii montem Grium pro eo habuerant, Latmo ex aduerſo ſitum. Conuenit quoque in hoc, a pinuum frequentia montem nomen habuiſſe; etſi fuere qui a Phthire ſ. Phthirone, Endymionis f. nomen ducerent. Schol. br. A. B. L. Leid. Amſt. Heſych. Etymol. Schol. Lycophr. 1383. ſed videndus primo loco Apollon. Lex.

ὄρος ἀκριτόφυλλον. πολύφυλλον, quod iam Apollon. h. v. apponit. cf. ad 796.

869. Μαιάνδρου τε ῥοὰς, Μυκάλης τ' αἰπεινὰ κάρηνα. Ergo per promontorii iuga ſparſis ſedibus habitarunt Cares. Verſu hoc vſos eſſe Mileſios in controuerſia ſuper Mycale narrant veteres: ap. Euſtath. ad h. l. et Schol. B. ad Catal. nau. 1. De Mycale v. Strab. XIV, p. 943 C. et Euſtath.

871. ξ (propter epanaphoram nominum puto).

872. ξ quod haec ὃς καὶ χρυσὸν ἔχων ad Amphimachum ſpectant; at Simonides (in deperditis) ad Naſten retulerat. Idem Simonides χρυσᾶ ὅπλα ei tribuerat; at in Homero eſt χρυσοῦς κόσμος· quippe cum puella eum comparat. Barbaros autem ornamentis ex auro vſos, apparet quoque ex Il. P, 52 Πλοχμοί θ' οἱ χρυσῷ καὶ ἀρ-

Digitized by Google

γύρῳ ἐσφήκωντο. Dio Or. II, p. 89. ed. Reisk. laudat vſſ. 872—875. Priorem repetit quoque Clemens Alex. Paedag. II, 12. p. 244. vbi eſt πόλεμον κίεν et κούρη νηπίη.

873. οὐδέ τί οἱ τόγ' ἐπήρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον. ἐπήρκεσε. ἐβοήθησε Heſych. h. l. reſpiciens, et Schol. Scilicet grammatice explendum: ἐπαρκεῖν *ſufficere, parem eſſe* τινὶ ἐπί τι. πρός τι.

Ad 874. 875. Appicti obeli — nec tamen in Schol. ea de re monetur. Scilicet damnati fuere verſus; male quidem; quod in ipſa pugna ad Scamandrum Amphimachus non memoratur. Vti nec Ennomus, de quo ad v. 860. 861. vidimus. Alius Amphimachus erat inter Epeos ſup. 620.

875. χρυσὸν δ' Ἀ. verba recitat Themiſt. Or. XV. p. 197. ſatis commodo loco.

876. Sarpedonis genus non appoſuit, vt ad alium locum ornandum illud ſeruaret. Sic Schol. B. L. Scilicet ad Il. Z, 198. 199.

877. Si Schol. A. B. L. recte aſſequor, Ariſtarchus ſcripſerat ἄπο, nam proprio attemperari praepoſitionem ait; contrarium, vt ἀπὸ eſſet, ſtatuerat Ptolemaeus. At Apollonius ἄπο tutius eſt; v. Syntax. IV, 2. vide ad vſ. 831. 839. (346) ſi res tanti eſſe videbitur. Variant quoque libri edd. et ſcripti.

De *Lyciis* tenentur pauca eaque parum explorate, quae forte ſic conſtituere licet, vt Homero lux affundatur. Videntur Lyciam aliquando tenuiſſe *Solymi*, quibus ademerunt terrarum partem aduenae ex Creta, *Termilae* dicti, ſub Sarpedone, Minois filio; hactenus *Lycios genus e Creta ducere* lib. I, 173 Herodotus dicere potuit. Cum iis habitarunt *Cares* et *Leleges*, Pelasgici generis. Aduenerunt exteri *e Graecia*, in quibus *Bellerophon*, Corintho, a Siſypho oriundus, adeoque ex *Aeolidis;* ab eo *Sarpedon* genus duxit: Il. Z, 152 ſqq. *Bellerophon*, vt et filius *Iſander*, cum *Solymis* bellarunt: Z, 184. 204. qui ad montes confugere coacti

erant: vnde *montes Solymorum* Od. E, 283. in quibus Caballenſes memorantur: Strabo p. 935 A. B. Piſidiae attributos Solymos paſſim videas in Steph. Byz. Schol. Pind. Ol. XIII, 129. quia Lyciae fines olim latius patuerunt, et Piſidiae partem, maxime littoralem, complexae ſunt; ita vt Lycia Ciliciam, et ipſam latiorem, attingeret. Inter aduenas aiunt fuiſſe *Lycum*, Pandionis f. Athenienſem, a quo Lycia dicta, quae tum Termilarum erat, et *Milyas* audiebat, latiore forte ſenſu, quam ſerius geographico. Nomen primo Minyas fuiſſe, creditur, a Minoe, cuius frater Sarpedon ille antiquior erat. Manſerant Lycii, poſt Troiana tempora, ſui iuris, etiam ſub Lydis, (Herodot. I, 28) mox autem iugum Perſarum ſubire ſunt coacti, victi ab Harpago ibid. 171. Haec colligas ex Herod. I, 173. qui loc. claſſ. eſt, cum Strab. XII, p. 858 B. C. 935 A. B. 983 A. B. e quo ſua repetiit Euſt. h. l. et ad Z, 184. Pauſ. I, 19. p. 44 f. Diod. V, 79. VII, 3. p. 529.

Τηλόθεν ἐκ Λ. Volunt grammatici opponi hanc Lyciam alteri in Troade, cui Pandarus imperauit: verum de hac falſa eos opinari ſupra indicaui ad 824 ſq.

Ceterum in hoc recenſu non memorantur, qui tamen inter Troianorum copias et ſocios aliis locis recenſentur: *Leleges*, Il. K, 429. qui ad ſinum Adramyttenum habitarunt, aduerſi Lesbo: v. Strabo XIII, p. 902 B. C. 908. 909. etiam ante p. 875. 876. circa Pedaſum ad Satnioentem Il. Φ, 87. vbi *Altes* iis imperaſſe dicitur, add. Z, 35. et Lyrneſſum (vt colligas Il. Υ, 92. 96.) et in aliis locis ſubter Scepſi et circa Aſſum: Strabo p. 908 A. B. Vrbes alias, quae ſub Troianorum ditione erant, videbis enumeratas lib. XIII, p. 875 ſqq.

Etiam per reliqua loca ſparſos fuiſſe vsque ad Phoeaeam, Chium et Samum, antequam ab Ionibus agris priuarentur, ex Pherecyde docet Strabo XIV, p. 938 A. 940 B. 948 B. nam de iis qui in Europam transiere, nunc non quaerimus; de his v. eund. VII, p. 495. nec bene eos memorant interpretes vt Sch. br. ad Υ, 96.

Victi ab Achille in Cariam discesserunt et loca circa Halicarnassum tenuerunt, vbi octo vrbes, in his Pedasa, incoluerunt, permixti cum Caribus; vnde et his annumerati fuere: ibid. p. 909 B. C. Supererant adhuc Strabonis aetate in multis non modo Cariae sed etiam Ioniae locis sepulcra aliaque vestigia Lelegum. ibid. D, et lib. VII, p. 495 B.

Subiacebant Lelegibus *Cilices* ab austro: ibid. 903 B. C. quorum pars fuit sub *Eetione*, qui *Theben*, altera pars sub *Mynete*, qui *Lyrnessum* tenebant: in regione Adramyttena: ibid. p. 910 A. et 858. 875. Eos postea ex his locis eiectos in Pamphyliam discessisse narrarunt veteres, vbi in Arimorum loca successerunt. cf. p. 983 C. adeoque posthaec Syris, vt probabile sit, expulsis Ciliciam a se constituerunt. cf. ibid. p. 995 A. Pessime Homerica ad Ciliciam hanc serius dictam transtulere seriores, vt et Curtius III, 4 Lyrnessum et Theben memorat. Caussa, cur Leleges et Cilices in recensu non apponantur, probabilis est, quod iam antea, vrbibus ab Achille vastatis, ita afflicti fuerant, vt pauci supersessent, qui sub Hectore habebantur: cf. Strab. XIII, p. 920. 1.

Caucones inter Troianorum socios memorati inf. K, 429. et Υ, 329. quorum nomen mature defecit. Strabo VII, p. 496 A. qui lib. VIII, p. 531 A. Paphlagonibus eos accenseri ait. cf. ad 852. Multis passim locis illi olim habitarunt; etiam in Triphylia Elidis et locis finitimis: ad quos spectat locus Odyss. Γ, 366. Sunt hi Caucones Pylii ap. Herodot. I, 147. Omissi illi in *διακόσμῳ*, vnde nonnulli duo versus inseruerant de iis post v. 855. ad quem loc. vide Obss.

Tandem *Cetei* sub *Eurypylo* Telephi f. memorantur Od. Λ, 520 vno loco; ita vt obscura de iis sit quaestio; videntur tamen ad Caicum sedes habuisse: cf. Strab. XIII, p. 915 C. 921 B. 996 B.

EXCVRSVS AD LIBRVM II

EXCVRSVS I

ad B, 101—9.

De Agamemnonis ſceptro, regno ac ſucceſſione, de imperii finibus, et de Argis.

101—109. Prodit ad dicendum, aut potius ſurgit et ſtat ſuo loco dicturus Agamemnon. In oratore, qui ad dicendum ſurgit, conſpicua erat, quam manu tenebat, *haſta* ſ. *ſceptrum*. Hoc videtur adduxiſſe poetam, vt *Agamemnonis ſceptrum* tot verſibus inſigniret. Erat autem illa haſta admodum memorabilis vel propter antiquam originem, qua ad Iouem ipſum illa referebatur, tum quod hereditarium Pelopiae gentis cimelium erat. Creditum illud ſerius ſeruari apud Chaeronenſes Boeotiae, qui diuino illud honore coluerunt; exportatum forte, vt aiebant, in Phocidem ab Electra, Agamemnonis filia: v. Pauſ. IX, 40. Ceterum a Ioue ſceptrum Mercurio datum eſſe, tanquam *κήρυκι θεῶν*, nihil habet quod mireris: verum quid Mercurium induxerat, vt Pelopi ſceptrum daret? Mireris hoc multo magis, cum is Pelopi propter Myrtili ex ſe nati caedem tantopere iraſceretur? Sch. Lipſ. haec habet: Ἑρμοῦ γάρ φησιν, αὐτὸν (Pelopem) καὶ Καλύκης. Haec aliunde nota non ſunt; ἢ διὰ τὸν κύνα. Canis in his mythis nulla eſt memoratio; ſed *arietis aurei*, quo immiſſa ſunt odia inter fratres Thyeſten et Atreum. Itaque legendum διὰ τὸν ἄρνα· et erat ille Mercurii munus ſeu potius dolus: v. Schol. Eurip.

Digitized by Google

Or. 998. 9. Sed interpoſita haec eſt Scholii pars ab alia manu. Nam antiquior grammaticus pergit monere: eſſe adeo recentiorum figmenta de Oenomao et ariete aureo. Vti paullo ante recte monebatur: ignorare Homerum amores Ius, et quae de Argo narrantur, et ad v. 107. ignorare eum odia inter Atreum et Thyeſten. Verum omnino hic fabulas nullas reſpicere putandus eſt Homerus; ſed in regnum ſucceſſiſſe Pelopem, huic Atreum, Atreo Thyeſtem, Thyeſtae Agamemnonem declarare more loquendi antiquo: Iupiter per Mercurium mittit h. e. tradit ſceptrum Pelopi.

Ἐκ Διὸς reges eſſe et imperia, toties ait poeta; nunc copioſe declarat, quomodo a Ioue ſceptrum traditum per ſucceſſionem ad Agamemnonem peruenerit: eſtque adeo hic locus memorabilis moris eloquendi antiquiſſimi. Eſt autem ex Homero ſucceſſio in regnum Pelopidarum ſic conſtituenda, vt Pelopem Atreus, hunc frater Thyeſtes exceperit; debebat huic ſuccedere filius Aegiſthus; ſed rediit regnum ad Atrei f. Agamemnonem. Conuenit in potioribus Thucyd. I, 9.

Ἄργεϊ παντὶ ἀνάσσει Agamemnon. Quam late *Argos*, quatenus in Agamemnonis ditione fuit, pateat, petendum eſt infra ex vſſ. 569 ſqq. Veteres de tota Peloponneſo acceperunt; et in his, vt Etymol. Heſych. et ad eum laudatos taceam, Apollon. Lex. h. v. cum Strab. VIII, p. 568. p. 571 A. cuius longa eſt de hoc diſputatio. Atqui ipſa vrbs, Argos, Diomedi parebat. Videtur adeo dicendum eſſe, Ἄργος antiquiore loquendi vſu, regnum Argiuum, quale inde a Perſidis et ante Perſidas, fuit, declaraſſe, adeoque magnam Peloponneſi partem, inque hac Mycenas, Tirynthem, nomen illud complexum eſſe; inde factum, vt etiam hoc tempore, etſi Argos iſtas vrbes non amplius ſub imperio haberet, nomen tamen, τὸ Ἄργος et οἱ Ἀργεῖοι, *Argiui*, ad iſta regna aliasque vrbes ſpectaret, latiusque adeo omnes, qui cum Agamemnone erant, deſignaret; iidem erant Ἀχαιοί, *Achiui*, nam ex Achaeorum ſtirpe Argiui erant; etſi et

Ionas et Aeoles, etiam Dores, ex Pelasgica ſtirpe orti, in copiis ad Troiam ductis fuere. Sic et *Danai* commune nomen factum: cf. Strab. VIII, p. 570 C. Ita tandem *quodammodo*, cum Strabone, (VIII, p. 570. 1.) Apollonio Lex. Heſychio, Etymol. et aliis pronuntiari poteſt, *Argos pro tota Peloponneſo* dictum eſſe apud Homerum; cum ſaltem potior eius pars Argiuis aliquando paruiſſet, et ab Achaeis, qui Argos tenebant, incoleretur. Nec tamen, ſi accurate loquimur, recte aut pro nomine antiquo Peloponneſi, aut pro nomine geographico eſt habendum Ἄργος. Quam diuerſis modis dicatur Ἄργος, docebunt loca ſqq. I, 141 εἰ δέ κεν Ἄργος ἱκοίμεθ' Ἀχαϊκόν, eſt Agamemnonis ditio, in qua Mycenae erant. In T, 115 Iuno profecta eſt Ἄργος Ἀχαϊκόν, ad maturandum partum vxoris Stheneli; poteſt ibi vrbs eſſe, Mycenis tamen regnauit Sthenelus, dicendumque adeo, eſſe regionem in qua Mycenae fuere. I, 246 φθίσθαι ἐνὶ Τροίῃ ἑκὰς Ἄργεος ἱπποβότοιο eſt indefinite dictum, ab Vlyſſe, pro ſedibus Achiuorum omnino. Sic O, 372 Neſtor Argos commemorat, cum ipſe Pylum teneret. ἐν Ἄργει Z, 456 vbi Theſſaliae fontes memorantur. Ita indefinite poſitum accipi quoque poteſt pro ea quam nos Graeciam omnino appellamus, nullo certo reſpectu limitum: vt modo I, 246 vidimus, et O, 372 et alibi. Secundum haec excuſanda eſt tragicorum licentia, qui Argos vrbem commemorant, vbi Mycenae erant memorandae, v. c. Euripides in Oreſte pr.

Tandem de *inſulis* quaeritur: Schol. Ven. B. et Euſtath. docent alios putaſſe, fuiſſe vicos Argolidis *Neſos* dictos, alios de copiis Rhodo, Creta, Aegina et ceteris ad Troiam ſub eius principatu ductis accepiſſe. Ita vero etiam Ἄργος latius de toto exercitu, cuius dux ſummus erat Agamemnon, intelligendum erit: vt quando ille μέγα πάντων Ἀργείων κρατέσιν dicitur. Poſſis de inſulis ſinus Argolici cogitare; verum ſunt illae paucae et exiguae; et ipſe Homerus ait eum claſſe prae ceteris numeroſa valuiſſe atque etiam Arcadibus naues praebuiſſe

Digitized by Google

inf. 620. vnde apparet plures insulas sub eius ditione fuisse, etsi, quae illae fuerint, ignoratur. Ad hunc quoque modum Thucydides iudicat: lib. I, 9.

EXCVRSVS II

ad B, 718.

de N ἐφελκυστικῷ.

Non iam de iis quaeritur, quae omnino de litterula hac adiecta tradita sint aut tradi possint, verum de vsu eius vero ac certo in Homericis. Vsum eius maxime per grammaticos increbuisse, satis constat, ita vt in serioribus scriptoribus et in codicibus nullo cum iudicio, nulla certa regula, Nῦ addatur, etiam ante consonam, vel omittatur.

Codicum omnino fides et vsus in his est nullus; nam etiam optimi, in ipso Homero, ita variant, vt satis appareat, librarios nihil certi habuisse, quod sequerentur; itaque nec digna haec habui, in quibus enotandis operam perderem. Ernesti quidem MStum Lips. certam legem sequi putabat; at MSti fidem eleuant ipsa ea exempla quae adscripsit. Nec aliud iudicium de Veneto, Leidensi, Townleiano alioue codice ferri posse, docet ipse variationis vsus; etsi mirus interdum omnium codicum consensus est in Nῦ modo adiectum modo omissum, plerumque male et contra euidentem rationem; paucis in locis recte vt B, 671 ἄγε τρεῖς, non ἄγεν esse scribendum, et 756 ἦρχε Πρόθοος, non ἦρχεν scilicet ante duplicem consonam. Neque aliter rem se habere vidi in grammaticis, vt in Lexico Apollonii.

Cum neque in his neque in grammaticis vlla certa fides sit, varietas et inconstantia vsus in Homero me admonuit, vt regulas circumspicerem, quibus me ipsum regerem in admittendo vel omittendo illo Nῦ; non quasi rem ipsam satis grauem, de qua quaereretur, esse iudicassem, sed, quia molestum est in omni re, certum rerum iudicium si videas tibi haud adesse.

Primo itaque loco de diuerſis τοῦ Νῦ vſibus quaerendum eſſe vidi, et tum demum conſtitui poſſe, quid in Homero ſequendum ſit. Interponendi autem τοῦ Νῦ rationes eſſe poſſunt plures: primo, vt euitetur hiatus, ante vocalem ſeu in medio verſu: vt, τόξ' ὤμοισιν ἔχων, ſeu in fine verſus vocali ſequente in alterius verſus capite; vt ἄϊδι προΐαψεν — ἡρώων. tum vero, ad ſyllabam breuem, in ſ vel ι exeuntem, producendam, poſitione illata: ἔδδεισεν δ' ὁ γέρων. et στήθεσσιν λασίοισι. Idque fieri poteſt aut in caeſura, vt in exemplis iisdem, quod nunc ita regnat, vt etiam in vitio habeatur, ſi Νῦ in ſimilibus locis aut exciderit aut defuerit, *) aut extra caeſuram et in theſi: vt A, 450 τοῖσιν δὲ Χρύσης. 459 Τοῖσιν δ' ἵμενον οὖρον — Δ, 181 σὺν κείνῃσιν νηυσίν. **)

Occurrit quidem et alius vſus τοῦ Νῦ extra ſyllabae producendae neceſſitatem, et in locis, in quibus ſyllaba ſua iam natura producta eſt; vt, cum ſcribitur: Φαίης κεν ζάκοτον. Aut, quod ſaepe fit in verſus fine: ἄλγε' ἔθηκεν Πολλὰς δ' — Atqui vltima iam per ſe pro longa habetur. Hunc quidem vſum prorſus eſſe reiiciendum in aperto eſt. Quaerendum adeo eſt tantum de ceteris.

Vt Νῦ interponatur hiatus cauendi cauſſa, iuſtiſſima omnium videtur eſſe ratio. Quid enim auribus moleſtius eſſe poteſt, quam binae vocales excipientes ſe nulla interiecta conſona! Itaque, vt ceterae linguae, graeca quoque lingua non vno modo auribus conſulit, inprimis per eliſiones, tum per Νῦ interiectum. Cum Ionum aures conſtet fuiſſe molliſſimas, probabile ſit, eos ab priſcis inde aetatibus inuento hoc vſos eſſe. Atqui

*) V. c. eius generis loca multa in Orphicis corrigit Schrader in Emendat. praef. Barnes vero etiam gloriatur paſſim, omnibus in locis ſe illud Νῦ inſerſiſſe.

**) Excutiat, qui volet, plura loca, A, 66. B, 786. Δ, 97. 270. 289. E, 870. 887. 510. Z, 143. H, 259. 347. Θ, 433. I, 598. K, 170. 518. Λ, 134. O, 197. P, 705. Σ, 123.

Herodotei libri et Hippocratis docent, quod vix expectes, illud Νῦ omnino ab iis abeſſe. *)

Quae cum ita ſe habeant: putes forte iure te ſtatuere, multo minus ab antiquiore poeta vſum τοῦ Νῦ expectari poſſe; eumque adeo debere omnino ab Homericis carminibus exulare, ſi antiqua facies iis reſtituenda ſit; adeoque recte ſcribi v. c. Λ, 67. 68 οἵ δ' ὥςτ', ἀμητῆρες ἐναντίοι ἀλλήλοισι Ὄγμον ἐλαύνωσι, ἀνδρὸς μάχαρος κατ' ἄρουραν. Neque eſt quod reponas, niſi forte hoc, Νῦ illud non quidem ſcribi; in recitatione tamen et elocutione interponi ſolitum, ita vt οἷσι ἀνάγκη pronuntiaretur οἷσιν ἀνάγκη, etſi ſcriptum hoc non eſſet; quemadmodum in litteris geminandis idem euenisſe conſtat, vt produceretur ſyllaba duplicata conſona pronuntiando non ſcribendo: vt in τὸν δὲ κατ' ὄσσε Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος ſcriptum eſt ἔλαβε. οἵη δ' οὐκ' ἔρεξε, vbi nunc ἔρρεξε. Hoc enim niſi ſtatuas, repugnat in relinquendo concurſu duarum vocalium diligens obſeruatio ſummi ſtudii, quod Homerus adhibuit in euitando hiatu: ita vt omnino nullus occurrat, qui tolli nequeat legitimis modis. Supererat vnum hiatus genus, cui medela nulla erat, quod tamen et ipſum ſublatum obſeruato vſu τοῦ digamma millenis in locis videbimus. Herodoteus igitur Ioniſmus, vt in multis aliis, ita in omiſſione τοῦ Νῦ, eſt diverſus ab Homerico; quod alio loco diligentius declaratum dabo. Valde enim haec inter ſe variant; non occurrunt in Homero ſimilia Herodoteis οὐκ ἥκιστα. κατήμενοι. ἀπιέντες. ἐπεξῆς et al.

Reſtat alterum genus, quo producitur ſyllaba breuis in fine ante cónſonam, dum conſona Νῦ breui iſti ſyllabae adnectitur. Quod cum fiat aut in ſyllaba quae arſin habet ſeu in caeſura, aut in ſyllaba, quae ictum non

*) Etſi et in his, maxime in prioribus libris, incuria multa reliquit, vt ſtatim in Herodoti pr. τὰ δὲ βαρβάροισιν ἀποδεχθέντα. pro — οι. et mox οἰκέουσιν αὐτίκα et μαχῇσιν ἐπιθέσθαι.

habet, ſed in theſi eſt: in priore genere inutilis prorſus eſt paragoge illa τοῦ Νῦ. Nam ſyllaba illa ipſo tono producitur: ἐν νηυσὶ κέαται — quorſum adiicias Νῦ: ἐν νηυσὶν κέαται? Non male itaque viri docti, quos Wolfius iam ſequutus eſt, eiecerunt Νῦ in hisce locis. Facere idem iuſſit nuper Wakefield ad Eurip. Herc. fur. 22. ſicque alii; idque et ipſe ſequutus ſum. Ernеſtius primo incertus haerebat; mox vidit melius Νῦ in his abeſſe; at in altero genere difficilius eſt iudicium: ſic B, 786 Τρωσὶ δ' ἄγγελος ἦλθε, neceſſario videtur requiri Τρωσὶν δ' ἀ. Λ, 315 ἔσσεται, εἴ κεν νῆας ἕλῃ — etſi hic τὸ ν duplicari poterat pronuntiatione. Et forte a ſimilibus locis progreſſus vſus τοῦ Νῦ omnino inualuit.

Veniunt in hunc cenſum voces nonnullae in ε exeuntes, quae et — εν pronuntiantur: vt πρόσθε et πρόσθεν, vt N, 157 Πριαμίδης, πρόσθεν δ' ἔχε — poſſit et πρόσθε ſe hic tueri, at Γ, 317 recte: Ὀππότερος δὴ πρόσθεν ἀφείη — ἔντοσθε et ἔντοσθεν, νέρθε et νέρθεν, ὄπισθε et ὄπισθεν. ſic alia. Porro ὔμμι et ὔμμιν, ex ὑμέσιν. neque alio loco habeo τὸ ἐγών quod ante vocalem ſubiici ſolet, καὶ γὰρ ἐγὼν οἰκόν δε — manifeſte ex interpolatione; nam fuit εγω ϝοικονδε.

Attamen etiam in his ipſis non vbique regulae parere licet. Quod vix expectes, in ipſa caeſura ſunt innumera exempla, quae vetare videntur morem reſecandi τὸ Νῦ per ſe inutile ad ſyllabam producendam: Scilicet aurium iudicium, noſtrum vtique; nam an veterum Graecorum γνησίων idem iudicium fuerit, quis aſſeuerare auſit? ſuadet ſaepe in his contrariam viam. Sic in particulis cum ipſa voce in eandem vocalem exeuntibus A, 333 αὐτὰρ ὁ ἔγνω ἦσιν ἐνὶ Φρεσὶ, Φώνησέν τε. Si ſcribas Φώνησέ τε, ingratum erit ad aures. K, 374 ὁ δ' ἄρ' ἔστη τάρβησέν τε. 502 ϝοιζήσέν τ' ἄρα — A, 139 ὅ δέ κεν κεχολώσεται —

Sin eſt ſyllaba in theſi, multo minus aequo animo feras Νῦ ſublatum. Sic, quod toties occurrit, τοῖσιν δὲ — et A, 498 εὗρεν δ' εὐρύοπα Κρονίδην — Γ, 348 οὐδ' ἔρ-

ῥῆξεν χαλκὸν — K, 518 ὦρσεν δὲ Θρηκῶν βουληφόρον, nolis admittere ὦρσε δὲ Θρ. Habet hoc ipsum ms. Lips. et addit Ernesti, bene! velim audire, quo iure? nisi dixeris, tum pronuntiatum esse δ geminato, ωρσεδδε Θρ. Multa huius generis occurrunt; quorum magnam partem et similia alia videbis a viro doctissimo Hermanno collecta de Metris Gr. p. 70 sq. quae ad negligentiam pris. corum poetarum cum ipso forte referas, etsi sunt in iis plura, quae aliam rationem, quo se rueantur, habent. Nam multa sunt quae digamma excipit, vt γαῖαν ὁδὰξ εἷλον, πρὶν Ἴλιον ἐξαλαπάξαι X, 17. fuit πριν ϝιλιον. et εὖ μὲν τόξον οἶδε fuit ϝοιδε et al.

Quid tandem de iis locis pronuntiabimus, in quibus illud εν in fine vocis ipso tono producitur ante vocalem: Γ, 35 ἄψ τ' ἀνεχώρησεν, ὠχρός τέ μιν εἷλε παρειάς. Quam durum esset, — σε ω — spondei loco efferri!

Secundum haec concedendum esse videtur: Homerum etsi Ionem aliud aurium iudicium sequutum esse, quam Herodotum, et hiatus euitasse interposito N. Non ignotum hoc isti aetati fuisse colligo etiam ex his: Non respuit Homerus ἦν. ἔην. Atqui hoc natum ex ἦον, ἦες, ἦε, et ἦεν. Sic in ἤσκειν laudat Etymol. Il. Γ, 388 ἤσκειν εἵρια καλά — ductum ab ἤσκεον, ἤσκεες, ἤσκεε et ἤσκεεν, ἤσκειν. Est Il. X, 349 εἰκοσινήριτ' ἄποινα, vbi ν interpositum esse post εἴκοσι apertum est, obseruant quoque Schol.

IN LIBRVM III. ILIADIS VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES

Ex Metaphraſi graeca Iliados liber III. pro ſpecimine excuſus extat in Villoiſoni Prolegom. ad Apollonii Lexicon, et inde recuſum ex parte a Th. Burgeſſ. in Initiis Homericis. Cognoui vſu, eſſe eam recentiſſimi auctoris, nec vſum eius vidi eſſe vllum ad criticam, exiguum ad verba interpretanda.

1. αὐτάρ. Nunc ad h. v. grammatici, et ex iis Etymol. diſputant de αὐτὰρ, quod ſaepius iam, primo A, 51 occurrerat: Scribi vulgo αὐτὰρ exemplo Callimachi; eſſe tamen vere αὖταρ. (eſt ſane ex αὖτ' ἄρα. etſi grammatici ex ἄτερ factum volunt.) Vis particulae eſt eadem, quae τοῦ δέ. vt iam Apollon. h. v. κοσμεῖσθαι eſſe poetae quod τάσσεσθαι ſeriore vſu, obſeruant Schol.

ἕκαστοι. ſiue pro ἑκάτεροι, Troiani et Achiui; vt I, 180 δενδίλλων ἐς ἕκαστον. ſiue ſinguli, ſecundum ſuam quisque tribum ac populum. Schol. br. B. L. Scilicet iungendum ἕκαστοι ἅμα σὺν ἡγεμόσι. ἡ πληθὸς μετὰ τῶν ἡγεμόνων, ait Euſt.

2. Verſum Strabo recitat XI, p. 860. vbi docet Τρῶας vniuerſe, etiam ſociis adiunctis, dici. De clamore Troum cf. ad Jl. N, 41. et Apollon. in ἄβρομοι.

κλαγγῇ, σὺν κλαγγῇ, μετὰ κλαγγῆς. auctor de Hom. poeſi §. 10 τῶν ἀσυντάκτως Φερομένων παμμιγεῖς Φωνὰς hoc verſu declaratas ait. τ' poſt κλαγγῇ paſſim excidit, vt in Eton. Townl. Moſc. 1. ὄρνιθες ϝὼς Bentl. ſed v. inf. ad 196. De notiſſima hac anaſtrophe, quam Ionum

propriam esse volunt, v. Koen. ad Corinth. p. 210. γ' ὡς interpolate Mosc. 3.

3. ἠΰτε pro ὡς, ὡϛεὶ, καθάπερ, vulgo accipitur. Ita vero multo impeditior est structura, vt suspicari adeo possis, non ab eodem ingenio profecta esse omnia; sed accessisse vs. 3. tum 4—7. Videtur sane alter τοῦ ἠΰτε significatus, ὅτε accommodatior esse. *Troiani incedunt cum clamore, vt alites, quando gruum clangor oritur in aere.* pro vulgari: ὡς ὄρνιθες, γέρανοι, ὅτε αὐτῶν κλαγγὴ γίνεται. Interponitur versus 7. ἠέριαι δ' ἄρα ad amplificandam narrationem; non autem respondet τῷ αἴγε. De ἠΰτε, εὖτε, v. mox ad v. 10.

οὐρανόθι προὸ, antiquo sermone cum vi, ἐξ οὐρανοῦ, ex aere, προὸ, εἰς τὰ πόῤῥω, propagato quasi sono. Sic Θ, 557 de ignibus qui conspicui erant Ἰλιόθι πρό.

Ceterum huic versui appicta ξ— quae ad οὐρανόθι πρὸ spectat, ὅτι ἀντὶ τοῦ ὑπὸ τὰ νέφη τόπου. Appictus et asteriscus ※ sed Scholion excidit.

Grues sub hiemis aduentum ad plagas australes festinare, nota res est; nec minus nota fama vetus, adventantes eos pugnam facere cum Pygmaeis: de quibus multa sunt disputata. Ad Nili fontes et lacus eos collocat Aristoteles H. An. VIII, 15. quem Aelianus H. An. II, 1. III, 13. sequitur cum aliis, saltem in eo, quod ad gruum profectionem spectat; alii cum Ctesia eos in India collocant v. Plin. VI, 30 f. 35. p. 345. VI, 19 f. 22. p. 319. X, 23 f. 30. VII, 2 p. 373. quae in vltimo loco de insidentibus arietum caprarumque dorsis apposita sunt, ex Hecataeo petita esse, patet comparatis Scholiis A. B. L. ad vs. 5. Quod apud Eustathium ex aduerso Thules in Anglia (ἔνθα τὰ Ἰγλικὰ) collocantur Pygmaei, serioris aeui et mirum commentum est. Volatum gruum vulgo aiunt inde a regionibus borealibus supra Pontum Euxinum fieri, pro quibus Thraciam et Scythiam memorant alii.

At in Homero nihil est definite dictum, nec de locis, vnde veniant grues, nec quo tendant: πέτονται ἐπ'

Ὠκεανοῖο ῥοάων· quo nomine omnino extrema plaga auſtralis deſignatur, ſecundum notitias terrarum iſtius aeui. Nec in Homero de Pygmaeorum corporibus quicquam additur: ita vt ex etymo vocis Πυγμαίων reliqua de corporis exiguitate figmenta ducta videantur, vt tamen fama ſubeſſet de certo hominum genere in locis ſupra Aegyptum. Tentyritae ap. Plinium VIII, 25 ſ. 38. ſimiles corporum habitu ſunt, crocodilis tamen infeſti; viſuntur iidem in muſiuo opere Praeneſtino in Barberinorum domo, et in baſi Nili in Muſeo Pio Clementino. De ſimiis Vrangutang cogitarunt alii. Homerus tamen hoc tantum narrat: grues verſus auſtrum volare ibique Pygmaeis pugnam et caedem inferre: reliquas fabulas attexuere ſeriores, vt factum eſt in aliis innumeris. Deducta res eſt ad ſcriptores rerum naturalium; qui ad genus hominum corpore puſillo in terris auſtralibus haec referunt; conſtat enim tribus ac populos puſillos et extitiſſe olim et adhuc exiſtere: de quibus notae ſunt diſputationes Buffoni et aliorum: cf. Camus Notes ſur l' hiſt. des Animaux d' Ariſtote To. II. p. 398 ſq. Ariſtoteles ipſe genus hominum puſillo corpore, cum equis puſillis, in cauernis degens (τρωγλοδύται δ' εἰσὶ τὸν βίον) aſſerit. Omnino τὴν μικροφυΐαν τῶν ἐν Λιβύῃ φυομένων locum dediſſe fabulae de Pygmaeis ſuſpicari licet cum Strabone XVII, p. 1176 D. A figuris hieroglyphicis fabulam nuper petiere viri docti, aut ad πήχεις, cubitos, Nili retulere; amne enim iam decreſcente ſub Nouembrem grues adueniunt, et ſemina in agrum iacta depaſcuntur.

4. 5. 6. verſus a Strab. I, p. 60 A. excitantur, vbi hinc docet, per omnem auſtralem oram Oceano cinctam Pygmaeos fingi habitantes. Immo nullo loco definito poeta haec ſcripſit. Locum ante oculos habuere multi, inque his primus Herodot. II, 23.

4. ξ— quod χειμῶνα non hibernum tempus, ἀλλὰ τὸν χειμερινὸν τόπον τῆς Θρᾴκης (eadem in Suida. τὰ τῆς Θρᾴκης χειμέρια eſt ap. Euſt.) dixit; „non enim hie-

me grues fugere, sed hieme instante." atqui sic fugiunt, anteuertunt hiemem: vnde ex gruum volatu aduentus hiemis colligitur. cf. Hesiod. Ἔργ. 448 sq. De gruum migratione in terras calidiores disputarunt iam veteres: v. Aelian. H. Anim. II, 1. III, 13. et ib. laudd. *Φύγον* est pro *Φεύγουσι*. Eurip. Hel. 1497 *ὄμβρον λιποῦσαι χειμέριον* dixit ad Homeri ductum. — *ἀθέσφατον, πολὺν*, iam Apollon. h. v.

5. ξ— quod *ἐπ' Ὠ. ῥοάων* dictum pro *εἰς ῥοάς.* notat quoque Suidas. addit Schol. *Ἀττικῶς.* scilicet serius videmus ab Atticis hunc loquendi morem esse frequentatum. *ποτῶνται* ant. edd. Strabonis l. c. Bentl. huc vocat Hesych. *ποτῶνται, πέτονται.* Eadem vox erat sup. B, 462 *ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται.* Est tamen *πέτονται* etiam in Schol. ad Arati Diosem. 279. Aristotelem et Strabonem exscripsit Eustath. De forma *ῥοάων* monent Scholia ad T, 1.

6. ξ— propter reconditam fabulam. Desudant grammatici in etymo Πυγμαίων. Etiam Apollon. Lex. h. v.

7. *ἠέριαι* veteres non acceperunt *in aere, ex aere*; sed, quod mireris, Schol. br. *ἐαριναὶ*, Apollon. Lex. h. v. Scriptum hactenus esse debuit *ϝηαριναι.* nam *ϝεαρ ϝηρ.* At *αηρ ηεριος. πρωϊναὶ, ἑωθιναὶ*, nec aliter Etymol. h. v. *θαμὰ* pro *θ' ἅρα* Vrat. a. a pr. m. Versus aberat a cod. ed. Vindob.

8. Versus ap. Strabon. l. c. p. 860 et ap. Gellium I, 11. qui Achaeos *mentium animorumque conspiratu tacito nitibundos* contorte interpretatur. *μένεα, μένος, πνέειν, spirare virtutem animi*, vultu et habitu oris prodere. Et *θυμῷ* vel *ἐν θυμῷ* poeta solet antiquo sermone adiungere *τῷ μεμαώς.* nec *σιγῇ μένεα πν.* sed *ἴσαν σιγῇ.*

10. ξ— Haud dubie stigme respicit *τὸ εὖτ' ὄρεος*, de quo multa in Schol. A. ex Didymo, saltem partim; add. Etym. h. v. Primo scriptura variauit. Aristarchi lectio est, quam vulgo habemus. At in nonnullis *ἐκδόσεσιν*, vt in Chia, Massilienſi et aliquot aliis *ἠὔτ' ὄρευς* (non

ἠΰτε ὄρευς) contra quod obſeruat grammaticus, ſollenne eſſe Homero ὄρεος efferre, non ὄρευς. Altera obſeruatio eſt de ſignificatu vocis εὖτε· eſt illud et pro ὡς, (καθάπερ, ὃν τρόπον) vt Il. T, 386 τῷ δ' εὖτε πτερὰ γίνετο. et pro ὅτε frequentatum, vt Λ, 734 εὖτε γὰρ ἠέλιος Φαέθων et Od. N, 93 εὖτ' ἀστὴρ ὑπερέσχε. (Extant nunc haec in vulgaribus libellis) εὖτε, ἡνίκα Apollon. Lex. h. v. Iam h. l. qui pro ὅτε dictum accipiebant, locum ſic conſtituebant: *quando Notus nebula inducit montem — tum*, τότε ἐπὶ τοσοῦτον δύναταί τις βλέπειν, ὅσον ἐστὶ λίθου Βολῆς διάστημα. (quod fieri non poteſt, cum in poeta ſit copula: τίς τ'.) at qui pro ὥςπερ acceperant, idque melius, apodoſin faciebant ὣς ἄρα v. 13. Interpretamentum ὥς τ' ὄρεος eſt in cod. ed. Vindob.

ὀμίχλην recte ſcribitur cum parte codd. et edd. Flor. Aldd. etiam Turn. quia ſic Ionice ſcribitur, et ſupra Λ, 359 iam lectum fuit ἠΰτ' ὀμίχλη. Disceſſerat ab vſu hoc et aſpere ſcripſerat Clarkius, ſecundum Cantabrig. ed. ſicque erat in ed. Rom. ex vulgari ratione, quam et Suidas retinet in hoc verſu cum Schol. Ariſtoph. Reſpexit ad h. l. et mediam in ὀμίχλην corripit Quint. Smyrn. II, 470. 474.

11. ποιμέσιν οὔτι φίλην, κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνων. ξ quod nonnulli ſcribunt ἀμείνων. quo ſenſu, non adiicitur: forte vt abſolute interpoſita ſit enuntiatio: (κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνων ſc. ἐστὶν ἡ ὀμίχλη) Etiam quae ſequuntur in Scholio A. ſunt turbata. At tenendum ἀμείνων. οὐκὶ φίλην irrepſit in Ald. 2. hinc in alias. οὔτε vn. Vindob.

12. τίς τ' ἐπὶ (potius ἔπι) λεύσσει diuiſim ſcriptum habuiſſe br. Schol. ſuſpicatur Barnes. Poteſt videri praeferendum ὅσον τ' ἔπι pro ἐφ' ὅσον. ſicque ſcriptum in Ven. B. Occurrit tamen et alibi ὅσον omiſſo ἐφ'. Similis ambiguitas inf. K, 351 ὅσον τ' ἐπίουρα πέλονται. Ceterum in λᾶαν ἴησιν nihil monitum video de prosodia vocis λᾶαν, vnde vltima corripi potuerit. Non enim eſſe poteſt ex λάας in prima, vnde ſit λάαν. niſi ad dorica

confugias. Videtur forma λᾶς, λᾶος in tertia, quae et λᾶχς eſt, facta ex λάυς vel λάϊς, vnde λάϊν, λᾶν et λᾶαν. λεύσει et λεύσσει v. ad A, 120.

13. ξ quod non dicit: ὑπὸ ποδῶν ἀέλλης, ſed κονίσαλος ἀέλλης, ἀελλώδης. Haeſerunt adeo veteres in voc. ἀελλὴς, quod pro ſecundo caſu ab ἄελλα, *procella*, acceperunt. Addunt B. et L. Ariſtophanem ſcripſiſſe κονισάλου ὤρνυτ' ἀέλλης (ita haud dubie ἄελλα ille legere debuit. ἀέλλη ſcribere non potuit, quoniam hoc in vſu Homerico non fuit. Nam inf. Π, 374 ὕψι δ' ἄελλα σκίδνατο.) quae interpolatio eſt; etſi Bentleium video hoc probaſſe; at ἀελλὴς, adiectiua forma agnoſcunt grammatici, Apollon. Lex. h. v. καὶ ὁ κονιορτὸς ἀελλώδης ἀελλὴς, οἷον (οἷος) ἄν τις ἀπὸ τῶν ἀελλῶν γένοιτο, laudato hoc verſu, item Etymol. At Heſych. eſt corruptus.

κονίσσαλος vulgo editum; κονίσαλος ſcribunt veteres: Schol. Etymol. Heſych. Ven. Lipſ. Townl. vt taceam recentiores codd. Sic et aliis locis, E, 503. et habet rationem, quia κονίω, κονίη, productam habent penultimam.

16. Τοῖσιν putatur Euſtath. legiſſe pro Τρωσὶν p. 374.

17. παρδαλέην — ſic codd. etiam Ven. cum edd. Ap. Apollon. Lex. h. v. obſeruatur quod παρδαλέην ſcribitur, (etiam K, 29.) Alii alia commenti ſunt: v. ap. Euſtath. ad Φ, p. 1251, 54. Ariſtarchus πάρδαλις vbique ſcribebat: v. ad N, 103. P, 20. Φ, 573. Faciunt ſcilicet grammatici veteres discrimen, vt πόρδαλις ſit mas, πάρδαλις femina. v. Villoiſ. et Toll. ad e. l. Quo ipſo efficitur, vt nec liceat vbique ſcripturam conſtantem ſervare.

18. ξ et in Schol. ξ in αὐτὰρ ὁ δοῦρε omiſerunt ὁ Ariſtarchus, Ariſtophanis et Calliſtrati editio, et fere ſic meliores, et Ixion ἐν τῷ ά πρὸς τὰς ἐξηγήσεις. Accenſendus quoque Zenodotus (vnde ξ appicta). Defendit tamen τὸ ὁ Schol. A. tanquam vere Homericum; et recte. Laudat quoque (ex pluribus) exemplum Od. I, 372—4. Accinunt B. L. et laudant Il. Π, 466. 467.

19. — 20. — vterque ἀθετεῖται. nam qui pardi pelle indutus eſt et arcu inſtructus, non facile prouocabit alios ad pugnam; abſurdum quoque, eum omnes prouocare. Zenodotus cum his etiam ſuperiorem 18. damnabat: quippe ſine his iunctura laborantem. (hoc eſt puto: Ζηνόδοτος δὲ ἠθέτηκε τοῖς ἑξῆς οὐ συντιθέμενον) Retulerunt alii inter ζητήματα in Sch. A. B. L. et br. ad 22. Reſpondebant ad haec alii: αὐτὰρ ὁ δοῦρε ſupplendum eſſe ἔχων· (quod ieiunum foret.) *Prouocaſſe* autem eum fortiſſimos ex Achiuis *non verbis*, (cf. ad Π, 657.) ſed *ſpecie*, quam prae ſe ferebat, et oſtentatione, vibrata haſta; aut etiam poetam voluiſſe Paridi ridiculam perſonam imponere. Fatendum eſt, ſine his verſibus et perſonam Paridis et reliqua ſibi melius conſtare videri. Si tamen Paridi eam perſonam induere placuit poetae, nec id ratione caret. cf. Not. ad v. 59. et Clark. ad v. 19. Ad hos verſus videntur ſpectare verba v. 44 Φάντες ἀριστῆϊ πρόμον ἔμμεναι.

20. δηϊοτῆτι penultima circumflexa. qua de re ſaepe monent grammatici, deque ea actum erat ἐν τῇ Ἰλιακῇ προσῳδίᾳ (Herodiani). Euſtathius controuerſiam pluribus locis repetit, et plurimos acriter contendere ait, vt ſcribatur δηϊότης, vt κακότης, Φιλότης.

22. μακρὰ βιβῶντα. Huc vocat Bentl. Heſychii: βιβοῦντα, διαλαμβάνοντα pro βιβῶντα, διαβαίνοντα. Inf. 371 eſt ὕψι βιβάντα. vbi v. V. L. Occurrit tamen quoque μακρὰ βιβῶσα Od. Λ, 538.

23. Haeſerunt grammatici in σώματι. (cf. Sch. br. A. B. L. et Euſt. h. l. et alibi, vt p. 666, 24.) quod Homerum non niſi de cadauere dixiſſe obſeruarunt: (h. l. et H, 79. Σ, 161. X, 342.) vt contra δέμας ſemper de viuo. Obſeruatiuncula eſt Ariſtarchi: v. Apollon. Lex. in σῶμα, ſaepe a grammaticis repetita: v. c. in Cod. Leid. ap. Valken. Diſſ. de Scholiis p. 121. Iam autem alia eſt obſeruatio, leonem cadauer non attingere. Rem itaque ſic expediunt: eſſe σῶμα feram, quam aut ipſe leo aut venator modo ante necauerat: nec hoc male. Quod

ad rem attinet, tradunt naturae animantium periti, praeferre leonem praedam recentem, nec nisi fame adactum cadauer attingere; Aelianus vtique de N. A. V, 39 narrat, leonem praedae partem tanquam penu recondere, verum tanquam obliuione vel contemtu negligere, et aliam praedam circumspicere; *εἰ δὲ μὴ, ὡς ἐπὶ οἰκεῖον θησαύρισμα παραγίνεται.* Id quod cum eo conuenit, quod vulgo dicitur cadauere non vesci, nisi quando praeda recenti potiri omnino non licuerit. Cum adeo h. l. adiiciatur *πεινάων*, potest recte de cadauere accipi: adiicitur vs. 25 *εἴπερ ἄν* pro *κέν*: vnde et *σεύωνται*, non *σεύονται*, etsi hoc desiderat Bentl. Nec aliter Apollon. Lex. in *σεύας* acceperat: nam: *σεῦαν* (Od. Z, 89.) *ἀπεσόβησαν. καὶ τὸ, εἴπερ ἄν αὐτὸν σεύωνται, σοβῶσι μεθ' ὁρμῆς. οὕτως καὶ Ἡλιόδωρος.* Minus enim commode, cum *σεύωνται* sit, in praesenti, non in praeterito, accipias pro *si quando*, vt v. c. est Il. A, 580. vt caussa famis reddatur. *μάλα κατεσθίει* quod Aristot. H. A. VIII, 5 *τῇ βρώσει χρῆται λάβρως καὶ καταπίνει πολλὰ οὐ διαιρῶν. ἐχάρη* post *ὡς ἐνόησεν.* alibi promiscue ponit poeta aoristum primum et imperfectum. v. c. K, 516 sq. 520 sq. O, 679 et 685.

24. *ἄγριον αἶγα*, esse *αἴγαγρον* dictum obseruat Apollon. Lex. h. v. quaerendus ille est in iugis Asiae. Disputat de eo Koeppen ad h. l.

26. *αἰζηοὶ* ex Eust. p. 376 laudat Barnes. quia et habetur *αἰζηιός*. Haec Apollonii Lexicographi sententia fuerat ap. Etymol. h. v. nam in Lexico non legitur: vbi v. Villois. ad hanc vocem.

28. ξ-- Zenodotus *ἀλείτας* scripserat, *τὰς ἁμαρτίας* accipiens: quod nescio an hoc sensu dici potuerit; et forte iniuriam faciunt grammatico, qui pluralem posuerat, qui habetur Od. Υ, 121 *Φάτο γὰρ τίσασθαι ἀλείτας*, ex *ἀλείτης*. Recte Etymol. *ἀλείτης σημαίνει τὸν ἁμαρτωλὸν καὶ ἄδικον.* Schol. br. *ἐχθρόν.* hoc ex contexto. *ἀλίτην* legerat Apollon. Lex. h. v. inuito metro: quam vocem etiam Etymologus memorat. Tum *τίσασθαι* vulgo editum: *τίσεσθαι* iam H. Steph. maluerat; et occur-

rit id inf. 366 ἦ τ' ἐΦάμην τίσεσθαι Ἀλέξανδρον κακότητος. Temperat tamen ſibi, quia etiam Od. Υ, 121 Φάτο γὰρ τίσασθαι ἀλείτας legitur. Scilicet eſt haec ambigua ſcriptio aoriſti et futuri innumeris in locis a doctis viris notata. In noſtro loco autem vel propterea putare potes nihil ſatis firmum te habere, quia τίσασθαι toties in Homero occurrit, vt B, 356. Neque adeo iuuat Etymol. qui τίσασθαι τιμωρήσασθαι habet et bene illuſtrat. Enimuero τίσεσθαι grammatica ratio poſtulat et vſus Homericus poſt ἐΦάμην, *putabam, ſperabam.* Od. P, 41 ἦλθες — οὔ σ' ἔτ' ἔγωγε ὄψεσθαι ἐΦάμην. Ξ, 481 ἐπεὶ οὐκ ἐΦάμην μιγησέμεν ἔμπης. cf. N, 357 et al. Il. E, 190 καί μιν ἔγωγ' ἐΦάμην Ἀϊδωνῆϊ προϊάψειν. Θ, 498. 9 νῦν ἐΦάμην — ἂψ ἀπονοστήσειν. M, 165. 6. O, 251. Ergo nullus dubitaui τίσεσθαι h. l. reponere, quod et Venetus habet; idque inf. v. 366 retinendum, et Φῂ — τίσεσθαι recte Od. Ω, 461.

29. χαμάζε multi. De accentu v. Euſtath. p. 377.

31. ξ quod κατεπλήγη non κατεπλάγη. Scilicet, quod iam ab aliis notatum, Attici ἐπλάγην penultima breui, IonES ἐπλήγην efferunt: quod ſingulare huic verbo eſſe ait Clarke. Multo magis argutum eſt, quod Etymol. in πέπληγε notat: ἔπλαγον ἐπὶ τοῦ ψυχικοῦ πάθους, ἐπὶ δὲ τοῦ σωματικοῦ διὰ τοῦ η. poetam dixiſſe κατεπλήγη, et, ne ad corpus referamus, adieciſſe Φίλον ἦτορ. Quidni ſtatuamus, fuiſſe antiquam formam πλήγημι, ἐπλήγην. qua Homerus vtitur h. l. et alibi, vid. N, 394. Π, 403. κατεπλάγη etiam in libris occurrit, vt in Vrat. b.

32. κῆρ' ἀλεείνων, ἐκκλίνων καὶ Φυλασσόμενος Apollon. Lex. h. v.

34. βήσῃς Townl. vt iam B, 532 vidimus. at βήσῃσ' Cant. ἐν βήσσῃσιν Euſtath. p. 377. hoc non male, vt apodoſis fiat excluſo τε· ὡς ὁ' — ὑπὸ τρόμος ἔλλαβε γυῖα. Apud Clement. Alex. Coh. p. 37. vbi vſſ. 33. 4. 5. adſcripti ſunt, eo alludit lectio vitioſa: ἐν βήσσῃσιν, ὑπό τε τρόμος —

35. ἄψ' ὀ Eaton. εἶλε παρειάς. Lectum olim παρειᾷ, quod et Ven. habet. v. Etymol. h. v. et Schol. A. tuetur exemplis πλευραὶ et πλευρά. Addit idem Φασὶ μὲν Ἀρίσταρχον καὶ Ἀριστοφάνην γράφειν παρειὰς σὺν τῷ σ. ἐπειδὴ καὶ παρειάων ἀπαλάων λέγει. Aduerſantur Schol. B. et L. Ἀρίσταρχας οὐδετέρως. ἔν τισι δὲ θηλυκῶς. Similia Euſt. affert. Ergo hoc vnum conſtat diuerſas olim lectiones fuiſſe. Conf. ad X, 491. Vocem ὤχρος, ὠχρίασις ſatis illuſtrant grammatici inde ab Apollon. Lex. h. v. Quod in ἀνεχώρησεν vltima per ν ante vocalem producitur, notabile. v. Excurſ. ad B, 718.

36. ※ ⊱ Stigme reſpicit voc. ἀγερώχων et aſteriſcus idem voc. h. l. de Troianis, nec tantum de Rhodiis (B, 654. vt nonnulli ſtatuiſſe videntur) dictum. Mira grammatici comminiſcuntur de etymo vocis: v. Euſt. Schol. A. B. L. Apollon. h. v. e quo ſaltem tenendum hoc: dictum vulgo in vitium, Homero eſſe in laude habitum: τοὺς ἄγαν ἐντίμους, laudato h. l. et B, 654. aut vt Sch. B. L. σεμνοὺς, μεγαλόφρονας. At Sch. br. αὐθαδῶν. ὑβριστῶν, reddunt. αὖτις variant et hic.

38. De αἰσχροῖς ἐπέεσσι cf. ad Z, 325.

39. Δύσπαρι. Varie vocem interpretantur, ſcilicet ex etymo et ad analogiam. Vt δυσηχὴς, δύσποτμος et alia. Schol. A. cum ceteris fere: ἐπὶ κακῷ ὠνομασμένε Πάρι. κακὲ Πάρι. καὶ Ἀλκμάν φησι· „Δύσπαρις, αἰνόπαρις, κακὸν Ἑλλάδι βωτιανείρᾳ.“ Prior interpretatio petita ex κακοῖλιον, | οὐκ' ὀνομαστήν Od. T, 260. 597. Ψ, 19. — δύσπαρι, δυσώνυμε. κακῶς παρωνομασμένε Apollon. Lex. et Heſych. in quo et alia gloſſa: ἐπὶ κακῷ Πάρις πληθείς. add. Suid. atqui hoc alienum a re: nulla enim aut bona aut mala notio ineſt voci Paridis. Niſi forte Etymol. habuit, quod ſequeretur: Πάρις, παρὰ τὸ παριέναι τὸν μόρον τουτέστιν ἐκφυγεῖν τὸν θάνατον· eſſet adeo: infeliciter, qui cum malo aliorum mortem effugiſti. Addunt ſimile δυσελέναν ap. Eurip. Or. 1391. Idem Hec. 945 αἰνόπαριν βούταν. Videtur verum eſſe: *exitioſe, calamitoſe Paris.* Similis vſus eſt compoſitorum per α,

vt apud Sophoclem El. 492 ἄλεκτρα, ἄνυμφα, ἐτέβα μιαιφόνων γάμων ἀμιλλήματα, h. γάμος δύςλεκτρος καὶ δύςνυμφος, pro κακόνυμφος.

εἶδος ἄριστε in obiurgatione iterum videbimus N, 769. P, 142.

γυναιμανὴς esse potest vel ὁ τὰς γυναῖκας ὡς μαινάδας τῇ τῆς ὥρας ποιῶν ἁπάτῃ vel ὁ ἐπ' αὐταῖς μαινόμενος. Schol. B. L. et br. cum Hesych. Etymol.

40. ὄφελές τ' erat vulgo editum; recte τ' sustulit Wolf. ad mentem Barn. Bentl. Clark. et Ern. abest τ' in Eust. in Ven. Barocc. At retinet τὸ τ' Dio Or. XI, p. 328 R. vbi hos vss. laudat. Ern. etiam ex Suet. Aug. 65. qui eo saepe vsus esse fertur, laudat inuerso dictum: αἴθ' ὄφελον ἄγαμος τ' ἔμεναι ἄγονος τ' ἀπολέσθαι. Bentleius hunc ordinem tanquam naturae consentaneum, cum ἄγονος acciperent, *sine liberis*, praeferebat. Idem coniecerat ἄγυνος. Hesych. ἄγυνος, ἀγύναιος. Cur τ' ante ἔμεναι eiiciatur, caussa idonea non est.

Tandem ἄγονος quod proprie est ὁ μὴ γεννῶν, ἄτεκνος, ἄσπερμος. quomodo et Augustus l. c. acceperat, et sic Apollon. I, 684. vbi v. Schol. add. Hesych. h. v. et Maximus Tyr. XXVI extr. vbi alludit ad narrationem ap. Herod. V, 7. Cum tamen huic loco id non satis conuenire videatur, accipitur ὁ μὴ γεννηθείς. repetiit idem Eurip. Phoen. 1591. 2. cum interpretatione: ὃν καὶ πρὶν εἰς φῶς μητρὸς ἐκ γονῆς μολεῖν, ἄγονον — vbi cf. Valk. In iis qui ἄγονον, *sine liberis*, acciperent, fuit apud Schol. A. et Eustath. Dionysius Scytobrachion (qui vixit ante Ciceronem et cuius Sueton. Grammat. 7. meminit) isque tradiderat, vere Paridem ex Helena filium Dardanum nomine suscepisse, idemque versum ex Il. I, 455 petitum protulerat post ἄγαμός τ' ἀπολέσθαι, μηδέ τι γούνασιν οἷσιν ἐφέσσασθαι φίλον υἱόν. Quid hos homines de Critica sensisse putabimus! Volunt quoque Schol. B. et L. esse τὲ, τὲ, pro ἤ, ἤ. Transfert versum ad homines felicitatem in voluptatibus collocantes Maxim. Tyr. diss. IV, p. 60 R.

41. *καί κε τὸ βουλοίμην* — Refert verba ad Hectorem ipsum Clarke: *Sane ego, istic si essem, mallem id et ipse*, sc. quam vt ego sic opprobrium essem. Enimvero ad Paridem haec spectant: *malim te non natum — quam sic probris infamem.*

42. *λώβην ἔμεναι καὶ ἐπόψιον ἄλλων.* Lectio haec *ἐπόψιον* fuit Aristophanis vt e Schol. B. et C. constat; adde Schol. br. (Eandem amplexus erat Herodianus, vt ex Etymol. discimus.) hoc sensu: *κερδάναι τὴν ἀπὸ τῆς Φυγῆς αἰσχύνην ἐπὶ τῆς πάντων ὄψεως.* Aut, vt Eust. *τὸν ἐν ὄψεσι πάντων ἀσχημόνως Φυγόντα.* Proprie *ἐπόψιον* dici de loco edito. Apud Apollon. est Iupiter *ἐπόψιος* II, 1126. *inspector*, actiue et Callim. in Iou. 82. Notant quoque grammatici, Aristophanem haud interpunxisse post *ἔμεναι*, vt iungantur: *λώβην — ἄλλων.* An ille haesit in vsu casus secundi *ἐπόψιον ἄλλων*, sitne *κατὰ*, *inter alios*, an pro *ἄλλοις*? At alia lectio olim fuit *ὑπόψιον*: sic Ven. Lips. Mori. Barocc. Vrat. a. b. c. A. Mosc. 1. Townl. Eaton. et e vet. Schol. B. L. Eust. Schol. br. Etymol. edd. Flor. Ald. 1. (mutauit Ald. 2. et Rom.) primoque loco Apollon. Lex. h. v. qui *ὕποπτον καὶ ὑποβλεπόμενον* reddit. Schol. A. *τοὺς ἄλλους ὑΦορώμενον, μήπως ἃ δράσεις, πείσῃ.* Duriora sunt ap. Schol. B. et L. Melius inter alia Eustath. *τὸν ἐπονειδιστον — ὃν τινες ὑποβλέπονται ὑπόδρα ὁρῶντες διὰ τὸ μῖσος. Aliis adspectu inuisum: ὑποπτεύεσθαι ὑπὸ τῶν πάντων καὶ μισεῖσθαι ἄξιον* redditur ap. Etymol. h. v. qui et alteram lectionem *ἐπόψιος* memorat et Herodiano tribuit. Necesse vtique est ex ipsa sententia, *ὑπόψιον* non tam esse suspectum, quam *inuisum.* Lambin. ad Cic. ad Attic. I, 20. emendasse se putabat *ὑπώπιον*, eleganter sane, si in seriore Attico scriptore versabatur; non in Homero.

43. *καγχαλόωσι.* Etymol. hoc loco laudato: *τουτέστιν ἐν χαλάσματι ποιοῦσι τὴν ψυχήν.* ex etymo, quod et Apollonius probauit. Melius simpliciter *χαίρουσι. γελῶσι.* Hesych. *καγχαλάσκειν, χάνυσθαι* et *κεχάρεσθαι* iungit Apollon. IV, 996. 7. 8.

44. ξ quod πρόμον dictum ſit pro πρόμαχον (male additur per ſyncopen) οὐχ, ὡς οἱ γλωσσογράφοι, τὸν βασιλέα. vid. inf. ad H, 75. Idem Schol. A. B. L. monent reſpici ad v. 18—20.

45. Interpungi poſſe monent Sch. minus plene poſt εἶδος ἐπ' et continuari orationem, vt pendeat a καγχαλόωσιν, et plene, vt Hectoris verba ſequantur: quod grauitatem orationi addit. Conuenit ſententia cum Od. P, 454 οὐκ ἄρα σοί γ' ἐπὶ εἴδεϊ καὶ Φρένες εἰσί.

46. τοῖός δε ἐὼν hiatum turpem facit, qui tamen vbique in ſcriptis et editis occurrit; haud dubie fuit, quod nec Bentleium fugit, τοιοῦτος ἐών. Ita quoque recitatur verſus ab Euſtathio ad Il. Σ, p. 1152, 23. Super pronuntiatione multa habent Scholia. Optimum eſt per exclamationem et interrogationem efferre, vt admirationem referant verba.

47. ἀρίηρας Barocc. Eaton. ἐρίηρ, ab ἄρω, εὐάρμοστος, eſt frequens de ſodalibus. ἐρίηρες ἑταῖροι. Illuſtrat, hoc ipſo loco laudato, Etymologicus.

48. ξ quod ἀνῆγες de nauigatione ex Peloponneſo ad Troiam quaſi altius poſitam. Sch. A. (Atqui ἀνάγειν νῆα a littore in mare, in altum ſollenne eſt.)

49. ξ quod ἀπίην dixit longe remotam; non, vt recentiores, de Peloponneſo v. ad A, 270. Sch. A. Vtrumque Sch. br. memorat.

νυὸν ἀνδρῶν αἰχμητάων. Reddunt grammatici *νυὸν ſponſam*, quia multi principes viri proci Helenae fuerant. Et eſt *νυός*, *ſponſa*, paſſim; vt latinis poetis *nurus*. In Homero tamen *νυὸν* nusquam reperio niſi pro nuru dictam; et fuit Helena *nurus fortiſſimi viri*, Agamemnonis; quod poeta per pluralem extulit. Alias poteſt latius accipi dictum omnino reſpectu affinium: cum Apollonio h. v. et Heſychio.

51. (debuit praefixum eſſe ξ) Zenodotus legerat κατηΦείη, nec male. Sic enim conuicia 50. 51. ad Paridem ſpectant, non ad Helenam, quae non bene poterat δυσμενέσι χάρμα eſſe, ne eius quidem raptus. Mul-

to melius etiam ipſe Paris ſibi eſt *κατηφείη*, quatenus ſe intuens *κατηφὴς*, moeſtus pudore, reddi debet. Melius ſic continuatur oratio vſ. 51. 52. Attamen *κατηφείην*, quod Schol. A. docent, agnouerunt *αἱ Ἀριστάρχου, καὶ ἡ Ἀριστοφάνους, καὶ ἡ Σωσιγένους, καὶ ἡ Ἀργολικὴ. καὶ σχεδὸν ἐν ταῖς χαριεστάταις οὕτως εἶχεν.* De voce *κατηφὴς, κατήφεια* cf. ad Ω, 253 — *δέ σοι* et *δὲ σοὶ αὐτῷ*. vtrumque bene. *δυςμενέσιν μὲν* Flor. Ald. 1. recte; at Rom. *δυςμενέεσσι μὲν* et Ald. ſec. *δυςμενέεσσιν μεν* quod peſſime alii retinuere. Inſident eadem vitia codicibus. Debebat ſic ſaltem *μὲν* induci. Eadem Ald. ſecunda verſu 52 ſequenti *μείνας*. vitioſe, vnde alii repetierunt.

53. *γνοίης Ϝ'* Vrat. A. Eaton. At *γνοίης κε* ſuam vim habet: *experturus tum eſſes, qualis ille vir ſit, cuius vxorem abduxiſti.*

54. ξ— quod nonnulli, cum nihil alibi de Paride citharoedo occurrat, pro *κίθαρις* ſcripſere *κίδαρις*, quod pilei genus eſt. Addit Schol. cum Euſt. qui eadem affert, multa tamen eſſe in Homero *ἅπαξ λεγόμενα*. (Sane tale vocabulum eſſet et ipſum voc. *κίδαρις*. Et poeta omnino mollitiem Paridis arguit.) Quae autem *κίθαρις* fuerit, et an *Φόρμιγξ* ab ea diuerſa, equidem cum aliis ignoro. — *οὐκ ἂν δὴ* Homerica eſt forma, notante Bentl. E, 32. 456. K, 204. At Dio Or. XI, p. 328. vbi h. v. c. ſeq. excitat *οὐ γάρ τοι* legit; non male. *οὐκ ἄν τι* Barocc. Moſc. 1. Nobilitata eſt Paridis cithara Horatii carmine I, 15, 15. et dicto Alexandri M. apud Aelian. V. H. IX, 38.

56. *Ἀλλὰ μάλα Τρῶες δειδήμονες.* ξ— quia Zenodotus exhibuerat *ἐλεήμονες*. Atqui, ait Sch. A. non miſerentur Paridem, ſed oderunt, Troiani. Reſpicit haec Sch. A. ad H, 390. et inf. ad 453 vbi ipſe poeta inuiſum Troianis Paridem fuiſſe ait; igitur ne odio indulgeant, aut metu aut reuerentia eos moueri neceſſe eſt; non miſeratione: quod et negatur illo loco: *οὐ Φιλότητι*. nam hoc eſt *διὰ τὸ ἔλεος. δειδήμονες, εὐλαβεῖς. διὰ τὸ δέος*

Apollon. Lex. h. v. vt ſint *verecundi et reuerentia tacti*. et Etymol. verſu adſcripto, εὐλαβεῖς, Φοβεροὶ, αἰσχυντηροί. addit iis δειλοὶ Heſych. Tandem δειλήμονες eſt in Townl. et Vrat. a. a m. pr. quod et ipſum defendi poteſt, vt ſint *meticuloſi;* etſi error ex Δ et Λ facile oriri potuit. Heſychius ſimilem gloſſam habuiſſe videtur, etſi corruptam: δειλήμονες. εἰδήμονες. (hoc alio ſpectat, ad δαήμονες, niſi cenſeas ſcriptum fuiſſe δειδήμονες) εὐλαβεῖς. ἢ δειλοὶ καὶ ἄτολμοι. In Apollonio bis occurrit δειδήμονες, quod altero loco fuit δειλήμονες. Alio modo rem expedit, vt video, Slothouwer p. 89. — Pro ἤ τέ κεν Vindob. ed. ἤ ῥά κεν.

57. λάϊνον ἕσσο χιτῶνα. Fuit antiqua ſcriptura ἑσο ex ea aetate, qua geminabatur littera pronuntiando non ſcribendo. Huc redit obſeruatio Schol. A. „ἕσσο per duplex σ ſcripſerat Ariſtarchus, nec modo in commentariis, ſed et in nonnullis editionibus; nec aliter Zenodotus et Ariſtophanes.“ Itaque iam hi grammatici litteras ſcriptura geminare coeperunt.

ἕσσο. debuit eſſe ϝεσσο· nam ἕω ſi eſt *veſtio, induo, tego*, conſtanter fuit ϝεω. ϝεννυμι. ϝειμα et alia. Bentl. coni. λάων. Tum ex Heſych. affert λανὸν, λίθον. Malim ſtatuere λαινὸν non trinis ſed binis ſyllabis fuiſſe pronuntiatum: λαινον ϝεσσο χιτωνα. Et forte ipſum illud, quod Heſychio eſt λανὸν, λίθον fuit λάνον, λίθινον. Nihil in poeta mutant codd. nec apud Lucian. Reuiuiſc. 5.

λάϊνον χιτῶνα *induere* quid ſit, ex ipſa re facile licet aſſequi; antiqua loquendi forma, ex antiquiſſimorum hominum more per ſimilium rerum ſpecies potius, quam verbo proprio, declarandi res. Is, qui lapidatur, lapidibus obruitur, λίθοις χωσθείς, viſus eſt eſſe quaſi veſtitus et amictus lapidibus. Euſtathius comparat Heſiodeum ἠέρα ἕσσασθαι h. ἐνδύεσθαι. Accommodatius eſt Pindaricum ἐφέσασθαι γῆν. Nem. XI, 21 ϑνατὰ μεμνάσθω περιστέλλων μέλη καὶ, τελευτὰν ἁπάντων, γᾶν ἐπιεσσόμενος. et Apollon. I, 691 γαῖαν ἐφέσσασθαι, quod copioſe illuſtratum ad Heſych. in ἐπιέσσασθαι γῆν, ταφῆναι. De tu-

mulo cogitaſſe quoque video Koeppen ad noſtrum verſum. Eſt aliud ſimile apud Apollon. I, 1326. ſaltu in mare facto κῦμ' ἁλίαστον ἐΦέσσατο, κύματι δύψας. Abiecit in his elegantior vſus vocem χιτῶνα.

Poſt κακῶν ἔνεχ' plene interpunxerat Seleucus, improbante Schol. A. Ei accedunt B. et L. vt per exclamationem efferatur: οἷα ἔοργας! parum ſcite. ἕνεχ' recte Flor. Diceſſit in vitium ἕνεκ' ὅσσα Ald. 1. 2. et hinc omnes; nec correctum vitium niſi in Baſil. Oxon.

59. ἐπεί με κατ' αἶσαν ἐνείκεσας, οὐδ' ὑπὲρ αἶσαν. Primum hoc eſt exemplum vſus Homerici τοῦ ἐπεί, vt ponatur nulla ſubiecta apodoſi. Iungit Sch. A. quod et alii faciunt ἐπεὶ — μή μοι δῶρα, nexu parum commodo. Durior altera ratio, vt cum αἰεί τοι iungatur, vt ſi ſit: ἐπεί μοι ἐπέπληξας, σιδήρου τομώτερον εἶναί σε Φημί. Inter ζητήσεις et λύσεις haec fuiſſe intelligas e Schol. ad 61. Nec minus moleſtum eſſet iungere vſ. 66. quando-quidem merito meo me increpas, nunc vero cum Menelao congrediar. Dicam equidem per apoſiopeſin talia dici, geſtu forte ſupplente apodoſin: vt in iſtis Achillis: Σ, 101 Νῦν δ', ἐπεὶ οὐ νέομαι etc. ſcil. aut moriar, aut vlciſcar amicum Od. Γ, 103 ὦ Φίλ', ἐπεί μ' ἔμνησας ſc. memorandum ſane mihi eſt de his. Sic Il. N, 68. 775. Add. Od. Δ, 204. Θ, 236. Sic et h. l. ſupple, feram equidem. Vnus locus eſt, in quo diſerte apodoſis apponitur Il. Z, 334 τούνεκά σοι ἐρέω.

In αἶσα, τὸ καθῆκον, laudat verſum Heſych. Et ad h. l. refert in eodem corruptum κατ' αἰανὸν, κατὰ πρέπον Bentleius. ἐπὶ τοῦ καθήκοντος Ariſtides Quintil. de Muſica lib. III, p. 162 reddit.

κατ' αἶσαν, οὐδ' ὑπὲρ αἶσαν, e veteris ſermonis ſimplicitate profectum, quae tamen δεινότητα aliquam habet, qua et ſequiores vtuntur: vt Sophocles: γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι προσήλθεθ' ἱμείροντες Oedip. Tyr. pr. quod laudat Euſtath. hic et ad Z, 333. p. 645, 14. Infra I, 70 ἔοικέ τοι, οὔ τοι ἀεικές.

60. ἀτειρὴς Apollon. Lex. et ex eo Hesych. ὁ στερεὸς, καὶ ἄτρωτος, καὶ ἀνένδοτος, καὶ ἀκατακόνητος. quod politremum ad h. l. spectat. Est quoque hoc in Schol. et Etymol. qui addit σκληρός. et ἀτειρέα χαλκὸν (T, 233) Φύσει ὀύστρωτον. (quod quid sit v. ad M, 66.) opponitur ἄτκλός.

Koeppen haerebat in comparante et comparato, et conuenire aiebat: ὥς τοι νοῦς ἀτάρβητος ἐστὶν ἀτειρής. Saltem dicere debebat iuncturam et interpunctionem esse hanc: ὡς πέλεκύς ἐστιν ἀτειρὴς, — ὥς τοι νόος ἐστὶν ἀτάρβητος. vt quod exorsus erat et inexpletum reliquerat, αἰεί τοι κραδίη, — repetatur, et suppleatur, ὡς τοι νόος. Durum tamen et hoc.

61. ὅς τ' εἶσι. Cod. Vind. ed. ὃς εἶσι. et mox ὅς ῥά γε. non male.

63. ὥς τοι ἐνὶ στήθεσσιν — Ven. et Sch. ὣς σοὶ — ἀτάρβητος, ἄΦοβος Apollon. Lex. h. v.

64. χρυσέης Ἀφροδίτης. De epitheto hoc antiquo multa argutantur veteres, laudata quoque Histiaea (Hestiaea) grammatica, h. e. femina docta, Alexandrina, (v. Strab. XIII, p. 894 D.) etiam Eustath. pluribus locis, inprimis ad T, 282. Quae antiquissima notio fuerit, nemo facile expediet. Nunc satis est tenere, aurea dici praeclara, pulcra: cum Apollonio: καλῆς, ἀπὸ τῆς παρ' ἡμῖν θαυμαζομένης ὕλης.

χρυσέης et χρυσῆς variant libri hic et vbique. Antiquius prius, etsi contracte pronuntiatum; contracte scriptum est serius: hoc sequutae sunt edd. et codd. recentiores. Etiam in Suida hoc To. III, p. 213. Semel monitum esto.

65. 66. ξ— ἡ διπλῆ πρὸς τὸ ζητούμενον· πῶς, εἰ οὐκ ἐστὶν ἀπόβλητα, ἑκὼν οὐκ ἄν τις ἕλοιτο. Et est longa ζήτησις et λύσις, haud dubie Porphyrii, in Schol. Lipsi. plena ineptiarum: cum huc trahatur illud: esse alia deorum dona bona, alia mala; atqui poeta agit tantum de beneficiis quae a diis proficiscuntur, quae nisi diis volentibus nemo assequi potest. Bene is qui in Schol. A.

adſcripſit: τὰ ὑπὸ τῶν θεῶν, φησὶ, διδόμενα δῶρα οὐκ ἐστὶν ἀρνήσασθαι, οἷα ἄν εἰσιν· μὴ διδόμενα δὲ παρ' αὐτῶν, ἀδύνατόν τινα λαβεῖν οἰκείᾳ σπουδῇ. — οὔτι ἀ. Vrat. a.

65. θεῶν ἐρικυδέα δῶρα. pro hoc ἐρικερδέα mſ. Lipſ. ſed emendatum a manu ſeriore, cum Schol. in quo bis legitur, tertio autem ἐρικυδέα. Non dubito lapſum felicem eſſe librarii. Vulgata eſt in Pind. Sch. P. III, 182. Vtuntur vſ. 65 commode Lucian. Tim. 37. Laert. VI, 66.

67. νῦν αὖτ' ſine δ' Barocc. Lipſ. Vrat. b. Moſc. 1. εἴ με θέλεις. edd. vsque ad Barneſ. male. v. ad A, 133. et μ' ἐθέλεις eſt quoque in Lipſ. Ven. Vrat. A. mox 69 ἐν μέσῳ vitioſe multi; ſed piget aperta vitia enotare.

69—72. ap. Plut. Sympoſ. IX, 13 pr. leguntur. De re ipſa cf. inf. ad 457.

70. σύμβαλέ τ' edidit Barneſ. vt ſingularis eſſet, κάθισον καὶ σύμβαλε. At ſic τε importunum foret. συμβάλλειν, vt Lat. comparare, componere, de pugnaturis, proprie de paribus. cf. inf. Υ, 54. 55. Frequentius eſt, ipſos pugnantes συμβάλλειν, conferre arma, vel ipſos συμβάλλεσθαι.

κτήμασι πᾶσι. Inter ea, quibus raptum Helenae ornarunt poetae, praeeunte haud dubie Cyprio carmine, fuit quoque, quod ex h. l. petitum erat, memoratio pretioſi apparatus, quem Paris Sparta cum Helena abduxerat. Ex Cyprio illo Proclus: καὶ μετὰ τὴν μίξιν τὰ πλεῖστα κτήματα ἐνθέμενοι, νυκτὸς ἀποπλέουσι. et ſecundum Fragm. Vffenbach. p. 661 πόσμον οὐκ ὀλίγον Helena ſecum habebat: adde Tzetzae Antehom. 130. Ad Il. N, 626 ait Sch. B. μετὰ πολυτελοῦς ἀποσκευῆς, ὡς ἐπὶ θυσίαν ἥκουσα, (an Mineruae Chalcioeci? Eurip. Helena 250 ſq.) ἥρπαστο ὑπ' αὐτοῦ. Inter ſacra Bacchi factum id eſſe, narrat Lycophron 106 ſq. cf. Schol. ad eum vſ. 93.

Ceterum primo loco occurrit ἀμΦ' Ἑλένην. Fuiſſe Ϝελένην pronuntiatum, patet ex Pauſan. p. 425. at Ho-

merus digamma non agnoſcit. v. ad B, 356 — *ἀμφι Ἑλένην* vn. Vindob.

71. ἐ quod Zenodotus *κρείσσω* legerat, quod iam vidimus eum admiſiſſe A, 80. Sane *κρείττω* eſſe poſſunt *τὰ πράγματα*. *νικήσει* Vrat. a. b. vn. Vindob.

72. *ἄγεσθαι* Vrat. c. et vn. Vindob.

73. *Φιλότητα καὶ ὅρκια πιστὰ ταμόντες*. Quae *ὅρκια πιστὰ* ſint, et quid *ὅρκια ταμεῖν*, vidimus ad B, 124. ſc. *ἀποτέμνειν τοὺς στομάχους τῶν θυμάτων ὁρκίων*. At h. l. adiungitur *Φιλότητα ταμόντες*, non quaſi hoc per ſe dici poſſit, niſi duriore ellipſi, verum propter iuncturam cum altero *ὅρκια ταμόντες*, in quo latet generalis notio *ποιήσαντες Φ*.

74. ἐ quod Zenodotus ſcripſerat *ναίοιμεν*· male, ait Schol. cum non poſſet tam confidenter de exitu certaminis augurari. (non video, quid ni Paris bene de ſe omi̇nari potuerit.)

75. *Ἄργος ἐς ἱππόβοτον. ἱπποτρόφον.* recte Sch. br. Quae in iis et Sch. A. B. L. ex Hellanico apponuntur (in Fragm. Sturzii p. 48. in Argolicis) ſunt commenta ex nominibus conſicta. Vnus Vindob. *ἱππόβατον*.

Ἀχαιΐδα, χώραν, γῆν, Sch. br. accipiunt de tota Peloponneſo; Sch. A. B. L. *τὴν πᾶσαν Ἑλλήνων γῆν Ἀχαιΐδα Φησίν*. v. notam ad h. v.

76. 77. 78. iterantur inf. H, 54. 55. 56.

77. *Τρώων ἀνέεργε Φάλαγγας*. Scriptum fuit *ανεϝεργε*· ſicque Bentlei. ſcribebat, et Dawes *ϝεργνυμι. ϝερχαται. ϝερχατο*. Repugnat Payne Knight, qui ſtatuebat (p. 98.) hoc vocabulum non admiſiſſe digamma; quia inf. Π, 481 occurrit *ἔνθα τε Φρένες ἔρχαται*. ſed fuiſſe *ἐργω, ἐϝεργω*. quia, quae hinc deducta ſunt, *ἕρκος, ἕργμα*, adſpirantur. et inf. Φ, 283 fuere inter veteres qui *αποέρσει* ſcripſerant. Atqui ſunt tot alia loca, quae aperte ad digamma ducunt: *τῆλε με ϝειργουσι ψυχαὶ* Il. Ψ, 72. *τὰς μὲν ἄρα ϝερξαν* Od. Ξ, 411. Et quae obſtare videntur, aut corrupta ſunt, vt P, 571 *ἥτε καὶ ἐργομένη*, vel *ἣ καὶ ϝεργομενη*. vel *ἣ καὶ εϝεργομενη*, nam vtrumque vſu

habitum; hoc alterum quidem conſtanter; aut dicendum ſaltem eſt fuiſſe plures formas ἔργω et εἴργω, ἔργω, εἴργω, ϝεργω, ϝειργω. Ita et ἔρκος hinc fieri potuit, et recte legi Π, 481. P, 354 potuit quod in edd. habemus.

78. Abeſt verſus a Veneto; et poteſt ille illatus videri ex Il. H, 56. vbi proprius ei locus eſt; nec in Schol. vllis quicquam in eum notatum. Poteſt tamen nec minus librarii incuria excidiſſe videri. In his ac ſimilibus nihil eſt quod definiri poſſit. μέσσου δουρὸς ἑλών. Bentleius coni. μέσσον δουρὸς ἑλών. Cum ἑλεῖν non niſi quarto caſu iungatur, apparet dictum eſſe vt ἅπτεσθαι et ſupplendum eſſe (κατὰ) μέσου δόρατος ἑλὼν (τὸ ἔγχος vel δόρυ.) Ita ἑλεῖν abſolute poſitum puta. Paullulum diuerſo modo dictum χειρὸς ἑλών. ἐς δ' ἄγε χειρὸς ἑλών. h. e. ἑλὼν αὐτὸν ἐκ χειρός. Inf. Π, 406 ἕλκε δὲ δουρὸς ἑλών. vbi vide.

80. ξ— quod Homerus βάλλειν pro τιτρώσκειν ponit; nunc autem emphaſin habet." Sic Sch. A. Non video quem locum haec obſeruatio hic habeat. βάλλειν eſt h. l. vt alibi eminus telo petere; opp. οὐτᾶν, quod ipſum ſaepe in Schol. inculcatur. At illud quaeri poteſt, ſitne ἰοῖσιν ad ἐπιτοξάζοντο (vt ſit ἐπιτοξάζοντό τε ἔβαλλόν τε) an ad ἔβαλλον referendum; vt ſit καὶ ἰοῖσι λάεσσί τε ἔβαλλον. Saxa autem per fundas iacta intellige.

τιτυσκόμενοι. ἐπὶ τοῦ στοχασμοῦ, ait Apollon. Lex. h. v. εὐστοχοῦντες. στοχαζόμενοι Heſych. καταστοχαζόμενοι, βλέποντες. Etymol. quī multa de etymo argutatur. Simplicius erat dicere: quod τείνω nunc eſt multas habuiſſe formas, paſſim obuias: τῶ. τάω. τέω. τείω. τείνω. τύω. τιτύω. τιτύσκω. quod ſimpliciter pro τείνω dictum inf. N, 23. Θ, 41. Triplicem vocis vſum de oculorum viſu, de animo, et pro ἑτοιμάζεσθαι, allatis vſſ. Θ, 41. N, 159 et 558 docent Sch. br. ad h. l. Apollon. Lex. in τιτύσκετο et Etymol.

82. ξ— quod βάλλετε pro τιτρώσκετε. v. ad vſ. 80.

83. ξ quod τὸ στεῦται ἀντὶ τοῦ, κατὰ διάνοιαν ὁρίζεται. v. ad B, 597. γάρ τοι ἔπος ex Eustath. Barnes memorat, quod metrum vitiat.

84. ἀνέῳ τ' ἐγένοντο. nusquam Ionicum habetur τε γένοντο. ἄνεῳ, ἥσυχοι Sch. br. e contextu. v. ad B, 323.

86. Κέκλυτέ μευ, Τρῶες, — Temere inculcauit Barnes post hunc versum alium, in margine ed. Florent. tum in mss. Barocc. Cantabr. Mori adscriptum; est ille quoque in Lipс. Townl. Harlei. Eaton. vt alios recentiores taceam:

Ὄφρ' εἴπω, τά με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι κελεύει.

Est enim is ex aliis locis similibus huc retractus.

Scribit Barnes „γρ. κέκλυτ' ἐμεῦ." Alias est μοι. Nunc erunt iungenda, vel κέκλυτε μῦθόν μευ vel κέκλυτε ἐξ ἐμεῦ. Wasse melius coni. κέκλυτε νῦν.

90. αὐτὸν δ' ἐν μέσσῳ. Vrat. a. ἐς μέσσον Plutarch. Sympos. IX, 13. vbi locum inde a vs. 88 recitat (v. inf. ad 457.) nonnulla omittit ex vss. 90. 1. 2. et subiungit: τῷ δέ κε νικήσαντι γυνὴ καὶ κτήματ' ἔποιτο. ex vs. 255.

92. ξ ὁππότερος δέ κε νικήσῃ, κρείσσων τε γένηται. quod Zenodotus κρείσσω scripserat, vti vs. 71. νικήσει Vrat. a. b. vt vs. 71.

94. ὅρκια πιστὰ τάμωμεν. v. ad B, 124. τάμοιμεν ed. Vindob. e cod.

95. οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ. Scholia hic et aliis locis super ἀκὴν et eius etymo multa argutantur, quibus similia sunt in Eustath. et Hesych. Praestat forte ἀπὸ τοῦ χαίνειν, factam esse ἀχήν. Sufficit fuisse aliquando κατὰ τὴν ἀκὴν, h. e. ἡσυχίαν, ab ἡ ἀκή. Apollonii Lexicon reddit ἐΦ' ἡσυχίας. Virgilio est: *Olli obstipuere silentes.*

97. κέκλυτε νῦν καὶ ἐμεῖο. Vitiose ἐμοῖο Cant. Vrat. b, vt saepe.

98. διακριν θήμεναι ἤδη — διακρ. ἄμφω Cant. et Harl. ap. Bentl.

99. ξ quod Zenod. scripserat: Ἀργεῖοι καὶ Τρῶες, vt alloquatur eos Menelaus, vtque διακριν θήμεναι absolu-

te positum sit *συνήθως ἡμῖν*, ait Schol. — Super *πέποσθε* Scholion et in Etymol. habetur. Volunt esse pro *πέπησθε* vel pro *πεπόνησθε*. Fuit puto forma *πόω*, vnde *πόνος*, *πονέω*, vt alia forma *πένομαι*.

100. ξ— quod Zenod. *Ἀλεξάνδρου ἕνεκ' ἄτης* pro *ἀρχῆς* scripserat. Sane *ἄτης* habet quo se defendat: vt sit *ἄτη Πάριδος* error animi, vesania, flagitium commissum in Menelaum. Occurrit idem hemistichion inf. Z, 356 *εἵνεκ' ἐμεῖο κυνὸς καὶ Ἀλεξάνδρου ἕνεκ' ἄτης*, vbi eadem varietas, et Il. Ω, 28. At *ἕνεκ' ἀρχῆς* erit supplendum vt sit *ἀρχὴ τῆς ἔριδος initium factum a Paride; ὅτι προκατῆρξεν*, sane durius, antiquiore tamen sermone haud indignum. *Ἀρχὴ* autem belli a Paride repetenda; Sic X, 114 sq. Hector dubitat, an satius sit reddere Helenam cum bonis raptis *ἤ τ' ἔπλετο νείκεος ἀρχή*. et inf. 351 *ὦ ἄνα, δὸς τίσασθαι, ὅ με πρότερος κάκ' ἔοργε*. vnde eius naues *Ἀρχέκακοι* Il. E, 63. et belli initium *πήματος ἀρχὴ* Od. Θ, 81. Minus bene Clark. *ἀρχὴν* ex Latino reddere vult *coeptum*, *inceptum*. Vix definias, vtra lectio ab Homero profecta sit; *ἀρχῆς* tamen est recepta inde ab Aristarcho et Aristophane, vt probabile sit. In vs. princ. *εἵνεκ ἐμεῖο* Cod. ed. Vindob.

101. 2. apud Plutarch. Sympos. IX, 14. p. 743 B. recitantur.

102. *διακρινθεῖτε* pro *διακρινθείητε*. Schol. Sic Od. X, 62 *ἐπιθεῖτε* pro *ἐπιθείητε* et *διακοσμηθεῖμεν* sup. B, 126. Attamen *διακρινθῆτε* Barocc. Vrat. A. Eaton. *διακριθῆτε* Vrat. a. *καὶ διακρίνθητε* Schol. Vrat. b. Argute quaestionem mouerunt grammatici in Schol. B. L. cur Menelaus oblitus sit prodigii a Ioue oblati et a Calchante interpretati B, 300 sq. Scilicet virum fortem poeta exhibuit, non philosophum subtiliter res exquirentem.

103. *Οἵσετε δ' ἄρν', ἕτερον λευκὸν, ἑτέρην τε μέλαιναν* ξ— 104. ξ— quod *οἵσετε* et *οἵσομεν* non est futurum ab *οἴω*, sed est verbum *οἴσω*." Recte quidem; sequitur tamen *ἄξετε*.

ἄρν', ſiue vt ſit ἄρνα ἕτερον, ſiue vt ſit ἄρνε." hoc verius; nam inf. 246 ἄρνε δύω. Paullo poſt promiſcue dictum 117 ἄρνας, et 119 ἄρνα, vtrumque de vno.

Notatum quoque a veteribus, in 104 Διὶ δ' ἡμεῖς οἴσομεν ἄλλον, tertio loco dictum eſſe ἄλλον, at de duobus ἕτερος· apud Euſtath. et Suidam in ἄλλος.

At in metro turbat: οισετε δ' ϝαρν'. nam habuit digamma vox: inf. Δ, 435 ἀκούσασαι ὅπα ϝαρνων. Debuit ergo ſcriptum eſſe: αἴσετε ϝαρν' ſine δ'.

Varia autem comminiſcuntur grammatici ſuper deorum distributione in hoc ſacro; etiam Euſtath. Videtur Iupiter ad Hellenes, Terra et Sol ad Troianos proprio aliquo modo ſpectare. Compares forte inf. 276. 7 ſoederis verba. Retundit tamen impetum vſus eiusdem formulae inf. T, 258. 9. in Agamemnonis iureiurando: nam in hoc quoque ipſo cum Ioue Tellus et Sol memorantur.

105. ξ— quod ἄξετε pro ἄγετε. quod et Apollon. Lex. appoſuit cum h. v. ἄξατε, Cod. Vindob. ed. Seruarunt ad h. v. e Porphyrio, vt probabile mihi ſit, Scholia br. antiquum ζήτημα, valde ineptum: cur nunc ad pugnam deſcendat Menelaus, cum Iupiter excidium promiſiſſet: reſpectu puto ad Calchantis vaticinium B, 324 ſq. habito.

ὄφρ' ὅρκια τάμνῃ. mſ. in Apollonii Lex. in τάμνειν exhibet τάμνοι.

106. ἐπεί οἱ παῖδες ὑπερφίαλοι. De hac voce v. ad N, 293 ἐπεί εἰσιν αὐτῷ παῖδες ὑπερήφανοι.

107. μή τις ὑπερβασίῃ Διὸς ὅρκια δηλήσηται. Apollon. Lex. in ὑπερβασίῃσι (corr. — σίῃ) παραβάσει τῶν ὅρκων καὶ τοῦ δικαίου. οἷον ἁμαρτίᾳ. Similia in Schol. Heſych. inprimis Etymol. h. v.

δηλεῖσθαι τὰ ὅρκια, vt Lat. *violare* iusiurandum. At Δ, 67 dictum eſt Ἀχαιοὺς δηλήσασθαι ὑπὲρ ὅρκια. ſic et vſ. 236. Eſt ſane pro φθείρειν. βλάπτειν, v. c. ap. Theocr. IX, 35. inprimis per φάρμακα, dicta δηλητήρια.

108. 9. 110. — obelo notantur, quia ſic venia Priamidis danda foret, ſi tale omnino iuuenum eſt ingenium: *Αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν Φρένες ἠερέθονται.*" Obliti erant viri docti, vſu ſermonis hoc vbique haberi, vt de eo, quod *plerumque* ſit, dicere ſoleamus ſemper, *αἰεὶ*, id fieri.

Recitat vſ. 108 vt eum habemus, Polybius, vt creditur, in fragm. ap. Suidam in *προσαστειασάμενος*, forte *προσαστειϊσάμενος*. Artemidor. I, 52. p. 44. Lucian. Herc. 4. et Stobaeus Serm. L, p. 358 *περὶ τέλμης*. et ſecundum hunc verſum habemus epigramma de adoleſcente: *εἷς σε καὶ ἀψευδὴς ἐψεύσατο βίβλος Ὁμήρου, Ὁπλοτέρων ἐνέπουσα μετήορα δήνεα Φωτῶν* ap. Stobaeum Serm. III, p. 37. Anthol. Steph. p. 120. Brunck. Anal. III, p. 244. In Heſych. a Bentlei. notatum eſt *ἀερέθονται* et *ἠερέθοντο*. Etymol. *ἠερέθονται ἐπὶ τοῦ ἀπαιωροῦνται καὶ κρέμανται*. Suidas: *αἰωροῦνται*· Apollon. Lex. *σείονται*· Actum de hac voce ad B, 448. Eſt ea inprimis apta ad declarandam animi leuitatem; vti opp. *τὸ ἔμπεδον*: conuenit *ὁ ἀεσίφρων*, inf. Υ, 183. et quodammodo *ὁ παρήορος* Ψ, 603.

109. *οἷς δ' ὁ γέρων μετέῃσιν*. Fuit, puto, antiquius, *οἷς δὲ γέρων*, vſu antiquo.

110. *λεύσσει* et *λεύσει* variat et h. l. v. ad A, 120. *ὅπως τὰ πράγματα διάγηται ὡς βέλτιστα*.

112. *ἐλπόμενοι παύσεσθαι ὀϊζυροῦ πολέμοιο*. quae perpetua eſt variatio, legitur et h. l. *παύσασθαι* in Barocc. Cant. Lipſ. Vrat. a. A. Moſc. 1. 3. vn. Vindob. Townl. Eaton. — *εὐχόμενοι* Cod. Vindob. ed. a pr. m.

115. *ὀλίγη δ' ἦν ἀμφὶς ἄρουρα*. res ipſa poſtulat, inter vtramque aciem relictum fuiſſe exiguum ſpatium pugnaturis Paridi et Menelao. *ἀμφὶς* dubitare potes, ſitne *ἀμφοτέρωθεν*, *ab vtraque parte*, an *χωρὶς* ſeorſum relictum ſpatium.

116. *δύο κήρυκας ἔπεμπε*. Barocc. *ἔπεμψεν* et *ἔπεμψε* Lipſ. Townl. Vrat. a. A. Eaton. duo Vindob. Sequitur tamen *προΐει*.

117. καρπαλίμως cum ἔπεμπε vulgo iungitur; videtur praestare nectere cum seqq. καρπαλίμως ἄρνας τε Φέρειν Πριάμόν τε καλέσσαι. iubet quoque hoc facere Schol. A.

119. ἠδ' ἄρν' ἐκέλευεν οἰσέμεναι. Cant. Barocc. Lipſ. Vrat. a. b. A. Moſc. 1. Eaton. etiam Athen. XIV, ἐκέλευσεν. Debuit autem olim ſcriptum eſſe ἰδὲ ϝαρν' ἐκέλευε aut potius Ionice ἄρνε κέλευε. De ϝαρνε v. ad 103.

121. Ἶρις δ' αὖθ' Ἑλένῃ — In Schol. Harlei. αὖ Ἑλένῃ, quod praeferebat Bentl. vt ϝελενῃ locum haberet.

122. Iris εἰδομένη γαλόῳ ξ ἡ διπλῆ διὰ τὸ γαλόῳ. nec tamen additur, quid memorabile viſum ſit in hoc; at conferenda ſunt Scholia ad alterum locum X, 473. Vocem γάλως iam olim minus notam fuiſſe, ex eo colligas, quod grammatici certatim eam interpretantur, iam inde ab Apollonio in Lex. γάλως, ἀνδρὸς ἀδελφῆ, allato hoc loco, vt contra δαὴρ v. 180 ἀνδρὸς ἀδελφός. Tum forma minus vſitata: γάλως, ex γάλοος, όου, όῳ (non, vt grammatici volunt τῇ γάλῳ eſſe productum in γαλόῳ) Schol. A. comparat Ἀθόῳ δ' ἐπὶ πόντῳ Ξ, 229. at ibi eſt ἐξ Ἀθόω δ' ἐπὶ πόντον.

Ceterum episodium, quod ſequitur, cum ipſa carminis rerumque ſumma nullum vinculum habet tam neceſſarium, vt a primo auctore profectum videri debeat. Potuit hoc aliunde accedere ſeu tanquam ſingulare ſeu tanquam nouum ingenioſi rhapſodi carmen De his tamen facile eſt ariolari; quod tuto pronuntiet, nemo, puto, habet.

123. ἔσχε Porphyr. ad Z, 252. ſufficit eſſe h. l. pro συνῴκει αὐτῇ.

125. τὴν δ' εὗρ' ἐν μεγάρῳ. ἐν οἴκῳ. Sch. br. et putes hoc ſatis eſſe; at Sch. A. B. L. eſſe pro ἐν θαλάμῳ· in eo enim materfamilias verſatur; at viduae et virgines ἐν ὑπερῴῳ.

126. δίπλακα πορφυρέην. Erat in edd. μαρμαρέην. ξ quia in δίπλακα μαρμαρέην omiſſum χλαῖναν. Porro lectum olim fuit πορφυρέην· ſic non modo Ariſtarchi, ve-

rum et Zenodoti et Ariſtophanis editiones habuerunt, vt Sch. A. teſtatur; et ſec. antiquiores Euſtathius. Mirum vtique, vnde altera lectio illata in libros nunc ſuperior antiquiore illa facta fuerit. Quid igitur? reducemus ne alteram? Sane, ſi auctoritati antiquiorum parendum eſt. Vtram tamen veriorem putabimus? vtram dicemus e gloſſemate ortam? Sunt loca plura, in quibus eadem res memoratur; ſed lectio fere variat. Sic Il. X, 441 *δίπλακα μαρμαρέην*. alii *πορφυρέην*. Inf. Σ, 480 *ἄντυγα σάκεος τρίπλακα μαρμαρέην* alias dubitationes facit. At Odyſſ. T, 242 *δίπλακα δῶκα καλὴν πορφυρέην* ſine varietate. Memorantur *φάρεα ἁλιπόρφυρα* Od. N, 108. *ἡλάκατα ἁλιπόρφυρα* Od. Z, 53. 306. Apollon. I, 722. vbi Iaſonis *χλαῖναν* ad h. l. adumbrat, etiam *δίπλακα πορφυρέην* habet. Quod in veſtibus mirationi et alias eſſe videmus, eſt nitor et ſplendor ſiue in candore ſiue in purpureo colore; vt Apollon. I, 725. 6. commendari quoque vtrumque colorem ſaepe videmus a ſplendore; hactenus tamen doctior videri poteſt lectio *πορφυρέην*, quippe quod male accipi potuit de colore, adeoque minus aptum ad h. l. viſum eſt. Atqui *purpureum* poetis de nitore ac ſplendore quoque dici, a multis obſeruatum eſt.

πολέας δ' ἐνέπασσεν ἀέθλους. Apud Apollon. Lex. in *πάσσε* eſt *πολλοὺς* — in Heſychio tamen, qui eum exſcripſit, eſt *πολέας*, vt et apud Athen. V, p. 191 D. vbi vſſ. 125—128 appoſiti ſunt, vbi et *ἐνέπασσεν* et *μαρμαρέην* legitur.

ἐνέπασσε — ἐπὶ τοῦ ἐποίκιλλε verſu adſcripto Apollon. Lex. in *πάσσει*. Heſych. et Suid. in quo *ἐνέβαλλεν. ἐνεποίκιλλεν.* cum Schol. br. Inf. X, 441 *ἐν δὲ θρόνα ποικίλ' ἔπασσε* ad quem locum vide Schol. Pindari Ol. X, 113. vbi *ἀναπάσσει χάριν* explicat *ἀναποικίλλει*, verſum noſtrum adſcribit; et Schol. Theocr. II, 18 addit verſu adſcripto, *ἀντὶ τοῦ· μετὰ κόσμου ἐτίθη*.

Reſtat *δίπλαξ*, vt quaeratur, quaenam illa fuerit. Difficultatem facit, quod non liquido conſtat, fueritne *διπλῆ*, *διπλοῦς* et *δίπλαξ*, vnum idemque an diuerſa;

prius tamen probabilius fit. Nam et de omento quo involuuntur proficiae victimarum, δίπτυχα ποιήσαντες dixit A, 461. et al. et hoc idem de veſte δίπτυχον λώπην Od. N, 224. Et δίπλακι δημῷ Il. Ψ, 243. add. 253. vt δίπλακα ἑσθῆτα. Pro ſynonymis tandem ponuntur διπλῇ et δίπλαξ Od. T, 225. 241. Pro ſynonymis habent quoque voces grammatici: Etymol. in δίπλακα. σημαίνει δὲ διπλοΐδα, διπλοῦν ἱμάτιον, ὅ ἐστι χλανίδα δίπτυχον, διπλῆν. Conſentiunt gloſſae Heſychianae in vocibus his ſingulis. Porro ora clipei Achillei eſt Σ, 480 τρίπλαξ, h. e. triplici lamina conſtabat. Fuiſſe χλαῖναν, h. e. veſtem exteriorem et craſſiorem, et quidem ex lana, dubitari nequit; qua cum corpus amiciretur, potuit illa modo anguſtior, modo latior ac largior eſſe. Memoratur itaque ἁπλοΐς Il. Ω, 230. Od. Ω, 275 Δώδεκα δ' ἁπλοΐδας χλαίνας. quem et Pollux reſpicit VII, 47. qui nulla rei declaratione addita in loco cetera turbat. Et fuit διπλοΐς, quae duplicata corpori iniiciebatur. Atque ea ſtatim ita texta eſſe debuit, vt maior ac latior tela eſſet, Il. X, 441 ἀλλ' ἤγ' ἱστὸν ὕφαινε, — δίπλακα, μαρμαρέην, vbi Sch. A. διπλοΐδα ἣν οἷόν τε, διπλῆν περιβαλέσθαι et noſtro loco Γ, 126 Helenam Iris offendit: ἡ δὲ μέγαν ἱστὸν ὕφαινε δίπλακα μαρμαρέην. ſiquidem veſtis conficienda erat, quae duplicata corpori iniiceretur, eademque ad talos demitti ſolita; nam hoc fere adiicitur: Il. K, 133 Neſtor noctu proceſſurus: ἀμφὶ δ' ἄρα χλαῖναν περονήσατο Φοινικόεσσαν διπλῆν ἐκταδίην. et Od. T, 225 vbi χλαῖναν πορφυρέην — διπλῆν, cui ſubiicitur pro mutuo dato munere, 241 καὶ δίπλακα δῶκα καλὴν πορφυρέην, καὶ τερμιόεντα χιτῶνα. Iam talis veſtis et dignitatis, fortunae aut mollitiei ſignificationem habere et vero etiam corpus aduerſus frigus munire potuit. Ad prius ſpectat Od. N, 224 ἀνδρὶ νέῳ παναπάλῳ aſſimulata Pallas δίπτυχον ἀμφ' ὤμοισιν ἔχουσ' εὐεργέα λώπην, h. διπλῆν, ſ. δίπλακα. Frigoris auertendi cauſſa ea veſte induti etiam noctu proceſſerunt; vnde etiam eae veſtes cum craſſiores fuere, tum villoſae ad continendum corporis ca-

lorem. Neſtor l. c. K, 133 noctu prodiens induerat χλαῖναν διπλῆν ἐκταδίην· οὔλη δ' ἐπενήνοθε λάχνη. Et Vlyſſes Od. T, 225 χλαῖναν πορφυρέην οὔλην ἔχε δῖος Ὀδυσσεύς. Contra ἁπλοΐς tempeſtati molliori accommodatior: quam in Rheſum 444 acute intulit Toup. ad Suidam in ἁπλοΐδαο.

Nuper vir doctiſſimus Viſconti in Muſeo Pio-Clement. III, 37 δίπλακα animaduertit in Pallade duplici amictu veſtita; praeclare ea inſeruire poteſt formae huius indumenti adumbrandae; etſi antiquioribus aetatibus formam rudiorem et ſimpliciorem fuiſſe credere licet.

128. οὓς ἔθεν ἐγκλιτικῶς ſcribi iuſſere grammatici: v. Schol. A. cf. ad A, 114. Apollon. Lexic. in ἔθεν. οὓς ἔθεν εἰ. ἐ. ἀντὶ τοῦ, οὗς αὐτῆς. Verſum 129 et 139 omittit Vrat. b. ſed mera librarii incuria.

130. Νύμφα non eſt Doricum Ionico immixtum, ſed ſeruatum, puto, ex antiquiore ſermone; vt Μοῦσα.

132. οἱ et 134. οἱ iam veteres eſſe ſcribendum notarunt.

135. Verſum παρῳδεῖ Ariſtoph. Au. 402. ad verba ἀσπίσι κεκλιμένοι v. Schol. cf. ad E, 356.

137. μαχήσονται. Bentl. praefert μαχέσσονται. v. ad A, 298.

138. ξ— τῷ δέ κε νικήσαντι. „quod κε abundat, et tertius caſus eſt pro τοῦ νικήσαντος.“ Suſpiceris vtique ſcriptum olim fuiſſe γε. cf. inf. ad 176. Nec tamen aliter in Plutarcho quoque Sympoſ. IX, 13. p. 742 C. Quod κεκλήσῃ pro ἔσῃ dictum, vulgo nunc notum, notant tamen grammatici ad h. l.

140. ἀνδρός τε προτεροῖο. Obſeruant grammatici, quod poeta ignorat raptum Helenae a Theſeo. cf. Schol. ad 242. At v. ad 144. In προτεροῖο καὶ ἄστεος manifeſta eſt grammaticorum ignoratio τοῦ Digamma. Fuit enim ab Homero pronuntiatum προτεροῦ καὶ ϝάστεος. Mox in καλυψαμένη vſum mediae formae, *cum ſe ipſam cooperuiſſet*, Clarke obſeruat.

141. ἀργεννῆσι — ὀθόνῃσι. Pollux recitat VII, f. 54. et non ex lino ſed laneam (goſſypinam puta) veſtem intelligi docet: forte ex vſu antiquiore.

143. ἅμα τῇδε Cant.

144. — ξ— Αἴθρη Πιτθῆος θυγάτηρ. Si poeta Theſei matrem dicit, delendum eſſe verſum pronuntiant grammatici; etiam Euſt. add. Sch. A. ad H, 9. 10. nimis enim vetulam eam ita fore, nec Helenae eſſe poſſe pediſſequam; addunt alii eam ſocrum Helenae fuiſſe, ſcilicet propter Theſeum, a quo rapta fuerat Helena. Addit Barneſ. Scholio Plutarchum etiam ἀθετεῖν τὸν στίχον. Scilicet ille Theſ. extr. p. 16 B. ait propter moleſtias, quas verſus facit, οἱ δὲ καὶ τοῦτο τὸ ἔπος διαβάλλουσι. h. improbant, ſuſpectum reddunt. Sublatum tamen verſum et ipſe vult Bentleius.

Fuit quoque ζήτημα, Porphyrii puta, cum ipſe poeta Theſeum inter προτέρους ἄνδρας numeret (Odyſſ. Λ, 630) et ἀμφίπολος non niſi de iuuencula ancilla memoretur, non potuiſſe Theſei matrem eſſe ſeruam Helenae; et λύσις· dici ἀμφίπολον etiam de vetula; vt γρηΐ σὺν ἀμφιπόλῳ Od. A, 191. — Fuit alius, qui diſtinguere inberet poſt Αἴθρη, vt reliqua ad Clymenen referrentur. „Volunt quoque habendam hanc Aethram aliam ac diuerſam.“ At hoc nullo modo fieri poteſt, cum Πιτθῆος θυγάτηρ adiectum ſit. Nec vero in fabulis priſcarum ſtirpium tam iuſta temporis ratio habetur. Fabula inprimis decantata fuit in tragoediis; quippe quae multum opportunitatis dabat poetis, noua et Athenienſibus auditu grata fingendi; eadem in antiquiſſimis artis operibus expreſſa, vt in Cypſeli arca ap. Pauſan. V, 19. Et in Polygnoti pictura apud Delphos Aethra adſtabat Helenae ipſa detonſo ad cutem capillo ap. eund. X, 25. p. 861. etſi Helenae aderant duae aliae ancillae Electra et Panthalis p. 860. Antiquior auctoritas erat Hellanici: is Helenam a Theſeo raptam, mox cum ille cum Pirithoo ad Proſerpinae raptum abiiſſet, Aethrae ſeruandam traditam, Aphidna autem expugnata Aethram captiuam ab-

ductam tradiderat. Ita Schol. et Schol. Enrip. Hec. 125. et eadem cum aliis ex Hellanico Plutarch. in Theſeo p. 14 E. F. v. Apollod. III, 10, 7. et ibi e. l. Notas. Lycophr. 503. c. Schol. Add. Iacobs Tzetzae Antehom. 130. et Sturz. Hellanici fragm. p. 115. Fontem fabulae cognouimus ex praeclaris Procli fragmentis Eſcur. fuiſſe Arctinum ἐν Ἰλίου Πέρσιδι. Leſcheum pro eo memorat Pauſan. X, 25. p. 861. ſiue quod ſimilia is in parte Iliadis paruae narrauerat, ſiue quod illam ipſam poeſin ſub Arctini nomine memoratam intellexit. Atque haec narrata potiſſimum mihi fidem faciunt, rhapſodi alicuius fetum hunc verſum eſſe, cui non ſatis viſum, ἀμφίπολοι δύο.

De *Clymene* nil monent Scholia. At fuit et illa inter captiuas in Polygnoti pictura apud Pauſan. l. c. p. 862. lib. X, 26 pr. vbi Steſichorus ἐν Ἰλίου Πέρσιδι eam inter captiuas numeraſſe narratur. Quod ſi is primus Clymenen inter captiuas retulit, ſerioris etiam commatis verſum noſtrum habendum eſſe patet. Dictys eam memorat lib. I, 3. V, 13. Fuit aliquis e Tragicis, qui ei ſororem Pirithoi Thiſadien vel Phiſadien ſubſtituerat; vnde Hygin. hoc habet fab. 79 et 92. Ceterum in Or. funebri, quae inter Demoſthenicas eſt, (p. 1398 R.) legitur: ἐμέμνηντο οἱ Ἀχαμαντίδαι τῶν ἐπῶν, ἐν οἷς Ὅμηρος ἕνεκα τῆς μητρός φησιν, Αἴθρας Ἀκάμαντα εἰς Τροίαν στεῖλαι. ὁ μὲν οὖν παντὸς ἐπειρᾶτο κινδύνου, τοῦ σῶσαι τὴν αὐτοῦ μητέρα ἕνεκα. auctorem aut fefellit memoria, aut in eius codice plura lecta fuiſſe neceſſe eſt quam quae in noſtris libris habentur.

145. αἶψα δ' ἔπειθ' ἵκανον. vn. Vindob. ἵκανεν. Σκαιαὶ πύλαι. Cauſſam nominis portae Scaeae non vno modo tradunt Sch. br. Apollon. Lex. h. v. et inde Heſych. Etymol. item Schol. ad Il. X, 6. Probabilius ceteris, a ſitu dictam, quod ad ſiniſtram manum, neſcio quo reſpectu, ſita erat. Sufficit eam ad planitiem et caſtra Achivorum duxiſſe.

146. οἱ δ' ἀμφὶ Πρίαμον. Notatur ad h. v. primum h. l. occurrere vſum loquendi οἱ περὶ, οἱ ἀμφὶ, pro

ipso nomine. v. Eustath. et iterum ad Z, 436. M, 139. 140.

Nomina senum ex parte Virgilius, ex parte Quintus Smyrnaeus, et Tragici, ad suum consilium adhibuerunt. Inutile esset quaerere de singulis. Pauca monere sufficit. *Panthous* et Panthûs, Othryis vel Othryae f. (Aen. II, 319.) cuius filii memorantur ex Phrontide Il. P, 40. Polydamas et Euphorbus, tum Hyperenor Il. P, 24. De Panthoi origine Delphica narratio est apud Schol. ad Il. M. 231. Eustath. p. 900, 46. et Serv. ad Aen. II, 319. vbi cf. Notam. *Thymoetes* notus ex Aen. II, 32. suasor equi Troiani in vrbem admittendi; eundem Laomedontis filium, adeoque Priami fratrem fabulatus est nescio quis apud Diodor. III, 66. — *Lampus*, *Clytius* et *Hicetaon*, Laomedontis erant filii, adeoque Priami fratres Il. Υ, 138. Apollod. III, 12, 3. — *Vcalegontem* memorauit Virgilius et de *Antenore* actum in Exc. VII* ad Aen. Virgil. lib. I.

149. δημογέροντες, οἱ τοῦ δήμου ἐντιμότεροι. Hesych. cum Schol.

150. γήραϊ δὴ πολέμοιο πεπαυμένοι. „γήραϊ: γρ. καὶ γήρει: ὡς οὔδει. Schol. A. B. L." at Etymol. in γέρων (verbis huius versus corruptis) et in ὁπλότεροι memorat γήραϊ.

151. καθ' ὕλην. Scriptum olim fuisse ὑλῃ vnde silva, notatum iam viris doctis. v. Bentl. ad Horat. I, 23. et Clarke h. l. add. ad Ξ, 285.

152. δενδρέῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἰεῖσι. ξ. quod Zenodotus legerat δένδρει. (quod et in Diog. Laert. paullo post videbimus) At apud Homerum est δένδρεον, nusquam τὸ δένδρος, cf. Eustath. vt nec τὸ δένδρον. Itaque nec δένδρῳ ἐφεζόμενοι h. l. legi potest; et est quoque δενδρέῳ in plerisque. δενδρέῳ ἑζόμενοι est in Cant. sed δενδρέῳ binis syllabis est efferendum. ὄζῳ ἐφεζόμενος est in suauissimo loco in Sc. Herc. 393 etiam de cicada: ἦμος δὲ χλοερῷ κυανόπτερος ἠχέτα τέττιξ ὄζῳ ἐφεζόμενος θέρος ἀνθρώποισιν ἀείδειν ἄρχεται, ᾧ τε πόσις

καὶ βρῶσις θῆλυς ἔρση, καί τε παννημέριός τε καὶ ἠῶος χέει αὐδὴν Ἴδει ἐν αἰνοτάτῳ, ὁπότε χρόα σείριος ἄζει. Poſt haec omnia tamen veram et antiquam lectionem eſſe cenſeo δένδρει, vel δένδρε' ἐΦεζόμενοι· nam Ionicum hoc eſt, et Herodoteum. Placuit quoque Gregorio Cor. p. 25. etſi mox ſubiicit, per metaplaſmum δενδρέῳ maluiſſe Homerum.

ὄπα λειριόεσσαν. Vox hoc et altero loco N, 830 obuia, vbi λειριόεις χροῦς occurrit, vt *molle* corpus, cutis *tenera* ſit. Habet ea adeo ſenſum ex re declarandum, vt ſit mollis, dulcis, ſuauis. vt iam Apollon. Lex. h. v. λειριόεντα — οἱ δὲ τὴν (ὄπα ſcil. ex h. l.) προσηνῆ. exſcriptus ille in Heſychio h. v. apud Etymol. λειριόεσσα ſimpliciter eſt γλυκεῖα. ἐπιθυμητὴ, ἡδεῖα. Apud Quintum II, 417 ſunt Heſperides λειριόεσσαι. Si vox ἀπὸ τοῦ λείριον ducta eſt, a ſuauitate vnius ea generis, quam lilii odor praebet, ad aliam omnem ſuauitatem traducta eſſe debet. Niſi cum Schol. Apollonii I, 879 ſtatuas, λείριον omnino pro ἄνθος dici coepiſſe, vt ap. Nicandr. Ther. 243 λείρια δ', ὡς ἴα τοῖα, περιστρέΦει illam radicem. leg. περιστέΦει. et eſſe adeo λειριόεν· τὸ εὐανθές. Certe Lucian. in Herc. 4 καὶ οἱ ἀγορηταὶ τῶν Τρώων τὴν ὄπα τὴν λειριόεσσαν ἀΦιᾶσιν, εὐανθῆ τινα. λείρια γὰρ καλεῖται, εἴγε μέμνημαι, τὰ ἄνθη. et reddit ὄπα ἀνθηρὰν Euſtath. At ζῶα ὀξύΦωνα in lib. de Homer. poeſi ſ. 18. non eſt pro interpretatione habendum. Apollon. IV, 903 ὄπα λείριον dixit, vt putes adiectiuam aliquando formam vocis fuiſſe. Verſu noſtro Timonem Phliaſium Sillographum vſum eſſe ap. Diog. Laert. III, 7. et ad disputationes Platonicorum accommodaſſe, notatum iam ab Erneſtio: vbi tres verſus 150. 1. 2. παρῳδοῦντα.

λῃριόεσσαν vitioſe inde ab Ald. 2. editur.

ἰείσι notatur a grammaticis hic et ad Λ, 270 προιείσι, quod eſt pro ἰᾶσι. cf. Etymol. in ἀΦιᾶσι.

154. ὡς οὖν εἶδον Ἑλένην. εἴδονθ' Harlei. Vrat. A. et a. ſicque codd. in Θ, 251 variant, vbi vide. Et Π, 278 ὡς εἴδοντο Μενοιτίου υἱόν. Vtrumque igitur vſu habe-

tur. Bentleius defendebat *εἶδον δ'* quia ante Ἑλένην, quam in Homero digamma non habere vidimus sup. 70. Nil tamen interest, cum et in *εἶδον* vltima in caesura producatur. Apud Hesych. est *ὡς, ἡνίκα. οἱ δ', ὡς οὖν εἶδον Ἑλένην.*

155. ἓξ Zenodotus ὧκα legerat, cumque eo Crates, si recte intelligo grammaticum e Ptolemaeo Ascalonita haec tradentem. Atqui ὧκα nec senibus conuenit, nec bene ad Helenam retrahitur *ἰοῦσαν ὧκα*, quod indecorum esset in femina eius ordinis. Verbo: vitiosa fuit lectio; cuius Eustathius quoque meminit. ἧκα, *submissa voce*, prae pudore senes loquuntur. ἧκα, *praeως, ἠτύχως.* ἧκα *πρὸς ἀλλήλους* est ap. Apollon. h. v. Male editum ἧκα inde ab Ald. 2. et Rom.

156. *οὐ νέμεσις. οὐ νεμεσητὸν, ὡς τὸ· οὐχ ὁσίη* (Od. X, 412) *ἀντὶ τοῦ οὐχ ὅσιον* Schol. B. et L. Scilicet *νέμεσις* est *μέμψις*, indignatio, modo animo suscepta, modo verbis expressa: vide Il. Z, 80. Od. A, 350. Υ, 330. Interdum (non semper) reddi posse *οὐ νέμεσις, non mirum est*, monet Hemsterh. cum Ernestio ad Callim. in Dian. 64.

Vss. 156. 7. 8. sunt ap. Valer. Max. ext. III, 7, 3. vbi de Helena sua Zeuxis eos recitasse fertur; sunt et apud Athen. V, p. 188 B. versus 156—159. Philosophatur de his vss. Maximus Tyr. diss. XXXI. p. 107. To. II. et vtuntur loco passim scriptores, vt Aristot. de Morib. II, extr. Sext. Empir. adu. rhet. praecepta. Suauiter Lucian. Merc. cond. 16.

158. *αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικε.* Fuere qui iungerent cum antec. *ἄλγεα πάσχειν αἰνῶς.* At *αἰνῶς ἔοικεν* est pro *λίαν*, vt iam Etymol. notauit; vt Od A, 208 *αἰνῶς γὰρ κεφαλήν τε καὶ ὄμματα καλὰ ἔοικε κείνῳ.* et sic alibi, etiam in scriptoribus Ionicis, Herodoto et Hippocrate, quod iam Ernesti monuit ad h. l. Sic alias dicitur *δεινῶς.* quod comparat Herodian. in fragm. ad calcem Moeridis p. 446. Porro *εἰς ὦπα* est, *adspectu*; nec mo-

do facie ac vultu, ſed toto corpore. *εἰς ὥπαν* vitium eſt Ald. 2. traductum in alias.

ἀθανάτοισι θεῆς repoſuit Turnebus, nulla auctoritate; niſi quod nunc ſic quoque expreſſum video in Herodiani fragm. l. l. p. 446. Frequentat alterum quoque Homerus. *ἀθανάτῃσι θεῆς* eſt quoque in Etymol. voc. *αἰνῶς*, et ap. Athen. V, p. 188 B.

159. *ἀλλὰ καὶ ὣς* — *ὣς* ſcribere inſſerunt veteres, monentibus A. B. L. cum ſit pro *ὅμως*. cf. ad A, 116.

ἐν νηυσὶ νεέσθω. Vrat. A. *ἐν νηῒ* —

160. *μηδ' ἡμῖν τεκέεσσί τ' ὀπίσσω πῆμα λίποιτο*. Voluere *ἥμιν* ſcribi veteres ap. Schol. A. B. L. cf. ad A, 147. et Etymol. in *ἡμῖν*.

λίπηται Sch. br. inde ab Ald. cum vno Vindob. Ferri hoc poſſet, ſi eſſet *μὴ* — *λίπηται*. At eſt *νεέσθω, μηδὲ λίποιτο*. Thucyd. I, 81 f. *δέδοικα δὲ μᾶλλον, μὴ καὶ τοῖς παισὶν αὐτὸν ὑπολίπωμεν* ſc. *τὸν πόλεμον*, vbi Schol. laudat h. v. *μήδ'* — *λίποιτο*.

162. *δεῦρο ἐλθοῦσα ἵζου πάροιθε (πρὸ) ἐμοῦ*. quis dubitet de verborum ordine. Turbant tamen Schol. *ἐμοῖ* vitioſe et hic librarii, vt Vrat. b.

163. *ὄφρα ἴδῃ πρότερόν τε πόσιν* — ξ— quia *ἴδῃ* Homericum magis eſt quam *ἴδῃς*. De hoc v. ad A, 203. Vulgo editum erat *ἴδῃς*. Vtrumque Euſtath. memorat, *ἴδῃ* Sch. B. ad E, 695 *πηοὶ, οἱ κατ' ἐπιγαμίαν συγγενεῖς*. debuit et hoc vocabulum eſſe antiquatum ſerius, cum Schol. et gloſſaria, cum Suida, illud interpretentur.

164. *οὔτι μοι αἰτίη ἐσσὶ* — Expreſſit haec et ornauit Virgil. Aen. II, 601 ſq.

165. *οἵ μοι ἐφώρμησαν. ἐφόρμησαν* Lipſ. edd. Rom. Ald. 2. et hinc aliae.

166. *ὥς μοι καὶ τόνδ' ἄνδρα πελώριον ἐξονομήνῃς*. Aiunt grammatici, poſſe *ὥς μοι* iungi cum *ὄφρα ἴδῃ, καὶ ὡς, ἵνα*. melius tamen accipi optatiue: *εἴθε μοι ἐξονομήνῃς*. Atqui neſcio an ſic optatiuo carere poſſit oratio. Sane ſine vinculo continuatur oratio, tanquam mora aliqua interpoſita, cum *δεῦρο, ἵζευ πάροιθε ἐμοῦ*.

Eſt porro ζήτησις ad h. v. (in Sch. br. ad 170.) haud dubie e Porphyrio: quomodo Priamus decimo anno de Achiuorum ducibus interroget? Ad quam quaeſtionem varia reponuntur. Simpliciſſimum eſſe videtur, quod in nota appoſui.

169. καλὸν δ' οὕτω ἐγὼν — Barnes: γρ. καλὸν δ' οὔ πω ἐγὼν οὕτως ἴδον. neſcio vnde. Vulgata eſt quoque ap. Themiſt. Or. I, p. 6. III, p. 181.

170. οὐδ' οὕτω γεραρόν. ἔντιμον. ſic intellige Apollon. Lex. h. v.

172. Αἰδοῖός τέ μοι ἐσσὶ, Φίλε ἑκυρὲ, δεινός τε. Iunctim memorantur metus et reuerentia. Il. Ω, 435 τὸν μὲν ἐγὼ δείδοικα καὶ αἰδέομαι πέρι κῆρι. — Commentatur hac de re Plutarch. in Cleomene: αἰδοῖος, αἰδοῦς ἄξιος. Apollon. Lex. h. v. quod communi fere vſu adhibetur de ἱκέτῃ. de ξένῳ. paſſiue, qui reuerenter habetur. vnus locus eſt, iam in lexicis notatus, Od. P, 578 κακὸς δ' αἰδοῖος ἀλήτης, vbi manifeſte eſt actiue dictum, pudens, verecundus: vt poſſit forte aliquis αἰδοίας ἀλόχους in eundem ſenſum dictas accipere; praeſtat tamen et has αἰδεσίμας interpretari, reuerenter habendas. αἰδὼς autem pro σέβας ſaepe in Homero.

Porro δεινὸς, ap. Apollon. Lex. ἀξιωματικὸς, ἐντροπηματικὸς (noua vox: qui ἐντροπὴν mouet, reuerentiam ſui) laudato hoc verſu. Iunxit vtramque vocem iterum Homerus Od. Θ, 23. Suauiter hac compellatione de Parmenide vtitur Plato Theaet. p. 183 f. (To. II, p. 138.)

Nugas grammaticorum ſuper verſus metro in Φίλε ἑκυρὲ, vide ap. Euſtath. Nota ſunt disputata de verſibus λαγαροῖς, quos Chamaeleon inde tuebatur, quod eos Homerus ad μελῳδίαν comparauerit, cum verſus cantare ſoleret: ap. Athen. XIV, p. 632. Clarke ad A, 51. n. 10. propter aſpiratam primam in ἑκυρὲ vltimam in Φίλε produci; ſpiritum enim aſperum ſaepe tanquam conſonantem pronuntiari vel tanquam aeolicum digamma; lectumque, tanquam ſi ſcriptum fuiſſet: ΦιλὲϜϜ ἑκυρὲδ δεινός τε." Ineſt aliquid veri: nam primo in tono ſeu ar-

ϝ posse syllabam breuem produci et ipsa pronuntiatione consonam geminari nemo dubitet. Tum etiam digamma in ἑκυρὸ fuit ϝεκυρε, et potuit pronuntiari Φιλε ϝϝεκυρε.

Laudatur fere corrupte Φιλὲ vt ap. Stobaeum Serm. XXXII, p. 212.

173. ὡς ὄφελε θάνατός μοι ἀδεῖν. reddit Schol. ἀρέσαι; idque Apollonium quoque in Lex. h. v. appositisse vidit Villoison. adde Etymol. Et Eustath. altero loco: ἀρεστὸς καὶ ἡδύς μοι δόξαι. At Hesychii glossa ἀδεῖν. ἀκολουθεῖν, aut corrupta est, aut ad h. l. spectare nequit.

Eustath. ambigit, sitne ἄδεῖν an ἀδεῖν, aeolice, et sitne ab ᾄδω an ab ἀδέω, ἀνδάνω. Est quoque ἀδεῖν in Lips. Vrat. A. edd. Ald. 2. Rom. et ceteris hinc ductis expressum. Bentleius quoque censebat με ϝαδειν fuisse; enimuero ἀδεῖν semper cum casu tertio iungitur (v. c. M, 80. Od. Z, 245. Υ, 327.) nec ϝαδειν esse potuit. v. disputata inf. ad E, 203.

εἴθ' ὄφελεν Cod. ed. Vindob. saltem εἴθ' ὀ.

175. Est in Porphyrii Quaest. Homer. 13 obseruatio super τηλυγέτην. At plenior olim in h. v. esse debuit ζήτησις, quandoquidem plura alia ex eo laudantur in Schol. br. valde corruptis, et Schol. A. minusque contaminate in Ven. B. (quem compara ad Il. N, 470.) Sch. Lips. et Leid. apud Valken. diss. de Schol. Homer. p. 144.

Secundum haec Helenae filia fuit Hermione; tum, secundum Diaethum, filius Morrhaphius, et secundum Cinaethonem, Nicostratus. Aliter Apollodorus tradidit III, 11, 1. ad quem vide. Scilicet a tragicis commenta haec sunt profecta, quae grammatici exceperunt tanquam historice tradita.

παῖδα τε τηλυγέτην· proprie vocem hanc patre aetate iam prouecto natam designare conuenit, vt Il. E, 153. 154. ad quem locum pleniora sunt Schol. B. Volunt inde dictum esse de prole vnica: quandoquidem iunctum est interdum μοῦνον τηλύγετον, vt Il. I, 478 ὥσεί τε πατὴρ ὃν παῖδα Φιλήσῃ μοῦνον, τηλύγετον. Ait Plutarch. de

amicor. multitud. p. 93. 94. τουτέστι μὴ ἔχουσιν ἕτερον γονεῦσι μήτε ἔξουσι γεγεννημένον. Sic quoque Porphyr. Qu. Hom. 13. Alii ἀγαπητὸν esse volunt, vt esse solent οἱ μονογενεῖς. Sic Il. I, 143. Videtur tandem omninó dicta esse vox de puello aetatis tenellae, delicato: sic saltem Il. N, 470 ἀλλ' οὐκ Ἰδομενῆα Φόβος λάβε, τηλύγετον ὥς. etsi multa de h. l. et aliis comminiscuntur grammatici: est enim plerumque ambiguum, quo sensu vox ea adhibita sit, si subtilius inquiras. v. Apollon. Lex. h. v. quem tamen interpolatum esse arbitror. Philemon ap. Villois. ad e. l. Etymol. h. v. Hesych. Suid. Schol. Apollonii I, 99. 719. Egit quoque de h. v. Pollux II, 20.

176. τά γ' οὐκ ἐγένοντο. Fuit quoque in libb. κ' ap. Schol. A. male. τὸ, δι' ὃ, καὶ κλαίουσα τέτηκα. Frequentata hinc poetis loquendi forma. proprie ὁ θυμὸς τήκεται, consumitur, conficitur, contabescit, inter lacrimas: μηκέτι τῆκε θυμὸν, πόσιν γοόωσα Od. T, 264.

178. οὗτός γ' Ἀτρείδης· οὗτος δ' Ἀ. apud Apollon. de syntaxi p. 79, 27. minus bene.

179. ἀμφότερον βασιλεύς τ' — Nobilitatus versus Alexandri vsu, qui eum ore ferebat: Plutarch. de fort. Alex. I. p. 309. item Xenophontis memoratione Mem. Socr. III, 2 pr. Sympos. 4, 6. tum centies in Plutarcho, Dione et aliis. ἀγαθὸν ad Φρόνησιν reuocat Schol. Pindari Nem. VIII, 13.

180. δαὴρ, ἀνδρὸς ἀδελφὸς, Apollon. Lex. h. v. At Hesych. in δᾶερ. Argutantur in etymo Etymologus et Eustath. ad Z, p. 648, 31. δαὴρ ἐμὸς πυνώπιδος esse pro ἐμοῦ obseruant omnes.

εἴποτ' ἔην γε quid sit nemo diserte docet, sed ex sententia vnusquisque ariolatur. Eustath. οἱονεὶ λέγουσα, ὡς οὐ νῦν ἐστιν; ἀλλά ποτ' ἦν. Sch. B. L. εἴποτε ἦν δαὴρ, ἐμὸς ἦν. quae putida sunt. Sch. br. ἐάν ποτε ἦν cum soloecismo. Consului recentiores: parum profeci. aut omittunt, aut vertunt varie. Proprie est: *si vnquam, si modo fui*, vel, *siquidem fuit*. Clarke: *siquidem meminisse fas sit. si vnquam digna eram, quae isto nomine*

nominarer. Alii aliter; vt Schol. ad Ω, 426 per ἕως γε. Sed de graecis quaerimus et ſenſu grammatico, non de eo quem inferas. Optatiue εἴποτ' ἦν accipi nequit, tum dicendum erat εἴθε, non εἴποτε. Inſpexi Dammium, qui ceteris melius vertit: *quum olim eſſem quidem*. Comparemus alia loca, in quibus formula occurrit: Il. Λ, 761. Neſtor de ſe et ſua virtute: ὣς ἔου, εἴποτ' ἔην γε, μετ' ἀνδράσιν. Ω, 426 Priamus de Hectore: ἐπεὶ οὔ ποτ' ἐμὸς πάις, εἴποτ' ἔην γε, λήθετ' ἐνὶ μεγάροισι θεῶν. Od. Ο, 268 Telemachus ait: πατὴρ δέ μοι ἐστὶν Ὀδυσσεύς, εἴποτ' ἔην· νῦν δ' ἤδη ἀπέφθιτο. Τ, 315 non eſt in domo herus, οἷος Ὀδυσσεὺς ἔσκε μετ' ἀνδράσιν, εἴποτ' ἔην γε. Nihil video quod accommodatum his locis ſit quam vt ſtatuam εἴ ποτε dictum eſſe pro ὁπότε. ὅτε. ἐπειδή. priſco vſu loquendi. Alio vulgari vſu εἴποτε vidimus in votis et precibus A, 39 et al.

182. ὦ μάκαρ Ἀτρεΐδη, μοιρηγενές, ὀλβιόδαιμον. verſus recitatur paſſim, etiam ab Ammon. in Ariſtot. π. Ἑρμηνείας p. 31. Ald. Suauiter hoc verſu vtuntur Diog. Laert. IV, 52. et Plutarch. de an. tranquill. p. 471. dum ait, extra domum Agamemnonem felicem praedicari; at eundem de ſe ipſo profiteri Ζεύς με μέγα Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ. Β, 111. Commode quoque verſum adhibet Themiſtius Or. X, p. 133 ad Valent. Imp. de pace cum Gothis facta.

μοιρηγενές, ἀγαθῇ μοίρᾳ γεγεννημένε Schol. et Heſych. Per εὔμοιρος explicat Schol. Pindari Ol. II, 18. 19. vbi eſt αἰὼν μέρσιμος.

ὀλβιόδαιμον, προπαροξυτόνως, qua de re longum eſt Scholion A. quod et in Etymol. in Ἀπόλλων extat.

183. ἦ ῥά νύ τοι πολλοὶ δεδμήατο κοῦροι Ἀχαιῶν. Non ſibi conſtat temporis ratio in δεδμήατο (h. e. δέδμηντο. ſub imperio tuo *erant*) nullus enim locus eſt tempori praeterito. Aliter res ſe habet Od. Γ, 304 Aegiſthus ἐμήσατο λυγρὰ — δέδμητο δὲ λαὸς ὑπ' αὐτῷ. recte et Od. Λ, 621. Viderant hoc Bentl. et Clarke. Requiritur δέδμηνται. Legerant Sch. br. et Euſtath. in ſuis libris δε-

δμήκται, nam adſcripſere, δεδμήκται, ὑποτεταγμένοι εἰσίν. At ſic metrum iugulatur: δεδμήκται κοῦροι Ἀχαιῶν. Aut itaque legendum eſt cum Barneſio: δεδμήκται υἷες Ἀχαιῶν. aut δέδμηνται κοῦροι Ἀ. reponendum eſt. In Heſychio occurrit vtrumque, et δεδμήκται et δεδμήκατο. alterum hoc ſolum attulit Apollon. Lex. et Etymol. Poſſis δεδμήκατο ſic expedire velle, vt cum miratione dictum ſit: imperabas tu, vt nunc video, ingentibus copiis, quod non putaram! At hoc argutius eſſet pro noſtro poeta.

184. ἤδη καὶ Φρυγίην εἰςήλυθον — Memorabilis locus antiquae rei geſtae *fama* acceptae; diſcimus enim, factam aliquando eſſe *incurſationem Amazonum*, feminarum e Scythia, h. e. e locis vltra Maeotidem, in Phrygiam. Copiae *Otrei* et *Mygdonis*, Phrygum, admodum numeroſae, ad Sangarium fluuium iis occurrerant; iisque *Priamus* ſocius auxiliis adductis interfuit. Nec mirum, cum *Hecuba* e Phrygia eſſet oriunda, Dymantis filia, cuius aiunt Otreum quoque et Mygdonem filios fuiſſe, (etſi alii Mygdonem Aemonis filium ediderant) adeoque Hecubae fratres, vna cum Aſio: cf. Apollod. III, 12, 5. et ad e. l. notam p. 759. Ab Otreo Otroea oppidum ſupra Aſcanium lacum fuit: Strabo XII, p. 849 A. A Mygdone autem Mygdones ad Olympum montem habitarunt ibid. p. 861 B.

Amazonum autem antiquiſſima haec eſt memoria; altera, tempore etiam antiquior, eſt de Bellerophonte Z, 186. Vtraque videtur fama eſſe accepta; at auctores Argonauticorum, Heracleae et Theſeidis, tandem et rerum Dionyſi, ſeu Bacchi, Amazones commento poetico, dum miranda captant, inſeruiſſe ſuis carminibus videntur: cf. ad Apollodor. notas p. 372 ſqq. Fuit quoque epos Poſidis Ἀμαζονίς, ap. Athen. VII, p. 296 D. (niſi hiſtoricum hoc opus fuit; idem enim τὰ Μαγνητικὰ ſcripſerat ibid. XII, 533 D.) τὰ Ἀμαζονικὰ Onati (ὁ Ὄνατος, niſi Ὀνάτης fuit) memorat Schol. Theocriti XIII, 46. Etſi autem h. l. cum iis bellauit Priamus, Cyclici tamen poſt Homerica demum tempora auxilio veniſſe

Troianis Amazones narrarunt, ducente Penthesilea: ex iis sua duxere Quint. Smyrn. II. et Tzetza Posthomer. vbi cf. Iacobs. vs. 7.

Cum Phrygas αἰολοπώλους memorat poeta, obseruandum et hoc, Phryges iam tum equorum vsu in bello inclaruisse, curuli tamen, puto, vsu. Etiam Il. K, 431 sunt Φρύγες ἱππόδαμοι. Notandum quoque hoc, vitium cultu antiquitus celebratam esse Phrygiam, Φρυγίην ἀμπελόεσσαν, quod serius aliter se habuit. Schol. br. itaque obseruant, ad tractum circa Apameam solum hoc spectare; nam reliqua Phrygia frumentis tantum idonea erat, πυροφόρος.

184. ξ— quod apud Homerum Troia diuersa est a Phrygia; recentiores vtramque confundunt. — et quod ἤδη est pro ἤδη ποτέ.

185. αἰολοπώλους. Tenendum e pluribus apud Eustath. esse αἰολόπωλον pro simplici αἴολον, ταχὺν, adiuncta notione, agitandi currum; vt αἰολοθώρηξ. αἰολομίτρης. Schol. Aristoph. Nub. 727 reddit ταχυίππους. v. Not. ad B, 816. vbi est κορυθαίολος Ἕκτωρ.

186. Λαοὺς Ὀτρῆος καὶ Μύγδονος· edd. ante Cantabrig. Mori. Cant. Lipsi. Vrat. A. Μυγδόνος.

187. οἵ ῥα τότ' ἐστρατόωντο παρ' ὄχθας Σαγγαρίοιο. in vno ap. Bentl. τότε στρατόωντο, Ionice, recte.

παρ' ὄχθαις Bentl. laudat nescio vnde. At παρ' ὄχθας vbique legitur, etiam in Strabone XIV, p. 999 C. vbi docet, Phryges hos in Asia esse quaerendos, non, vt alii feciisse videntur, in Europa. Cum Phrygum societate teneretur Priamus, duxerat ex iis Hecubam, Dymantis filiam Π, 718. 9.

188. 189. Versus recitat Strabo XII, p. 830 A. Addunt recentiores, etiam tum ab Amazonibus captam esse Troiam. v. Schol. Lycophr. l. c.

189. ἤματι τῷ, ὅτε τ' ἦλθον. Erat editum ὅτε ἦλθον ingrato hiatu. Legebam ὁπότ' ἦλθον. Sed Cant. diserte ὅτε τ' ἦλθον. Sic et Townl. Vrat. a. b. Eaton. et Sch. Lycophr. 69. At ὅτ' ἦλθον Vrat. 1.

Ἀμαζόνες ἀντιάνειραι. De epitheto multa Sch. br. Hesych. h. v. Etymol. Praestat accipere, viris pares.

190. ἀλλ' οὐδ' οἱ τόσοι ἦσαν, ὅσοι ἑλίκωπες Ἀχαιοὶ οὐδ' οἵ Townl. — De Scholio ad ἑλίκωπες v. ad A, 389. Referebam vim vocis ad vigorem et alacritatem obtutus quaquauersus se circumferentis, ἑλίσσοντες ὦπα, ὀφθαλμόν.

193. μείων μὲν κεφαλὴν Ἀγαμέμνονος. — Erat haec lectio Aristarchea, quam desertam esse miror, cum in ceteris fere ea regnet; receptumque pro ea κεφαλῇ vbique in codd. et edd. Offendit in hac, eum fuisse minorem capite Agamemnonis: immo vero, minor Agamemnone erat, capite; altero non nisi humeros huius attingente.

194. εὐρύτερος δ' ὤμοισιν ἰδὲ στέρνοισιν ἰδέσθαι. Sch. br. ἠδὲ cum Vrat. b. Ald. Ergo et ὤμοις lectum esse debuit ὤμοις ἠδὲ στ. Innumeris tamen ex locis apparet, librarios metri nec notionem nec rationem et curam habuisse.

196. αὐτὸς δὲ, κτίλος ὡς, ἐπιπωλεῖται στίχας ἀνδρῶν. Bentleius sibi persuaserat ὡς ita postpositum, scribi solitum ὣς, antiquitus fuisse FΩΣ, idque adeo vbique in suo exemplari monuit. Caussam non apposuit; quam tamen facile exputo fuisse in eo, quod et ὅς, ὅν, οὗ, fuere ϝός, ϝὸν, ϝοῦ. Sunt quoque loca, in quibus Bentleiana obseruatio adhiberi possit, vt sup. v. 2 ὄρνιθες ὡς. θεὸς ὡς, et similia. Obseruabatur locus hic κτίλος ὡς, qui excludit digamma: tentabat itaque modis variis: αὐτὸς δὲ ψιλὸς ἐπεπωλεῖτο, vel αὐτὰρ ὁ ψιλὸς ἐὼν, — vt Δ, 231 αὐτὰρ ὁ πεζὸς ἐὼν ἐπεπωλεῖτο στίχας ἀνδρῶν, vel αὐτὰρ ὁ τῶν ἄλλων — Verum omnia haec opera vana puto suscepta esse; et ὡς omnino digammam haud admisisse litteram censeo, repugnantibus omnibus locis; et si qua sunt loca ambigua, facilem medelam aut rationem aliam habentibus. Vide modo A, 66. 116. I, 391. Λ, 210 et al. In his autem, in quibus vltima producitur ante ὡς, θεὸς ὡς, σύες ὡς (Od. Λ, 412) et similibus, tono ea producitur.

Digitized by Google

In Vrat. b. κτῖλος, vt et in aliis nonnullis; male; N, 492 Λαοὶ ἕποντ' ὡσεί τε μετὰ κτίλον ἕσπετο μῆλα. Et ap. Pindar. P. II, 31 ἱερέα κτίλον Ἀφροδί — τας — Ibid. Schol. de voce agit. Ὅμηρος μὲν τὸν προηγούμενον τῆς πρίμνης κριὸν κτίλον ὀνομάζει. Scilicet ἀρνειὸς eſt ὁ κριός. Apollon. Lex. h. v. laudato hoc verſu. Ammon. h. v. p. 24. adſcriptis vſſ. 197. 8 ἄρνες οἱ νεογνοὶ — ἀρνειοὶ δὲ οἱ προήκοντες τῇ ἡλικίᾳ. De voce κτῖλος iam ad Pindar. l. c. monitum eſt: v. Etymol. cum Schol. Cum κτῖλος ſit τιθασσὸς, πρᾷος, χειροήθης· neceſſe eſt in Homero eſſe *proprio* nomine arietem *gregis ducem* dictum. Nam generalis notio locum non habet. Ita apparet, τὰ κτῖλα omnino fuiſſe τὰ ἥμερα, *pecudes*: Sch. Nicandri Ther. ad v. 452 (p. 23) 471 κτῖλα μῆλα.

197. ἀρνειῷ — πηγεσιμάλλῳ. Accipiunt alii de denſo, alii de nigro, alii de albo vellere. Conſtat adeo ariolatos eſſe grammaticos modo ex etymo, modo ex contexta oratione. cf. ad I, 124. Praeſtat cum Etymol. a πηγὸς, (πήγω, πηγνύω, a πήσσω, nutrio, pinguefacio) ducere vt ſit, εὐπαγεῖς μαλλοὺς, τοῦτ' ἐστιν εὐτραφεῖς ἔχων, vt Apollon. Lex. h. v. vno verbo, δασύμαλλος, βαθύμαλλος. Sic κῦμα πηγὸν Od. E, 318. quod alibi πολλὸν καὶ τρόφι Il. Λ, 307. Cum vero μέλαν κῦμα alibi occurrat, putarunt grammatici, hoc idem πηγὸν eſſe poſſe. Aiunt autem Sch. B. et L. iam Antimachum τὸ πηγὸν oppoſuiſſe τῷ λευκῷ. Mature itaque vocis vſus exoleuiſſe videtur. Quod πηγεσίμαλλος pro πηγόμαλλος formatum eſt, illuſtratur ab Etymol. in ἀλφεσίβοια, exemplis ἑλκεσίπεπλος ex ἑλκόπεπλος, Πρωτεσίλαος ex Πρωτόλαος, et ἀλφεσίβοια ex ἀλφόβοια.

198. Longum Scholion ſuper ὀΐων quod binis ſyllabis pronuntiauit Ariſtarchus, fauente Ptolemaeo Aſcalonita; recte intercedentibus Herodiano, Ariſtonico et Schol. Ven. A.

199. ἔπειθ' Ἑλένη. ſine digamma. v. ad B, 356.

200. οὗτός δ' αὖ vt τοιόσδε. Schol. br. quem male Barneſ. ſequitur.

Digitized by Google

201. ἐν δήμῳ Ἰθάκης pro Ithacenſibus, et hi pro ipſa Ithaca. Commentitium eſt quod Schol. ait, fuiſſe locum in Ithaca Δῆμον dictum. Pro ipſa *terra*, *ſolo* ac *regione* ſaepe δῆμος ap. Homer. vt Λυκίης ἐν πίονι δήμῳ. vnde et epitheti πίων ratio reddenda, de *fertili* agro.

202. Verſum recitat Strabo I, p. 32 B.

203. αὖ Lipſ. perpetua varietate.

204. ἔειπας Mori Barocc. Vrat. a. a m. pr. Lipſ. a m. pr. Vindob. ed. At ἔειπες Euſtath. et al. v. ad A, 106 dicta. Ceterum ex ſeqq. conſinxit Libanius declamationes ſuas Menelai et Vlyſſis ad Troianos pro reddenda Helena.

205. ξ— ἡ διπλῆ, ὅτι παραλλήλως τὸ δὴ τῷ ποτέ. Accepit ergo ἦ δὴ γὰρ καὶ δεῦρο ποτέ. ἦλυθε h. l. ab aoriſto, non a praeterito eſſe ducendum, temporum ratione docet Clark. Reſpicit h. l. Pauſan. X, 26, ſub f.

Quod in ſeqq. narratur, ad Antehomerica ſpectat, et expoſitum erat copioſius in Carmine Cyprio; quod ex Proclo aſſequi licet in argumento: καὶ διαπρεσβεύονται (οἱ Ἀχαιοὶ) πρὸς τοὺς Τρῶας, τὴν Ἑλένην καὶ τὰ κτήματα ἀπαιτοῦντες. ὡς δὲ οὐκ ἐπήκουσαν ἐκεῖνοι, ἐνταῦθα δὴ τειχομαχοῦσι. Vlyſſes et Menelaus (alios adiungunt ſeriores. v. Tzetza Antehom. 154. et Dictys pr.) ante bellum illatum, Tenedo profecti, vt eſt in Schol. res repetitum Troiam venerant et in concione Troianorum verba fecerant. Eos Antenor hoſpitio exceperat. Menelaum huic legationi interfuiſſe, etiam Herodot. II, 118 fide ſacerdotum Aegyptiorum ſe accepiſſe narrat. Ad hanc legationem ſpectat, quod Il. Λ, 137 memoratur Antimachus aliquis tanta fuiſſe veſania, vt legatos occidendos ſuaderet. Diuerſa et altera Vlyſſis profectio ſub finem belli facta, qua ſpeculatum Troiam ſub mendici habitu ingreſſus ab Helena agnitus eſt: de quibus Od. Δ, 242. Expoſita erat haec legatio a Leſcheo in Iliade parua, vt e Proclo diſcimus. Meminere ea multi: Quintus V, 78 ſq. Tzetza Poſthom. 602. et Schol. ad 609. Tertia eſt profectio Vlyſſis cum Diomede ad Palladium auferen-

dum; etiam haec in Iliade parua fuit narrata. Haec omnia aliis variisque modis expoſuere tragici et ſeriores; de quibus nobis laborandum non eſt. Ceterum memorato apud Antenorem hoſpitio ſuperſtructae ſunt multae aliae narrationes; etiam de legatione Antenoris in caſtra Achiuorum poſt Paridem e medio ſublatum ad pacem componendam. In caſtra adductus iam Helenus expoſuerat fata vrbis, ſi adductus eſſet Neoptolemus, abductum Palladium, et equus Mineruae conſecratus: cuius narrationis primus auctor fuit Leſcheus: (v. ap. Proclum. add. Quint. X, 346 ſq. Tryphiod. 43 ſq. et diſertius Conon Narr. 34.) In illa legatione iacta ſunt fundamenta proditionis: de qua v. dicta ad Aen. I. Exc. VII *.

206. ξ (potius ξ̇) quia Zenodoti lectio fuit: *σῆς ἕνεκ' ἀγγελίης* (ap. Apollon. Lex. p. 26. eſt ἧς) Grammatici ei ita occurrunt, vt diſtinguant *σεῦ ἕνεκ', ἀγγελίης σὺν ἀ.* vt ſit *ὁ ἀγγελίης Ὀδυσσεὺς*, pro *ὁ ἄγγελος*. quod vix putes iis in mentem veniſſe, niſi diſerte hoc haberent Schol. et h. l. et alibi, vt N, 252. et Lexica, ipſe Apollon. Lex. in *ἀγγελίην* p. 26. ad quem loçum doctus eſt excurſus Tollii p. 736. cf. inf. ad Δ, 384. Λ, 140. Verum vtique eſt, *ἀγγελίαν* pro eo dici, qui nuntiat; abstractum pro concreto; non vero vt *ὁ ἀγγελίας* ſit. Eſt autem *ἀγγελία σου* idem ac *ἀγγελία ὑπὲρ, περί σου*. vt recte Tollius pluribus docet. Duriorem in hoc ſecundi caſus vſum etiam Erneſti notauit. Occurrit tamen haud raro, et in hac ipſa voce Od. K, 245 Eurylochus venit *ἀγγελίην ἑτάρων ἐρέων*. pro *περὶ ἑτάρων*. Porro *ἀγγελίης (ἕνεκα) ἦλυθε* eſt etiam Od. Π, 334. apud Heſiodum in Theog. 781 *ἀγγελίης πωλεῖται ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης* et inf. Il. O, 639. 640 *ὃς Εὐρυσθῆος ἄνακτος ἀγγελίης οἴχνεσκε* adde N, 252. At Bentleius recordatus loci Λ, 140 *Μενέλαον — ἀγγελίην ἐλθόντα* refingit et h. l. *ἀγγελίην*. vt legebatur quoque inf. O, 640 a Zenodoto.

207. ξ quod *ἐκ παρελλήλου* dicta ſunt *ἐξείνισσα καὶ ἐφίλησα*; nam idem ſignificat vtrumque" Sch. A. Sunt

tamen hactenus diuerſa, quod alterum eſt, *hoſpitio excipere*, alterum, hoſpitem *comiter et benigne habere*.

Cum, vt paullo ante vidimus, ex h. l. ductae ſint narrationes de nimis procliui Antenoris in Achiuos voluntate, hos ipſos verſus eo conſilio adſcripſit Schol. Pindari P. V, 108.

209. Τρώεσσιν ἐν ἀγρομένοισιν ἐμίχθην. Erat vulgata lectio Τρώεσσιν ἀγειρομένοισιν forte orta ex omiſſione τοῦ ἐν, quod abeſt in ed. Flor. Ald. 1. item in Vrat. c. Verum alteram lectionem agnoſcunt codd. M. L. H. apud Bentl. quod et ipſe praeferebat, tum Ven. Lipſ. Townl. Eaton. Vrat. A. Moſc. 1. duo Vindob. Sic quoque Euſtath. recitat p. 406. c. Schol. Biblioth. S. Germ. ad A, 54. recte, vt ſit ἐνεμίχθην Τρώεσσιν. vt K, 180 οἱ δ', ὅτε δὴ Φυλάκεσσιν ἐν ἀγρομένοισι γένοντο.

211. ἄμφω δ' ἑζομένω. ℰc. quod Zenodotus ſcripſerat ἑζομένων. " At enim nota eſt: caſus rectos abſolute poſitos dixeris pro quibus vulgo genitiui abſoluti poni ſolent: Sic σύν τε δύ' ἐρχομένω, καὶ πρὸ ὁ τοῦ ἐνόησε, Il. K, 244 οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὁ μὲν — Od. M, 73. Figura a multis illuſtrata: vt in Lesbonacte de figg. p. 183. Koen. ad Gregor. p. 34. Vim in figura quaerit Demetr. de enunt. ſ. 60.

ἑζομένων eſt in Townl. et Eaton. ſcilicet vt conueniat cum στάντων· et hoc ipſum maluerat Bentleius; aut ſi ἑζομένω, legendum quoque eſſe στάντες μέν. recte, ſi quidem poetam ad ſubtiliorem rationem adigere licet.

212. ἀλλ' ὅτε δὴ μύθους καὶ μήδεα πᾶσιν ὔφαινον. Videtur ieiunum eſſe πᾶσιν, et pronum eſt conlicere fuiſſe Τρωσίν. Defendes alterum ex obſeruatione, quod ſaepe poeta πολλοὺς et πάντας memorat pro πλῆθος. Eſt adeo πᾶσιν, ἐν πᾶσιν, pro ἐν πλήθει, in concione populi; alibi ἐνὶ δήμῳ vt inf. Σ, 295.

Pro ὔφαινον Caſaub. Lect. Theocr. c. IX. ἔφαινον malebat; et miror Bentleium ipſum pronum eſſe in hanc lectionem laudato loco N, 295 Νήπιε, μηκέτι ταῦτα νοήματα φαῖν' ἐνὶ δήμῳ. tentabat quoque πᾶσ' ἀνέφαινε. Non

videō, quid in ὕφαινε displiceat, cum ὑφαίνειν δόλους καὶ μῆτιν, toties occurrat, nec ipsa notio texendi aliquid insoliti hac in re habeat, vt sit, componere cum arte et ingenio.

213. ἦ τοι μὲν Μενέλαος ἐπιτροχάδην ἀγόρευε. ἦ τοι ὁ μὲν Eustath. recitat. ἐπιτροχάδην. vocis significatus plures annumerant grammatici in Schol. et Etymol. ἠπειγμένως. ταχέως. ἐσπευσμένως. In Hesych. quoque est ταχέως. ex Apollonio exulat vox. porro κεφαλαιωδῶς. συντόμως. Manifestum fit, eos non ex vsus notitia, sed ex etymo et sententia ea esse ariolatos, quod multo magis patet, si Schol. A. B. et Eustath. inspexeris. Habet sane per se vtrumque locum, vt sit ἐπιτροχάδην et *celeriter* et *cursim*, *strictim*, *breuiter*: vt Eustath. τὰ καίρια μόνα ἐν βραχεῖ ἐπιλεγόμενος, τὰ δὲ περιττὰ ἐπιτρέχων. Si tamen alterum locum, in quo eadem vox occurrit, Od. Σ, 26 compares, de *celeritate* videtur ea a poeta dicta esse: nam Vlyssem iratum, voce concitata loquentem, comparat Irus cum vetula garriente: ἦ πόποι, ὡς ὁ μολοβρὸς ἐπιτροχάδην ἀγορεύει γρηῒ καμινοῖ ἶσος. Sane vetula *voce volubili* vtitur, non oratione breui. Videntur tamen reliqua de Menelai oratione ad breuitatem nos revocare; estque haec recepta interpretatio, et volunt veteres *genus dicendi concisum ac breue*, quale postea Laconicum fuit, indicatum esse. Laudat versum in hanc rem Schol. Thucyd. IV, 84. p. 287, 56. Duck. et creditur ad h. v. respicere Euripides Or. 639. (v. Schol. ad e. v.) ita vt contrarium afferat: τὰ μακρὰ τῶν σμικρῶν λόγων ἐπίπροσθέν ἐστι, καὶ σαφῆ μᾶλλον λέγειν.

Comparant grammatici (in Sch. A. B. Lipsi. Leid. br. Eustath.) genus dicendi *tenue* ac *subtile*, quale Lysiae fuit; ἄνετον appellant et ἀπολελυμένον; vt contra Vlyssis orationem, vbertate et grauitate cum affectuum, tum sententiarum insigne (τὸ ἀδρὸν) cum Demosthenis oratione; tandemque Nestoris suauitatem et copiam cum Isocrate. Agnoscunt quoque in hoc genus medium, ad delectandum aptissimum, dum dulciorem melle orationem

eius fluere dixerit A, 249. Sunt loca veterum peruulgata ap. Clark. et alios: Ciceronis Brut. 10. et 13. Gell. VII, 14. Sic et Quinctil. XII, 10, 64. eoque spectat lib. II, 17, 8 *et omne in tribus ducibus orationis genus.* Inculcatum inde hoc passim et a multis decantatum; Barnes laudat Cuper. Apotheos. p. 119. Petr. Victor. Var. Lect. XV, 17. adde Commentar. in Aphthon. in Biblioth. Coislin. p. 591. 596. Iudicia tamen plerumque sunt aut parum aut nimium subtilia. Voluit quoque genus dicendi Menelai pressum, et Vlyssis copiosum exprimere Libanius in binis orationibus in legatione super Helena habitis ad Troianos Vol. I. p. 189.

214. παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως. Reddunt Scholia ἡδέως. ὀξέως. εὐφυῶς. parum definite. Ex vsu Homerico esse debet, *voce clara ac sonora:* vt sit: etsi celeriter loquebatur, distincte tamen et clare ad aurem pronuntiabat. Sic Il. T, 82. 83 *in magno strepitu quomodo quis audiat vel dicat?* βλάβεται δὲ, λιγὺς περ ἐὼν ἀγορητής. quis dubitet esse dicentem *voce clara ac sonora?* et κλαίειν λιγέως T, 5. et similia. Veteres tamen acceperunt *suauiter;* quia Il. A, 248 Nestor ἡδυεπὴς, λιγὺς Πυλίων ἀγορητὴς, quasi vnum idemque sit. Cicero Brut. 13 *Menelaum ipsum* dulcem *illum quidem tradit Homerus, sed pauca dicentem.* Quinctil. *cum animi iucunditate.* Auctor de Homer. poesi: f. 20. τὸν δὲ Μενέλαον βραχυλόγον καὶ εὔχαριν καὶ τοῦ προκειμένου τυγχάνοντα. Dionys. Halic. Art. c. 11, f. 8. (p. 120. Hudf.) subtiliora captare videtur; vbi enim dixerat, ἡ γνώμη τριπλῆν ἐξέτασιν ἔχει, μὴ περιττὰ, μηδὲ ἐλλείποντα, μὴ ἐναντία, primum illud illustrat exemplo contrarii in Thersite: alterum et tertium μὴ ἐλλείποντα, per haec verba παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ οὐ πολύμυθος, et reuocat haec ad duo: μέτρον καὶ ἀσφάλειαν, τὸ γὰρ, μὴ περιττὰ μηδὲ ἐλλείποντα, μέτρου ὄνομα. τὸ δὲ, μὴ ἐναντία, ἀσφαλείας. comparat enim hoc cum O, 171 ὁ δ' ἀσφαλέως ἀγορεύει.

Digitized by Google

215. οὐδ' ἀφαμαρτοεπὴς, εἰ καὶ γένει ὕστερος ἦεν. Sane ἀφαμαρτοεπὴς per se non vno sensu dictum esse potest; potest esse et is, qui in pronuntiando non peccat, et is, qui veras sententias pronuntiat; et is qui consilio dicendi non excidit; (vt Schol.) quique adeo argumentis certis et probantibus vtitur et ἀπόδειξιν facit διὰ τῶν ὁμολογουμένων, vt Dionysii verbis l. c. vtar, et qui verba cuique sententiae, rei et loco, idonea et propria adhibet. Sic contra Il. N, 824 Aiacem Hector appellat ἀμαρτοεπῆ, qui stolida, rei non consentanea, loquitur. Apud Clement. Paedag. II, p. 183 versus Eratosthenis seruatus: οἶνος ἀμαρτοεπὴς, οἶνος μεθύουσιν ὄλισθος, οἶνος ψυχαπάτης. vbi est *vinum quod temere loqui cogit.* Iam in loco nostro, si ad breuitatem reuoces, quod non verbosus erat, erit, quod verba idonea, sua ac propria, ei erant in promtu, vt nec lingua falleret, nec verborum sententia, sed ea, quae sentiret, verbis propriis enuntiaret. In Odyss. Λ, 510 Neoptolemus αἰεὶ πρῶτος ἔβαζε, καὶ οὐχ ἡμάρτανε μύθων. etsi et hic ambiguum esse potest, sitne qui loquitur prudenter, an cui non desit facultas verborum idonea ad animi sensa enuntianda. Veteres Vlyssis laudem acceperunt de ipsa elocutione animi sensis accommodata ac fida. Loc. cl. Quinctil. XII, 10, 64 *nam et Homerus* breuem *quidem* cum animi iucunditate (παῦρα μὲν ἀλλὰ μάλα λιγέως) *et* propriam, *id enim est*, non errare verbis, (οὐδ' ἀφαμαρτοεπὴς) *et* carentem superuacuis (ἐπιτροχάδην ἀγόρευε) *eloquentiam Menelao dedit.* Apud Gellium VII, 14 *subtile* in Menelao *et cohibitum* dicendi genus. Poeta quidem Menelaum aliquoties inducit verba facientem; vt sup. 97. H, 97. P, 18. 248. inprimis Od. Δ, 78. vbi suos labores ille exponit; non tamen equidem diuersum ab aliis sermonis characterem in his locis reperio: etsi Popius supra in vs. 96 Laconicam breuitatem agnoscere sibi videbatur.

In illis εἰ καὶ γένει ὕστερος ἦεν fuit η in antiquis; quod et Townl. Eaton. Ven. Sch. A. B. L. Eustath. Ety-

mol. p. 415, 17 agnoſcunt; addunt tamen Scholia et Apollon. (in η, p. 322 extr. ed. Toll.) et Etymol. l. l. eſſe η pro ει. hoc idem lectum in Sch. Eat. Apparet hoc eſſe ſuperſtitioſe ſeruatum ex priſca ſcribendi ratione, cum H ſcribebatur per E innumeris aliis locis redditum per ει EI per ηι vel η. Senſus ſane reſpuit ἦ *ſiue*, at poſſit ſcribi ἦ. *erat ſane natu minor.* καίτοι νεώτερος ἦν. quod et reperias in Sch. A. B. L. Eton. Verum hoc eſſet argutari. εἰ καὶ eſt pro κἄν.

216—220. Vlyſſem exhibet poeta in exordiis ſubmiſſum, lenem, ſtantem meditabundo ſimilem, oculis in terram deiectis, immobilem. Praeter Ouid. Met. XIII, 125 ſq. Aen. VII, 249 ſqq. iam alii, in his Clark. laudarunt Quinctil. XI, 3, 158. „*Mire auditurum dicturi cura delectat, et iudex ſe ipſe componit. Hoc praecipit Homerus Vlixis exemplo, quem ſtetiſſe oculis in terram defixis, immotoque ſceptro, priusquam illam eloquentiae procellam effunderet.*“ Pro paraphraſi habendus locus Tryphiodori 113 ſqq. αὐτὰρ ὁ, δαιμονίῃσι νόον βουλῇσιν ἐλίσσων, Πρῶτα μὲν εἰστήκει κενεόφρονι ἀνέρι ἐοικώς, Ὄμματος ἀστρέπτοιο βολὴν ἐπὶ γαῖαν ἐρείσας· Ἄφνω δ' ἀενάων ἐπέων ὠδῖνας ἀνοίξας, Δεινὸν ἀνεβρόντησε καὶ, ἠερίης ἅτε πηγῆς, Ἐξέχεε μέγα χεῦμα μελισταγέος νιφετοῖο. De *ſceptro* in dicentis manu v. B, 101. 186. 7. Od. B, 37 et al.

217. ὑπαὶ δὲ ἴδεσκε. ὑπαὶ vbique legitur h. l. etſi alibi variat, nec dubito eſſe grammaticorum acumen in ſyllaba producenda. Heſych. ὑπαὶ δὲ ἴδεσκεν, ὑπέβλεπεν. et mox alieno loco et corrupte ὑπαιδείδεσκεν. Inciderat ille in codicem deprauatum, qualis Apollonii Lexicon eſt p. 668 ὑπεδείδεσκεν, ὑπεβλέπετο. Fuit ὑπαιδειδεσκεν pro ὑπαὶ δὲ ἴδεσκε. v. Villoiſ. et Toll. Reddidit verba Ouid. Met. XIII, 125 *Laertius heros adſtitit atque* oculos paullum tellure moratos *ſuſtulit ad proceres exſpectatoque reſoluit ora ſono.* et verſum vertit Chalcidius in Timaeum Platonis p. 361 *Stabat acerba tuens defixo lumine terrae.* Idem haec ad iram refert; vix bene. Immo

declarat geſtus τὸν ἄγαν φροντίζοντα; vnde ap. Ariſtoph. Nub. 191 οἱ σφόδρ' ἐγκεκυφότες. vbi Schol. h. l. laudat.

218. σκῆπτρον — ἐνώμα. Sch. br. ἐκίνει. et ad E, 594 διέφερεν, ἐκίνει. praeiuit Apollon. Lex. add. Heſych. Etymol. ἀπὸ τοῦ νέμειν.

219. ἀλλ' ἀστεμφὲς ἔχεσκε, τὸ σκῆπτρον. ξ propter ἀστεμφὲς, ὅτι τὸ, ἀμεταχίνητον." Sch. A. Eadem ſunt apud Apollon. Lex. add. Euſtath. et Etymol. h. v. παρὰ τὸ στέμβειν, τὸ κινεῖν συνεχῶς. Vidimus iam ſup. B, 344 ἔχων ἀστεμφέα βουλήν. vbi Euſt. ἀστεμφέως ἐχέμεν Od. Δ, 419. 459.

ἀΐδρεϊ φωτὶ ἐοικώς. Sch. A. multis docet ἀΐδρεϊ eſſe proparoxytonon. Scilicet, eſſe ἀΐδρεϊ non ἀΐδρει. — eſſe porro pro ἀΐδριι ἀΐδρει, vt πόσιος πόσει, Ionice ſeu euphoniae cauſſa. Eadem fere ex Herodoro attulit Euſtathius. ἀΐδρει Moſc. 1. et alii. ἀΐδρι Cant. Vrat. b. c. Townl.

220. φαίης κε ζάκοτον. „pro φαίη τις ἄν. vt Δ, 223 ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδῃς Ἀγαμέμνονα δῖον, pro ἴδοι τις ἄν." Sch. A. cf. inf. ad 392. Repetunt haec alii vt Sch. Eurip. Or. 128. ζάκοτον. Putes eſſe dictum omnino pro *animo commotum*: ἀγωνιῶντα. Niſi *irato* ſimilis erat in hoc, quod contractis ſuperciliis, fronte corrugata, oculis contentis ſtabat, homini autem ſtupido, ἄφρονι, quod immobilis ſtabat. ζάκοτον, μάλα ὀργίλον. Schol. A. διὰ τὸ ὑποδρὰξ ὁρᾶν. Interpretantur vocem Apollon. Lex. h. v. Etymol. Heſych. Euſtath. Ceterum diuerſum eſt, quod Cicero de ſe memorat exalbeſcente in principiis et tota mente atque omnibus artubus contremiſcente: de Or. I, 26.

ζάκοτόν τέ τιν' ita reſcriptum adſtipulantibus Euſtath. Ven. Lipſ. Barocc. Vrat. A. Townl. Moſc. 1. vn. Vindob. pro vulgari ζάκοτόν τινα ἔμμεναι, in quo hiatus erat: etſi ſic recitant etiam Schol. Eurip. Or. 128. Correxerat quoque Bentleius.

ἄφρονα θ' αὕτως. Alii τ' αὖτως. Sic ipſe Ven. Euſt. Flor. Rom. Vrat. tres Moſc. 1. Townl. et ſi ſubtiliores

esse volebamus, recipiendum erat hoc; ita vero plura loca fuissent mutanda. Ita veteres scripsisse satis constat; aeolice factum aiunt. Tum vero grammatici discrimen intulerunt, esse *αὔτως*, quoties sit *temere*, *αὖτως* pro *οὕτως*. cf. ad A, 133. Etsi hoc loco non est, temere, sed fere vt A, 520 *ἡ δὲ καὶ αὖτως — νεικεῖ.* aut, vt Schol. br. *ὡςαύτως. ὁμοίως.* Quod autem *αὖτως* adiicitur, more Homerico fit, ex antiquo sermone, multo cum gestu et mimice pronuntiato, ita vt gestus et vultus multa definiat accuratius. Etiamnum in vulgi sermone adiungimus *ita, so*, quoties aut cum affectu animi loquimur aut rem sine attenuare siue augere volumus, comparatione idonea, qua vti volebamus, destituti. Saepe in Homero *αὖτως* occurrit, ex contextu accuratius constituendum: modo est *sic temere.* modo, *nude, simpliciter.* modo *valde. admodum.* vt Z, 400 *νήπιον αὖτως.* modo, *iam sic, etiamsi nihil aliud accesserit:* vt A, 520. Compara loca a Dammio congesta. Seiungenda tamen vulgaris notio *αὖτως, οὕτως, ita:* quae difficultatem non habet.

221. Ἀλλ' ὅτε. a principiis lenibus ad vehementes et concitatos motus animorum et affectus et ad copiose fluentem orationem vberemque progreditur Vlysses. Quintil. XII, 10, 64. „*Sed summam aggressus, vt in Vlysse, facundiam, magnitudinem illi* (delectationi) *iunxit* (Homerus): *cui orationem niuibus hibernis et copia verborum atque impetu parem* tribuit. *Cum hoc igitur nemo mortalium contendet* (ex v. 223 Οὐκ ἂν ἔπειτ' Ὀ.) *hunc vt deum homines intuebuntur.*" Apud Ausonium sunt *Dulichii ninguida dicta.* Et Seneca Ep. 40 „Itaque oratio illa apud Homerum *concitata et sine intermissione in modum niuis superueniens oratori* (Vlyssi) *data est; at lenis et melle dulcior seni profluit*" et auctor de poesi Hom. l. c. ait Homerum *χαρακτηρίσαι τὸν Ὀδυσσέα πολλῇ καὶ πυκνῇ τῇ δεινότητι κεχρημένον.* Est scilicet genus dicendi *πυκνὸν, ἀδρὸν, νοημάτων καὶ ἐνθυμημάτων.* Haec est eloquentia, quam Plinius sibi votis expetebat Epp. I, 20 *Si detur electio,*

illam orationem similem niuibus hibernis, id est, crebram, assiduam et largam, postremo caelestem et diuinam, volo.

221. 2. 3. versus recitat Strabo I, p. 33 A. Iam in 221 ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ὄπα aberat ῥ' in Cant. Harl. Townl. Eat.

ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει. In iisdem codd. est εἴη. Lips. ἴῃ. Apollon. Lex. ἵει, ἀφίει. τοῦτο δὲ, οἷον, ἀπέπεμπεν. quod viri docti ad h. l. referunt. Varietas ex antiquiore scriptura profecta est.

ἐκ στήθεος sollenne est de voce magna et valida, laterum ac pulmonum vi prolata. Romani fere latera et ilia memorant. Argutatur Gellius I, 15. qui versu adscripto subiicit: *Vlyssem contra Homerus virum sapienti facundia praeditum vocem mittere ait non ex ore, sed ex pectore* etc.

222. καὶ ἔπεσα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσι. νιφάδας per ψεκάδας reddiderat Apio, quem refellit Apollon. Lex. h. v. cf. O, 170 ὡς δ' ὅταν ἐκ νεφέων.

χειμερίοισιν Flor. Ald. 1. Vrat. c. Nil mutant alii, nec Commentator ad Aphthon. in Bibl. Coislin. p. 596. cf. ad B, 294.

223. ἐρίσσειε. Edd. ante Barnes ἐρίσειε. Tam parum curae erat de metro. Adscripserat Bentl. loca Od. T, 286. Ψ, 726. Il. Ψ, 792.

224. οὐ — ὧδε non tam formam oris, *quam nunc eloquentiam.* Longius repetitum est, si sic accipias: tum non longius mirabamur eum stare ore defixo in terram etc. ex 217 sq.

Etiam Sch. A. ξ— non tam mirati sumus corporis speciem in Vlysse, ὡς τὴν κατὰ λόγον δύναμιν, vel, vt Sch. B. L. ὅσον ἐπὶ τῷ λόγῳ ἐπλάγημεν.

Peccat versus in fine contra digamma: ἀγασσάμεθ' ϝειδος ἰδοντες. Quod ipsum suspicionem ex ipsa versus sententia susceptam firmat, esse versum rhapsodi pannum; adeo redundat ille et nexu caret. Viderat et no-

tarat iam Bentleius. Verſum tamen repetit Ariſtides To. II, p. 105.

225. ἐρέειν' ὁ γεραιός. Nusquam variat ἐρέεινε γεραιός. quod expectares.

226. 7. Suauiter ad Milonem haec transfert Lucian. Contempl. 8. τίς γὰρ ὅδ' ἐστὶ, πάχιστος ἀνὴρ ἠὺς τε μέγας τε, ἔξοχος ἀνθρώπων κεφαλὴν καὶ εὐρέας ὤμους;

227. κεφαλήν τε καὶ Ariſtarchi et Ariſtophanis lectio eſt. Lectum ab aliis et editum κεφαλὴν ἠδ' εὐρέας ὤμους.

229. οὗτος δ' Αἴας ἐστὶ — Abeſt δ' poſt οὗτος Lipſ. Townl.

230. ξ— quod Idomeneus prope adſtitit Aiaci; adeoque pro inſititio habendus eſt verſus B, 558 στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες. (ad quem verſum v. Obſſ.) Haec Sch. A. in quo primum mireris ad hunc locum haec eſſe notata; non autem ad Δ, 251. 273. vbi de ordine aciei agitur. Tum vero aliena eſt obſervatio a toto loco: nam B, 558 de ordine nauium agit poeta; nec vero, quia Helena Idomeneum poſt Aiacem memorat, neceſſe eſt alterum alteri proximum adſtitiſſe. Poſt θεὸς interſerit θ' Vrat. b. et τ' Vrat. a. perperam.

231. ἠγερέθονται. Haeſit in h. v. Barneſ. et iure, nam eſt verbum ἀγερέθομαι. Edidit itaque ἠγερέθοντο. quod et Schol. br. habent, et Cant. Mori. Vrat. a. b. Townl. Cod. ed. Vindob. forte et Moſc. 1. Saepe quoque hoc in poeta occurrit; at alienum eſſe a temporum ratione h. l. Clarke monuit. Scilicet, ſi ἠγερέθοντο legeris, verba ſunt poetae narrantis; quo turbatur narratio Helenae, quae ipſa Idomeneum proſpicit et obſervat, alia parte eum ſtare in medio Cretenſium. ἠγερέεσθαι occurrit inf. K, 127. poſſit adeo et h. l. legi ἠγερέονται. At conſentiunt codd. et edd. in ἠγερέθονται. Videtur adeo eodem modo formatum eſſe ἠγερέθομαι vt ἠρέθομαι, vnde ſup. 108 ἠρέθονται. Et eſt quoque ἠγερέθονται in Hy. in Apoll. 147.

232. ξείνισσ' ἀρηιφ. Ald. 2. cum ſqq. et Rom. cum vitio metri.

234. ἑλίκωπας iam vidimus A, 389.

235. ἐὺ et εὖ promiſcue codd. edd. Vtitur hoc verſu Strabo XIV, p. 992 C. vbi et vna voce editur. ναί κ' οὔνομα Townl. vt ſit μυθησαίμην κε.

236. Longum eſt Scholion antiquius in B. e quo hauſere ceteri, qui factum ſit, vt per nouem annos non reſciſcere poſſet Helena, ſuperſtites ne eſſent fratres, nec ne. Non legerant Grammatici Ariſtotelem de Poetica, docentem, ea quae ſunt extra drama, adeoque et extra epicam narrationem, in cenſum non venire. Porro Sch. A. ἰδέειν Ionicum eſſe docet: idem Etym. Ceterum ad hos verſus reſpicere debuit auctor carminis Theocritei Id. XXII, 218, 9. color orationis eſt idem qui inf. X, 46. Adde ſimilem locum Eurip. Phoen. 159. vbi quoque Schol. noſtri loci meminit.

238. αὐτοκασιγνήτω dictum eſſe h. l. de iis qui nati ſunt eadem matre at non eodem patre, obſeruat Apollon. Lex. h. v. τώ μοι. intelligo σὺν ἐμοί. Sunt fratres ὁμογάστριοι. ὁμομήτριοι.

239. 240. ἦ οὐχ ἑσπέσθην — ἦ δεῦρο μὲν ἔποντο. Ita erat expreſſum inde a Barnes, vt prius membrum per interrogationem efferretur; parum commode. Reuocaui antiquiorem rationem ἦ — ἦ quae in Cantabrig. et iam antea in Louan. Baſil. regnat. Nicanor ἦ — ἦ ſcripſerat, vt disiuncta eſſent. At Herodianus altero loco ἦ. ὡς διαπορητικοὺς ἄμφω δεχόμενος. (quod non bene conuenit. Debuit ſic accipere, vt priora ἦ οὐχ ἑσπέσθην iungeret cum 236 δοιὼ δ' οὐ δύναμαι ἰδέειν — ἦ οὐχ ἑ.) Sunt haec eadem in Excerptis e cod. Leid. ap. Valk. ad Ammon. p. 241. ſed minus bene ad v. 230 retracta. — οὐκ ἑσπ. ἑσπ. ἐπέσθην lapſus codd. et edd.

240. νέεσσ' ἐνὶ π. Nicias ἔνι. ſed repugnare, ait Schol. A. quod narratur in tali poſitu Ariſtarchus contrarium ſequi. Sexcenties hoc paſſim inculcatur. — Quod de δεῦρο monent Schol. B. L. vide diſertius in

Etymol. dictum. δεῦρο Ionicum, δευρὶ Atticum; δεῦρ' οἱ μὲν mallet Barn. ſine idonea cauſſa. Bentleius tentabat: δευρὶ, vel ἦ μὲν δεῦρ' ἄσποντο. Heſych. δεύρω. δεῦρο. idem a m. ſec. Vrat. a.

241. πόνον pro μάχην br. Schol. Euſt. legerant. νῦν αὖ. Vrat. a. et ſine δ' Vrat. b. c. Townl. vtrumque bene ſi recte iudico.

242. Nolunt grammatici interpungi ὀνείδεα πολλ', ἃ, ſed ὀνείδεα, πόλλ' ἄ μοι ἐστί. h. ἃ ἐμοῦ χάριν ἐστί. αἴ. σχεα, ὀνείδεα. αἴσχεα δειδιότες. Apollon. Lex. h. v. Forte melius cum Waſſio interpungam — μάχην καταδύμεναι, ἀνδρῶν αἴσχεα δειδίοτες, —

243. τοὺς δ' ἤδη κατέχε Φυσίζοος αἶα, iterum obuia Φ, 63. Od. Λ, 300. duplici modo exponitur, aut, quod recte ſit, ἡ τὰ πρὸς τὸ ζῆν (πρὸς ζωὴν. puta eſſe ζόην) Φύουσα καὶ δωρουμένη. Sic et Etymol. Apollon. Lex. h. v. Heſych. vtrobique per ω Φυσίζωος. quod iam Euſtath. damnauit; laudatur Aeſchylus Suppl. 599 Φυσίζωον γένος. ſed et ibi eſt emendandum. Scilicet ζόη ex Herodoto notum Ionice dici; aut, quod vere locus in Lacedaemone fuit, Φυσίζοος dictus, quia ibi Dioscuri viſi terra abscondi et iterum reddi. (hoc grammaticum commentum eſt.) Add. Sch. br. In Euſt. eſt et aliud: ἡ τὰ ζῶα Φύουσα.

Quod autem ad rem, de qua agitur, ſpectat: Caſtor et Pollux iam fatis functi erant in pugna cum Apharei filiis, Ida et Lynceo. v. Pindar. N. 10, e quo recitant Schol. A. v. Apollod. III, 11, 2. et not. p. 730. Diſertius expoſita fuerat ea pugna in carmine Cyprio: vt ex argumento apparet quod Proclus ſeruauit, et apud Polemonem et Alcmanem: vt docet Schol. br. et Sch. A. vbi παρὰ τοῖς Πολεμωνίοις haud dubie legendum eſt παρὰ Πολέμωνι. vt iam Valk. monuit Diſſ. de Schol. p. 119. Patet autem ex iisdem, non vno modo haec narrata fuiſſe. — κατέχε γαῖα ad fabulam referunt grammatici, quod alternis in Olympo, alternis ſub terra alteruter degebat, vt Od. Λ, 302. 303. Argutius quam verius: nunc enim poeta hoc vnum declarat, eos mortuos

ac ſepultos eſſe. Fuit quoque Therapnis ſepulcrum Dioscurorum, quod idem Pindarus memorat. Ceterum ſenſum decori ſeruauit poeta, bono cum iudicio, ſaltem in hoc, quod de Menelao non interrogatur Helena.

244. ἐν Λακεδαίμονι αὖθι, φίλῃ ἐνὶ πατρίδι γαίῃ. ξ (potius ξ΄) quod Zenodotus legerat ἑῇ ἐνὶ π. ſua ſc. Helenae. et Apollon. Synt. II. p. 159 ait: ὡς ἐν ταῖς πλείοσιν ἐκδόσεσιν. idque ille bene defendi poſſe ait, eſſe ἑῇ ſcilicet *in ſua*, in Helenae patria: ſimile ei quod Il. X, 404 habetur, τότε δὲ Ζεὺς ὀυςμενέεσσι δῶκεν ἀεικίσσεσθαι ἑῇ ἐν πατρίδι γαίῃ. ἐν πατρίδι, pro ἐνὶ, pars codd. Cant. Lipſ. Vrat. a. b. Moſc. 1. Townl. Eat. Hiatu in Λακεδαίμονι αὖθι offenſus Bentl. modo tentabat δηθὰ, vel ἐν Λακεδαίμον' ἄνευθε. Sed totum verſum eſſe ſerius inſertum docet et hiatus, et otioſa ſententia, expletiua ſuperioris verſus, et ipſum αὖθι tam ieiune appoſitum; etſi verſus etiam ap. Clement. Cohort. p. 26. legitur.

245. θεῶν ὅρκια πιστὰ iungenda ſunt, vt ſit 269. antiquo ſermone, *diis deſtinatae victimae*. nam ὅρκια ſubſtituendum eſt θύματα, ἱερεῖα. (v. ſup. 73. et 105.) Cum tamen ὅρκιος adiectiuum ſit, τὰ ὅρκια poſſunt etiam generaliore notione πάντα τὰ εἰς ὅρκον χρήσιμα χρήματα intelligi, non modo ἄρνε δύω ſed et οἶνος vt et inf. 269 praecones ὅρκια πιστὰ θεῶν σύναγον, latius dictum accipi poteſt. —

ὅρκια πιστὰ, Sch. br. interpretantur τοὺς πιστοὺς ὅρκους τῶν θεῶν. Etiam Heſych. ὅρκους ἐπὶ πίστεσι. Sed hoc conuenit ſorte aliis locis, vt mox 252. et B, 124. at h. l. ea, quae ad fidem faciendam neceſſaria ſunt. Euſtath. recte τὰ εἰς ὅρκον χρήσιμα. Mox εὔφρονα οἶνον, pro εὐφραντικὸν dixit.

247. Φέρε δὴ Lipſ.

249. ὄτρυνεν Vrat. a.

250. Appicta eſt ξ΄ Veneto; nihil tamen in Scholiis monitum, niſi forte in ὄρσεο peccatum fuit a Zenodoto, qui non vidit ab ὄρσω, ὄρσομαι ductum eſſe. Eſt aliud, quod Schol. A. ex Porphyrio *de praetermiſſis*

ab Homero nominibus: (*ἐν τῷ περὶ τῶν παραλελειμμένων τῷ ποιητῇ ὀνομάτων*) monet, Priami matrem apud Alcmanem memorari Zeuxippen, apud Hellanicum Strymo. Extat idem Scholion in Schol. br. ad h. v. cf. Not. ad Apollod. p. 752.

252. *ἢν ὅρκια πιστὰ τάμηται* vulgo legebatur. Fluctuat lectio in vltima voce et poteſt in varias partes trahi. *τάμηται* inductum eſt ab Ald. 2. eandem firmauit ed. Rom. (quid Euſtath. legerit non apparet) vix tamen media forma ſatis eſt accommodata h. l. Eſt quoque altero loco Il. I, 576 *ταμέσθαι* actiua ſignificatione. Antea in Flor. et Ald. 1. legebatur *τάμωμεν*, quod poteſt videri docte dictum, vt praeco ipſa mandantium verba recitet; poteſt tamen etiam ab interpolatore ex vſ. 257 *ναίοιμεν* eſſe profectum; etſi quoque legitur in Vrat. c. At eſt tertia lectio *τάμητε* e qua error vulgatae argui poteſt: nam ex ea facile *τάμηται* oriri potuit: hoc *τάμητε* exhibent Ven. Lipſ. Oxon. Townl. Eat. Vrat. a. Moſc. 1. et ex corr. 3. Cod. ed. Vindob. Iam hoc vnice verum exiſtimarem, niſi ex Cod. Cantabr. prolatum eſſet *τάμηαι*. Cum ambiguus inter duo haec haeream, haud multum aberat, quin relinquerem, quod vulgo exaratum erat; eſt tamen erroris ratio ex *τάμηαι* orti tam aperta, vt de eo, tanquam vnice vero, vix dubitare liceat.

254. *μαχρῆσ'* Cant. *μαχήσονται* Lipſ. Vrat. c. et ed. Flor. Erneſti tamen ſuſpicabatur fuiſſe *ἐγχείῃς μαχέσονται*. Et prodit ſic haud dubie verſus comtior.

255. *γυνὴ καὶ κτήμαθ' ἕποιτο.* Oxon. *ἕποιντο.* Nil mutat Plutarch. Sympoſ. IX, 13. p. 741. F.

257. *ναίοιμεν Τροίην — τοὶ δὲ νέονται.* ※ aſteriſcus reſpicit Zenodoteam lectionem ſupra 74. vbi *ναίοιμεν* in Paridis verbis non bene legi aiebat grammaticus, melius autem hoc loco. *νέονται* Mori et Oxon. Ven. Townl. vn. Vindob. Eaton. Vrat. c. Moſc. 1. 3. tum edd. vett. omnes, etiam Rom. cum Turn. Intulit *νέωνται* Steph. iam ante Caſtellionem, quem Erneſti laudat. Vſus coniunctiui pro imperatiuo requireret ſubintellectum *ὡς*, vt

ſup. v. 166 ὡς — ἐξονομήνῃς. In C. et L. apud Bentl. Lipſ. Vrat. a. cum Vindobon. ed. νεέσθων quod praeferas, niſi, eſſe illud ex v. 74 repetitum, ſuſpicio foret.

258. Ἄργος et Achaia per appoſitum dicta: v. ad 75.

259. ἐκέλευσε δ' ἑταίροις, ἵππους ζευγνύμεναι. Flor. Ald. 1. ἐκέλευε. ἑταίροις repoſui pro ἑταίρους. ſane et hoc recte dici poſſet, ſed ſequente altero quarto caſu ἵππους praeſtat alterum. Habet autem ἑταίροις auctoritatem Veneti et Lipſ. apponit grammaticus οὕτω αἱ Ἀριστάρχου. συνεφώνει καὶ ἡ Ζηνοδότου. etiam vn. Vindob.

260. ὀτραλέως. Sch. br. σπουδαίως. ταχέως. Similia Heſych. in h. v. et in αἶψα καὶ ὀτρ. Etymol. hoc verſu adſcripto. Iterum inf. T, 317. et Od. T, 100.

261. 2. Eſt h. l. obſeruandum, quod et ad anaglypha aliaque priſcae artis opera ſpectare poteſt, cum in pugna ὁ παραβάτης prior dignitate ſit, vtpote pugnator, equos autem regat ὁ θεράπων, h. l. Priamus rex ipſe aurigae vices ſuſtinet, habenis regendo equos, Antenor autem adſtat ei. Aſſumſerat autem hunc Priamus comitem, tanquam virum prudentem et Achiuis haud ignotum, vt ſupra 203 vidimus.

κατέτεινε τὰ ἡνία. quippe habenae religatae erant orbiculo currus; has manu prehendit et intendit ὀπίσω κατὰ τῶν ἵππων. cf. ad E, 261.

261. ξ quod currus, δίφρος, duo inſiſtentes recipit; et quod heroes αὐτουργοί, nam ipſe Priamus aurigatur. Sic A. At B. L. praeludi ita volunt narrationi de Priamo curru vecto in caſtra Achaeorum in Ω.

262. πὰρ δέ οἱ Ἀντήνωρ περικαλλέα βήσατο δίφρον. βήσατο antea erat vulgatum inde ab Ald. 2. At βήσετο eſt in Ven. Cant. Vrat. b. c. A. Moſc. 1. vn. Vindob. edd. Flor. Ald. 1. Eſt haec illa perpetua varietas in hac forma, ſaepius notata a grammaticis. Editores modo hoc, modo illud inferunt ſine certo conſilio: cf. ad B, 35. Clarke plerumque vulgarem formam praetulit. Secundum Schol. A. Ariſtarchus praeferebat βήσετο, reliquerat

tamen *βήσατο*. Si loca, in quibus haec varietas occurrit, diligentius inſpicias, ſunt ſane alia ita comparata, vt et aoriſtus et imperfectum pari iure locum habeat: vt B, 35. ſi conferas B, 84 et K, 531. Λ, 516. 7. et ſimili loco etiam aoriſti ſecundi occurrunt. At ſunt alia, in quibus ex iunctura et ordine ſententiarum imperfectum requiritur: Od. Γ, 481 *ἀνεβήσετο*, ſequitur *ἀνέβαινε* et *λάζετο*. Od. Δ, 521 *ἀπεβήσετο — καὶ κύνει — χέοντο*. H, 135 *ϑηεῖτο — ἐβήσετο*. N, 75 *ἐβήσετο — κάϑιζον*. Sic et O, 284. 285. Et ſic in Iliade, vt inf. 312 *ἔβαινε, τεῖνε, βήσετο*. E, 745. et Θ, 389. K, 513. 529. N, 26. Iam grammatici veteres, ſi criticen exercere volebant, aut codices aut rationes quas attulimus ſequi debebant; quorum neutrum fecerunt. Similis ambiguitas eſt in *δύσετο* et *δύσατο*. Eſſe autem talem formam praeſentis *βήσομαι*, dubitari nequit; nam eſt v. c. Θ, 105 *ἀλλ' ἄγ' ἐμῶν ὀχέων ἐπιβήσεο*. Poſt *ἔβη, τεῖνεν* et ſequente *ἔχεν* erat ſane quod *βήσετο* praeferres. *πὰρ δέ οἱ βήσετο*, pro *παρεβήσετο*, dictum eſt proprie, vnde *παραβάτης*.

263. ξ— quod ad *Σκαιῶν* omiſſum *πυλῶν*. et quod nunc *Σκαιῶν* dixit non *Σκαιάων* (ſcilicet vt Il. X, 6. Inepta obſeruatio!) *πεδίον ἔχον* ſine *δ'* Lipſ.

264. *γρ. κατὰ* Τρ. *Barn.*

265. *ἐξ ἵππων ἀποβάντες*. Euſtath. *τὸ τοῦ ἅρματος καταβῆναι, ἵππων ἀποβῆναί ἐστι*. ad ſenſum recte. ſed *ἵπποι* ſunt pro *ἅρματος*, et *ἵππων καταβῆναι* non minus dictum vt Il. K, 541.

267. *ἔπειτ' ἄναξ* peſſime Stephanus nouauit; eſt tamen in libris v. c. Moſc. 1.

268. *ἂν δ' Ὀδυσσεὺς*, Sch. br. *ἀνέστη δὲ καὶ Ὀ.* recte ad ſenſum, ad verba tamen debuit *ἀνώρνυτο* h. l. et Ψ, 755 ſubintelligi, formatum vti *ἀνόρουσεν*. Sic H, 168. Ψ, 837. et alibi ſupplendum ex antec. *ἀνῶρτο*.

πήρυκες ἀγαυοί. ſpectat ad h. l. ex parte Heſychiana gloſſa: *λαμπροί, φωτεινοί, ἔνδοξοι, ἐπιφανεῖς*. Sch. br. vero, *νῦν ϑαυμαστοί*. Conf. Λ, 1. Δ, 534. Eſt omnino epi-

theton ornans, obiiciens legentis ſenſui aetatem, inceſſum habitumque hominum ſacra geſtantium.

269. ὅρκια πιστὰ θεῶν σύναγον. συνῆγον τὰ εἰς ὅρκον χρήσιμα Euſtath. cf. ſup. ad 245.

270. μίσγον, ἄταρ βασιλεῦσιν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευον. ξ— quod μίσγον non h. l. de vino aqua miſcendo dictum, ſed de confuſo Troianorum et Achiuorum vino; (hoc et Sch. br. et Euſt. cf. inf. ad Δ, 159. et B, 341.) et quod ἔχευον ab Ariſtarcho ſcriptum, quod conuenit cum μίσγον. Sic quoque Ven. B. exhibet, et Sch. br. tum Oxon. Lipſ. (vbi Schol. ἵν' ᾖ ἀνάλογον τῷ μίσγον) Townl. Vrat. c. et tres Vindob. ed. Flor. at diceſſit ſtatim Ald. 1. ἔχευαν, quod inde obtinuit. Fuit autem, ſingulari huius ſacri ritu, vinum vtriusque foedus facientis populi apportatum in ipſo cratere confuſum, haud dubie ſymbolica aliqua ratione et reſpectu ad ipſam animorum coniunctionem. In ſacris, etiam foederis cauſſa factis, alias σπονδαὶ ἄκρητοι fiebant, vt appellantur B, 341. et de hoc ipſo ſacro noſtro Δ, 159. a quo adeo nec abeſſe potuit libatio; ab ea tamen diuerſus alter hic ſacri ritus. — μίσγειν adeo diuerſum eſt a κεράσαι, κεράσασθαι miſcere vinum aqua in poculo.

Ceterum diſcendi ſunt ex h. l. ritus antiquiſſimi in foedere feriendo; memorabiles, vt apud alios populos antiquiores et rudiores, cum nondum perſcriberentur pactionis verba. Sunt in iis pili ex victimae fronte reciſi et inter paciſcentes vtrinque diuiſi; foederis conditiones per preces et diras enuntiatae; victimae ab altera parte caeſae, ab altera abſportatae; libatio facta vtrinque. Diverſa nonnulla ſunt in ſimili loco inf. de Agamemnone iurante, Briſeidem a ſe intactam dimitti: T, 250 ſq.

271. ξ— quod μάχαιρα h. l. eſt ἡ παραξιφίς, iuxta enſem ſuſpenſa. Alias ἐγχειρίδιον. vt Euſt. Ceterum obſeruandus et hic mos geſtandi mucronem propter artis priſcae monumenta. Verſus 271. a. 3. iterantur inf. T, 252. 3. 4. in iuriſiurandi apparatu, quo ſe Achilli purgat Agamemnon de intacta Briſeide.

272. ἦ οἱ παρ' ξίφεος μέγα κουλεὸν αἰὲν ἄωρτο. Vix credas, nisi oculorum fides iuberet μέγαν scribi et edi in Flor. Ald. 1. Turneb. vt in codd. Mosc. et al.

Variat scriptura hic et altero loco T, 253. ad quem vide. ἄωρτο editum in Flor. et Ald. 1. ἄορτο receptum ab Ald. 2. firmatum per Rom. obtinuit per edd. seqq. excepta Turn. et hinc forte aliis quae ἄωρτο repetierunt; idem fecit Wolf. nam Glasg. habebat ἄορτο. Iam Grammatici modo hoc modo alterum amplectuntur, ἄωρτο Apollon. Lex. h. v. Hesych. Suid. Etym. Eustath. qui tamen ἄορτο ab aliis legi obseruat, et Schol. A. qui ex Herodiano eandem scripturam laudat, Schol. br. Reliqui itaque scripturam hanc, cum parum referat, vtro modo scripseris. Habent eam quoque codd. Mori, Cant. Barocc. Lipsi. Ven. Vrat. a. b. c. Mosc. 1. duo Vindob. Laborant porro grammatici in forma et ratione τοῦ ἄωρτο. Herodianus ἐν τῷ β ποιημάτι (leg. ἐν τῷ β' ὑπομνήματι) τῷ περὶ παθῶν Διδύμου, (τῶν vel τοῦ περὶ παθῶν Διδύμου. cf. ad P, 201.) ab ἄρω, ἁρμόζω, duxerat ἦρμαι, ἤρμην, ἦρτο, ἄρτο, ἄωρτο miro acumine! Sic Ven. A. et Etymol. Apud hunc alii ab αἴρω, ἦρτο, ὦρτο, ἄωρτο. Iterum alii pro ἠώρητο ab αἰωρέω. Tandem et ab ἀείρω, ἄορτο. Si semel argutari super antiqua forma, cuius causſam nondum repererunt, volebant grammatici, quid ni simpliciſſimam sequebantur? fuit forma ἄορμι, ἄορμαι, ἠόρμην, ἀόρμην, et hinc ἄορτο. nam ω Homerus non norat. Potuit autem esse tale verbum; nam fuit quoque ἀόρω, simili vi, qua εἴρω, ἀείρω, *necto*, nam hinc factum ἀορτήρ, *ensis*, et hinc ducta παρήορος, μετήορος et reliqua. Vim vocis exprimit glossa Hesychii, ἄωρτο, ἐκρέματο. παρήρτητο· hoc postremum est in Apollonii Lex.

273. ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων — ξ÷ „quod Zenodotus ἀρνέων scripserat." Similia B. L. At ab ἄρνες non fit ἀρνέων. nisi dixeris fuisse ἀρνεύς. Acceptum itaque ἀρνέων dictum pro ἀρνείων, adiectiua forma. Id colligo e loco corrupto Etymologi, vbi in voc. κεφαλέων dicitur Zeno-

dotus legiſſe ἀρνῶν ἐκ κεφαλαίων quod prorſus indoctum et abſurdum eſſet; repugnante quoque metro. Sed grammaticus, vnde haec exſcripta ſunt, egerat de ἀρνέων pro ἀρνείων. monetur enim βόειον κεφαλὴν et ſimilia dici de mortuis, non de viuorum capitibus.

Quod autem pili ex victimae capite reſciſſi distribuuntur, factum eſſe aiunt, vt in caput periuri verterentur malum; ideoque distributos eſſe pilos. Euſtath. laudat quoque verſus Sophoclis in verbis Teucri: γένους ἅπαντος ſq. Ai. 1178. 9. Enimuero communis ſacrorum fuit ritus, pilos ex victimae fronte reſcindere, *vt eſſent pro ἀπαρχῇ diis oblata;* itaque mox igni cremandae erant: quod tamen h. l. non ſit, vt nec in iureiurando l. c. Il. T, 256 κάπρου ἀπὸ τρίχας ἀρξάμενος. vbi v. Obſſ. Distribuuntur autem h. l. inter principes adſtantes, vt omnes fierent ſacri et foederis participes, forte etiam vt pilos, tanquam foederis facti documentum, aſſeruarent; vti alter, Priamus, victimarum partes ſecum aufert.

274. νεῖμον Lipſ. Townl. Eaton.

275. τοῖσι δ' Flor. Aldd. et rel. ante Turn. et Steph. ſic et Vrat. c. Vide Excurſ. ad B, 718.

276. ξ— quod Ἴδηθεν μεδέων pro Ἴδης. Sane ſic plerumque caſu ſecundo μέδεσθαι, ἀνάσσειν, dii dicuntur, *praeeſſe ei loco, in quo coluntur:* vt et accepiſſe videtur Sch. Aeſchyli S. ad Theb. 169. Attamen h. l. eſt ἐξ Ἴδης. vt et B. L. ἐξ Ἴδης ἐποπτεύων. Heraclid. de Alleg. 3. p. 8. laudat: Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, κελαινεφὲς, αἰθέρι ναίων, Ἠέλιός θ' etc. memoriter priora ex B, 412. Simili modo haec recitat Lesbonax p. 198. quae ex Cleanthis interpolatione nata eſſe ſuſpicor, qui digniorem Ioue lectionem inferre voluerat pro Ἴδηθεν μεδέων. vt diſco ex Plut. de aud. poet. p. 31. D. E. Eſt Porphyrii ad h. v. quaeſtio in B. et L. cur, cum excidio perdendi eſſent Troiani, non tamen periurii reos eos fecerit poeta, ſed finitur pugna ſic, vt res exitum non habeat; nam Paris non interimitur; non autem niſi altervtro interemto conditiones pugnae, locum habebant.

Narrat Porphyrius Aristotelem quaestionem sic soluisse: non periuros factos esse Troianos sed *diris deuotos*, *κατηράτους*, vss. 298 sq. *Ζεῦ κύδιστε — ὁππότεροι πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια πημήνειαν* sq. hoc ipsum machinatam esse Iunonem cum Minerua Δ, 66 sq." (Scilicet hoc voluit dicere: periurii, quod ad pugnam inter Menelaum et Paridem spectat, reos non esse factos Troianos, sed inducianum violatarum, sagitta mox a Pandaro in Menelaum emissa: hoc esse Δ, 67. et 72 *ὑπὲρ ὅρκια δηλήσασθαι, τὸ δὲ βλάψαι οὐκ ἔστιν, ἐπιορκῆσαι.* Vereor ne haec sint nimis subtiliter exputata, ad rationes philosophicas *περὶ τοῦ δικαίου.* Nam *πημαίνειν ὑπὲρ τὰ ὅρκια* 299 vix aliud esse potest quam *ἐπιορκεῖν.* Quantum assequor, omnia haec *ad oeconomiam poetae* sunt referenda: expectare nos iusserat pugnam; dum de eius exitu solliciti eramus, ecce pugna inter Paridem et Menelaum interponitur; pugnae euentu iterum omne Iliadis argumentum intercipi poterat, caeso Paride; inuenta noua fraus, qua nos deludit, Paride neci subducto; restabat pugna facienda; nouauit tamen et hic aliquid poeta ingeniosus, vt Troiani inopinos Achiuos aggrederentur, et quidem initio per Pandari perfidiam facto, a quo vulneratus Menelaus nobis alium metum iniecerat. Itaque Troiani haud dubie periurii rei facti, h. e. pactionis, sed alio modo; quae poeta non tam subtiliter discernit. cf. ad 302. et 457.

Ἴδηθεν μεδέων accommodate, vt ex Ida prospiciat Iupiter et foedus factum testetur. Scilicet sacrum fuisse Iouis in Idae vertice vel hinc patet. Erat Iouis ara in Gargaro Θ, 48 *Ἴδην — Γάργαρον, ἔνθα δέ οἱ τέμενος βωμός τε θυήεις.* Habitat itaque Iupiter in monte et ex eo prospicit, vt Iehoua ex monte Sinai. Opportunitatem dedere, nubes his montium iugis insidentes et fulmina inde procedere visa. Narratur enim ab his, qui haec loca adierunt, nubibus in his montium iugis collectis, et versus camporum planitiem ad mare se demittentibus, nasci tempestates et procellam.

Ne in ceteris argutemur, et Iouem ad Hellenas, Tellurem et Solem ad Troianorum religiones referamus intercedit alter locus in Il. T. vide sup. ad vs. 103. 4.

277. Ἠέλιός θ', ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις. ξ διπλῆ περιεστιγμένη, ὅτι ἥλιος ἀντὶ τοῦ ἥλιε, ὡς κἀκεῖ· Δὸς φίλος (Od. P, 415) καὶ, ἀλλὰ φίλος, θάνε καὶ σύ (Il. Φ, 106. Similia sunt in Schol. Pindari P. XI, 1. Ergo id, quod vulgatissimum inter nos habetur grammaticis illo tempore visum est notabile, primum casum poni pro vocatiuo. Inter Soloeca hoc relatum video a grammatico ad calc. Ammonii p. 198. Quid autem in his peccarit Zenodotus non apparet) καὶ πρὸς τὴν ἀθέτησιν τῶν ἐν Ὀδυσσείᾳ· ὠκέα δ' ἠελίῳ ὑπερίονι ἄγγελος ἦλθεν (M, 374.) περὶ τῆς ἀπωλείας τῶν βοῶν τῷ πάντα ἐφορῶντι (vt adeo versus damnandus esse videretur, quia factum nuntiatur aliquid Soli, qui tamen omnia videt). Subiecta est e Schol. B. et L. Porphyrii quaestio super eadem re valde inepta. Altero enim loco poeta Soli praedicatum perpetuum adiungit, ὃς πάντ' ἐφορᾷ, altero loco poetico more narratio instituitur. Cuius generis in Homero haud pauca in diuersam rationem variata occurrunt. Etiam 278 habet ξ in Veneto, librarii errore arbitror.

279. ξ aduersus Zenodotum; ex duali enim apparere, de Plutone et Proserpina haec dici, non de mortuis: οὐκ ἐπὶ τῶν νεκρῶν. At quomodo is hoc facere potuit? An forte legerat: καὶ οἵ ὑπένερθε καμόντες ἀνθρώπους τίνυσθον *et Manes qui vlciscimini*: vt dualem pluralis locum tenere putarit? nam ita τίνυσθε esse debuisset, facile etiam locum habuisset, si legebatur ἀνθρώπους τίννυσθ', ὅστις κ' ἑ. fere vt in edd. Heraclid. de Allegor. c. 3. καὶ οἱ ὑπένερθε καμόντες ἀνθρώποις τίνυσθον. — Tum τίνυσθον et τίννυσθον etiam h. l. variant. At enim si τίνω priorem habet longam, quod ipse Clarke fatetur (a τίω,) v. c. inf. 289. non est liberum, τινύω an τιννύω scribere velimus, sed vnica vera ratio est τινύω. sicque vbique refingam; nam variat lectio, vt Il. T, 260. Od. B, 73. N, 214. — ἀνθρώπους — ὅστις pro

οἵτινες, nota figura, quam illuſtrat Euſtath. e recentiorib. v. c. Br. ad Soph. Ai. 760. Pro ὅτις in multis legitur ὅστις metri ignorantia; κ' quoque abeſt Townl. Eat. tum nec dualem attendunt; ita Moſc. 1. reddit τιμωρεῖσθε. debebat ſaltem ſic refingere, τίνυσθ' ὅστις. Porro ἐπίορκον vna voce, vt et verbum: οὐδ' ἐπιορκήσω πρὸς δαίμονα (Il. T, 188.) Ven. B.

Ceterum in altero loco, iam memorato T, 259. 260. pro diis inferis, Plutone et Proſerpina Erinnyes memorantur αἵ θ' ὑπὸ γαῖαν ἀνθρώπους τίνυνται, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ. Confuſe, ex vtroque loco, ductum eſt ad 278. Schol. br. quod meliora apponit ad vſ. 279. Notabilis autem locus, quod poenae *a mortuis* exigi creduntur; periurium autem inter atrociora flagitia, maturo habitum.

280. ξ quod Zenodotus ſcriptum habebat μάρτυρες, cum Homero ſit ὁ μάρτυρος. Obſeruatio plus quam vicies repetita ad faſtidium. Ζεὺς δ' ἄμμ' ἐπιμάρτυρος ἔστω Il. H, 76. Porro ἔστε ſcribere iubent grammatici, imperatiue non ἐστέ. Sch. A. B. L. Etymol. — Alio autem modo ii, qui iurant, alio h. l. dii iusiurandum ſeruant, curando, vt obſeruetur fides a iurantibus data.

281. Eſt hic alia quaeſtio Porphyrii ex Ven. B. quae potius inf. ad 457 ſpectat, de discrimine verborum Hectoris ſup. 92 ὁππότερος δέ κε νικήσῃ κρείσσων τε γένηται et Menelai: εἰ μέν κε M. — καταπέφνῃ. (De quo monitum ad v. 101. 2.) quo ipſo Troianis pugna facta parata ſit reſponſio: non eſſe reddendam Helenam, cum Paris non necatus fuerit; at Agamemnonem inf. 457 poſcere Helenam, et verba Hectoris praetendere ex v. 92. quibus *deuicto* altero conditio propoſita fuit." Hoc alterum argutius quam verius. Sufficit pugnae conditionem ab ipſo Agamemnone pronuntiatam locum non habere.

282. ἐχέτω. Plutarch. Sympoſ. IX, 13. p. 742 A. ἀγέτω. Sane Homericum eſt ἀγέσθω ſup. 72. 93. Eſt tamen ἀγέτω Od. Γ, 424. Verum Plutarchus, qui eo loco

plura ex Homericis laudat, (cf. inf. ad 457.) memoriter recitans nonnulla confundit. Ita eodem loco subiiciens vs. 285 sic effert: Κτήμαθ' ἑλὼν εὖ πάντα γυναῖκά τε οἶκον ἀγέσθω ex vs. 72. 93.

283. Ἡμεῖς δ' ἐν. versum alicubi omitti, notauit Steph. et abest a Lipf. et a Townl. Eat. vno Vindob.

285. ἀποδοῦναι, ἀντὶ τοῦ· Τρῶες ἀποδότωσαν. Ven. A.

286. ξ— quod τιμὴν ait τὸ ἐπιτίμιον. mox v. 290 ποινήν. Alias τὸ ἐπιζήμιον. τὸ πρόστιμον τοῦ πολέμου br. Sch. et Apollon. in τιμή, — ἐπὶ δὲ τοῦ προστίμου· Τιμὴν δ' Ἀ. ἀ. sic et Schol. Sophocl. Oed. Col. 381. Porro τιμήν τ' Ἀ. vterque Mosc. ἣν ἐπέοικεν Eustath. vn. Vindob. ἥν τ' ἐπέοικεν. sed fuisse putandum ἥν τε ϝεϝοικεν. cf. ad Δ, 341.

287. ἤ τε καὶ ἐσσομένοισι μετ' ἀνθρώποισι πέλῃται. L. et C. apud Bentl. ἤ τ. κεν. De huius versus qui et inf. 460 repetitur, fuco non sine caussa me dubitare arbitror. Primo sententia non est absoluta: ἤ τε καὶ ἐσσομένοισι μετ' ἀνθρώποισι πέλῃται desideratur aliquid, quod Schol. supplent: Φανερὰ γενήσεται καὶ (f. ἢ) μένει καθάπερ νόμος. Similia loca occurrunt plura, in quibus πυθέσθαι adiicitur: Od. Λ, 76 σῆμα τέ μοι χεῦσαι — καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. Φ, 255 ἐλεγχείη τε καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. Ω, 432 Λώβη γὰρ τάδε γ' ἔστι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. Item Il. B, 119. Abest quoque versus in Porphyrio et hoc et 460. etsi hic reponas, ad consilium eius, quo locum recitat, (ad 281.) versum non spectasse. At eum agnoscit Eustath. — ad πέλῃται Barnes in Schol. adscripsit: γρ. καὶ μέλῃται. nescio vnde; verum sic μετὰ abesse deberet, vt sit μέλεται τοῦτο ἐμοί.

288. Πρίαμος τιμὴν Vrat. a. Laudat versum Schol. Sophocl. Oed. Col. 373. vt doceat esse τιμὴν Homero πρόστιμον.

289. οὐκ ἐθέλουσι L. et C. ap. Bentl. cum cod. Vindob. ed. at est ἄν in vs. antec.

290. μαχήσομαι reuocatum est, vt sibi constaret scriptura pro edito μαχέσσομαι. v. ad A, 298. Est autem

μαχήσομαι lectio Aristarchi: quam Ven. habet, et Schol. Ven. A. Sic C. L. ap. Bentl. cum vno Vindob. — ποινὴ nunc compensatio, per quam satis facimus, pro iniuria: qui antiquior vocis vsus, proprie caede facta, vt satis fieret propinquis tanquam per ἐπιτίμιον ὑπὲρ τοῦ πεφονευμένου, Homero frequens. cf. ad 207. N, 659: inprimis Σ, 498.

292. ἀπὸ στομάχους ἀρνῶν τάμε. ἀπὸ est Aristarchea lectio; at plures ἐπί. nec inelegans est lectio indicio Ven. A. καί ἐστιν οὐκ ἄχαρις ἡ γραφή. Enimuero non tam de elegantia quaerebatur, sed diuersus sensus notandus erat. Si ἀπέταμε στόμαχον· fauces adeoque ceruicem abscecuit; si ἐπέταμε tantum iugulum immisso cultro secuit. Communi vsu ἱερείων τὰς Φάρυγγας ἀποτέμνειν esse ait Pausan. VIII, 37. p. 676. Est autem στόμαχος Homero ὁ λαιμὸς, proprie inferior eius pars, οἱ βρόγχοι, ait Eustath. vnde tandem ventriculi orificium declaratum est ea voce. cf. Etymol. Hesych. cf. inf. ad P, 47. τάμνειν ἐπὶ τοῦ θῦσαι Apollon. h. v. (v. ad B, 124) idem νηλέϊ χαλκῷ respexerat in voc. νηλεῖς, vbi v. Villois. νηλὴς occurrit semel inf. I, 628.

294. θυμοῦ δευομένους *vita priuatos.* explicat Apollon. Lex. in δεύεσθαι. μένος pro vita antiquo sermone, quia cum vita vis ac robur discedit.

295. Οἶνον δ' ἐκ κρητῆρος ἀφυσσάμενοι — Primo, ἐκ abest ab Harl. additur tamen ἐκ aliis quoque in locis. Tum ἀφυσσάμενοι. Ita et Ven. At Schol. monet, eam esse Aristarchi lectionem, alios legere ἀφυσσόμενοι. Sicque Lipsi. a pr. m. Mosc. 1. Eaton. cum binis Vindob. Eadem varietas Ψ, 220. in ceteris locis ἀφυστάμενος obtinet. edd. Ald. 2. et hinc ductae. Deseruit Turneb. Steph.

296. θεοῖς αἰειγενέτῃσιν. τοῖς ἀΐδιον ἔχουσι τὴν γενεάν, ἤτοι αἰεὶ οὖσιν. Sic Schol. Similia ceteri grammatici, Etymol. Hesych. vt sint ἀειγενεῖς. Scilicet ex re interpretantur; nam ex analogia sunt, *qui semper genitores sunt.* διὰ παντὸς ἐνεργοῦντες.

297. ξ— quod ὧδε Homero eſt οὕτως nunquam pro aduerbio loci. Obſeruatiuncula et alibi repetita, tum ap. Etymol. Euſtath. In marg. Vrat. b. legitur: γρ. ἄλλως· ἰδὼν εἰς οὐρανὸν εὐρύν. quod et vn. Vindob. habet. Scilicet ex aliis locis v. c. H, 178. et inf. 364.

299. ὑπερόρκια vna voce Mori L. ap. Bentl. Moſc. 1. et al. ea forma qua ὑπέρμορα B, 155 et alia. δηλήσαντο et ex corr. δηλήσαιντο Moſc. 1. ex Δ, 236. Redit ſane ad idem, δηλεῖσθαι et πημαίνειν, *iniuriam facere*, ὑπὲρ τὰ ὅρκια, *praeter pactionem, contra iusiurandum*; adeoque *violare foedus*; βλάπτειν. Sch. br. βλάψειαν διὰ τὸ παρελθεῖν αὐτοὺς (τοὺς ὅρκους) Moſc. 1. inter lin. ἔξω τῶν ὅρκων. Supra 107 erat μή τις ὑπερβασίῃ Διὸς ὅρκια δηλήσηται.

300. Obſeruant B. L. σφὶν — αὐτῶν. (ſed eſt φέοι σφὶν ὁ ἐγκέφαλος αὐτῶν) et comparant Od. I, 256 ἡμῖν δ' αὖτε κατεκλάσθη φίλον ἦτορ Δεισάντων φθόγγον τε βαρύν.

300. 1. ἄλοχοι δ' ἄλλοισι μιγεῖεν. Euſtath. δαμεῖεν ἢ μιγεῖεν. Etiam Harlei. vtrumque habet, et Schol. ad E, 486 laudat δαμεῖεν. Etiam Vindob. vnus in marg. γρ. δαμεῖεν. Et eſt hoc expreſſum e cod. Ven. et ſic Townl. ſane vocabulum vſitatum hac in re, vt Il. Σ, 432. Convenit tamen h. l. alterum cum ſymbolo vini mixti, pro ſenſu rudiore iſtorum hominum; non ad ſenſum noſtrum.

302. οὐδ' ἄρα πώ σφιν. fuit et πῶ σφιν ſcriptum, teſte Euſtath.

303. τοῖσι δὲ Δαρδανίδης. Barnes hic et alibi ſcripſit τοισίδε reprehenſus a Clarkio.

304. κέκλυτέ μευ. Barocc. κέκλυτ' ἐμεῦ.

305. ἦτοι ἐγὼν εἶμι προτὶ Ἴλιον. Mori: ἦτοι ἐγὼ μὲν εἶμι πρὸς Ἴλιον.

Ceterum quaeſtio eſt, haud dubie e Porphyrianis, ad 300. 306. in Ven. B. cur nunc Priamus nolit pugnam filii cum Menelao adſpicere, qui poſtea Hectoris congreſſum cum Achille e muris vrbis proſpexit? E pluribus, quae memorantur, (abſurdiora etiam in Ven. A.

et Schol. br. ad 313.) hoc locum habet: quod Priamus non otioſe ſpectat Hectoris pugnam, ſed eum obteſtatur, vt intra moenia ſe recipiat, et vna cum Hecuba et aliis de eius ſalute conſilia verſat. At h. l. indecorum fuiſſet, cum ex compoſito pugna fiat, patrem adſtare ſpectatorem.

306. ἐπεὶ οὔπω τλήσομ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὁρᾶσθαι. Edd. οὔπως. Eſt οὔπω in Euſt. ed. Flor. Ven. Vrat. tribus. Moſc. 1. 3. Eat. et recte ante τλ. τλήσομαι ὀφθ. Euſtath. minus ſcite ad aurem. v. ad A, 587.

308. μέν που eſſe forte pro μέντοι. Ven. B. L. Ζεὺς γάρ που Euſtath. At μὲν που etiam Plutarch. Sympoſ. IX, 13. p. 742 E.

310. Cur victimae reportentur a Priamo in vrbem, varia comminiſcuntur grammatici B. et L. Sufficit eas non cremari. cf. not. ad 292.

312. βήστο Ven. Vrat. a. b. A. cum vno Vindob. quod h. l. iunctura verborum poſtulat, pro vulgato βήσατο. vide ad 262. Mox 313. ποτὶ Euſtath. Et de ἄψορρος v. ad H, 413.

315. Porphyrii fuit quaeſtio, (e quo Euſtathius petiit) haud dubie ſecundum antiquiores, cur nunc Achini locum dimenſi ſint pugnantibus, cum in pugna Hectoris et Aiacis (inf. H, 225 ſq.) hoc idem non fiat. Varia argutantur grammatici. Simpliciſſimum erat dicere: conſtitutum eſſe ſpatium iuſtum inter duas acies, quas exiguo interuallo medio relicto ſibi adſtitiſſe ſupra vidimus (115 πλησίον ἀλλήλων· ὀλίγη δ' ἦν ἀμφὶς ἄρουρα). Tum autem recordandum, Paridem et Menelaum cominus haſtis ſe petiiſſe: cui pugnae generi certus ſtatus conueniebat, vt alter alteri ictum inferret.

316. Verſus iterum legitur Ψ, 861. Recitat eum Apollon. Lex. in κλήρους. p. 400. 1. vbi βάλλον pro πάλλον eſt; vnde creditur olim ſic quoque lectum fuiſſe: v. Not. ad e. l. Enimuero ἐν δὲ κλήρους ἐβάλοντο eſt Ψ, 352. non ἔβαλον, et H, 187 ὅς μιν ἐπιγράψας κυνέῃ βάλεν de eo, qui ſortem in galeam iniicit. Et multo pro-

babilius eſt librarium lapſum eſſe in Apollonio, quia praeceſſerat: κλήρους. Sunt enim verba: κλήρους. ἐπὶ μὲν τῶν βαλλομένων εἰς τὸν λαχμὸν, vt legendum cum viris doctis. Ipſe enim Apollon. agnoſcit πάλλειν et πάλος altero loco p. 525. πάλος. κλῆρος, ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι πρὸς τὴν ἄρσιν τοῦ λαγχάνοντος. — Vnde Heſychii Scholion in πάλλος emendandum eſſe manifeſtum fit.

317. ἀΦ' εἴη Ven. inſcite. ἀΦίει Vrat. a. b. Moſc. 1. Townl. e corr. Eſt autem in hac voce et forma ſimili perpetua modo varietas modo aberratio: vide ad P, 631. T, 464.

318. λαοὶ δ' ἠρήσαντο, θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνέσχον. Ita iam olim fuit ſcriptum; at viderat Nicanor ita inferri tanquam diuerſa: copias eſſe precatas, et alterum: ad deos manus eleuaſſe. Atqui preces, inquit, nec minus iisdem diis faciebant; diſtinxitque adeo: ἠρήσαντο θεοῖς, ἰδὲ χεῖρας ἀνέσχον. Scilicet vidit ille male olim fuiſſe diſtincta verba. Seruarunt hanc obſeruationem A. et B. add. Euſtath. et legitur θεοῖς ἰδὲ χ. in Barocc. Cant. Lipſ. Vrat. c. tum in edd. Flor. et Ald. 1. At Ald. 2. mutauit, et ex ea Iuntina, quippe quae ex illa eſt expreſſa. Itaque hoc reuocaui, h. l. et in Il. H, 177. vbi vide. Notatus quoque verſus in Sch. B. ad Ω, 499. quod ἠρήσαντο, θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνέσχον dictum ſit pro ἀνασχόντες ηὔξαντο.

319. ὣδε δέ τις εἶπεσκεν. Vrat. a. ὑπέσχεν. forte memoriae vitio ex Il. H, 188. vbi Aiax ὑπέσχεθε χεῖρα ſorti.

325. ἆψ ὁρόων· Πάριος δὲ θοῶς ἐκ κλῆρος ὄρουσεν. Appicta eſt διπλῆ ÷ in Ven. Scholion tamen excidit, quod de Zenodoti peccato aliquo monuit. Ad θοῶς Bentl. adſcripſerat: Heſych. ὀθῶς, ταχέως. leg. θοῶς, quod iam alii obſeruarunt. Apud Gregor. de Dial. p. 144. laudatur: Πάριος δὲ θοῶς ἐκ κλῆρος ἔπεσσεν. memoriter et vitioſe.

326. ἵζοντο κατὰ στίχας. Etiam ad h. v. Bentl. adſcripſerat: „Heſych. κατὰ στίχους, κατὰ τάξεις. leg. στίχας.

ἧχι ἑκάστῳ ἵπποι — ἕκειτο. Aristarchus legebat ἧχι ἑκάστου. et ipsum recte. alterum tamen frequentissimum in Homericis. Antiquitus scriptum erat ἑκαστο, per ο, quod et ω et ου esse poterat.

327. ἵπποι — καὶ τεύχε᾽ ἕκειτο. nota figura, cum verbum proxime ad alterum solum spectat; nam ἵπποι requirebant ἕστασαν. Ven. A. add. Eustath. vel εἱστήκεισαν, secundum τὸν ἀπὸ κοινοῦ τρόπον· quem illustrat Porphyrius in nota inserta Schol. A. Il. K, 165. Simile illud Il. K, 407 ποῦ δέ οἱ ἔντεα κεῖται ἀρήϊα, ποῦ δέ οἱ ἵπποι; vbi cf. Sch.

τεύχε᾽ ἕκειτο vulgo lectum. ἔκειντο Cantabr. vnus Vindob. etiam sic Schol. Sophocl. legit alicubi. At Ionicum τεύχεα κεῖτο Barocc. habet.

ἵπποι ἀερσίποδες vim epitheti in declaranda equorum impatientia notarunt veteres; αἴροντες εἰς ὕψος, κουφίζοντες τοὺς πόδας. Sch. A. et br. et Etymol.

328. αὐτὰρ ὅγ᾽ ἀμφ᾽ ὤμοισιν ἐδύσατο τεύχεα καλά. Intulerat Ald. 2. ἐδύσετο. Iterum hoc eiecit Turnebus secundum ed. Rom. qua ille vtebatur: praefero h. l. aoristum ἐδύσατο, cum sequantur ἔθηκε. ἔδυνε. ἥρμοσε. etc. et sic alibi: sup. B, 578. I, 592. Λ, 16. Male ἐδύσσατο in nonnullis hic et alibi scribitur, vt in Vrat. a. nam δύω longam habet priorem: vt iam ab aliis alibi notatum est. ἐδήσατο Townl. Ceterum habemus hic grammaticorum disputationem de ἐδύσετο et ἐδύσατο similem ei, quam de βήσετο et βήσατο vidimus sup. ad 262. B, 35 et al. Fuit δύσομαι noua forma.

330. 1. 2. iterum occurrunt versus Λ, 17. 18. 19. et Π, 131. 2. 3. et T, 369. 370 et 371. vtro loco primo auctori debeantur, quis dixerit! Sunt quoque similia in Sc. Herc. 122 sq. Initium armaturae vbique fit ab ocreis.

331. ἐπισφύρια, satis patet ex ipsa re et ex etymo, esse fibulas, quibus supra malleolos pedis (τὰ σφυρὰ) ocreae constringuntur; exponuntur tamen et illustrantur a grammaticis, et ab Apollon. Lex. h. v. et in ἀραρυίας, ἡρμοσμένας, vt appareat vocem iam illa aetate fuisse antiquatam. Armatur autem Paris ocreis, thorace, scuto, ga-

lea et haſta, quia antea leuiter armatus proſiluerat: ſup. 16. 17. quod cum non teneret Schol. Lipſ. miras tricas facit.

333. ἥρμοσε δ' αὐτῷ thorax, pro ἡρμόσθη. vt et P, 210 Ἕκτορι δ' ἥρμοσε τεύχεα. Reſoluitur autem ſollenni more Homerico, quod eſſe debebat θώρηκα ἡρμοσμένον οἱ. — De οἷο pro ἑαυτοῦ, agit Apollon. de Syntaxi p. 155.

334. ⸗ 335. ⸗ quod duo hos verſus Zenodotus ἠθέτησε; in Veneto etiam vſ. 333. ſignatur, perperam. Scilicet is locum ita ediderat:

δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνεν
οἷο κασιγνήτοιο Λυκάονος, ἥρμοσε δ' αὐτῷ.
κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην εὔτυκτον ἔθηκεν
ἵππουριν· δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν.
εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ὅ οἱ παλάμηφιν ὀρώρει.
ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισι βάλετ' ἀσπίδα θυσανόεσσαν.

Monet aduerſus haec Sch. A. aduerſari ea mori armandi ſe Homerico; quod ante clipeum arreptum galeam imponit Paris, et enſem omnino non habet: „πρὸ τῆς ἀσπίδος γὰρ, ait, φανήσεται ἀναλαμβάνων τὴν περικεφαλαίαν, καὶ ξίφος μὴ ἔχων.“ Fateor me haec non ſatis aſſequi; cur enim prius clipeum capiat qui galeam nondum impoſitam habet? niſi forte galea capiti impoſita impedimento fuit balteo ſcuti humeris induendo. Iterant tamen hanc obſeruatiunculam grammatici ad Λ, 32. et O, 480. At quod enſem deſiderat grammaticus, rationem habet, quod v. 339 Menelaus eodem modo quo Paris, armare ſe narratur: iam autem is enſem habet inf. 361. Reſpiciunt ad haec iterum Scholia ad 361. et ad 363. (nam ibi leg. τὸ Ἀλεξάνδρου ſc. ξίφος) et ad 370. Atqui ſi ſemel argutias ſectari placet, reſpondeas: Paridem enſe non inſtructum fuiſſe, hinc patere, quod, ſi is enſem habuiſſet, eo arrepto Menelaus eum iugulaturus fuiſſet v. 370. Praefero tamen poſt omnia haec lectionem vulgatam per totum ὁπλισμόν.

336. κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην — ἔθηκεν. — ἐπ' ἔθηκεν. ἀντὶ τοῦ περιέθηκεν Ἀττικῶς. Schol. A. At ἔθηκεν

nude per se dictum accepit Harpocration, qui versum adscribit in θέμενος τὰ ὅπλα ἀντὶ τοῦ περιθέμενος καὶ ὁπλισάμενος. Scilicet variis modis θέσθαι, vel τιθέναι τὰ ὅπλα dicitur; v. Valesii notam ad Harpocrat. Ex vss. 336. 337. risum de Aeschylo captauit Aristoph. in Ran. 1066. vbi v. Schol. ad 1070.

338. εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ὅ οἱ παλάμηφιν ἀρήρει. Ven. A. ait: „in alio εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ἀκαχμένον ὀξεῖ χαλκῷ." scilicet ex aliis locis repetitum.

339. ξ— respicit στιγμὴ ea, quae ad v. 334. 5. notata sunt: Menelaum ensem habuisse, adeoque et Paridem, siquidem vterque eodem modo armatus esse dicatur.

344. καὶ ῥ' ἐγγὺς στήτην διαμετρητῷ ἐνὶ χώρῳ. Sch. A. διαμετρητῷ vltima circumflexa Aristarchus scripsit et alii; καὶ οὕτως ἔχει ἡ παράδοσις (scilicet, cum ex analogia esse deberet διαμέτρητος.) v. Etymol. h. v.

345. σείοντ' ἐγχείας. malebat Stephanus σεῖόν τ', parum tamen interest, iudice quoque Clarke. κοτέοντες Sch. br. cum binis Vindob.

346. πρόσθε δ' Ἀλέξανδρος προΐει δολιχόσκιον ἔγχος. hasta pugnatur modo duplici, aut vt pro telo missili sit, vt emittatur, aut vt cominus pugnetur, hostis feriatur: ἐγχείῃ ὀρεκτῇ, ᾗ ὀρέγεταί τίς τινος. v. ad Δ, 307. et iam sup. B, 543. *ferire* tum hostem, οὐτάσαι, aliquis dicitur; vt E, 336. At hasta *emissa* dicitur aliquis βάλλειν. haec semel dicta sunto, per totam Iliadem animo tenenda. Hoc ergo loco hasta manu emittitur: προΐει ἔγχος. et iterum 356. et 367 ἐκ δέ μοι ἔγχος ἠίχθη παλάμῃσιν ἐτώσιον, οὐδ' ἔβαλόν μιν. sicque alibi παρετράπετο ἔγχος Λ, 233.

Ceterum, cum primo nunc memoretur pugna singularis, agedum, videamus, quae in ea notabilia sint. Primo in altera pugna Aiacis et Hectoris inf. H, 232. 244. is, qui prouocauit, orditur pugnam, primusque emittit hastam; altero loco Φ, 439. qui iunior erat aetate; at h. l. sortito Paris prior hastam emittit; vt 315. 325. vidimus. Tum hastis vtuntur longis, quas manu emittunt,

βάλλουσιν, vterque ſemel. Ex quo ſtatim Menelaus enſe ducto in Paridem irruit; at H, 244. 255. hastam clipeis extractam altera vice immittunt; tertio loco laxis ſe petunt, quarto denique loco 273. ad enſis vſum procedunt. In funere Patrocli Il. Ψ, 817. ter haſtis ſe petunt Aiax et Diomedes.

Effictum autem ex h. l. poſt Homerum aliud certamen Paridis a Philoctete prouocati et ſagitta interfecti, apud Leſchen et hinc apud alios. cf. ad Apollod. p. 765. Tzetz. Poſthom. p. 155.

347. κατ' ἀσπίδα πάντοσ' ἐίσην. Occurrit nunc primo, πάντοσ' ἐίσην, quod toties videbimus, vbique diuerſis modis ſcriptum, aut ſic aut πάντοσε ἴσην. Sane per ſe nihil intereſt, vtro modo ſcripſeris; eſt Homericum ϝισος, potuitque adeo παντοσε ϝισην recte ſcribi. Fuiſſe tamen etiam ἔϊσος, apparet ex eo, quod toties occurrit δαιτὸς ἐίσης, et, ſi dubites, an hoc ſit pro ἴσης, referendus eſt animus ad ἐπὶ νῶτον ἐίσας B, 765. ad quem locum vide. Vt ſcribendi ratio ſibi conſtet, cum Wolfio et h. l. retinui πάντοσ' ἐίσην, quia ſic in ceteris locis receptum eſt: ne multa temere ſint mutanda. Videtur autem ἀσπὶς πάντοσ' ἐίση declarare clipeum rotundum περιφερῆ. alibi εὔκυκλον.

348. οὐδ' ἔρρηξεν χαλκὸς, ἀνεγνάμφθη δέ οἱ αἰχμή. Legebatur οὐδ' ἔρρηξεν χαλκὸν h. e. τὴν ἀσπίδα vt ἔγχος clipeum non perruperit. Ita quoque in Sc. Herc. 415 σάκει ἔμβαλε χάλκεον ἔγχος, οὐδ' ἔρρηξεν χαλκόν· Attamen Townl. Vrat. a. vn. Vindob. et Venetus χαλκὸς exhibent, quod etiam Euſtath. non vno loco memorat, quodque in loco Scuti Herc. ſcripſerat Seleucus, teſte Tzetza. Ita χαλκὸς eſt ipſa haſta, vt et alibi. Sic πάγη δ' ἐν πνεύμονι χαλκὸς Δ, 528. et E, 292 τάμε χαλκὸς et ſaepe. Nec quicquam intereſt, vtro modo legas. Adiiciunt tamen Scholia A. B. οὕτως Ἀρίσταρχος. Sch. Lipſ. Ἀρίσταρχος μὲν· „χαλκὸν, ἄμεινον χαλκός." ita intellige et interpunge. Ita conuenit, quod ſtatim ſequitur, ὁ δὲ δεύτερος ὦρνυτο χαλκῷ, haſta, et οἱ poſt ἀνε-

γνάμφθη refertur ad ἔγχος. — Verſus idem occurrit H, 259. et P, 44. priore loco conſtanter, etiam in Veneto, χαλκὸν legitur.

Porro obſeruandi ſunt numeri οὐδ' ἔῤῥηξεν χαλκὸς, cum poſſet refingi οὐ χαλκὸν δ' ἔῤῥηξεν. Sitne τὸ ν adiectum a grammaticis, et an antiquioribus fuerit ουδε ῥηξε χαλκος, quis dixerit? Dawes ἐῤῥηξε inferebat. v. ad Δ, 140. De adiecto ν in θέσει v. Exc. ad B, 718.

ἀνεγνάφθη ap. Etymol. in γνάμπτω. idque in aliis locis ſaepe variat.

349. ἀσπίδι ἐν κρατερῇ. Sic et Ven. Eat. et alii, hiatu ingrato; et hoc intulerat Stephanus; ante quem vbique editum erat ἀσπίδι ἐνὶ κρατερῇ contra metrum, quod et ipſum in codd. Cant. Moſc. 1. Townl. occurrit; adde Euſtath. Atqui manifeſtum ſit fuiſſe ἀσπίδ' ἐνὶ κρ. idque exhibent codd. Mori Barocc. Similes errores occurrunt in verſu repetito P, 44. Elidi autem ι ne dubita. cf. Ω, 26. Similiter inf. H, 272 ἀσπίδι ἐγχριμφθεὶς emendatum fuit ab Ariſtarcho: ἀσπίδ' ἐνιχριμφθείς.

351. ὅ με πρότερος κάκ' ἔοργε. Bentleius, qui formam antiquam ϝεοργα fuiſſe putabat, in hoc verſu et aliis haerebat; et corruptos eſſe arbitratus ingenioſe emendabat κάκ' ἔρεξε. vt legitur Δ, 32. Od. Σ, 455. Φ, 298. et ſequitur vſ. 354 ξεινοδόκον κακὰ ῥέξαι. Non videbat vir acutiſſimus, in hoc ac ſimilibus fuiſſe duas formas. ϝεργω. εϝοργα et ϝεϝοργα. vt εϝοικε et ϝεϝοικε, εϝολπα et ϝεϝολπα. vt ſup. 57 ὅσσα ϝεϝοργας. B, 272 Ὀδυσσεὺς ἔσθλὰ ϝεϝοργε. Sic E, 175. Θ, 356. I, 320 et alibi. At nec minus Φ, 399 et X, 347 οἷα μ' ἔοργας, et X, 318 οὐδὲν ἐοργώς. etſi his remedium aliunde eſſet; f. οὔτι ϝεϝοργώς.

354. ξεινοδόκον — ὅ κε Φιλότητα παράσχῃ. Obſervant Sch. B. et L. Φιλότητα nunc dictum eſſe pro ξενίαν. Scilicet genus reuocatur h. l. ad vnam formam ſeu ſpeciem. Longum eſt Scholion aliud, de iniquitate ſortis inter Menelaum et Paridem pugnantes: de quo monui in Nota ad vſ. 76.

355. ἀμπεπαλών. Etymologus verſu adſcripto: ἀντὶ τοῦ ἀνασείσας, ἀνατείνας. ſic quoque Sch. br. Heſych. Euſtath. Addunt hic et Etymol. eſſe ductum ab ἀναπάλλω, παλὼν, πεπαλών. quid ni ex πέπαλα dicemus ductam more ſollenni vocem πεπάλω vel πεπαλέω.

356. πάντοσ' ἔϊσην. in ſcriptura nunc conueniunt Lipſ. Vrat. a. ed. Ald. 2. vsque ad Turnebum. Alii πάντοσε ἴσην. cf. modo ad 347.

357. διὰ μὲν ἀσπίδος ἦλθε. Occurrit primo nunc loco crux haec metricorum, quod tres breues ſyllabae ſe excipiunt: repetitur verſus H, 251. Λ, 435. et Δ, 135 διὰ μὲν ἄρ ζωστῆρος — Eſt adeo tribrachys pro ſpondeo vel dactylo adhibitus. Aut dicunt primam breuem eſſe productam, vt fit in aliis, ſi trinae ſyllabae breues ſe excipiunt, vt in ἀθάνατος, et paſſim in multis. ὄϊες huc refert Erneſti ad Callimach. in Apoll. 53. verum Bentl. emendat οἶες. Conſulto tres ſyllabas breues cumulari ad adumbrandam ictus celeritatem ſtatuebant Barnes et Clarke. Sane pronuntiatione ipſa productam eſſe ſyllabam facile cenſeas; et dignum adeo metrico eſt indicium Hermanni de Metris Graec. p. 70. ſyllabam in διὰ eſſe productam in prima arſi, quae ſit omnium fortiſſima.

ὄμβριμον ἔγχος erat. At Barocc. Cant. Ven. Lipſ. ὄβριμον et ſic vbique in hac voce ſcriptura variat. Dicas prius, tanquam antiquius, horridius et potentius, eſſe ſeruandum. Verum antiquiores grammaticos, Apollonium, Etymol. Heſych. tum codd. antiquos video ὄβριμος vnice memorare; et fauet etymon ex βρι, βριαρος, βριμὼ, ὄβριμος, ita vt μ inſertum dixeris ab iis, quorum animis inſidebat ὄμβρος. eſſe tamen diuerſa, diſcas ex ὄβριμον ὕδωρ Δ, 453. vbi eſt impetuoſum, validum. Retineo itaque per totam Iliadem ὄβριμος.

358. ἠρήρειστο. in ſoni aſperitate vim ictus agnoſcunt Sch. B. L. Eadem occurrunt Il. H, 252. vbi 244. 249—253 ex h. l. ſunt translati.

πολυδαιδάλου, πολλὰ δαιδάλματα ἔχοντος reddunt, etiam Suidas; non video, cur non ſimpliciter, affabre factus, ſit thorax.

359. ἀντικρὺ δὲ παραὶ λαπάρην διάμησε χιτῶνα. Schol. A. diſtinguit inter ἀντικρὺ et ἄντικρυς, eſſe illud ἐξ ἐναντίας, hoc Φανερῶς. Similia produnt Sch. br. Etymol. qui ſimul de accentu in vtraque voce diuerſo monet, Ammonius et Eranius Philo (alii laudantur a Valken. ad e. l. p. 17. et 161.) Herodianus et ad eum Pierſon. in app. ad Moerid. p. 462. ad καταντικρὺ Platonis Schol. in Charmidem in Siebenkees Anecd. gr. p. 41 apud Homerum notat eſſe ἀντικρὺ τὸ κατ' εὐθὺ καὶ ἐξ ἐναντίας laudato hoc verſu, et loco Thucydidis; at in Demoſthenis loco eſſe Φανερῶς. ſignificare quoque ταχέως et ὁλοχερῶς, et laudat Il. Π, 116. et Od. X, 16. Miſcet plura Suidas in ἀντικρὺ, qui et obſeruat vltimam h. v. produci. Apollon. Lex. tantum laudat ἀντικρὺ· διαμπὰξ καὶ οἷον διόλου, adſcriptis locis P, 49. E, 67. Ψ, 673 ὁτὲ δὲ ψιλῶς ἐξ ἐναντίου Od. K, 559.

Porro vltimam in ἀντικρὺ breuem eſſe, apparet ex E, 130. — ἀντικρὺ μάχεσθαι. Nec aliter res ſe habet in ſimilibus: μεσσηγύ, ἤμισυ. Itaque Bentleius vbique, quoties υ producitur, reſinxerat ἄντικρυς, et μεσσηγύς, quoties vltima eſſet producenda; itaque et h. l. ἄντικρυς δὲ π. ſcripſerat. Simile quid videtur innuere Schol. Ariſtoph. Pl. 134. Quod tamen neceſſe factu haud videtur; quandoquidem ipſo tono vltima breuis producitur.

Mihi videntur omnia haec ad argutias grammaticorum eſſe releganda. Manifeſtum fit fuiſſe aliquando adiectiuum ἄντικρυς, τὸ ἄντικρυ. *e regione poſitus*, adeoque *aduerſus*, et *manifeſtus*, et διόλου, ſi gladius adactus in alterum latus exit, vt v. c. ceruix tota reſecetur. Neutrum abiit in aduerbii vſum; vulgi vſu accentus potuit mutatus eſſe, et coepit ἄντικρυς eodem modo adhiberi. Aliter iudicantem video Brunckium ad Apollon. III, 493.

Digitized by Google

παραὶ λαπάρην. Deberi παραὶ ſerioribus ſuſpicor: fuit παρὰ, quod et legitur in Townl. Vrat. a. — De voce λαπάρα multis agunt grammatici, quae ad poetam nil faciunt. Sufficit eſſe τὴν ἐκκεκενωμένην κοιλίαν, *ile.* cf. inf. ad Z, 64.

361. ξ· reſpectu Zenodoteae lectionis ad v. 334 335. in qua enſis nulla fiebat mentio. ἐρυσάμενος vno ſibilo multi, vt aliis in locis, quod recentiores faciunt ignoratione rei metricae, at veteres ita ſcribebant, quia litteras geminarunt pronuntiando, non ſcribendo: vt ſaepe monuimus. Vitioſius Ἀτρεΐδης δ' ἐρυσάμενος Lipſ. Townl. Flor. et al. Aiebat Erneſti τὸ ρ ſic pronuntiatione duplicandum eſſe. Immo digamma habuit vbique vox ϝερυω et mediam breuem, duplicata conſona producendam. v. Exc. ad A, 141.

362. ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῇ ſcilicet κόρυθι, περιπεφαλαίᾳ Ariſtarchus legit: quo vulgato αὐτῷ. quod adſciui, non, quia Ariſtarcheum erat, ſed quia notio rei primaria ad galeam non ad conum φάλον, pertinet. vn. Vindob. etiam αὐτοῦ.

πλῆξεν ἀνασχέμενος. Apollon. Lex. h. v. reddit ἀνατείνας. occurrit ſaepius, ſubintellecto τὰς χεῖρας, h. l. τὸ ξίφος.

363. τριχθά τε καὶ τετραχθά. de ſono verborum congruo monuere omnes. — Longa eſt nota Clarkii de verſibus ſimilibus Homeri et Virgilii, e re ſane ipſa natis: quis enim, ſi lenia eloquitur, aſperis, ſi aſpera, lenibus verbis ac ſonis vtitur!

διατρυφὲν, pro hoc vitioſe διατρυφθὲν Mori, Lipſ. Vrat. a. Townl. Vindob. tum edd. Rom. Ald. 2. et hinc ductae, vsque ad Turnebum; niſi quod Camerar. in marg. Heruag. emendarat. Laudat prius hemiſtichium ad declarandum vſum τοῦ τρὶς Strabo lib. I, p. 75 B.

364. ἰδὼν εἰς οὐρανὸν εὐρὺν ξ· quod Zenodotus legerat εἰς οὐρανὸν αἰπύν. Atqui αἰπὺς eſt mons, caelum autem εὐρύ. Sch. A.

365—8. recitantur a Plutarcho Sympoſ. IX, 13. p. 743. et verſus 365 iterum legitur Od. Υ, 201. de Antilocho: *οὔτις σεῖο βροτῶν ὀλοώτερος ἄλλων*, Il. Ψ, 439. Iupiter *χειρέκακος* ſic declaratur. Mira eſt interpretatio Gregorii de Dialect. p. 46. eſſe *ὀλοώτερος* pro *ὀλοὸς*, vt ſit: *ὀλοὸς ἐκ τῶν ἄλλων θεῶν οὐκ ἐστίν.* voluit ergo eſſe, *σου*, *praeter te.* Scilicet viſus ipſi eſt poeta impie loqui. Vnde et Plutarch. de aud. poet. p. 25 F. animos adoleſcentum contra impiam ſententiam munit. Iterum talis impietas occurrit Il. X, 15 *ἔβλαψας μ', ἐκάεργε, θεῶν ὀλοώτατε πάντων.*

366. *ἦτ' ἐφάμην τίσεσθαι.* recte ſic ſcribitur: v. ſup. ad v. 28. Eſt tamen *τίσασθαι* in magna codd. parte, Mori, Cant. Barocc. Vrat. a. c. Moſc. 1. Ven. et in edd. non modo Rom. ſed omnibus ante Steph. et in edd. Plutarchi in Sympoſ. l. c.

367. *νῦν δέ μοι ἐν χείρεσσ' ἐάγη ξίφος.* Ita vulgo editum. At *ἐν χείρεσσιν ἄγη* Ven. ed. Rom. cum Euſt. Mori. Barocc. Cant. Vrat. a. Townl. Eaton. ſicque vulgo editur inf. Π, 801, et in edd. Plutarchi l. c. praefert *ἐάγη* Valken. Diatr. ad Eurip. p. 234. Atqui vtraque lectio eſt vitioſa. Bentl. modo *ϝαγη* priore breui, modo *ϝεαγη* coniectabat, nec expediebat. Nam primum *ἄγω frango* habet primam longam. Inf. Λ, 558 — *ῥόπαλ' ἀμφὶς ἐάγη.* Od. Λ, 574 *χερσὶν ἔχων ῥόπαλον παγχάλκεον αἰὲν ἀαγές.* Etiam ap. Pindar. I. I, 52 *ναυαγίαις* producit *τὸ α.* nec aliter *κατάγω* in Ariſtophane.

Contra haec poſſunt laudari loca Il. N, 162. et P, 607 *ἐν καυλῷ ἐάγη.* Π, 801 *νῦν δέ οἱ ἐν χείρεσσιν ἄγη.* Od. K, 560 et Λ, 65 *ἀστραγάλων ἐάγη.*

Enimuero inſidet voci vitium alterum: *αγω frango* Homeri aetate fuit *ϝαγω*, cum aſpiratione antiqua: quod docent loca multa: *ἐξ αὐχένα ϝαξει. κατὰ δ' ἅρματα* Ψ, 341. *πάταγος δέ τε ϝαγνυμενάων* et ſic ſaepe. Etiam *αϝαγες.*

Apparet itaque ſcripturam antiquam fuiſſe *νῦν δέ μοι ἐν χερσὶ* (ſeu noſtro more *ἐν χερσὶν*) *ϝαγη ξίφος.*

Et ſic in ceteris locis laudatis pro εαγη reponendum eſt ἄγη vel antiquum ϝαγη, et ſyllaba vbique producenda: ἐν καυλῷ ϝαγη. ἐν χερσὶν ϝάγη.

Porro quoties εαγη occurrit, fuiſſe putandum εϝαγη. vt in ῥόπαλ' ἀμφὶς εϝαγη. — Et ἔαξα fuit εϝαξα. ἱστὸν εϝαξε Od. E, 316. et M, 422. πρὸ δὲ κύματ' εϝαξεν Od. E, 385. add. Γ, 298. Sic ἀσπίδ' εϝαξε. niſi praeferas ασπιδα ϝαξε Ionicum. αὐχέν' εϝαξε vel αυχενα ϝαξε. Et Il. N, 257 κατεϝαξαμεν. Natum ex hoc οὐδέ κε καυάξαις pro καταϝαξαις Heſiod. Ἔργ. 666. 693. Ibid. quoque prauo vocis vſu apparet vſſ. 533. 4. 5 eſſe ab interpolatore. Vitioſus quoque eſt verſus Hymn. in Apoll. 235 εἰ δέ κεν ἅρματ' ἄγηαι. ſi hoc ab ἄγω frango ductum eſt. De locis Δ, 214. Ψ, 392. et Od. T, 539. ſuo tempore videbimus.

Ceterum e dictis apparet, formam Atticorum, κατέαγα, κατεαγὼς, κατεαγῆναι, vti et ἔαδα. ἐάλω, et ſimilia ab ὁράω, ὠθέω, ab Ionibus accepta eſſe. Itaque ἐάγη, et ἐαγῆναι, quod Tho. Mag. in καταγῆναι p. 497 impugnat, vbi v. Not. Ionibus quoque vſu habitum eſt, vt ex verſu noſtro patet.

Fuiſſe quoque grammaticos, qui ἄγη et ἐάγη ſcriberent, exemplo Tyrannionis diſcimus in Schol. ad Il. N, 543.

368. οὐδ' ἔβαλόν μιν. ξ. quod Ammonius in libro ad Athenoclem aut legerat aut interpretatus erat οὐδ' ἐδάμασα (οὐδ' ἐδάμασσα). Sunt grammatici, inprimis Sch. A. valde ſolliciti in repetenda hac obſeruatiuncula: quod βάλλειν eſt eminus ferire, at οὖταμαι eſt e propinquo, comìnus, vulnero, percutio. Monitum inprimis contra Zenodotum. Poſt Homerum, vt alia, discrimen hoc exoleuit, etiam apud Tragicos. cf. Schol. Eurip. Hippol. 687.

ἠίχθη παλάμηφιν ἐτώσιον. reſcripſi παλάμηφιν, quia eſt pro παλάμηςφι, ἐκ παλάμης. v. ad Θ, 300. Adſcr. Barn. „γρ. παλάμηθεν. dubito an vsquam ſic lectum ſit.

371. ἄγχε δέ μιν πολύκεστος ἰμὰς — praecesserat 362 φάλος, mox 372 ὀχεὺς τρυφαλείης. Vt semel defungar opera, rem paucis aperiam, vt ad alia quoque loca memoria teneatur.

Galea, κόρυς, κυνέη, περικεφαλαία, πήληξ, exae re corio munita, habet in vertice conum, φάλον, cui inseritur crista, λόφος; interdum plures coni plures cristas recipiunt. Cum φάλος et λόφος alter alterum postulet, nam vbi λόφος est, necesse est, esse φάλον, permutantur voces; itaque est τετράφαλος, quae τετράλοφος, et ἀμφίφαλος κυνέη, quae proprie esset ἀμφίλοφος κυνέη. cf. ad E, 743. At discernitur vtraque vox N, 614. 615. ἦτοι ὁ μὲν κόρυθος φάλον ἤλασεν ἱπποδασείης ἄκρον, ὑπὸ λόφον αὐτόν. Contra iunctim dictus est ἄφαλος καὶ ἄλοφος K, 258.

Memoratur quoque αὐλὸς in galea, seu αὐλίσκος, qui est canalis, cauum in cono galeae, cui inseritur crista. vnde galea αὐλῶπις inf. E, 182. et Λ, 353 ad h. l.

Iam τρυφάλειαν putes debere dictam esse τριφάλειαν, trinis conis ac cristis instructam; sicque grammatici pronuntiant fere omnes; cum tamen alterum scribatur, ducendum erit a τρύειν, quia conus perforatus est et aperturam habet, αὐλὸν illum, cui inseritur crista. Certe τρυφάλεια genericum nomen est pro galea. v. ad Λ, 352. 5.

Cum φάλος viri docti cum grammaticis, vt h. l. ad 362. confundunt τὰ φάλαρα vel φάληρα, quae sunt ornamenta galeae in fronte, *orbiculi*, ἀσπίδια, claui, in στεφάνῃ. Est autem στεφάνη, lamina in galea fronti praefixa aut galeae oram ambiens, vt pro tegmine ac munimine frontis sit; vt in pileis nostris ora prominentior assurgere solet. Inde est κυνέη τετραφάληρος E, 743. cf. ad Π, 106. Haec ex antiquitate graeca antigisse satis est.

Iam galea subter mento religata erat loro, in nodum coacto: hic est ὀχεύς, ὁ ἱμάς.

373. καί νύ κεν εἴρυσσέν τε h. e. εἵλκυσεν ἂν αὐτὸν, ἐφείλκυσεν ἂν πρὸς ἑωυτόν. adeoque ἐζώγρησεν ἄν. In Aristophanis editione fuit καί νύ κεν ἐξείρυσε καὶ ἀ. minus

bene. Eſt quoque vulgata apud Aelian. Hiſt. Anim. X, 1. Geminandus autem ſibilus in εἴρυσσε, nam eſt υ breve in ἐρύω. v. Excurſ. ad A, 141.

374. Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη. Et ad h. l. et ſaepe alibi, vt Υ, 107 obſeruant grammatici hoc, quod Homero Venus eſt Iouis filia, non ex Vrani genitalibus nec e mari.

375. Ad βοὸς ἶφι κταμένοιο grammatici argutantur, et ex iis Plutarch. Sympoſ. II, 9. additum hoc ad ἱμάντα monentes, quia morboſarum pecudum coria ſunt mollia ac fluxa. Enimuero poeta ſimpliciter epitheton ornans adiecit, corium bouis caeſi, et addit ἶφι, quia viribus opus eſt ad eum caedendum.

376. κεινὴ δὲ τρυφάλεια ἄμ' ἕσπετο. Hiatus perturbabat Bentleium, vt et ſuſpicaretur h. l. et B, 745 fuiſſe aliquando ϝαμα. Poteſt defendi hiatus ex eo, quod in theſi et in caeſura ille occurrit. Bentl. reponit τρυφαλείη, at in Homericis vbique eſt τρυφάλεια. Forte fuit τρυφάλει' ἄμ' ἐφέσπετο. Similis tamen verſus eſt K, 285 σπεῖό μοι, ὡς ὅτε πατρὶ ἄμ' ἕσπεο Τυδέϊ δίῳ. Alioqui dicendum eſt, eſſe inter ea, quae a more et lege recedunt.

379. ξ— 380. ξ— Laborant grammatici cum Didymo quem laudant, A. B. L. vt exputent, vnde Menelaus haſtam acceperit; nam eam, quam habebat, emiſerat: vſ. 355. 368. Nolumus turbari; aut emiſſam haſtam de terra arripuit, aut ab adſtantibus aliam accepit.

381. ὥςτε θεὸς, ἐκάλυψε. Vrat. A. ὥςτε θεός γ', temere, in caeſura.

382. κάδ' δ' εἷσ' ἐν θαλάμῳ εὐώδεϊ κηώεντι. In Sch. br. καδ' δ' εἷσεν θαλάμῳ, quod ex vſu Homeri videtur eſſe praeferendum, iudice quoque Bentleio. In Moſc. 1. καδδ' εἷσε θαλάμῳ. Townl. κάδδ' εἷσεν ἐν θαλάμῳ. At apud Apollon. de Syntaxi IV, p. 321. l. 14 eſt καδδ' ἕσ' ἐν θαλάμῳ ab ἵζω, καθίζω.

κηώεντι. ex etymo interpretantur grammatici: Sch. B. L. κοιμιστικῷ. εὐώδει. hoc ἀπὸ τοῦ κῆαι, καίειν. v. Eu-

ſiath. Heſych. e quo Bentl. laudat κεῶεν pro κηῶεν. add. Sch. br. ad Z, 288. Prius ἀπὸ τοῦ κέω, κοιμῶμαι ductum eſt quoque apud Etymol. et Schol. br. Verum poeta amat ſynonyma iungere; εὐῶδες et κηῶεν ſunt vnum idemque, hoc a bonis odoribus incenſis.

382. καλέουσ' ἥις notant dictum pro καλέσουσα.

383—448. Sequitur episodium, quod in multorum reprehenſiones venit, et merito, ſi de arte et dignitate epica, et de loci nexu cum ceteris effectuque quaeras. Veteres videmus tantum offenſos oratione Helenae v. ad 395. At ſunt grauiora, quae de toto episodio moneri poſſunt: nihil enim habet, quod cum carminis argumento ſit neceſſario coniunctum; contra vero officit narrationi, dum expectatione et metu, quem pugnae exitus iniecerat, animus haud liberatur. Audire cupiebamus, quid Menelaus, quid Achiui, quid Troiani, qui pugnam ſpectauerant, nunc molituri erant. Pro his narratur intempeſtiuus Veneris interuentus, retracta Helena domum in amplexus Paridis, nulla cum vtilitate ad carminis ſummam et praeter omnem expectationem, cum de Paride et Helena nunc nihil erat cur ſolliciti eſſemus.

Scilicet haec ipſa docere poterant, fruſtra de arte et de artiſſimo nexu aut mirabili partium conſenſu episodiorumque dilectu ſubtili multa iactari; neque tali iudicii ſeueritati in antiquiſſimo carmine locum eſſe; expectari in Homero non artem, ſed ingenii felicitatem in rerum inueniendarum copia et varietate et narrationis ſuauitate. Atque hac ex parte nihil eſt, quod in episodio reprehendas. Sitne illud a primo auctore profectum, facile dubites; nec, vt in interpolatione fieri ſolet, omnia ſatis ſibi conſtant aut iunctura commode cohaerent; eſſe tamen antiqui poetae, ex eo patet, quod digamma in iis eſt ſeruatum. Inſederat, puto, eius qui episodium appoſuit, animo ea cogitatio: debuiſſe Helenam ſuccenſere Paridi, quod ex pugna inferior diceſſerat, mox tamen eam cum marito in gratiam rediiſſe. Facile in animum venit Veneris opera et miniſterium in

placanda Helena et ſic porro. Hoc itaque narratum et ornatum eſt eo more quo reliqua huius carminis; ad noſtros quidem mores ac ſenſus non ſatis accommodate, per ſe tamen probabiliter. Paris, fuga elapſus, domum redit incolumis, et in ea latet; nam ad Troianos pro muris ſtantes vix accedere auſus eſſet. Nuntiandum erat Helenae in muris ſtanti, Paridem domum rediiſſe. Iraſci eam Paridi victo nemo mirabitur; et muliebrem animum mariti prioris deſiderio recrudeſcente contactum eſſe facile expectes: quo etiam ducunt ſup. vſſ. 139 ſq. cf. dicta ad B, 356. Porro Menelai victoris virtutem animum Helenae multo magis a Paride alienare, ſenſui omnis feminae, inprimis in heroica, quam vocamus, aetate conſentaneum eſt. Inde 428 ſq. obiurgationes. Concidit tamen omnis Helenae ira Paridis adſpectu et blanditiis eius facile mulieris animus expugnatur. Paratum hoc et inſtructum iam erat vetulae verbis Paridis illecebras vſſ. 391 ſq. praedicantis. Poſtrema haec narrantur ad morem antiquorum hominum; non vero ad noſtrum decori ſenſum, nec ad rationes ethicas. Opinioni de Paridis virtute nihil detrahitur hac eius domum reducis cupiditate qua in vxoris amplexus ruit, et eius placandae modum hunc eſſe tutiſſimum cenſet.

Veteres reprehenderunt alia multo minus in vitium incurrentia, inprimis hoc, quod Venus facit indigna ſe, cum lenae partes illa agit in perducenda Helena. v. Sch. B. L. ad 383. 424. Enimuero placatur illa a dea Paridi marito, neque ex Homeri ſenſu molitur aliquid ab honeſtate alienum.

385. *χειρὶ δὲ νεκταρέου ἑανοῦ ἐτίναξε λαβοῦσα.* Vox *ἑανὸς* media breui hic et 419. Ξ, 178. Π, 9. Φ, 507. occurrit, aliis locis media longa, E, 734. Θ, 385. Σ, 352. Ψ, 254. add. Σ, 612. poſſet in his *ἑαννὸν* legi; ſed Σ, 612 *ἑανοῦ καττιτεροῖο* docet etiam ſignificatum diuerſum eſſe, *ſubtilis*, proprie de byſſo, ſeu xylo vel linteo: forte ab *ἕω* pro *ἑλάω*, *ductile:* ab alia origine *ἑανὸς*, *peplum*, ab *ἕω*, pro *ἕννυμι*, quod cum fuerit *ϝεω. ϝεννυμι.*

neceſſe eſt ſcriptum fuiſſe ϝεκνος. R. Payne Knight p. 97 ſuſpicatur fuiſſe hoc εϝκνος· at ab ἑάω ducere nolim. De vario vocis ſenſu v. Etymol. in ἑκνὸς, qui pleniora dat iis, quae apud Apollon. Lex. ſunt. Cumulat plura Heſych. parum curioſe.

νεκτάρεον autem dixit quod alias ἀμβρόσιον. v. ad A, 529. Redditur per ἡδὺ, καλὸν, εὐῶδες, etiam in Suida. ἑκνοῦ λαβοῦσα quod ſerius λαβομένη praeſtat ſorte ſupplere: λαβοῦσα αὐτὴν κατὰ, ἐκ, τοῦ ἑκνοῦ σὺν χειρὶ, ἐτίναξε τὸν ἑκνόν.

387. ἥ οἱ Λακεδαίμονι ναιεταώσῃ. Schol. A. B. L. volunt dictum eſſe Ionice pro ναιεταούσῃ. Eſt quoque hoc in vno Ven. et apud Athen. V, p. 191 A. vbi vll. 386. 7. 8. adſcripti ſunt. In Barocc. ναιετάωσα. in Harl. ναιετκῶσα. Non viderunt ex ναιετάω fuiſſe quoque ναιεταάω, vnde ναιεταάουσα, ναιεταῶσα, et h. l. ναιεταώσῃ.

εἰροκόμῳ. In Townl. εἰροπόκῳ. At hoc ouium eſt epitheton. v. E, 137. Od. I, 473. Bentleius cenſebat fuiſſe ϝειροκόμῳ et mox ϝειμα. in quo fallitur; fuit εἶρος, εἴριον, ἔριον, *vellus. lana.* Od. Δ, 135 ἰοδνεφὲς εἶρος ἔχουσα. Il. M, 434 ἥ τε σταθμὸν ἔχουσα καὶ εἴριον. ab alia origine ductum; εἴρω. *iungo. necto.* ἔερμαι. ἐερμένον. Od. Σ, 295 ὅρμον ἠλέκτροισιν ἐερμένον et O, 459 μετὰ δ' ἠλέκτροισιν ἔερτο. inde ἀείρω. παρῄορος et alia ſine ϝ. Etiam εἴρω, necto verba, dico, ἐρέω. Ceterum ſibi non conſtitit pronuntiatio: fuit enim ἔριον. εἴριον. εἰρίον. quod Steph. quoque docet.

388. (ἥ οἱ) ἧσκειν εἴρια καλὰ — In ἧσκειν antiquam ſcripturam pro ἧσκει, Etymologus quoque et Heſychius agnoſcunt. Obſeruatum quoque eſt Euſtathio, qui Ionicum eſſe vult; ſcilicet quatenus antiquum fuit et ab Ionibus ſeruatum; a quibus retinuerunt eam formam Attici, vt in ἧδειν, de quo multi egerunt. cf. Schol. Ariſtoph. Pl. 696. et Hemſt. Mirum tamen, quod in ἧσκειν tantum antiquum ſeruatum eſt in Homericis. Alterum tamen exemplum eſt in εἱστήκειν Il. Ψ, 691. etſi et ibi libri variant, et ſaepe alibi occurrat, quod vulgo fre-

quentatur, ἑστήκει vel εἱστήκει. Ariſtarchus voluit ἠνώγειν inducere Z, 170. Euſtathius comparat antiquum ἦν tertia perſona pro ἦ, ex Heraclide grammatico ad h. l. et Od. Υ, p. 1182. Eſt tamen et noſtro in loco ἧσκει in Mori, Vindob. ed. et a m. ſec. in Lipſ.

De voce ἀσκεῖν pro ἐργάζεσθαι v. ad Σ, 592. Pro πολλὰ eſt πολλὰ in Vrat. b.

389. τῇ μιν ἐεισαμένη. Longa Clarkii nota eſt dubitantis an praeſtet μὲν ſcribere. Atqui hic verſus iam B, 795 occurrebat, et alibi. τὸ μὲν referendum eſt ad προσεφώνεε. eſt προσφωνεῖν τινα.

390. δεῦρ' ἴθ', Ἀλέξανδρος — male Stephanus intulerat δεῦρ' ἴτ', recte eiectum a Barnes. Vtique eſt et eſſe debet ἴθ' pro ἴθι. In Vrat. b. eſt οἰκόνδ' ἐπανελθεῖν.

391. κεῖνος ὅγ' ἐν θαλάμῳ καὶ δινωτοῖσι λέχεσσι. ξ- quod δεινατὰ (ita enim ſcribitur in Veneto, cum tamen inf. N, 407 ſit δινωτὴν) λέχη dicit poeta ἤτοι διὰ τὸ τετορνεῦσθαι τοὺς πόδας, ἢ διὰ τὴν ἔνστασιν (leg. ἔντασιν) τῶν ἱμάντων. πρώτη γὰρ ἐχρῶντο τῇ διὰ τῶν ἱμάντων πλοκῇ. Vides eum de ſella plicatili cogitaſſe. cf. Schol. A. at enim δινωτὸν λέχος eſt quod alias τορνωτόν. Homero δῖνος eſt τόρνος, inſtrumentum quo tornatur: recte Heſych. reddit δινωτοῖς, στρογγύλοις. Et inf. N, 407 ἀσπίδα δινωτὴν dixit clipeum *rotundum*. Minus bene Etymol. τορνευτοῖς, caelatis, ſculptis. Etiam Od. Τ, 56 κλισίην δινωτὴν ἐλέφαντι καὶ ἀργύρῳ.

δεινωτοῖς ſcribunt cod. Ven. et Sch. A. adde Apollon. Lex. h. v. Adde N, 407. ἐν θαλάμῳ ἐν δ. ap. Barnes et Moſc. 1.

κεῖνος ὅγ' Sch. B. et L. ſupplent ἐστὶν ἐν θαλάμῳ quod languet. Immo ſollenni vſu τοῦ ὅδε, ὅγε, pro στίλβων ἐκεῖνος. Vocat te, nitens ille — Inf. Τ, 344 κεῖνος ὅγε — ἧσται ὀδυρόμενος.

392. κάλλει στίλβων. refert ad vnguenta Athenaeus I, 15. p. 18. E vt Od. Σ, 192. 3. Proprie ſane alio modo στίλβειν dicendae ſunt veſtes, alio corpus et oris pul-

critudo: vtrumque petitum a candore, veſtium quidem, ſi lotae ſunt. nunc figura nota vtrumque iungitur. Nitorem pulcritudini cuiusque rei tribuit omnis aetas.

οὐδέ κε Φαίης ξ— quod dictum pro οὐδὲ Φαίη τις ἄν- repetitum inf. Δ, 429. Vix expectes grammatico hoc notatu dignum viſum. Verum fuit quoque lectum olim Φαίῃ vt diſco ex Sch. ad Ξ, 58.

393. ἀνδρὶ μαχεσσάμενον· ita nunc vbique ſcribitur: nec variat niſi Vrat. a. ſed a m. ſec. In eodem et binis Vindob. τόνδ' ἐλθεῖν pro τόνγ'. Et ἐλθέμεν ſcribi notat Barnes, neſcio an ex libris; ſuauius vtique ad aurem; Waſſio quoque iudice.

394. νέον λήγοντα καθίζειν Vrat. a. κατίζειν, ex auditu.

395. τῇ δ' ἄρα θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ὄρινε. ξ— (niſi aduerſus Zenodotum diſputauit, ξ—) quod non debet hoc accipi *ira exaſperauit*, (ἐθύμωσε) ſed *concitauit*, παρώρμησε. Iterum h. l. reſpicit Sch. A. ad Δ, 208. Scilicet cum improbentur verſus ſeqq. profectos eos eſſe putarunt ab aliquo qui iratam Helenam fuiſſe ex hac voce ſtatueret, cum illa potius eſſet *commota animo*, audito, Paridem domi apud ſe eſſe. Et recte ſane ὀρίνειν pro συγχέειν θυμὸν dicitur, et recte h. l. accipitur: vt locis aliis, Sch. br. διετάραξε. Adiectum εἰς ἔρωτα αὐτὴν ἤγαγε.

Verum audiamus grammaticum noſtrum, Sch. A. Ait is, „aliquem, qui verbum male acceperat, inſeruiſſe verſus ſequentes: ἐνδιασπευάζει τοὺς ἑξῆς. Itaque, inquit, ἀθετοῦνται verſus XXIII. καί ῥ' ὡς οὖν ἐνόησεν vsque ad 418 ὡς ἔφατ', ἔδδεισέν δ' Ἑλένη Διὸς ἐκγεγαυῖα. quomodo enim, pergit, quae vetulae ſe aſſimilauit, pulcram ceruicem, pectus amabile et fulgentes oculos habere potuit? Porro, inquit, impia ſunt v. 406. 407 ἦσο παρ' αὐτὸν ἰοῦσα — Eſt etiam tenue illud: μή μ' ἔρεθε, σχετλίη. Contra vero iis verſibus ſublatis, αἱρομένων αὐτῶν, (non, ἐρομένων) bene ſe ait excipere iſta: ὣς φάτο, τῇ δ' ἄρα θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ὄρινε, βῆ δὲ κατασχομένη ἑανῷ ἀργῆτι φαεινῷ." Hactenus Schol. A. Pariter B. et L. ad 396

notant id, quod vetulae assimilata dea pulcram ceruicem habet et per hanc agnoscitur; apparet quoque ex his inter ζητήματα hoc fuisse, et λύσιν subiectam esse hanc: heroes solere deos agnoscere, vti Aiax Neptunum: οὐδ' ὅγ' Κάλχας ἐστὶ etc. Il. N, 70 sq. itaque Helenam agnoscere deam (γυμνὴν additur ad 397) cum Troianorum oculos illa fugeret.

Iam in his primo deprehendimus τὸ ἀθετῆσαι de iis versibus dici qui improbantur grammaticorum iudicio, non propter defectum auctoritatis codicum. Tum autem iudicium illud est parum subtile. Nam ex hoc ipso, quod Helena agnouit vetulam ex diuina specie, patet et intelligitur, Venerem, deposita vetulae specie, diuina forma conspiciendam ei se praebuisse; vti alias discessu Neptunus Il. N, 72. et *discessu patuit dea* ap. Virgil. Porro illud miror: si grammatici repugnantia ceteris in h. l. deprehendere sibi visi sunt, cur non tollere maluerunt vss. 386—389. quae multo magis poterant pro insititiis haberi, quibusque sublatis sublata erat omnis difficultas. Secundum omnia tamen disputata liberatum et ipse carmen versibus his malim, quia aliena et longe petita in Helenae verbis 400 sq. inferuntur; et si non metu, sed mariti reducis videndi desiderio illa de muris discessit, multo melius narratio facta videtur.

396. Exuerat nunc dea antum. cf. Excurs. XIII, ad Aen. I. In dea ὄμματα μαρμαίροντα memorantur tanquam proprium aliquid deae et eximium. Video, nondum Cnidiam aliquam Venerem verecundia amabilem Homeri menti insedisse.

398. θάμβησέν τ' ἄρ ἔπειτα, ἔπος τ' ἔφατ' — vnus Vindob. δ' ἄρ. Vrat. a. θάμβησ', αὐτὰρ ἔπειτα —

399 sqq. Non statim in oculos incurrit, quid Helenae suspicionem fraudis mouere potuerit. Scilicet, illa videtur credidisse, Menelao victori se nunc esse reddendam; Venerem studio Paridis cauere velle, ne id fiat, eoque consilio motam non domum se auocare, sed in interiora Asiae loca abducere velle, ne Menelao dedi

poſſet. Statuendum adeo eſt, eam prius matrimonium probaſſe: conuenit hoc cum vſſ. 139. 140. Hinc illa iraſcitur Veneri eamque amaris dictis increpat: ſi tanto Paridis amore ac ſtudio illa teneatur, cur non ipſa ei pro coniuge ſit.

Fatendum tamen eſt, toti loco inſerta eſſe nonnulla aliena a conſilio. In vſ. 402 ſuſpicatur Helena, ſe abduci, vt alii, cuius ſtudio, vt olim Paridis, dea teneatur, tradatur: quem verſum, ſi ille abſit, haud deſideres. Quae autem 406 ſq. ſubiiciuntur, non ita intelligenda ſunt, quaſi ipſa ſuſpicetur, Venerem id agere, vt, abducta Helena, ipſa Paridis amplexibus fruatur: ſed Helena Veneri exprobrat tantum ſummum illud ſtudium, quo in Paridem teneatur, vt etiam cauere velit, ne ipſa, Helena, reddatur ex foedere.

ταῦτα. διὰ ταῦτα. κατὰ ταῦτα pro *οὕτως.*

400. *ἦ πή με προτέρω πολίων εὖ ναιομενάων ἄξεις.* Erat *ἦ πῇ με* et *ἦ πῇ με* ante Clarkium, qui *ἦ πή με* ſcribere iuſſit; ſic mſ. Lipſ. et Schol. facere monent. Scilicet non eſt, *quorſum*, ſed, *num aliquo* me abducere vis? *ἦ πῃ (εἴς τινα) τῶν πολίων* — Eſt quoque in codd. *πῇ*, pro *πῇ quorſum.* ſane ex etymo recte; eſt enim ex *πὸς, πὴ, πὸν, πῇ* vt *ἦ, ὅπως.* ſed vſus non probat. *εὐναιομενάων* vna voce codd. et edd. Sed v. Exc. V ad A, 164.

προτέρω. Sch. B. L. *προτέρω δίχα τοῦ ν ἀπὸ τοῦ προσσωτέρω γάρ ἐστι.* Vltima illuſtrat Etymol. in *προτέρω.* Scilicet fuerat in nonnullis lectio *προτέρων πολίων*, quam et Euſtath. quoque in ſuo exemplari habuerat. Eam alii mutarunt in *προτέρῳ*, quod et in Rom. Ald. Turn. legitur: mutauit illud Stephanus.

402. *εἴ τις τοι καὶ κεῖθι.* Poteſt videri maior vis ineſſe, ſi ſcriptum fuerit: *ἦ τις τοι. num et ibi aliquis* eſt amaſius ad quem me abducas? *καὶ κεῖθι* Ariſtarchea eſt lectio. Alii *κἀκεῖθι·* quod eſt ex ſeriore vſu: Sch. A. Sic tamen ſcribunt Sch. br. Harl. Vrat. a. b. Moſc. 1. Sic mox *τούνεκα* ſcribitur paſſim.

404. στυγερὴν ἐμὲ — μισητὴν Sch. br. Euſt. et iam Apollon. h. v. Sic στυγεῖν A, 186. Eodem ſenſu dictum inf. T, 325 eſt ῥιγεδανὴν Ἑλένην.

406. ἧσο παρ' αὐτὸν ἰοῦσα, θεῶν δ' ἀπόειπε κελεύθους. Ita vbique legitur. Attamen Sch. A. narrat „lectionem Ariſtarcheam fuiſſe ἀπόεικε κελεύθου, nec intelligi, vnde vulgata venerit, nec eam in vlla alia recenſione reperiri, nec in commentariis.“ An vero non illa eſſe potuit in Zenodotea, Ariſtophaneane recenſione? Pergit: „eſſe etiam expeditum εἶπε τῆς κελεύθου εἰς θεούς, καὶ τῆς ὁδοῦ παραχώρει, μὴ βαδίζουσα εἰς αὐτούς.“ Non video, quam commode hoc ſe habeat, *decede de via ad deos;* etſi ſequitur, nec reuertere ad Olympum. ἀποειπεῖν vel ἀπειπεῖν eſt Homericum, abnuere, recuſare, reſpuere. Et hoc ipſum ἀπόειπε, ἀπόφησον, ἀπάρνησον eſt in Heſychio, quod tamen ad A, 515 ſpectare poteſt. Etiam Sch. br. ἀπάρνησαι δὲ καὶ ἐπιλάθου δι' αὐτὸν τὴν σὴν διαγωγὴν τῶν ὁδῶν. Laudatur Callimachus Dian. 174 ἦλθες ἀπὸ Σκυθίης ἀπὸ δ' εἶπαο τέθμια Ταύρων. Eſt etiam pro φεύγειν, ἀλεείνειν, vt in Carm. de Hero 125. Poſſunt κέλευθοι θεῶν de vita et ratione vivendi cum Schol. accipi; poſſunt quoque proprie accipi, propter verſum ſequentem.

407. μήδ' ἔτι recte Stephan. edidit. pro μηδέ τι. Iam Schol. br. καὶ μηκέτι interpretantur, quod et Clemens ſcribit Cohort. p. 65. Pott. et eſt μήδ' ἔτι expreſſum e Ven. it. in mſ. Lipſ. et Sch. ap. Bentl. Vrat. a. b.

408. γρ. παρὰ κεῖνον. vt 406 ἧσο παρ' αὐτὸν ἰοῦσα ap. Barn.

409. In Schol. B. et L. longa eſt argutatio ſuper εἰςόκε, ſitne vna vox compoſita. Eadem extant in Etymol. h. v. De ſubtili discrimine inter σύνθεσιν et παράθεσιν v. ibid. in παλιμπλαγχθέντας. Ap. Barn. γρ. εἰςόκεν ἢ σ' ἄλοχον. forte e Schol. br. εἴσοκεν ἢ Vrat. a. a m. pr. Moſc. 1.

ἢ ὄγε in altero membro inter elegantias celebratum a viris doctis: Clarke ad h. l. et Ern. ad Callim. Di.

zed by Google

150. Bentlei. ad Horat. I, 9. et al. Grauius eſt, quod totum verſum deleuerunt olim nonnulli propter vocem δούλην. Nunquam enim ancillas (θεραπαίνας) poeta δούλας vocat, ſed δμωάς. Obſeruat hoc Euſtath. alio loco, ad Od. Δ, 12. et apparet hinc, ſerioris commatis et hunc verſum eſſe.

410. 411. κεῖσε δ' ἐγὼν οὐκ εἶμι — Monent grammatici A. B. L. iungenda eſſe εἶμι πορσυνέουσα (pro ὥς-τε πορσύνειν) vt νεμεσσητὸν δέ κεν εἴη interpoſitum ſit, de quo vix dubites. Explicant porro πορσυνέουσα, εὐτρεπίζουσα. ὡς τὸ, λέχος πόρσυνε καὶ εὐνήν. (Od. Γ, 403 et H, 347.) Enimuero de duplici lectione huius verſus Scholia nil monent: legitur tamen in ipſo cod. Ven. et expreſſum eſt πορσανέουσα, etiam in codd. Cant. Vrat. b. et A. Moſc. 1. vn. Vindob. Agnoſcunt idem Schol. br. (vt nunc edita ſunt; nam edd. Rom. Aldd. Baſ. vitioſe πορσηνέουσα) et praeferunt viri docti, Bentl. Ruhnken. alii. Accedunt his Etymologus, (cetera turbatus) et Heſych. cum Euſtath. etſi hic et alterum, quod vbique expreſſum erat in edd., πορσυνέουσα habet; neque hoc poteſt per ſe pro vitioſo haberi: recte enim πορσύνω, πορσύνεω, etiam ad metrum, formatum eſt: et πορσύνειν occurrit in Odyſſ. locis modo laudatis. Eſt adeo non tam vitiata, ſed duplex lectio, de qua egit Euſtath. et Stephan. Theſ. L. Gr. Vt tamen πορσανέουσα reponerem, adductus ſum eo, quod ex notione πορσύνω facilior aberratio fuit πορσυνέουσα. Apollonius in Argonauticis et ipſe vtrumque agnoſcit, πορσαίνειν tamen fere ſolum hac in re et ſenſu qui huius loci eſt. Conſtanter legitur III, 1127. Iaſon Medeae: ἡμέτερον δὲ λέχος θαλάμοις ἐνὶ κουριδίοισι πορσανέεις. vbi etiam de vxore legitima dictum; etſi Schol. aliter accipiunt; item IV, 1107. 1119. vnde et Brunck. repoſuit III, 839 οὔπω λέκτρα σὺν ἀνδράσι πορσαίνουσαι pro πορσύνουσαι. Firmauit quoque Ruhnkenius πορσανέουσα ex Hy. in Cer. 156. etſi locus ille tantum hoc docet, fuiſſe et formam πορσαίνειν in vſu; nam ſunt ibi vxores *quae domum curant* κατὰ δώματα πορ-

Digitized by Google

σαίνουσιν. latiore adeo ſenſu quam h. l. Apud Apollon. II, 721 τὴν δαίμονα πορσαίνεντες eſt τιμῶντες, exquiſitiore ſenſu, vnde etiam in aliis ap. Schol. lectum fuit κικλήσκοντες. Conf. quoque IV, 897. vbi Sirenes Proſerpinam πορσύνεσκον, *coluerunt* tanquam comites, IV, 967 Διὸς πόρσυνον ἐφετμὰς vbi eſt *exſequi mandata*. Eſſe vero πορσαίνειν etiam aliis de curis frequentatum docet vel Pindar. Ol. VI, 54 iuſſit dare infantem Aepyto πορσαίνειν, vt educaret, et Apollonii locus IV, 248 ὅσσα θυηλῇ κούρῃ πορσαίνουσα (vt Brunck. edidit) τιτύσκετο. Schol. ad III, 1123 οἱ δέ σε πάγχυ θεὸν ὣς πορσανέουσιν. νῦν ἀντὶ τοῦ τιμήσουσι καὶ ὡς θεὸν τιμήσουσι σεπτήν. ὅταν δὲ λέγῃ ὁ Ἰάσων· ἡμέτερον δὲ λέχος θαλάμοις ἐνὶ κουριδίοισι πορσανέεις (non — οις. 1127. 8.) δηλοῖ ὅτι προσκτήσῃ καὶ αὐξήσεις· δι' οὗ τὴν συμβίωσιν σημαίνει. Obſcura haec vltima, forte corrupta. Schol. ined. pro iis: ὅταν δὲ αὖ λέγῃ — τὸ προίστασθαι καὶ αὐξάνειν δηλοῖ. δι' οὗ τὴν συμβίωσιν σημαίνει. poſſis legere προστήσῃ. ſed αὐξάνειν τὸ λέχος non magis commode dictum. Non itaque mirum, vocabula memorata inter ſe variata occurrere, nec ſemper de vera lectione ſatis conſtare: vt πορσύνεσκον et πορσαίνεσκον in Apoll. IV, 897. Contra in locis Odyſſ. in πόρσυνε nulla variatio occurrit. Nulla in Pindaro I. IV, 105 δαῖτα πορσύνοντες et al. At idem Iſthm. VI, 11 dixit κρατῆρα πορσαίνοντας.

Reſtat nunc alterum, vt de more loquendi hoc antiquo moneam, πορσαίνειν λέχος dictum de femina in amplexus viri ventura. Simile eſt illud, quod A, 31 vidimus: ἀντιάᾳν λέχος τινι, *praeſto eſſe viro*. Mores rudiorum hominum formula prodit; ducta forte ex eo, quod in eodem toro et interdiu ſedent et noctu dormiunt; etſi Euſtath. neſcio quomodo pro honeſtiore vocabulo habet pudoris cauſſa poſito: πορσύνειν λέχος σεμνῶς εἴρηται. δηλοῖ γὰρ — τὸ συγκοιτάζεσθαι. Honeſte ſane dici certum eſt: Od. Γ, 403 de Neſtoris coniuge: τῷ δ' ἄλοχος δέσποινα λέχος πόρσυνε καὶ εὐνήν, et H, 347 de Alcinoi vxore. Minus facit mirationem, ſi de

ipso congressu agitur: vt de Medea in Argonaut. Orphicis 1331 *Δὴ τότε Μηδείη θαλάμων πορσύνετο λέκτρων* (f. *θαλάμῳ*) add. Apollon. III, 1127. IV, 1107. 1119. Et III, 40. de Venere *ὑπ' αἰθούσῃ θαλάμοιο — ἵν' ἐντύνεσκε θεὰ λέχος Ἡφαίστοιο.* In Theocrito Cyclops occludere vult fores, donec Galatea iuret, *αὐτά μοι στορέσειν καλὰ δέμνια τᾶςδ' ἐπὶ νάσω.* Adoptarunt quoque Tragici: Eurip. Hel. 59 *ἵνα μὴ λέκτρ' ὑποστρώσω τινί.* Petiit itaque e graecis versum Catull. Epithal. 163. vbi Ariadne vel serua esse mallet Thesei, qua ille pro pellice vteretur: *candida permulcens liquidis vestigia nymphis, Purpureaque tuum consternens veste cubile.* Contra simpliciter inter munera seruilia memoratur in Hymno in Cer. 143 *καί με λέχος στορέσαιμι μυχῷ θαλάμων εὐπήκτων.* nam loquitur Ceres in anum mutata.

μωμήσονται γάρ μέ, φησιν, αἱ Τρωάδες, ὡς δευτέρας μάχης οὖσαν αἰτίαν· ἔδει γὰρ αὐτὴν τῷ νικήσαντι ἕπεσθαι. Sch. B. L. Immo vero, Troianae mulieres Helenam essent seu conuiciaturae, seu irrisurae (melius sic Apollon. Lex. h. v. *οἱονεὶ καταπαίξονται*) quod maritum imbellem praeferret fortiori. Mulierum sensus illa rudiore aetate notabiles!

412. *ἔχω δ' ἄχε' ἄμριτα θυμῷ.* sum enim animo valde afflicto. Haec non videntur satis conuenire. Forte *ἔχω* pro *ἔξω δὲ ἀ.* — ad *μωμήσονται*, *atque hinc cruciabor animo.* male me hoc habebit, si me irrisam videro.

414. ※ — Obelus omnibus his versibus appositus erat in Veneto inde a 396. at asteriscum nullam video rationem. Nihil enim inest versui quod alibi iteretur, nisi forte A, 32 *ἀλλ' ἴθι, μή μ' ἐρέθιζε, σαώτερος ὥς κε νέηαι.* Sed nec hoc quicquam ad rem. Ap. Barnes. *γρ. σχετλίη, μή μ' ἔρεθε.* Dissyllabi locum obtinere *σχετλίη* putabat Wasse.

415. *τὼς* ex h. l. laudant Etymol. Hesych. Suidas, Schol. Ven. ad Ξ, 48. et Eust. ad h. l. — *ἔκπαγλα φί-*

Digitized by Google

λησα Barocc. Lipſ. Townl. Eat. recte pro vulgato ἔκπαγλ' ἐφίλησα.

416. μέσσῳ δ' ἀμφοτέρων μητίσομαι ἔχθεα λυγρά. Poſſet, ſeiunctum a ſuperiore ſententia accipi. At iungendum eſt cum iis: μὴ μεθείω, — ἀπεχθήρω — μητίσομαι. Iungitur enim μὴ cum futuro indicatiui. v. ad Υ, 301.

μητίσσομαι ſcriptum eſt in edd. recentibus inde a Turn. et Steph., et in antiquioribus, excepta Ald. 2. hincque ductis et Romana, in quibus μητίσομαι eſt, quod et mſſ. nonnulli habent, vt Ven. Vrat. a. b. Moſc. 1. vitioſe μητήτομαι in mſ. Lipſ. Media ſyllaba poteſt pro breui haberi, ſi μητιέτα Ζεὺς, μητιόεντα et ſimilia cogites, at ſunt verba in ιω producta vocali, μηνίω, Φθίω, τίω, et al. Itaque Clarke ad Il. K, 48. et Ψ, 312 etiam μητίω profeſſus eſt productam vocalem habere. Exemplum tamen non attulit; at Erneſti ad Il. K, 48. ex Orph. Argon. 1330 τά οἱ μήτιον ἄνακτες. Porro ἄχθεα pro ἔχθεα in altera Ariſtarchi editione lectum fuit; nonnulli autem ἄλγεα ſcripſerunt.

417. σὺ δέ κεν κακὸν οἶτον ὄλῃαι. vſitatius in hoc poſitu: ὄλοιο κεν. Sed ſubintelligitur: δείδω, μὴ ὄλῃαι κεν. nam a μὴ 414. vix deduci poteſt.

419. βῆ δὲ κατασχομένη ἑανῷ ἀργῆτι Φαεινῷ. Primo κατασχομένη idem eſt quod ſupra 141 καλυψαμένη. De cauſſa formae dicendi Euſtathius disputat: „vti ἀναστέλλεσθαι τὸ ἱμάτιον, ſubducere veſtem, attollere, ſic κατασχέσθαι eſſe demittere; pro ἱμάτιον nunc eſſe ἱματίῳ.“ Volebat ſic dicere: pro κατασχοῦσα τὸν ἑανὸν, illa nunc κατασχομένη τῷ ἑανῷ dicta eſt. Scilicet κατασχεῖν eſt detrahere, adeoque, quatenus rei celandae cauſſa fit, occultare, ergo κατασχέσθαι occultare ſe. vt ἀνασχόμενος erigens ſe, ſtans erectus. Sic ἀντισχέσθαι *ex aduerſo tenere ſe*, Od. Ζ, 141 ἀποσχέσθαι τοῦ πολέμου, *continere ſe* a pugna, adeoque non pugnare.

Mox ἑανῷ ἀργῆτι, Φαεινῷ. Interpretatur, adſcriptis verbis, Etymol. ἀργὴς, λευκὸς, ἢ λαμπρός. De ἑανὸς cf. ſup. 385.

421. Ἀλεξάνδροιο δόμον. De hac Paridis domo videbimus plura Z, 316. 242 ſq.

423 ad 426. ξ· quia Zenodotus mutauerat orationem (trinis verſibus extruſis) hunc in modum:

ἀμφίπολοι μὲν ἔπειτα θοῶς ἐπὶ ἔργα τράποντο·
αὐτὴ δ' ἀντίον ἦεν Ἀλεξάνδροιο ἄνακτος,
ὅσσε πάλιν κλίνασα.

viſum enim ipſi erat indecorum, Venerem ſedile apportare Helenae; (Sic alii Schol. ad 383) at, Ven. A. ſubiicit, oblitus erat Venerem anilem formam induiſſe adeoque ex perſona anus miniſterium rite praeſtare." Atqui Venerem ſub anus ſpecie Helenae cubiculum interius intraſſe poeta non dixit. Quaeſtio omnino eſt inepta. Quidni enim Venus, vt dea, faciat aliquid, ita vt actionis modum poeta haud memoret? — In B. et L. ſubiicitur aliud Scholion, in quo poeta, multo etiam ineptius, defenditur ex allegoria ethica: eſt illud depromtum ex Heracl. de Alleg. Hom. c. 28. — Aiunt eadem Scholia, δῖα eſſe pro διωτάτη. quid ni δῖα κατὰ τῶν θεῶν, eminens inter deas.

424. τῇ δ' ἄρα δίφρον ἑλοῦσα Φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη. Primo δίφρον ſellam; non confundendam, vt Etymologus facit, cum θρόνος. v. Apollon. Lex. h. v. et Not. Tum Φιλομειδὴς pars codd. vt Mori, Cant. Vrat. Townl. et edd. Flor. Aldd. cum ipſo Apollon. Lex. h. v. recte: ſi veterem ſcribendi modum ſequi videri volunt, quo littera non geminabatur ſcribendo, ſed pronuntiando.

Vox Φιλομειδὴς vix interpretatione egebat: grammatici tamen ἡ Φιλοῦσα τὰ μειδιάματα (eſt iam in Apollon. Lex.) ἐξ οὗ τὴν ἱλαρὰν σημαίνει. ὁ δὲ Ἀπίων· Φιλόγελως. vt quoque Heſych. Sch. br. Etymol. etiam Sch. A. B. Putes potius eſſe referendum ad blanditias oris arridentis ei quem illecebris ſuis demulcet, qui ſollennis vſus eſt τοῦ μειδᾷν, μειδιᾷν, ſubridere. In Sch. br. ad h. l.

Digitized by Google

et Δ, 10. adiicitur alia interpretatio, quae Theogoniae Heſiodeae, haud dubie ab aliena manu, inſerta eſt per verſum 199. ἠὲ Φιλομμηδέα, ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη, ſc. τῶν αἰδοίων Vrani, non Κρόνου, vt in Sch. et Euſtath. legitur.

426. Helena κούρη Διὸς αἰγιόχοιο. Vrat. a. cum Vindob. ed. Διὸς ἐκγεγαυῖα. Mox 427 ὄσσε πάλιν κλίνασα eſt *auertens*. cf. ad N, 3.

428. ἦλυθες ἐκ πολέμου· ὡς ἄφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι — Poſſunt iungi ἦλυθες — ἀνδρὶ δαμεὶς κρ. Poſſunt quoque iungi ὡς ἄφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι δαμεὶς, et abſolute dictum accipi ἦλυθες ἐκ πολέμου. *tu ergo ex pugna exceſſiſti!* vt nunc editur. Altera haec ratio Nicanori fuit probata, vt e Sch. A. B. L. diſcitur: ſicque acceperat Plutarch. Qu. Conu. IX, 1. p. 737 B. εἶθ' ὄφελες. Vindob. ed.

429. ὃς ἐμὸς πρότερος πόσις ἦεν. Apud Euſtath. πρότερον quod praeferam cum Waſſio.

432—437. — ἀθετοῦνται στίχοι πέντε· quia ſunt ſermonis pedeſtris, et ſententia frigidi, et ſibi repugnantia inſunt: modo enim ire, modo manere iubet Paridem. Sic Sch. A. At nec ipſe, nec B. et L. ad 434 vident, haec eſſe verba Helenae irridentis.

433. ἐξαῦτις μαχέσασθαι. Cant. μαχέσεσθαι. vitium.

434. ἀλλά σ' ἔγωγε παύσασθαι κέλομαι. Sch. A. ſuffragantibus Sch. B. L. iubet poſt παύσασθαι (immo poſt κέλομαι) interpungere, et ſequentia infinitiua pro imperatiuis accipere. Quod ſane fieri poteſt. Melius tamen ſequentia a κέλομαι pendent.

παύεσθαι Ariſtarchus ediderat, quod et B. L. praefixum habent; ſicque Barocc. Moſc. 1. Eat. tres Vindob. παύσεσθαι Cant. Lipſ.

435. πολεμίζειν ἠὲ μάχεσθαι. nusquam πολεμιζέμεν.

436. μάχεσθαι ἀφραδέως, μή πως τάχ' ὑπ' αὐτοῦ δουρὶ δαμείης. ἀφραδέως. ἀνεπιστημόνως, ἀπείρως. Apollon. Lex. et Heſych. qui addit ἀδιανοήτως. et Etymol. ἀνοήτως. ἀσυνέτως. ἀπείρως. δαμείης. Eſt Ariſtarchea lectio, nunc

vbique recepta; eandem Euſt. habuit. At alii δαμασθῇς legerant, vt et Cod. Ven. A. habet: qui de altero monet. Corrupte δαμάσθης in litura Vrat. b.

437. Paridis excuſatio ſane ex re petita eſt, at quae 441 ſequuntur, reprehenſionem habere poſſunt et habuere. v. V. L. ad 441. Veteres primo loco improbarunt libidinem Paridis; at haec reprehenſio eſt facti, non poetae, qui probabilia ſequitur; altera reprehenſio poetae, quod decori haud ſatis obſeruans fuit, in Homeri aetatem haud cadit. Contra ſenſibus ac moribus iſtorum hominum conueniebat, vt inter virtutis praemia haberetur, ſi heroes e pugna reduces amplexu ſeu coniugum ſeu captarum feminarum ſe recrearent. Bene autem h. l. et Helenae pulcritudinem et Paridis incontinentiam hoc ipſum declarat, quod contumelioſe a coniuge appellatus tamen amplexus eius appetit. Alia reprehenſio eſt, quod animum ad alios ſenſus poeta auertit in ſua narratione. Scilicet perſequutus eſt episodium tanquam narrationem vsque ad nouiſſima momenta; peccauit adeo in artem epicam; quam tamen ipſe vix profeſſus eſt.

438. μή με — ὀνείδεσι θυμὸν ἔνιπτε. ἔνισπε. ἄλλοι ἔνιπτε Sch. br. Etiam Euſt. habebat in ſuo ἔνιπτε. at in Rom. ἔνισπε expreſſum. hoc idem receptum in Ald. ſec. et in edd. ex ea propagatis. reſtituit ἔνιπτε, quod iam Flor. et Ald. 1. habebat, Stephanus (non primus Barneſ.). Variant quoque libri ἔνισπε Mori, Vrat. a. Moſc. 1. ἔνιπε Lipſ. variant item tres Vindob. At θυμὸν quorſum iungemus? μή με ἔνιπτε θυμὸν ὀνείδεσι. Sane quidem θυμὸν ſaepe apponitur, ſed alia ratione. Euſtath. comparat τί δέ σε θυμὸν ἵκετο πένθος, at hoc parum convenit. Si ἐνίπτω eſt *obiurgo*, ἐπιπλήσσω, λοιδορῶ, (v. Etymol. h. v.) ratio grammatica non conſtat; niſi grauior inſit verbo vis, *ne animum meum exulcera probris*. Niſi fallor, ἐνίπτω duas diuerſas habuit origines: ab ἴπτω, βλάπτω, eſt ἐνίπτω, quod ad h. l. ſpectat: μὴ βλάπτε με (κατὰ) τὸν θυμόν. Eſt vero etiam ab ἔπω, λέγω, ἐνέπω, ἐνίσπω, et ἐνίπτω, *increpo*. quod ſaepe alibi oc-

Digitized by Google

currit in Homero; vnde et ἐνενίπτω, ἐνιπάπω, ἐνιπή. In Townl. aberratur μύθοισιν ὀνείδεσιν.

439. ἐνίκησε σὺν Ἀ. Fulcrum per ν quaesitum videntur alii quaesiisse per ξ in ξὺν Ἀ. ap. Barn.

440. παρὰ γὰρ θεοί εἰσι καὶ ἡμῖν. — πάρα scribendum esse, accentu retracto, monet Ven. A. quia παρα — εισι iungendum, quod scribitur πάρεισι. v. sup. ad B, 831.

441. ἀλλ' ἄγε δὴ Φιλότητι τραπείομεν εὐνηθέντε. Nugatoria est Porphyrii quaestio in Schol. B. et L. cur poeta Paridem, qui vix discrimen vitae effugerat, tam pronum in libidinem finxerit. Sane quidem Paridis intemperantia per se spectata recte reprehenditur; in hoc assentiaris facile Plutarcho de aud. poet. (c. 3. f.) p. 18. F. Recte quoque narratio ab Agatharchide ridetur, quatenus morum praecepta et religionum principia in Homero quaerebant alii: in fragm. de rubro mari p. 9. τὸν δὲ ὑπὸ Μενελάου κατὰ τὴν μονομαχίαν ἤδη χειρούμενον, ἐξαίφνης ἁρπαγέντα, ἐν θαλάμῳ γενέσθαι πρὸς συνουσίαν ἕτοιμον ὄντα, τῶν δεινῶν ἁπάντων ἐπιλελησμένον. — Bene obseruauerat Aristoteles, „ex natura humani ingenii haec esse a poeta constituta; nam amabat Paris Helenam, et per absentiam tanto maiore eius desiderio flagrabat." Recte haec, sed de poeta quaeritur, an recte haec narrauerit. Scilicet nec ex philosophicis, nec ex decori rationibus haec sunt diiudicanda; sed ex poeticis. Si de arte epica quaeras, peccauit poeta; sin eam ne requiras quidem in tali poeta, nil reprehendas; per digressionem haec sunt narrata et ex vitae heroum vsu adumbrata: etsi negari nequit, et a summa consilii ea esse aliena, et ad nostrum sensum verbosiora. cf. ad 383 et 437.

Φιλότητι τραπείομεν εὐνηθέντε. τραπείομεν pro τραπῶμεν, vt alia apud Etymol. in θείομεν pro θῶμεν p. 449. ab ἐτράπην, conuertamur, τραπώμεθα, et Φιλότητι pro ἐς Φιλότητα. quod sollennius est: οἱ δ' εἰς ὀρχηστύν

τε καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδὴν τρεψάμενοι τέρποντο. nec insolens iste vsus casus tertii. In Vindob. cod. ed. est quoque Φιλότητα. In vi tamen vocis et origine iam veteres in diuersa abierunt: sitne a τραπέω pro τρέπω, an potius τραπῶμεν pro ταρπῶμεν, idem quod ταρφθῶμεν, τερπώμεθα. Apollon. Lex. τραπείομεν. τρεφθῶμεν. εἴρηται δὲ κατὰ μετάθεσιν ἀντὶ τοῦ ταρπείομεν. Scriptum erat haud dubie τραπείομεν. τερφθῶμεν. Etiam Hesych. τραπείομεν. τερφθῶμεν. Idem quoque Eustath. Et τέρπεσθαι Φιλότητι obuium, vt Od. E, 227 τερπέσθην Φιλότητι.

Vtrum igitur verius putabimus? Scilicet est aliquid quod litem dirimat, quod adiectum est εὐνηθέντε. Nam cum hoc iungendum est Φιλότητι. εὐνηθῆναι Φιλότητι et ἐν Φιλότητι vsus fert Homericus: Inf. Ξ, 331 εἰ νῦν ἐν Φιλότητι λιλαίεαι εὐνηθῆναι. et 360 Ἥρη δ' ἐν Φιλότητι παρήπαφεν εὐνηθῆναι. Ergo et h. l. erit accipiendum εὐνηθέντε Φιλότητι τραπείομεν pro ταρπῶμεν, *oblectemur*. Nec aliter accipiemus Od. Θ, 292 λέκτρον δὲ τραπείομεν εὐνηθέντε.

Φιλότητι h. l. esse pro συνουσίᾳ notant Apollon. Lex. et Etymol. adscripto versu.

Pro εὐνηθέντε est εὐνηθέντες in Townl. Vrat. 1. Mosc. 1. vno Vindob. et ap. Eustath. et Etymol. in Φιλότης. Variat quoque in Od. Θ. l. c.

442. οὐ γάρ πώ ποτέ μ' ὧδε ἔρως Φρένας ἀμφεκάλυψε. Versus haud dubie corruptus. ἔρως Homerus non agnoscit, sed ἔρος. Porro ingratus est hiatus ὧδε ἔρως, qui Bentleium non latuit; interponebat ille fulcrum ὧδε γ' ἔρως. Ducit ad veram lectionem Eustath. qui p. 433 nonnullos legere ait, Φρένας ἔρως. Legerunt scilicet veteres: μ' ὧδε Φρένας ἔρος ἀμφεκάλυψε. Firmatur ex altero loco Ξ, 315 de Ioue, vbi idem color est: οὐ γὰρ πώποτε μ' ὧδε θεᾶς ἔρος οὐδὲ γυναικὸς θυμὸν ἐπὶ στήθεσσιν ἐπιπροχυθεὶς ἐδάμασσεν.

Digitized by Google

De vſu vocis ἀμφικαλύπτειν Homerico paucis eſt monendum: A nube et nocte traducitur ſere ad moerorem et iram ac dolorem, qui quaſi caligine obducit animum; v. c. P, 591 τὸν δ' ἄχεος νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα. Sic et νέφος θανάτου, et ſimpliciter θάνατός μιν ἀμφεκάλυψε. vt Π, 350. E, 68. Schól. Lipſ. a reti petit, ἐθήρευσεν. cf. Euſtath. Traductum nunc ad amorem qui ἀμφικαλύπτει, pro ſimplici περιέλαβε. κατέσχε, vt in Schol. br. redditur. Inf. Ξ, 294 ὡς δ' ἴδεν, ὥς μιν ἔρος πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν. Sic et ἀμφιχεῖσθαι, περιχεῖσθαι, et de gaudio διαχεῖσθαι.

Eſt alterum in hoc verbo, quod ad res, quae ἀμφικαλύπτουσι, ſpectat; dicit enim Homerus καλύπτειν et ἀμφικαλύπτειν νέφος τινὶ, et τινὰ νέφει, et νέφος τινὰ, vnde nunc ἔρος ἀμφεκάλυψεν ἐμὲ φρένας. de hoc cf. inf. ad Θ, 331.

443. οὐδ' ὅτε σε πρῶτον Λακεδαίμονος ἐξ ἐρατεινῆς. Erat vulgatum πρότερον. Tres hos verſus adſcripſit Strabo IX, p. 612 B. vbi eſt πρῶτον. hoc et exhibet Ven. c. Sch. A. Barocc. Cant. Harl. Vrat. a. b. Moſc. 1. in litura, item Euſtath. Et praeſtare ſentio. Mox 444 ἐνὶ ποντοπ. ν. Vrat. a. nec male. et ἔπλων Vindob. ed. quaſi a πλῶμι. ſed eſt merum vitium vitioſi codicis.

445. νήσῳ δ' ἐν Κρανάῃ — ξ— quod non Lacedaemone primo congreſſus eſt Paris cum Helena, ſed in inſula; tum, quod incertum eſt, quaenam haec inſula ſit; poteſt enim eſſe epitheton κρανα῀ῃ, vt ſit inſula *aſpera*, τραχεῖα; at ſi eſt inſula, ἡ Κρανάη, (v. Sch. br.) tum alii inſulam ante Gythium Laconicae, de qua accurate tradit Pauſan. III, 22 pr. alii Helenen inſulam ante Atticam intellexerunt: de qua v. Strabo IX, p. 612. A. B. Steph. Byz. h. v. Alia v. et ibi et apud Holſten. add. Schol. br. B. L. Poſtremum, de inſula Helena, ſequitur quoque Euripides, in Hel. 1689. Ita vero Paridem recto curſu Sparta Troiam contendiſſe neceſſe eſt. Alii Cretam praeteruectum in Phoenicen, alii in Aegyptum de-

Digitized by Google

vertisse narrauerant: prout scilicet poetarum quilibet famam antiquam pro consilio suo variauit et ornauit. Vide vel Lycophr. 97 sq. add. in nostro loco Sch. ad 443.

446. ὡς σέο νῦν ἔραμαι. Sic editur ὡς σέο. Attamen A. B. L. volunt ὥς σεο scribi. ἀπόλυτον γάρ ἐστιν. (indefinite ponitur, nam opp. ὁρισμὸς v. c. Etymol. in ἡμὶν) Scilicet volunt sententiae vim in νῦν quaeri: *nunquam alias sic vt nunc.* At, pergunt, ἐπὶ Διὸς ὀρθονητέον. h. e. in Iouis verbis Ξ, 328. vbi comparatio est Iunonis cum aliis feminis, vt adeo ὡς σέο νῦν ἔραμαι scribendum sit. Alii porro sic distinxerunt: καὶ εὐνῇ. Ὥς σεο νῦν ἔραμαι *Adeo, tantopere*, nunc ego te amo.

447. ἦ ῥα καὶ ἦρχε λέχοσδε κιών. ἄρχε vbique legitur, nec modo in edd. sed et in codd. et in ipso Ven. tum in Schol. B. L. br. Eust. ἦρχε Barnes. reposuerat, a Clarkio eiectum Wolf. reuocauit; idque retinui, quoniam me hoc propositum habere professus sum, vt, cum Homeri lectio, qualis illa ab ipso poeta profecta est, nullo modo restitui possit, vt ea, quae diuersis locis variant, ad vnam saltem normam reuocem. Centies et paullo ante 420. A, 495 eodem sensu vt h. l. προηγεῖτο, occurrit in Homero voc. ἦρχε, nusquam ἄρχε. quod quo casu hunc locum insederit, nemo facile exputet.

448. τὼ μὲν ἄρ' ἐν τρητοῖσι κατεύνασθεν λεχέεσσι. Iterum Ω, 720. et aliquoties in Odyssea obuium. Taedium mouet recognoscere, quantopere grammatici, Apion, Heliodorus, (Herodorus) Apollonius Chaeridis f. in voce hac ex etymo constituenda trepidarint: ap. Schol. Ven. A. (partim ductum ex Apollon. Lex. h. v.) Etymol. Hesych. A τρέω ductum esse satis patet; cum autem τρέω, τερέω, τιτραίνω proprie sit perforo, dubitatum est de sensu; a plerisque refertur ad foramina, per quae lora, ἱμάντες, traiiciuntur, ad stragulas vestes continendas. Simpliciissimum erat videre, τερεῖν latius dictum esse pro sculpere, fabricari; esse adeo τρητὸν λέχος idem quod κλισίη

δινωτὴ, et εὔτυκτος. A genere aliquo tota ars, totumque opus declaratur. Inter loca verecunde rem enarrantia verſum referebat Gell. IX, 10. non video cauſſam; nec expectes pudoris ſtudium poſt vſ. 441.

449. ἀν' ὅμιλον, μάχην. Apollon. Lex. h. v. In omnibus edd. eſt Φοίτα. Quam parum curate deſcriptus ſit Homerus, vel hoc documento eſſe poteſt; docet enim aurium iudicium ἐΦοίτα hic fuiſſe, vt aliis locis. Recte adeo repoſuit Barneſ. Legitur quoque in ed. Ven. ex ipſo apographo vt credere licet. item in codd. Mori, Barocc. Cant. adde Lipſ. Vrat. a. b. A. Argutabatur Clarke, qui perturbationem Menelai per numeros in ἀν' ὅμιλον Φοίτα redditam volebat.

450. εἴ που ἐς ἀθρήσειεν. Ven. Euſtath. diſiunctim. θεοειδῆ Moſc. 1. ex pronuntiatione. Vulgata ſunt apud Plutarch. Sympoſ. IX, 13. p. 762.

453. οὐ μὲν γὰρ Φιλότητι γ' ἐκεύθανον. Schol. A. ait hinc firmari lectionem δειδήμονες ſup. 56. pro quo Zenod. ἐλεήμονες legerat; nam exoſus fuit Troianis.

ἐκεύθανον. „κευθάνω ait Bentl. alibi non occurrit.“ Sane multa alia ſemel tantum leguntur in poeta. Gravius alterum quod ἄν deſideratur; probo ergo ἔκευθον ἄν. Eſt tamen antiqua lectio, etiam in Heſych. ἐκεύθανον, ἔκρυπτον. Φ. γε κεύθανον Vrat. a. recte Ionice.

εἴτις ἴδοιτο. manifeſte a ſerioribus grammaticis interpolatum. Bentleius refingit: εικε ϝιδοιντο. cf. ad Δ, 232. 516. mihi probatur εἴτις ἐρῶτο. aliquoties enim hoc modo interpolatum eſt τὸ ἐρᾶσθαι per ἰδέσθαι.

454. ἶσον γάρ τοι πᾶσιν ἀπήχθετο κηρὶ μελαίνῃ. antiqua loquendi forma ſignificanter declarans id quod inuiſum eſt, ἴσως κηρὶ, morti, Orco. Inf. I, 312. ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν.

456. Κέκλυτέ μευ, Τρῶες καὶ Δάρδανοι, ἠδ' ἐπίκουροι. Pro his Vind. ed. καὶ εὐκνήμιδες Ἀχαιοί. verum etiam Strabo XIV. p. 977 B. notat, Δάρδανοι metro iubente pro Δαρδάνιοι dictum eſſe quod ſupra vidimus B, 819.

Digitize

vbi v. Obſſ. Quod ii et Τρῶες iunguntur, veteres eo referunt, quod duo regna fuerunt, alterum Dardani, alterum Trois. Saltem Dardania dudum erat condita, cum Ilium et Troianorum regnum ortum habuit in eius finibus. v. ad Apollod. III, 12. Sufficit diuerſa regna fuiſſe, B, 816. 819.

457. Νίκη μὲν δὴ φαίνετ' Ἀρηϊφίλου Μενελάου. Scilicet Alexander χώρῳ μετρητῷ exceſſerat nec aderat, nec tamen caeſus erat; adeoque Troiani laudare poterant pro ſe verba Agamemnonis ſup. 284 εἰ δέ κ' Ἀλέξανδρον κτείνῃ. nam occiſus Paris non erat; Achaei autem vſ. 92 ὁπότερος δέ κε νικήσῃ, nam Menelaus ſuperior pugna diſceſſerat. cf. ſup. ad 276. 281. Manet itaque cauſſa incerta et quaeſtio ſcripti ac voluntatis, vt Schol. ſubiiciunt: καὶ γίνεται ἡ στάσις, ῥητὸν καὶ διάνοια. διὸ ἀμφοτέρων εὔλογον αἰτίαν ἐχόντων, ἐπίσκεψις itaque et mora aliqua ac ceſſatio pugnae ſuccedit. — ἀντινομίας δίκην appellat Euſtath. p. 434 extr. ſecutus forte Plutarchum in Sympoſ. IX, 13. in quo quaeſtio haec propoſita non vno modo ſoluitur. Sane conditionibus pugnae ter eodem modo enuntiatis vſſ. 69—72. 88—94. et 97—102. et quarto loco 138. ecce mox in ipſo foedere 281—291. adiicitur aliquid de poena, quod in iſtis locis memoratum non erat; vt adeo illos verſus ſerius inſertos eſſe ſuſpiceris. Potuit hoc illatum eſſe ab aliquo rhapſodo ex iis, quae Hector paciſci volebat inf. X, 117 ſqq. Dicendum eſt, tacite et in hoc conueniſſe Troianos. Enimuero vel ſic pugna exitum non habet, Paride non caeſo; quae conditio primaria erat vſ. 281. et 101. nec aliter τὸ νικῆσαι acceptum eſſe patet e verſu 309. Ergo recte H, 69 Hector Ὄρκια μὲν Κρονίδης ὑψίζυγος οὐκ ἐτέλεσσεν. cf. ad 101. 2. 281.

459. ἐ quod Zenodotus ἀποτίνετε ediderat, et quod infinitum pro imperatiuo frequentatur. Sch. A. Idem verſus iam lectus fuit ſup. 286. vbi et monitum eſt, vltima verba laborare ignorato digammo, in ἤντιν' ϝεοικε;

Digitized by Google

ergo videri fuiſſe ἦν τε ϝεϝοικε. Erat ην τε ϝεϝοικε. ἦν τ' ἐπέοικε. in Moſc. 1.

Ceterum ex Schol. Ven. A. intelligas fuiſſe quoque lectum ἀποτίνετον, nam συγχεῖται, ait, τὸ δυϊκὸν σχῆμα ἐπὶ πλειόνων τιθέμενον. Zenodotus ita ſtatuiſſe putatur.

460. ξ— appicta Veneto, ſed ſine Scholio. Rediit ea haud dubie ad ea quae v. 287 dicta; nam eo loco idem verſus legebatur: profectus vtroque loco ab interpolatione.

461. Verſum laudat Apollon. Lex. in αἰνήσωσι. quod de aſſenſu dictum eſt.

Digitized by Google

IN LIBRVM IV. ILIADIS VARIAE LECTIONES ET OBSERVATIONES

Ἐπιπώλησις inscripta est haec rhapsodia apud antiquos propter Agamemnonem discursitantem per ordines copiarum v. 231 sqq. 250 sqq. ad quos vss. cf. Eust. et ad pr. libri.

1. *οἱ δὲ θεοὶ παρὰ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο.* Laudat vss. 1—4. Athen. XII. p. 513 E. vbi vita deorum voluptaria ex his verss. notatur. *ἠγορόωντο* Sch. B. *ἐδημηγόρουν — ἢ διελέγοντο.* prius male. Etiam Sch. br. miscent *διελέγοντο εἰς τὸ κοινόν — ἐκκλησιάζοντο — ἠθροίζοντο.* gl. Mosc. 1. *ὡμίλουν* recte. v. Notam. In Sch. Leid. est Porphyrii Scholion: *ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ἠγορόωντο ἀποδέδωκεν ἀντὶ τοῦ ἠθροίζοντο. βέλτιον δὲ λέγειν τὸ διελέγοντο. ὡςπερ καὶ τό· „ὡς ὁπότ' ἐν Λήμνῳ κεκεαυχέες ἠγοράασθε.“* (Il. Θ, 230.) *εἰ γὰρ εἰπεῖν ἐβούλετο, ἠθροίζοντο, ἔφη ἄν· οἱ δὲ θεοὶ — ἠγερέθοντο. τοῦτο μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ἀγείρεσθαι. τὸ δ' ἠγορόωντο, ἀπὸ τοῦ ἀγοράασθαι.* recte quidem, nec tamen nunc ad concionem aut consilium habendum.

2. ξ Notatur quod Hebe virgo inducitur; neque adeo Herculi nupsit; (esque adeo mythi in his diuersitas cum Od. Λ, 602.) Hinc *ζήτημα* in A. et B. atque etiam in Sch. br. subiicitur: cur Ganymedes in deorum epulis non ministret, cum multis argutiis. Simplicissimum erat dicere, poetam aliam nunc rationem in vita deorum constituenda sequi, et Hebes opera vti, fabula non inepta, ad vitam deorum per perpetuam iuuentam de-

Digitized by Google

clarandam. etsi nec minus ingenioſe alii poetae, modo Mercurii tanquam κήρυκος, modo Ganymedis, ſecundum morem orientis, qui formoſos pueros ad menſam adhibet, aliquis etiam poeta Harmoniae, miniſterio vſi ſunt. v. Athen. X, p. 425 C. D. Reſpicit verſum Pauſan. II, 13 vbi narrat Phliaſiis Heben dictam *Ganymedam;* vt adeo nomen videatur inuentum et ductum eſſe ab hilaritate impertienda, cum γάνος ſit *gaudium*, et μήδεσθαι γάνος dici poſſit auctor ac dator laetitiae.

Alia in Scholiis quaeſtio eſt: quomodo, cum πολύχαλκον οὐρανὸν (χαλκοβατὲς δῶ ſup. A, 426) alibi appellet, nunc *aureum* eum dicat? Scilicet quoties *Solidum* (στερεὸν) eum eſſe declarare vult, illo, ſi pulcritudinem, *aureum*, appellat. Similia in Schol. br.

Tandem monetur μετὰ δέ σφισι enclitice h. l. eſſe ſcribendum ex ſcholae Ariſtarcheae doctrina (quia σφισὶν indefinite ponitur: non, *inter eos ipſos*, ſed ſimpl. *inter eos:* cf. ad A, 368.) Laudantur loca Il. P, 453. X, 474. Od. Ξ, 272 et Δ, 683. χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ. mſ. Mori χρυσέῳ ἐνὶ δ. — δάπεδον ex γῆ πέδον miro conſenſu contendunt grammatici. Sic Sch. B. Euſtath. Etymol.

πότνια Ἥβη. male me habet, etſi nec a Bentleio obſeruatum, cum nusquam ϝηβη occurrat; contra καλλίσφυρον Ἥβην et ſimilia nouerimus. Contra ſollemne eſt πότνια Ἥρη. Iam Apollon. Lex. in μετὰ, vbi docet eſſe pro ἐν, laudat „μετὰ δέ σφισι πότνια Ἥρη.“ hoc quidem ex vſu fieret ποτνια ϝηρη. cf. Exc. IV. ad lib. 1. Ita vero dicendum erit, locum hunc eſſe interpolatum; eumque ſeu caſu ſeu conſilio, ne bini ſe excipientes verſus exirent in Ἥρη, Ἥρην, ex πότνια Ἥρη factum eſſet πότνια Ἥβη, vſſ. 3. 4. a rhapſodo ſeriore eſſe inſertos. Suſpicionem firmat hoc, quod Hebe nusquam in Homero miniſtrat ad epulas; miniſterium illa praeſtat Iunoni, E, 722 ſq. Ceterum Heſych. in Ἥβη laudat, vt nunc legimus eumque eo Etymol. in νέκταρ, Athenaeus, l. c. et ipſe Apollon. in Ἥβη.

Digitized by G

3. Νέκταρ ἐῳνοχόει. ξ Lectio Zenodotea fertur fuisse ἐνῳνοχόει. Schol. A. κατ' ἔνια τῶν ὑπομνημάτων „ἐνῳνοχόει" φέρεται. οἱ δέ φασι, τὴν Ζηνοδότειον εἶναι γραφήν. ἐν μέντοι ταῖς ἐκδόσεσι χωρὶς τοῦ ν εὕρομεν ε κατ' ἀρχὴν τῶν παρῳχημένων. cf. Euſtath. Laudat Sch. A. paullo poſt ἀνῶγεν et ἀνέῳγεν ἤνδανε et ἐήνδανε. ὦσεν et ἔωσεν· ἔσσατο (ſic leg. pro ἔσυτο) et ἐέσσατο. ſic et ἐῳνοχόει h. l. quod eſt ᾠνοχόει Od. O, 141. et Il. A, 598. vbi v. Exſcripſit ſimile Scholion Euſtathius; vnde et patet, ab Herodiano iſta eſſe profecta. cf. Heſych. h. v. Etymol. Volunt grammatici Atticum eſſe. Dicendum erat, eſſe formam antiquam, quam Attici retinuerunt. Ceterum in ἐνῳνοχόει indocte ν interpoſuiſſe patet ſeu Alexandrinos ſeu antiquiores ex ignoratione digammi; fuit enim ϝοινοχοει (Dawes p. 179 ϝοινοχοϝει.)

De νέκταρ agunt ad h. l. Euſtath. et Etymol. h. v. Notatur quoque ſchema, quod οἰνοχοεῖν νέκταρ iuncta ſunt notione τοῦ οἴνου adiecta, pro ſimplici χέειν νέκταρ, vt de equis βουκολεῖσθαι dictum Il. Υ, 221. vbi v. — χρυσέοις binis ſyllabis efferri, hic, et ad B, 268. et vbique inculcat Clarke. χρυσείοις paſſim in codd. vt ſaepe, indocte.

4. ξ δειδέχατ' ἀλλήλους. Excidit Scholium, quod ad δειδέχατ' ſpectaſſe videtur. Vrat. a. δειδέκατ'. A δέχεσθαι eſt ἐδεδέχμην, inde pro ἐδεδέχντο eſt δειδέχατο. vt δείδεκται pro ἐδέδεκται, et alia. δέχεσθαι pro δεξιοῦσθαι δεπάεσσι. fiebat ſic vt alter alteri poculum plenum praeberet, interdum delibátum, quae docent loca a Clarkio adſcripta, Athen. I, 11. p. 13 T. 14 A. loco hoc appoſito lib. V, p. 193 A. XI, 14. p. 498 D. Virgil. Aen. I, 741.

5. 6. αὐτίκ' ἐπειρᾶτο Κρονίδης ἐρεθιζέμεν Ἥρην κερτομέοις ἐπέεσσι παραβλήδην ἀγορεύων. Eſt in Schol. B. longum Scholion, exſcriptum ex Porphyrio (in cuius Quaeſt. Hom. 16 repetitur) an vere prouocare dicendus ſit Iupiter Iunonem. Scilicet indignum hoc Ioue putarunt multi, quare etiam παραβλήδην v. 6. de compara-

Digitized by Google

tione acceperant; vnde hoc petitum in Schol. br. cf. Euſtath.

παραβλήδην ἀγορεύων. Eſt de iſta voce quae vno h. l. occurrit, nec ex contexto definitam notionem habet; ſi autem ad etymum recurritur, quandoquidem *τὸ παραβάλλειν* multos vſus habet, multo magis ambigua eſt, ſervatum Scholion in Etymol. voc. *ὑποβλήδην* (A, 292) vbi *παραβλήδην* ex Apollonio illuſtratur: lib. II, 60 *ὣς ἔφατ'· αὐτὰρ ὅγ' οὔτι παραβλήδην ἐρίδηνεν. nil regerendo altercatus eſt.* hoc autem Homeri loco redditur per *τὸ κατ' ἀπάτην λέγειν.* quae interpretatio auctoritatem habet Apollonii Lex. h. v. vbi cf. Villoiſ. Vnde aſſequi licet, quod Schol. Ariſtoph. Au. 1647 de fraude accipit, et illuſtrat inde *τὸ διαβάλλεσθαι* pro *ἐξαπατᾶν*, laudat quoque ex Alcaeo *διαβάλλεταί σε.* Suidas: *παραβαλέσθαι τὸ ἐξαπατῆσαι. Θουκυδίδης ά.* (loco ab hoc ſenſu alieno p. 86, 60.) *οὕτω καὶ Ὅμηρος· παραβλήδην ἀγόρευε.* et poſtea *παραβλήδην. ἀπατητικῶς. παραλογιστικῶς.* Haec eadem habet Heſych. h. v. et adiungit alterum, *ἐξ ἀντιβολῆς παραβάλλοντες.* Apud eundem alieno mox loco idem voc. appoſitum, habet adiunctum *ἐρεθιστικῶς.* Habemus itaque duplicem interpretationem. Fraudis quidem notio videtur eſſe aliena; ſed exponendum eſt, *ſimulate*, per ſimulationem. Cum tamen *παραβάλλειν* ſit interponere ſeu ſubiicere aliquid inter dicendum, ſeu reſpondendo ſeu interpellando, vt *ὑποβλήδην* dictum eſt, amplecti licet alterum, vt ſit *interponere inter confabulandum:* vt quoque Schol. III, 107 *παραβλήδην· προσέειπε* reddit, *ἀντὶ τοῦ παραβάλλουσα τοῖς εἰρημένοις. οὐ γὰρ ἀκουστέον ἐπὶ τοῦ ἀπατᾶν. Παλαμήδης δὲ ἐξ ἀντιβολῆς. ἢ παραλογιστικῶς. νῦν δὲ, ἐξ ἀποκρίσεως.* add. Schol. ad IV, 1563. Vides quam ambigua vox ſit. Disputaſſe video de ea Koeppen. ad h. l. Sturz. et Ilgen ad Hymn. in Mercur. 56. vbi *παραιβόλα κερτομέουσι* pro ſuo quisque ſenſu exponit.

7. *δοιαὶ — θεάων.* „γρ. *θέαιναι.*" Barnes.

Digitized by Google

8. Ἥρη τ' Ἀργείη. versus excitatur a Strabone IX, p. 634 A. et hemistichium VIII, p. 571 A. vbi notat, ab vrbe dictam esse. Etiam Apollon. Lex. in Ἀργείη. Πελοποννησία· Ἀργείη δ' Ἑλένη (B, 161) ὁτὲ δὲ, διὰ τῆς πόλεως. „Ἥρη τ' Ἀργείη." Φησὶ γάρ· ἤτοι ἐμοὶ τρεῖς etc. inf. 51. 52. Scilicet fuere, quibus ἀργείη esset ἡ λευκή. vt ex Hesych. h. v. discas; vbi adscribitur Ἡσίοδος, pro Ἡλιόδωρος, vt emendauit Ruhnken. Praef. p. VIII.

Ἀλαλκομενηὶς Ἀθήνη. Veram notionem epitheti ignorarunt iam veteres; itaque ex etymo declarant, s. ab ἀλάλκειν, quod vim depellit dea, siue ab aliquo homine, siue a vico Boeotiae: vt Sch. B. et Schr. br. inprimis Etymol. h. v. et in Κύπρις. Hesych. et primo loco Apollon. Lex. h. v. Praestat cum Strabone IX, p. 634 A. statuere, dictam esse Athenen ab Alalcomenis, Boeotiae vico, cf. Pausan. IX, 33. p. 777. respondet quoque hoc alteri Ἀργείη Ἥρη, monente Clarkio. Fuere quoque Alalcomenae in Ithaca: de quibus Plutarch. in Qu. Gr. p. 301 D.

9. νόσφι καθήμεναι. νόσφι non succurrendo Menelao. νόσφι τοῦ Μενελάου Sch. B. dum ei non subuenerunt.

10. Φιλομμειδὴς Ἀ. variant in μ et μμ codd. et edd. etiam h. l. v. ad Γ, 424.

11. τῷ δ' αὖτε Φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη αἰεὶ παρμέμβλωκε καὶ αὐτοῦ κῆρας ἀμύνει. Sch. br. παρμέμβλωκε, παραμένει. πάρεστι. Apollon. Lex. h. v. παραμεμόληκε, συμπάρεστι. Eadem repetunt Hesych. Eustath. ad h. l. et ad Ω, 73 (vbi de Thetide ἡ γάρ οἱ αἰεὶ μήτηρ παρμέμβλωκε) Etymol. Suid. in μέμβλωκε. De sensu igitur constat; at de forma vocis grammatici varia comminiscuntur; quae repetere piget. Simplicissimum erat dicere, fuisse verba μέμβλω et μεμβλόω ex μέλω ducta. Μέμβλω et μέμβλομαι occurrunt in ipso Homero T, 343. Φ, 516. Od. X, 12 pro μέλεσθαι. Est adeo παραμεμβλοῦν assidua cura aliquem amplecti ac prosequi. Apud Hesych. est βέμβλωκε sollenni permutatione τῶν β et μ. Etiam βέμβλετο et μέμβλητο.

Digitized by Google

Pro *καὶ αὐτοῦ κῆρας ἀμύνει* Barnes „γρ. *αὐτῷ*." Placebat Wassio; et placere potest, modo auctoritas adesset; est enim hoc sollenne. Occurrit tamen et alterum Φ, 539 *Τρώων ἵνα λοιγὸν ἀλάλκοι*, vbi paullo ante 250 *Τρώεσσι δὲ λοιγὸν ἀλάλκοι* dictum erat.

13. *ἦτοι* et *ἤτοι* et hic et vbique variat.

15. *φύλοπιν*. primo loco nunc haec vox Homerica occurrit, quae pugnam declarat, nec tamen de ea quaerunt grammatici, nisi ad Z, 1. Sch. B. et Sch. br. A *Φῦλον* vocem esse ductam, probabiliter disputes; at altera pars obscura est; disputant de ea Etymol. Hesych. Apollon. Lex. p. 700.

16. *ἡμεῖς δὲ Φραζώμεθ' — ἦ ῥ'* (subintell. *εἰ ἦ —*) — Laborant grammatici in consequutione temporum constituenda: *Φραζώμεθ' ὅπως ἔσται τάδε ἔργα· ἦ ῥ' — ὄρσομεν, ἦ — βάλωμεν*. Scilicet permutauit poeta tempora propter paritatem virtutis; vt sexcenties facit, cum aut *ὄρσωμεν* aut *βαλοῦμεν* dicere deberet. Exempla v. ap. Barn. ad Od. A, 41. Idque inprimis locum habet in futuris indicatiui et aoristo coniunctiui. Etiam Pindarus v. c. Ol. VI, 39 *ὄφρα βάσομεν — ἵκωμαί τε*.

17. *εἰ δ' αὖ πως*. Sic *αἱ Ἀριστάρχου*. (Expectabam *αὖ τὼς* pro *οὕτως*, vt sup. Γ, 415.) At Aristophanea: *εἰ δ' αὕτως*, vt nunc legitur. Sch. A.

18. *ἦτοι μὲν οἰκέοιτο*. *μὴν* ediderat Barnes quod recte spreuit Clark. *sane quidem*. *ἦτοι κεν* Vindob. Pronuntiatum autem fuisse *οἰκέοιτο* trinis syllabis monere vix opus erat, nisi vt animaduertas, omnes contractiones esse serioris vsus.

20. *ἐπέμυξαν*. Satis declaratum per Schol. Eustath. Hesych. Suid. etiam ab Apollon. Lex. h. v. (vbi verba *ὧν πάσχουσι* videntur retrahenda esse ad superiora *οἷον ἀγανακτοῦντες, ὧν πάσχουσι*.) esse proprie id genus ingemiscendi prae indignatione, cum labris compressis sonus per nares editur. *ἐπεμύχθησαν* ad interpretandum vitiose vbique pro *ἐπεμύχθισαν* legitur. cf. Ern. ad h. l. et quem laudat Hemst. ad Lucian. T. I. p. 253. notioni ir-

Digitized by Google

riſionis nullus hic locus eſt. Similis locus Θ, 457. 8. vbi v. Euſt. Inter Ionica relatum a Gregor. de Dial. p. 265 καὶ τὸ ἐστέναξεν, ἔμυξε. In fine καὶ Ἥρῃ nulla ratio τοῦ Digamma habita eſt: vt iam monitum Exc. II, ad lib. I.

21. ξ— quod Iunonis et Athenes ſedes declarantur proximo a Ioue loco. Sch. A. nota res. — πλησίαι ſuperſcripto ον Eton.

22. ξ— quod ἀκέων pro ἀκέουσα. Non enim, ait Sch. A. (eadem habet Euſtath.) eſſe poteſt dictum pro ἡσύχως, vt Ariſtonicus ἐν τοῖς σημείοις pronuntiat, quemadmodum (Od. Φ, 89.) ἀλλ' ἀκέων δαίνυσθε. Apollonius ἐν τῷ περὶ μετοχῆς (ſ. μετοχῶν vt Euſtath.) negat eſſe poſſe aduerbium μεσότητος. (quod quale ſit qui ſcire volet, adeat Etymol. in br. Sch. κεῖται δὲ ἀντὶ μεσότητος τῆς ἀκῆς leg. τοῦ ἀκήν.) Praeſtat ſtatuere, ἀκέων pluribus formis, primo vt participium, ἀκέων, ουσα, tum vt adiectiuum, ὁ καὶ ἡ ἀκέων, tandem aduerbii habitu, frequentatum eſſe. cf. Heſych. h. v. Suidas. Etymol. h. v. Ita dici potuit ſup. A, 565 ἀλλ' ἀκέουσα κάθησο. et h. l. ἡ Ἀθηνᾶ ἀκέων, et Od. Φ, 89 ἀλλ' ἀκέων δαίνυσθε καθήμενοι. Ceterum, ſi alibi, vt Z, 131 poeta dicere potuit, οὐ δὴν ἦν, et vulgare eſt, εὖ εἶναι, κακῶς εἶναι, quidni aduerbio iunctum eſſe poſſit ἀκέων ἦν?

ἡ μὲν ἀθηναίη Vindob. Alt.

23. σκυζομένη Διὶ πατρὶ, de verbo σκύζεσθαι, ὀργίζεσθαι, a canum frendentium ſono ducto, omnia expedita ſunt in grammaticorum libris, Apollonio praeeunte, σκύζεσθαι, χολοῦσθαι ἢ σκυθρωπάζειν.

χόλος δέ μιν ἄγριος ἥρει. Athenag. Deprecat. pro Chriſt. 17. (21) laudat αἱρεῖ.

24. Ἥρη δ' οὐκ ἔχαδε στῆθος χόλον. Pro Ἥρη, quod legitur quoque ap. Apollon. Lex. in χάσασθαι, p. 703. et ap. Galen. Hippocr. et Plat. plac. III, 2 et 7. Barnes, neſcio vnde, „γρ. ἥρης et ἥρῃ." Eadem ille repetit inf. ad Θ, 461 vbi hic verſus iterum occurrit. Editur tamen ἥρῃ ap. Athenag. l. c. Vt nunc legitur, Iuno

Digitized by Google

οὐκ ἔχαδε (κατὰ τὸ) στῆθος χόλον, οὐ κατεῖχε· idem quod Ω, 584 κραδίῃ χόλον ἐρύσασθαι est.

οὐ κέχαδε an οὐκ ἔχαδε sit legendum, dubitat Eustath. prius legerat altero loco Θ, 461 at οὐκ ἔχαδεν recitat ad Il. Ξ, 34. Contra ad Od. Δ, 96 χρῆσις δὲ — inquit, τοῦ κέχαδεν ἐν τῷ· Ἥρῃ δ' οὐ κέχαδεν χόλον θυμός. εἰ γὰρ καί τινες βούλονται γράφειν ἔχαδε, λόγῳ δευτέρου ἀορίστου, ἀλλ' ἡ πλείων χρῆσις τῶν ἀντιγράφων κέχαδεν αὐτὸ οἶδεν. Atqui hoc ita se haud habet; vbique legitur οὐκ ἔχαδε, etiam ap. Hesych. Suid. Athenag. l. c. (vbi Bodlei. 1. 2. χόλος) Tametsi autem κέχαδε legeres, non tamen h. l. esse posse: praeteritum perfectum, sed esset ab ἐκέχαδον, a κεχάδω, noua forma pro χάζω. Contra ab hoc χάζω frequentatur κέχανδα Il. Ω, 191. Ψ, 268. Od. Δ, 96.

25. ποῖον τὸν μῦθον ἔειπες. Mori cum al. Vrat. a. ἔειπας, perpetua varietate; de qua iam monitum A, 106. Formulam aliquoties iteratam videbimus, Π, 439. X, 177.

26. ἄλιον θεῖναι πόνον ἠδ' ἀτέλεστον. Ad h. v. respicit mox v. 57. In Townl. πόνον ἠδ' ἀτέλεστον θεῖναι. Expectabam alicubi θέμεναι πόνον, plenius ad aurem.

27. ἰδρῶ θ', ὃν ἵδρωσα μόγῳ. Vulgo legitur vna voce ἰδρῶθ'. atqui in Homero nusquam occurrit ἰδρῶτα, sed ἰδρῶ. Videntur Sch. A. et B. sic legisse, etsi verba corrupta sunt; neque aliter Hesych. ἰδρῶ, ἰδρῶτα, hoc ipso loco laudato: qui excidisse videtur in Apollonio in ἰδρῶ. Add. Etymol. Ita vero apparet θ' esse copulam τε, et esse eo modo interpungendum, quo feci: vt iungantur πόνον ἰδρῶ τε.

At alio modo Bentleius locum concinnabat, ἰδρῶ, ὅν θ' legendo: ita οὐδ' ἀτέλεστον ἰδρῶ, iungebat, ὅντε. Enimuero ὃν ipso tono producitur.

καμέτην δέ μοι ἵπποι. Cantabr. ἵππω.

29. ἔρδ' et ἔρδ' variat. v. ad A, 315.

οὔ τοι πάντες ἐπαινέομεν. Ἐπαινεῖν nunc est συναινεῖν, assentiri. Sic et Σ, 312 Ἕκτορι μὲν γὰρ ἐπήνησαν κακὰ μητιόωντι. ἐπαινέσομεν Mosc. 1.

Digitized by Google

30. *μέγ' ὀχθήσας.* v. ad A, 517.

31. *τί νύ σε Πρίαμος* — Sch. B. „*ἀντὶ τοῦ· πῶς δή*; vt *τί νύ σ' ἔτρεφον αἰνὰ παθοῦσα* A, 414." ſane ſic reddi poteſt; proprie tamen eſt *διὰ τί*; *πρὸς τί*; Verſus 31 —33 recitat Plutarch. de Iſ. et Oſir. p. 360. 1. vbi docet *δαιμονίη* dici etiam *περὶ τῶν Φαύλων.*

32. *ὅτ' ἀσπερχὲς μενεαίνεις — ἐξαλαπάξαι.* Occurrit nunc primum *ἀσπερχὲς*, quod Apollon. h. v. reddit *συνεχὲς, δαψιλὲς, ἀδιάλειπτον.* Sic et Heſych. Sch. br. Euſtath. ex contextis. Propriam vim, quae occurrere videtur Σ, 555 *παῖδες ἀσπερχὲς πάρεχον*, declarat Etymol. *τὸ ἄγαν ἐσπευσμένον. σπέρχειν, σπεύδειν.* Scilicet eſt valde, cum impetu, ruens, et hinc omnino multus: cum *α* intenſiuo; et aduerbii loco *valde, multum;* vſu maxime in ira frequentatum.

35. *εἰ δὲ σύ γ' — βεβρώθοις, τότε κεν χόλον ἐξακέσαιο. quod ſi Priamum eiusque liberos crudos deuoraveris, tum tuum odium expletum erit.* Quod nos diceremus: odium tuum non ante, puto, expletum erit, quam — Ineſt aliquid impediti in ſtructura. Nec comtior eſt oratio, ſi *εἰ* accipias pro *εἴθε* dictum, *vtinam — deuores. τότε* deſiderat *ὅτε*, pro quo ſane eſſe poteſt *εἰ δέ γε σύ.*

36. *ὠμὸν βεβρώθοις.* Mori *βεβρώθεις.* at alterum conſtanter legitur, etiam ap. Heſych. Etymol. et recte poſt *εἰ.* Alludit ad h. v. Xenoph. Hiſt. gr. III, 3, 6. et de Cyri Exped. IV, 18, 12. iam a Clarke laudatus. Ab Attio Labeone, qui Iliadem et Odyſſeam, verbum e verbo, ridicule ſatis, transtulerat, redditum erat: *Crudum manduces Priamum Priamique piſinnos* apud Perſii Schol. I, 4. v. Wernsdorf. P. L. M. To. IV. P. II. p. 578. Verſum hunc, qui tam feros animi ſenſus et mores arguit, inprimis in dea, multis displicuiſſe facile expectes. Par tamen eſt ferocia Achillis erga Hectorem ſupplicem Il. X, 346. 347. et Hecubae Ω, 212. Cauſſam odii inueterati in Troianos nec Iupiter nec Iuno memorant; ita vt non niſi ex ſtudio Iunonis in Achiuos repetendum illud

Digitized by Google

esse videatur. Itaque seriores commenti sunt, aut antiquiores poetas sequuti narrarunt, iudicium Paridis et spretae iniuriam formae.

36. χόλον ἐξακέσκιο. Iterum hoc in Od. Γ, 145 ὡς τὸν Ἀθηναίης δεινὸν χόλον ἐξακέσαιτο, et Il. O, 217 ἀνήκεστος χόλος· tum *mederi malo* aliquoties, et ἄκος ῥεχθέντος κακοῦ Il. I, 260. Etiam de restinguenda siti, Il. X, 2. quod Pindarus sequutus est P. IX, 180. Hinc in vulgarem tropum abiit, quem auide arripuerunt multi. Est autem χόλον ἀκέσασθαι pro παύσασθαι τοῦ χόλου, sed non tam placando, quam exsatiando iram, vlciscendo iniuriam.

37. ἔρξον, ὅπως ἐθέλεις, μὴ τοῦτό γε νεῖκος ὀπίσσω — γένηται. Alii apud Sch. A. et B. nouam sententiam constituerunt, vt optatiue sit: *vtinam ne*. Atqui sic non γένηται, sed γένοιτο requireretur. Iidem supplerunt διὰ τοῦτό γε — et νῖκος scripsere, de quo v. ad M, 276. Fieri potest νεῖκος ἔρισμα, ἔρις, quatenus illud est animi seu dissensio seu exacerbatio.

40. ὁππότε κεν καὶ ἐγὼ μεμαὼς πόλιν ἐξαλαπάξαι —. Videri potest in his poeta ad tempora reditus Heraclidarum respexisse: quod et Schol. A. suspicatur. Quorsum et referas v. 50 ἦ τοι ἐμοὶ τρεῖς — Ad consilium Iouis, quod Achiuorum res inferiores fieri Achillis caussa constituerat, referunt verba Sch. A. B. ad v. 37. at Mycenarum euersionem hic memorare non debebant; facta ea est multo serius Ol. LXXVIII. v. Diod. XI, 65. Strab. VIII, p. 571 C. 579 B.

41. ὅθι τοι Φῖλοι ἄνδρες ἐγγεγάασι. Legebatur ἐκγεγάασι. Sch. A. „ἐνδιατρίβουσιν, οὐ γεγένηνται." Itaque ille ἐγγεγάασι legerat. quod Vrat. b. Townl. Mosc. 1. et ex corr. 3. ed. Flor. cum Ald. 1. habent; mutauit illud Ald. 2. non bene. At in principio versus τὴν habet quod offendat: pro τινὰ dictum esse non potest; sed ταύτην, ἐν ᾗ, ὅθι. Tollius coni. σὴν ἐθέλω.

42. μή τι διατρίβειν τὸν ἐμὸν χόλον. Notabili vsu dictum Homero τὸ διατρίβειν pro ἀναβάλλεσθαι. παρέλ-

κειν. Sch. br. Addunt alia Euſtath. Etymol. Heſych. optimum eſt ἐμποδίζειν, κωλύειν. Videtur notio orta ex διατρίβειν χρόνον περί τι proprie conterere, conſumere tempus, tum ſimpliciter διατρίβειν, moras nectere, vt Il. Τ, 150. Inde διατρίβειν τι, pro ἀναβάλλεσθαι, vti γάμον Od. Υ, 341 et B, 204. itaque et χόλον, h. l. inhibere et effectui moram iniicere. — Vſus τοῦ τὸν non eſt ex Homerico more.

42. ἀλλά μ' ἐάσσαι male repoſuerat Barneſ. cum non teneret verba in αω antecedente alia vocali produci in penultima; quod accurate docuit Clark. ad h. v. ἐᾷν h. l. vi oppoſiti ſinere alterum libere agere pro arbitrio ſuo. Poteſt tamen h. l. ſuppleri: ἐᾶσαι ἐμὲ ἐξαλαπάξαι τὴν πόλιν vt inf. 55 — εἰῶ διαπέρσαι. Vide de h. v. vſu ad Ω, 71. ἀλλά μ' ἔασον Vindob. Alt.

43. Laborant grammatici, A. B. Sch. br. et cum iis Euſtathius, in diluenda contradictione ἑκὼν ἀέκοντι θυμῷ. cum tamen ipſe rerum vſus vnumquemque ſatis doceat, facere nos multa inuitos, alio tamen reſpectu lubentes; et cedere nos precibus etſi inuitos. Tryphon tamen in id inciderat vt ſcriberet δῶκ' ἀέκων ἀέκοντί γε θυμῷ. Sch. A. et B. hic quidem e Porphyrio, quod docet Leid. Etiam ſcribere iubet Ven. A. ἐγὼ σοὶ (cum in *tibi* vis ſit.) τοὶ Cant. Etiam γρ. σοι ἔδωκα. Barneſ.

45. ξ— quod ναιετάουσι actiuum pro paſſiuo ναιετάονται eſt." Immo eſt, *ſitae ſunt:* cf. ad B, 626. Retulit quoque inter ſoloeca grammaticus ad calcem Ammonii p. 199.

46. ξ— quod πέρι pro περισσῶς dictum. vt: ὃς πέρι μὲν νόον ἐστὶ βροτῶν, πέρι δ' ἱρὰ θεοῖτι Od. A, 66. cf. inf. ad 375. — tum (ἐν) κῆρι (ex κέαρι) nec iungenda ſunt περὶ κῆρι quod plerumque factum in locis plurimis: tuente quoque id Bentleio ad Callim. in Del. 201.

Sequitur in Ven. A. (etiam in Euſtathio) obſeruatio ſexcenties inculcata, quod Homero eſt ἡ Ἴλιος. ſemel tantum Ἴλιον αἰπύ. Il. O, 71. add. ad Σ, 174. Quod Iupiter ait Ilium ſibi *tantopere cordi eſſe*, τιέσκετο Ἴλιος

ἱρὴ, in eo eum mentiri contendunt, quia Il. Υ, 306 Ἤδη γὰρ Πριάμου γενεὴν ἤχθηρε Κρονίων. Ait Schol. A. et Euſt. hoc ſerius factum propter impietatem. Atqui diuerſo reſpectu vtrumque verum eſt.

47. ἐϋμελίῳ multi vt alibi, vno μ. et ſic antiquitus recte.

48. δαιτὸς ἴσης. claſſicum hunc locum eſſe ait Ern. aduerſus eos, qui a partitione ciborum ducunt modum loquendi, et ad intelligendum, δαῖτα ἴσην eſſe nihil aliud, quam *cibum bonum, opimum.* ἀγαθὴ e Zenodoti mente. v. Athen. I, 10. et Suid. in δαιτή. Etiam ad Ω, 69 τῆς ὀφειλούσης καὶ δεούσης redditur. Equidem ne ſic quidem rem expeditam video propter alia, quae ad A, 468 disputata ſunt. et quid? ſi Od. Υ, 281 pro ἴσην dicitur Ἶσην? Πὰρ δ' ἄρ' Ὀδυσσῆϊ μοῖραν θέσαν, οἱ πονέοντο, Ἶσην ὡς αὐτοί περ ἐλάγχανον. et 293 Μοῖραν μέν τοι ξεῖνος ἔχει πάλιν, ὡς ἐπέοικεν, Ἶσην, οὐ γὰρ καλὸν ἀτεμβέμεν οὐδὲ δίκαιον ξείνους Τηλεμάχου. Et ſic ſaepe ἀτεμβόμενος κίεν ἴσης. Occurrunt vſ. 48. 49. iterum Ω, 69. 70. Nec dicere auſim, annon ex iſto loco in hunc translati ſint. Notandum autem inprimis h. l. δαῖτα de ſacrificio poni, quod reliqua docent.

49. Vtuntur hoc verſu paſſim Patres eccleſ. ad irridendos deos victimarum nidore gaudentes, v. c. Clemens Cohort. p. 35. κνίσης et h. l. veteres ap. Euſtath. v. ad A, 66.

51. 52. Verſus recitantur in Schol. Pindari Nem. X, 1. eſt ap. Apollon. Lex. in Ἀργείη. ibid. τρὶς legitur. Poſſis argutari τρὶς Φίλτατοι fuiſſe; ſed verius, vitium eſſe. — Φίλτατοι Vrat. a.

52. ξ— quod Iuno harum vrbium cauſſa ſe bellantibus ſtudere ait, non vero propter formam ſpretam; nam iudicium Paridis ignorat Homerus. Praeſtat obſeruare, debuiſſe aliquando, Achiuorum tempore, maiorem Spartae religionem eſſe Iunonis, quam ſerius, ſcilicet inde a Dorum immigratione, quae etiam religiones antiquas turbauit. In Ven. B. et Leid. inſerta eſt ζήτησις haud du-

bie Porphyrii admodum inepta, cur tres vrbes Iuno memoret pro vna. Ex eadem ſunt quae Euſtath. memorat p. 443. Ἄργος τε Σπάρτη τε Strabo VIII, p. 568 A. laudat inter exempla variae acceptionis prioris vocis. et Schol. Sophocl. El. 4 obſeruat h. l. laudato, Homerum disiungere Argos a Mycenis, quae poſt Homerum vna eademque vrbs ſunt (in Tragicis).

53. διαπέρσαι ſcribere iubent, vt ſit infinitiuus pro imperatiuo, cum poſſet quoque ſcribi διάπερσαι et ἐπίτειλον. imperatiue διάπερσον tres Vindob. Scripſi πέρι, non περὶ κῆρι. cf. ad 46. Ordo ſententiarum eſt inuerſus, et lenior foret oratio verſu 54 ante 53 collocato: Τάων οὔτοι ἐγὼ πρόσθ' ἵσταμαι, οὐδὲ μεγαίρω Τὰς διαπέρσαι, ὅταν τοι ἀπέχθωνται πέρι κῆρι. Saltem ne τὰς — τάων ſe excipiant, praeſtat: οὔτοι ἐγὼ τάων. μεγαίρω ait Ven. A. pro futuro φθονήσω.

54. τάων οὔ τοι ἐγὼ — Ita vel ſine codice erat legendum, vt hiatus tolleretur qui erat οὔτι ἐγώ. Subueniunt tamen et legunt ſic Townl. Moſc. 1. 3. Eton. et vn. ap. Bentl. duo Vindob. προίσταμαι in Vindob. eſt vitium.

55. 56. — ἀθετοῦνται. quod ipſam gratiam, quam ei facit Iuno, infringunt.

56. οὐκ ἀνύω, φθονέουσ' — οὐ τελεῖῳ Heſych. add. Suidas ἄνυσιν, τὴν ἐνέργειαν. Ὅμηρος· οὐκ ἀνύω φθονέουσα. Schol. Apollon. I, 413.

Φέρτατός ἐσσι laudatur in Ven. A.

59. ξ— quod πρεσβυτάτην nunc dixit τιμιωτάτην. Heſiodum hinc in fraudem inductum Iouem minorem natu facere: Θ. 454 ſq. (etſi nec hic diſerte hoc pronuntiatum).

Κρόνος ἀγκυλομήτης. Deſiderabat Bentleius ἀγκυλομῆτα, vt eſt μητιέτα Ζεύς. In Mori mſ. et in marg. ed. Henr. Steph. eſt ἀγκυλόμητις. Sic eſt δολόμητις et δολομήτης.

60. ἀμφότερον, γενεῇ τε. ξ— quod γενεῇ pro γένει. (non, *natu*, ſed *genere*, nam iisdem parentibus nata:) Apollon. Lex. h. v. per εὐγένειαν reddit. At Ven. B.

Digitized by Google

Schol. cum Leid. affert ſex (ἓξ non ἑξῆς) voc. γενεὰ ſignificatus. Petiti illi ex Apollon. Lex. h. v. Paria habet Etymol. h. v. cf. ad A, 250. Porro σοὶ παράκοιτις Ald. 2. et Rom. vnde aliae. Sic Moſc. 1. 3.

61. Recte obſeruat Sch. B. κέκλημαι, σὺ δὲ π. dicta eſſe pro, διότι σου εἰμὶ γυνὴ, τοῦ πάντων θεῶν ἀνάσσοντος, βασιλεύοντος.

63. ἐπιδέψονται erat in Heſych. ex h. l. notante Bentl.

64. σὺ δὲ θᾶσσον Ἀθηναίῃ ἐπιτείλαι. ξ— quod ἐπιτεῖλαι pro imperatiuo (ἐπίτειλον, πράξταξον) eſt. Sch. br. Obſeruat quoque hoc Apollon. de Syntaxi p. 84, 27. etſi in editis peccatum eſt. Tandem Sch. B. θᾶσσον ad ἐλθεῖν referre iubet, nam v. 70 ſequitur: αἶψα μάλ' ἐς στρατὸν ἐλθέ.

66. Πειρᾷν θ', ὥς κε Τρῶες ὑπερκύδαντας Ἀχαιούς. — Primo argutantur grammatici (in Ven. A.) quod nolunt Troianos cogi a diis ad delinquendum, ſed tantum *tentari*, πειρᾶσθαι· (ex antiquo philoſophandi more, vt occurreretur impio effato, deos eſſe auctores malorum: quo nomine hunc ipſum locum damnauit Socrates apud Platon. de Rep. II. extr. quaſi dei nunc minor culpa eſſet, ſi *pellexit* ad peccandum. Ignorant, rudiorum hominum ſenſus alios nec fuiſſe nec eſſe potuiſſe, quam vt malorum auctorem facerent numen; nec niſi melior philoſophia hac ſuper re ſubtilius quaerere coepit.) Repetunt ſimilia grammatici inf. ad v. 88. Etiam Popium hic haerentem videas.

Laborant porro grammatici in forma vocis ὑπερκύδαντας. Multi contractum accepere ex ὑπερκυδήεντας ab ὑπερκυδήεις. Ita vero ſcribi debet ὑπερκυδᾶντας. Herodianus ex ὑπερκυδάναντας contractum eſſe ſtatuebat, ab ὑπερκυδαίνω. Scholion extat quoque in Etymol. Adde Euſtath. e quo Barnes habet: γρ. ὑπερκυδᾶντας. Non perſpectum habuere viri docti eiusdem vocis varias eſſe formas, et ex iis nonnullas eſſe antiquatas poſt Homerum; fuiſſe adeo ὑπερκύδημι, vnde ὑπερκυδάς, debebat eſſe ὑ-

Digitized by Google

περκυδάντας, at ignoratione originis mutarunt accentum. In Sch. A. aliud adiicitur: ὑπερκύδας δὲ, ἐκ τοῦ κῦδος κύδας, ὑπερκύδας. Esset adeo vt γήμας, a γάμω, κύδας a κύδω. Nisi et is scribere voluit κυδὰς a κύδημι. Sensum reddit Apollon. h. v. et ex eo Hesych. ὑπερκύδεις γενομένους. ἐνδόξους. Est adeo epitheton ornans ὑπερκύδαντας Ἀχαιοὺς, ac si κλειτοὺς diceres. Aliquid amplius addunt Sch. br. ὑπεράραντας τῇ δόξῃ διὰ τὴν Μενελάου νίκην. fere vti in Sch. A. aliud Scholion, nec indocti hominis, subiicitur: ὑπερκύδαντας, μεγάλως γαυριάσαντας ἐπὶ τῇ Μενελάου νίκῃ, nec male.

Sed de πειρᾷν adhuc monendum: quod, vt ἐπιτεῖλαι paullo ante, pro imperatiuo acceperunt veteres, vt esset πειράτω. aut etiam πειρῶ, vt Gregor. de Dialect. p. 198. indocte; pendet enim ab ἐπιτεῖλαι ἐλθεῖν — πειρᾷν τε.

πειρᾷν θ'. pro hoc πειρᾷν δ' Mori. C. L. et praefert Bentl. ex 71. Vrat. b. Eton. Townl. hic et 71. Mosc. 1. Vindob. Alt. Gregor. l. c. cum non animaduersum esset, πειρᾷν τε pendere ab ἐπιτεῖλαι. Monstrum lectionis est in Sch. B. L. ad Γ, 276 vbi hic versus adscribitur: πειρᾷν θ' ὡς κέντροισιν ὐ. Ἀ.

67. ὑπὲρ ὅρκια. Etiam hic nonnulli, vt Mori, vna voce ὑπερόρκια, de quo v. ad Γ, 299. vbi v. de modo loquendi: ὑπὲρ ὅρκια δηλήσασθαι τοὺς Ἀχαιοὺς, *aduersus foederis pactionem violare Achiuos.* cf. inf. 236.

71. ξ diple spectauit eo quod post ἐλθὲ subiicitur πειρᾷν pro πείρα, imperatiuo: quo nomine quoque versus notatur ab Etymologo in μὴ p. 586, 26. et Schol. Aristoph. Pl. 321. et inter soloeca refertur a grammatico ad calcem Ammonii p. 210.

73 sqq. Nihil in his, quae Mineruae tribuuntur, est, quod ad ethicas notiones exigi possit ac debeat; Ingenium, quale tum erat hominum, expressum puta in Minerua: quae pro studio suo Achiuorum odioque in Troianos hoc vnum satagit, vt redintegretur praelium. Inepte argutantur super his Schol. ad 88. 93. et Plutarch.

Digitized by Google

de Pyth. Orac. (p. 405 A.) quos Clarke minus bene commendat.

74. ξ— Quod de Olympo tanquam de monte memoratur: *βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο κορήνων* —

75. *οἷον δ' ἀστέρα ἧκε Κρόνου παῖς* — Ita legebatur hiatu haud Homerico; vitioſe pro *ἀστέρ' ἔηκε*. Sic ſup. A, 48 *μετὰ δ' ἰὸν ἔηκε*. ſic et *ξυνέηκε. μεθέηκε. ἀνέηκε. ἀΦέηκε. ἐνέηκε. καθέηκε*. Emendarat ſic Bentl. et eſt ap. Barnes: „*γρ. ἀστέρ' ἔηκε*“ nec addit, vbi.

De meteoro agi manifeſtum eſt, non de ſtella; videtur cogitandum eſſe de igni repente per aerem discurrente, interdum in globi, alias in facis morem; id quod iam tum prodigii loco habitum eſſe nemo miretur, qui meminerit, nec maiores noſtros aliter ſtatuiſſe; adiicitur, pro prodigio haberi a nauigantibus aut praeliaturis; adeoque in rei magnae ac periculoſae aditu ac curſu. Singulare hoc, quod *ſcintillae ab igni emiſſae* memorantur; accipiendum tamen rectius de flamma micante ac vibrante. Cadunt autem tales ignes et noctu et interdiu, etſi poeta nec de tempore quicquam adiecit. Etiam Apollon. III, 1376 ſqq. locum expreſſit de ſtella cadente. Add. Virgil. Aen. II, 694. vbi v. Schol. B. *καλοῦσι δὲ τούτους διάττοντας*, quod nomen iam aliunde notum eſt, et de quorum cauſſa iam Anaxagoras quaeſiuit, v. Plutarch. de placit. philoſ. III, 2. Male Sch. br. cum Tzetza Homeric. 25 de cometa acceperunt.

Ceterum non formam ac ſpeciem talis meteori aſſumſiſſe putanda eſt Athene; ſed dea, fulgida nube induta, de caelo delapſa ignis decidui ſpeciem ſpectantibus obiecit, ita vt talem ignem de caelo cecidiſſe putarent.

77. *τοῦ δέ τε πολλοὶ ἀπὸ σπινθῆρες ἵενται*. Heſych. *τοῦ δὴ πολλοὶ* in *τοῦ δή*. Expreſſi hinc vſſ. 441. 2. in Hy. in Apoll. vbi deus *ἀστέρι εἰδόμενος, μέσῳ ἤματι τοῦ δ' ἀπὸ πολλαὶ σπινθαρίδες πωτῶντο, σέλας δ' εἰς οὐρανὸν ἧκε*.

Poteſt ſcribi *ἀπὸ*, vt ſit *ἀπὸ — ἵενται, ἀΦίενται*, et *ἄπο, ἄποθεν*. Sch. B. poteſt etiam eſſe *τοῦ ἄπο, ἀΦ' οὗ*. Vrat. a. *ἴενται* quod ferri poſſit.

Digitized by Google

78. τῷ εἰκυῖα. Sch. br. τῷ ἰκέλῃ. forte ex v. 86 repetitum.

79. κὰδ᾽ δ᾽ ἔθορ᾽ ἐς μέσσον. Apollon. Lex. καδδέθορε. κατέθορεν δέ. ὅπερ ἴσον ἐστὶ τῷ κατεπήδησε.

81. ὧδε δέ τις εἶπεσκε. Rem insolitam non temere esse obiectam, sed pro prodigio habendam statuunt Achivi et de memorabili euento insequuturo interpretantur aut redintegrandi praelii aut pacis conficiendae. Quaerunt Scholia vim τοῦ τέρατος in eo, quod *ignis* pugnam, *casus in terram* finem belli declarare videtur: add. Eustath. Nescio tamen an recte interpretentur verba, vt de dubitatione agatur. Saepe ἦ altero loco ponitur pro μᾶλλον ἤ, quod magis conuenit, ἔσσεται πόλεμος μᾶλλον ἤ, profecto nunc, hoc prodigio obiecto, verendum est, praelium magis portendi quam pacem. In Schol. A. ad 82 video verba ἦ ῥ᾽ — ἔσσεται; interrogatiue esse accepta. Etiam Bentl. hoc maluerat; qui praeterea coni. ἔσσεθ᾽; ὁ δ᾽ οὐ Φιλότητα — τέτυκται;

83. ἦ Φιλότητα μετ᾽ ἀμφοτέροισι τίθησι. Apollon. Lex. Φιλότης. ἐπὶ μὲν Φιλίας versu hoc adscripto; et Etymol. h. v. vbi scriptum τιθεῖμεν.

84. Ζεὺς, ὅστ᾽ ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο — Daceria desiderabat ἀνθρώποις. Verum et inf. T, 224 sic legitur, vbi hic versus repetitur, et ap. Plutarch. de aud. poet. p. 15 A. B.

86. κατεδύσεθ᾽ ὅμιλον. Vulgg. edd. inde ab Ald. 2. et Rom. κατεδύτσεθ᾽, quod et codd. habent, inque iis Lipsi. Mosc. 3. ignoratione prosodiae. Restituerat Barnes κατεδύτεθ᾽ secundum Flor. et Ald. 1. At Clarke reposuit κατεδύσαθ᾽, quia sic K, 517 scriptum occurrit. Sane sic quoque Schol. br. Mori. In Vrat. a. est κατεδύσσαθ᾽. Est haec perpetua illa formae varietas in δύσετο, βήσετο, et similibus. cf. sup. ad Γ, 328, 262. At h. l. κατεδύσεθ᾽ firmatur per bonos codd. Ven. Townl. Vrat. b.

88. ÷ 89. ÷ Scholion A. aut obscurum est aut corruptum. Quantum assequor, Zenodotus dea indignum

Digitized by Google

ratus, quod hominem quaerere narratur, deleuit verſum 88 Πάνδαρον ἀντίθεον.

ἀντίθεον. ἀμύμονα. vel hoc exemplo patet, laudes huius generis Homericas non ad mores et animi virtutes ſpectare, ſed, pro illa aetate ad manuum robur, dexteritatem, corporis virtutem qualemcunque, et armorum tractandorum peritiam; interdum ſimpliciter ornare, vt praecipuum et praeclarum aliquem eſſe deſignent, aut ſtirpe vel fama nobilem.

90. 91. ἀσπιστάων λαῶν. Euſtath. λαῶν ἢ ἀνδρῶν. Si etiam ἀνδρῶν lectum fuit, praeferam hoc. Nam ἄνδρες ἀσπισταὶ bene dicuntur; inſolenter λαοὶ ἀσπισταί. Enimvero iterum hoc occurrit inf. 201. 2. Et comparari poſſunt λαοὶ ἀγροιῶται, Λ, 675.

οἵ' οἱ ἕποντο ἀπ' Αἰσήποιο ῥοάων. turpe inſidet vitium proſodicum: corrigendum haud dubie παρ' Αἰσήποιο. Sic iam Bentleium video emendaſſe, excitato inf. vſ. 500 ὅς οἱ Ἀβυδόθεν ἦλθε παρ' ἵππων ὠκειάων. vbi Euſtath. quoque notat παρὰ Homero vſurpari pro ἀπὸ, ἐκ. addit παρὰ dici de rebus inanimatis. (p. 895, 35. et plenius p. 1134, 37.)

92. ἀγχοῦ δ' ἱσταμένη ἔπεα πτερόεντα προσηύδα. Cant. Lipſ. Mori ap. Bentl. Vindob. Alt. a ſec. m. legunt ἀ. δ' ἰ. προσέφη γλαυκῶπις Ἀθήνη.

93. Ἦ ῥά νύ μοί τι πίθοιο. In hoc Mineruae conſilio non eſt cogitandum de iniuria et periurio Pandari; nec de deae perſona et ethicis praeceptis; quod omnino facere non licet, quoties dii ſunt pro machinis, quod nos vulgo loqui ſolemus, hoc eſt pro miniſtris aut ſequeſtribus et adiutoribus rerum gerendarum. Propoſitum erat poetae epico hoc vnum, vt haberet, qui eſſet idoneus conſilii auctor et ſuaſor.

Argutantur veteres, praeeunte iam Ariſtotele, (v. Sch. A. cf. Sch. br. et Euſtath.) dum quaeſtionem mouent: cur non e Troianis, verum e ſociis aliquem excitauerit Minerua, et cur Pandarum? Reponunt: „cum Paris eſſet tam odioſus (ſup. Γ, 453. 454.) neminem ex iis

eius cauſſa aliquid fuiſſe nouaturum; Pandarum autem fuiſſe auarum; nam auaritia adductum eum reliquiſſe equos cum curru domi E, 192 ſqq.; et fuiſſe periurum, vt ſolent eſſe Lycii." (male Λυκάονες ſcriptum Sch. A. B. cf. Euſtath.) Scilicet veteres perperam Lycium gente Pandarum e Lycia aduenisse ſtatuerunt: v. ſup. ad B, 824—7. Mirabar, cur non pariter quaeſiuerint veteres, cur Laodici maxime perſonam induerit Minerua. Video nunc in Schol. B. ad 87 hoc eſſe factum; ſcil. quia Antenor pater hoſpitio acceperat Achiuorum legatos, adeoque filius hoſpitii iure impeditus ipſe facinus perpetrare non poterat. Quam acute! Ceterum improbari hoc Mineruae aſſignatum conſilium, quod ipſa τὴν τῶν ὅρκων σύγχυσιν ſuadet, videbis a Platone in de Rep. II. p. 379 E.

94. Τλαίης κεν Μενελάῳ ἐπιπροέμεν ταχὺν ἰόν; ſcripſerat Μενελάῳ ἔπι Ariſtarchus. ἐπὶ e Lipſ. laudat Bentl. Etiam Ven. discriminat duo verba. At vulgatum tuitus eſt Menecrates Mileſius, ſimiliter ac ἐπιπροΐηλε. ἐπιπροέηκε. A. et B. addit Schol. A. ἵνα ἔμφασις μᾶλλον γένηται. hanc vix agnoſcas. Ceterum interpunctio varie inſtitui poteſt; ſatis commodam video eſſe nullam. Lenior foret iunctura, ſi εἴ ῥά' legeretur, ſequente apodoſi: τλαίης κεν — Nunc, conditionem, (in εἰ) puta mutatam eſſe in interrogationem. Apud Proclum in Platon. Polit. p. 378 legitur ἦ ῥά νυ πείθοιο. Etiam v. 95 alii abſolute extulerunt; quod Schol. A. improbat. Mox 95—98 abſunt a Vrat. a. non tamen de iudicio, ſed librarii lapſu.

95. Recte κε nunc ſeruant codices; nec tamen omnes vt video; nam κεν eſt in Vrat. b. c. Sic et I, 303 ἦ γάρ κέ σφι μάλα μέγα κῦδος ἄροιο. Adeo nihil in his eſt quod pendeas a libris.

96. μάλιστα Ἀλεξάνδρῳ. ingratus hiatus. Supplere facile eſt, quod et Bentl. facit μάλιστά γ' Ἀλ. MS. Lipſ. Townl. c. Sch. B. μάλιστ' Ἀλεξ. magis corrupte.

Digitized by Google

97. τοῦ κεν δὴ πάμπρωτα πάρ' ἀγλαὰ δῶρα Φέροιο. Schol. A. improbat, quod nonnulli πάρ' ſcribunt, nam eſſe iungendum παραΦέροιο. Cui nos quidem non obtemperabimus. Eſt enim παρ' οὗ Φέροιο κεν δῶρα.

99. Monent A. et B. non neceſſe eſſe ſcribere πυρῆς ἔπι β. In Mori et Vrat. a. πυρῆς τ' ἐπιβ. Male Bentl. adſcripſit: „Heſych. ἀλετενῆς. χαλεπῆς ad h. l. ſpectare; ſcr. ἀλεγεινῆς. (iam obſeruatum).

100. ξ— quia ſupplendum ἐπὶ Μενελάου. ὅτι ἀντὶ τοῦ· ἐπὶ τὸν Μενέλαον. Comparant cum ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων ſup. Γ, 5. quod et Suidas facit. Tum quaerunt grammatici, cur non Agamemnon telo petatur? Aiunt, quia opinari voluit Achiuos, telum a Paride furtim emiſſum eſſe. Satis argute! ἀλλά γ' Vrat. c.

101. ξ— Quia Λυκηγενὴς a Lycia Troica ductum eſt, e qua Pandarus ortum traxerat. Sic Sch. A. A Lycia miro conſenſu ducunt Λυκηγενὴς veteres; etiam rhetor Alexander in libello, qui Menandro rhetori adhaeſit in Rhet. Ald. p. 640 med. De Lycia Troica cf. ad B, 824—7. Enimuero ſi in Lycia natum dicunt Apollinem, in quo conſentientes habet grammaticus multos, Lycia intelligitur proprie dicta, quae vulgo inter Apollinis terras natales memoratur. At enim ex Λύκιος non fieri poteſt Λυκηγενής. Fuere quoque fabulae, ſed ſeriores, luſus verius ex nominis interpretatione, de Latona in lupam mutata (Aelian. H. A. X, 26) item de comparato Sole cum lupo et alia; vt apud Aeſchyl. VII. ad Theb. in primo choro, Λύκειος a peremtis lupis. Haud dubie potior eſt grammatica ratio, ductum nomen eſſe a λύκη, ὄρθρος, atque patet ex hoc quoque epitheto, notionem Solis in Apolline antiquiſſimam eſſe, eſt enim Sol mane natus, vt dies eſt Ἠὼς ἠριγένεια. Etymum iſtud memorat quoque ad h. l. Schol. A. quod ex Heraclide de Alleg. Hom. 7. p. 24. exſcriptum eſt, add. Macrob. Sat. I, 17. p. 301. Lipſ. etſi hi ad allegorias prolabuntur.

102. ἀρνῶν πρωτογόνων ῥέξειν κλειτὴν ἑκατόμβην. ξ— diple, niſi ad vſ. ſequ. ſpectat, voc. πρωτογόνων reſpice-

re videtur, etsi Scholion A. excidit. At Sch. B. exponit: *νέων — ἢ πρωτευόντων ἐν γονῇ, ἢ ἠριτόκων. πρῶτον γὰρ πάσης ὥρης τὸ ἔαρ.* Apollon. Lex. in *ἄρνες, τὰ νεογνὰ τῶν προβάτων*, versu hoc apposito.

ἑκατόμβην non proprie dixit, sed indefinite pro sacro, saltem pro sacro lauto et opiparo; etsi de Apollinis sacro nunc agitur. v. ad A, 65.

103. ξ— *ὅτι ἡ ὑπὸ τῇ Ἰδῃ Λυκία τὸ παλαιὸν Ζέλεια ἐκαλεῖτο, διὰ τὸ τὸν Ἀπόλλωνα λίαν ἐν αὐτῇ εὐσεβεῖσθαι.* Sic Sch. A. cf. Eustath. non quasi a *λίαν* nomen ducatur; sed ait Zeleam fuisse antiquum nomen Lyciae sub Ida; Lyciam autem dictam a cultu Apollinis Lycii. Est haec Lycia sub Pandaro ap. Strabon. XII, p. 847 extr. cf. ad B, 824. Patrium autem numen Zeleae et insignem eius cultum fuisse, ex vss. 102. 103 apparet.

Obseruat Eustath. in *Ζέλεια* et similibus vocalem ante *ζ* non produci; sed manere h. l. breuem *ἄστυ Ζε* — et iam sup. B, 824 *οἱ δὲ Ζέλειαν ἔναιον*. Metricos hoc non fugit. Payne Knight suspicabatur p. 33. fuisse olim scriptum *Δελεια*, vt in numis scribi solet *Δανκλε* pro *Ζαγκλη. Δακυνθος* pro *Ζακυνθος*.

104. *τῷ δὲ Φρένας ἄφρονι πεῖθεν.* Versus ab aliis laudatus, vt a Plutarcho de aud. poet. p. 19 D. apud Clarke, et respexit ad h. l. Virgil. Aen. V, 496 *Pandare, qui quondam.*

105. *ἰξάλου αἰγὸς ἀγρίου.* nonnulli *ἰξάλου*, vt Eton. Barnes. „γρ. *ἰσάλου* et *ἰσσάλου* antiquo errore“ nec addit, vbi? Apud Hesych. est *ἰσσέλα*. At Galen. in Gloss. Hippocr. *ἰξάλην, τελείου αἰγὸς δέρμα.* De voce *ἴξαλος* mira comminiscuntur veteres, scilicet, quia iam tum vox erat antiquata: v. Sch. A. B. Sch. br. e Porphyrio et Eustath. qui copiosior, Etymol. Hesych. et primo loco Apollon. Lex. h. v. Ab *ἵκω* et *ἄλλομαι* vocem esse ductam non improbabile est. Legimus eam adhuc in veteri monimento, quod Expiatio seu Apotheosis Herculis appellatur, seruatum olim in Museo Farnesio, inde in Villa Albani, (Ἡρακλῆς *ἀναπαυόμενος*) illustratum olim

a Corsinio, inde *in Inscrizioni antiche delle ville Albani* p. 150. In hoc vox ἴξαλος Fauno adscripta est tanquam πηδητικῷ. Visconti (p. 54. Vol. III. *Musei Pio Clement.*) sagaciter coniicit partem illam superiorem tabulae ex dramate aliquo Satyrico esse adumbratam. Fuit sane Hercules complurium eius generis dramatum, etiam comoediarum, argumentum, et in his Epicharmi Ἥβας γάμος. Equidem antiqui carminis nomen ductum quaerebam in adscripto nomine Εὐρώπη.

ἐσύλλα, aliqui, vt Eton. Ab ἰξάλου vsque ad κορώνην vs. 111. parenthesi inclusit Henr. Stephan.

107. ἐν προδοκῇσι. Sch. B. τόποις προβλήματα (tegimen proiectum, prominens locus quo quis tectus latet) ἔχουσιν· οἱ δὲ, ταῖς ἐνέδραις, Apollon. Lex. h. v. προενέδραις, laudato hoc versu.

108. ξ— quod vim ictus declarat τὸ ὕπτιος. Sch. A. (ieiuna obseruatio!)

109. κέρα — ἑκκαιδεκάδωρα. sunt sedecim palmi; fere tres pedes. Interrogat grammaticus: καὶ ποῦ ἐστι κέρας δύο ἥμισυ πηχῶν; subiicit: ἀλλ' οὐκ ἐπὶ ἑκατέρου φησιν, ἀλλ' ἀμφοτέρων. vt adeo octo palmi bis sint sumti. sinistre vtique. nam vsu loquendi vtriusque cornu eadem debuit mensura sic declarari. Etiam apud Eustathium vtrumque cornu simul quinque spithamis et vno palmo censetur; nam σπιθάμη tres palmos efficit. Grammaticus apud Venetum A. XVI palmos aestimat δύο ἥμισυ πηχῶν. Voluit puto dicere ποδῶν. *duobus pedibus cum dimidio.* Scilicet pes Graecorum censetur VI palmis, *palmus* autem quatuor digitis. (Palmus est δῶρον, παλαιστὴ, δόχμη. Apud Apollon. Lex. h. v. est δῶρον, ὁ παλαιστὴς, laudato hoc versu. adde Suid. in ἑκκαιδεκάδωρα.) Tam magna esse caprarum agrestium cornua olim dubitatum est. Verum iam Schol. A. ex Alexandro (Polyhistore puta) narrat in Delo visa esse allata a rubro mari cornua arietis et capri etiam longiora. add. Eustath. Altera dubitatio suborta, quomodo arcus, cuius cornu tam latum erat, commode tractari potuerit. Popio respondet Clarke, po-

Digitized by Google

tuisse arcum, accisis et imminutis cornubus habilem reddi. Tandem metrum aurem vellicat κέρα ἐκ κ. sed κέρα est pro κέραα, ex κέρατα.

110. καὶ τὸ μὲν ἀσκήσας κεραοξόος ἤραρε τέκτων. Recte Schol. A. τέκτων esse generale nomen artificum: pro ὁ τεχνίτης. Sic λιθοτέκτονες, χρυσοτέκτονες, dicti. ἀσκήσας. Hesych. κοσμήσας. κατασκευάσας. Sch. κοσμήσας. ἐργασάμενος. Neuter vim exprimit: est ἀσκεῖν *elaborare*, elaborate ac studiose aliquid facere ac fabricare. Quo sensu saepe in Homero occurrit, v. c. de curru K, 438. — ἤραρε. non praeteritum, sed aoristum esse, monet Clarke.

111. ἐπέθηκε. Schol. A. ἐπάνω ἔθηκε. sc. in extremis oris. Est quoque versus in Apollon. Lex. in κορώνη.

112. 113. καὶ τὸ μὲν (τὸ τόξον) εὖ κατέθηκε τανυσσάμενος, ποτὶ γαίῃ ἀγκλίνας. Vertunt εὖ κατέθηκε, *bene disposuit, ad terram inclinans.* nec aliter Ven. B. accepisse videtur: τουτέστιν ἐπαναβιβάσας τῇ κορώνῃ τὴν νευρὰν, et ἀπερείσας, ἑαυτόν. aut potius ἐπερείσας. Dubito an alterum conueniat ποτὶ γαίῃ ἀγκλίνας. Vix enim hoc de eo, qui arcum intendit, ἐρείδων τὸ τόξον πρὸς τῇ γῇ. Nec ἀνακλίνεται aut κλίνεται τὸ τόξον, sed ἐντανύεται. Ergo Pandarus, postquam arcum tetenderat, *deposuit eum* humi *reclinatum*, cum scilicet nunc id ageret, vt sagittam pharetra promeret. Ita κατέθηκε τὸ τόξον Eumaeus Od. Φ, 81. 82. et κλίνεται τόξον quod deponitur, vt Od. Φ, 136. 137. 138. vbi Telemachus frustra expertus vires intendendo deponit arcum, mox Antinous 163. 4. 5. et sic porro, vt X, 121. Atque aliis quoque in rebus, quas quis in terra *deponit*, vt Od. N, 370. I, 329.

Schol. A. bene monens post τανυσσάμενος esse distinguendum nec cum eo iungendum ποτὶ γαίῃ, sed ποτὶ γαίῃ ἀγκλίνας, tamen hoc, quod ad arcum spectat, accepit male, πρὸς τῇ γῇ ἐπερείσας ἑαυτόν. et Sch. br. πρὸς τῇ γῇ ἐπήρεισεν ἑαυτὸν, δηλαδὴ, ὥστε μὴ ὁρᾶσθαι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων.

Digitized by Google

προτὶ et ποτὶ perpetua varietate.

Pro ἀγκλίνας eſt ἐγκλίνας in Lipſ. ap. Bentl. Vrat. a. Eton. At ἀγκλίνας eſt in Apollon. Lex. et Heſych.

πρόσθεν δὲ σάκεα σχέθον ἐσθλοὶ ἑταῖροι. Barnes reſtituiſſe ſe putabat σάκεα. At σάκη mera eſt corruptela ed. Rom. et ex ea H. Steph. Vbique in his veteres ſcripſere ea, etſi vna ſyllaba pronuntiarunt.

114. μὴ πρὶν ἀναΐξειαν. ſic recte edd. Flor. et Ald. e quibus repetiit Turnebus. ἀναΐξειν eſt vitium edd. Aldd. ἀναῤῥήξειαν Vrat. a.

115. Μενέλαον Ἀρήϊον, ἀρχὸν Ἀχαιῶν. Pro poſtremis Ἀτρέος υἱὸν iterum h. l. Venetus, cum aliis, vt binis Vindob. et tert. Ἀτρέως. vt erat ſup. 98 et inf. 195. 205. Vtrumque offerunt C. et L. ap. Bentl. Vrat. a. b. Moſc. 1. Totum verſum ab interpolatore inſertum eſſe arbitror ad ſupplendam ſententiam. Non tanta fuit antiqui vatis inopia, vt bis ſe exciperet eadem vox, Ἀρήϊος υἱὲς Ἀχαιῶν, et Μενέλαον Ἀρήϊον. Aberat quoque verſus ab Eton. adſcriptus a m. rec. in marg.

116. ἐκ δ' ἕλετ' ἰόν. Vrat. b. ἰὸν, et Vrat. c. ἐκ δ' ἕλεθ' ἰόν. Scribunt illi et alibi ἰόν. vt ſit ductum ἀπὸ τοῦ ἰέναι. *emittere*. ἕλεν eſt in vno Vindob.

117. — ἀθετεῖται verſus. (ἰὸν) ἀβλῆτα, πτερόεντα, μελαινῶν ἔρμ' ὀδυνάων, quia praeter Homericum vſum ἰὸς ἀβλὴς dictus, ſagitta *nunquam emiſſa* (ὁ μήπω βληθεὶς, ὅ ἐστιν ἀφεθεὶς κατά τινος ap. Euſtath.) Nam Homero βάλλειν eſt *ferire*, non, ſimpliciter *emittere*, προέσθαι. tum ἀβλὴς eſſet ἄβλητος, *nondum vulneratus*, (vt περαυνοβλὴς, fulmine ictus. Sed haec ſubtilia magis eſſe cenſeo quam vera.) Minus doctum eſt Scholion in Etymol. Suida. Difficultatem non ſenſerunt Schol. br. Heſych. nec Apollon. Lex. Quod vero multo magis mireris, Apollonius Arg. III, 279 verſum ex h. l. habet, τόξα τανύσσας Ἰοδόκης ἀβλῆτα πολύστονον ἐξέλετ' ἰόν. legerat itaque verſum et probarat.

Pergit Ven. A. ἔρμ' ὀδυνάων non eſſe, quod ſenſus poſtulabat: ἔρμα γὰρ καθ' Ὅμηρον ἔρεισμα, καὶ κώλυμα,

Digitized by Google

quod a loco alienum eſt. Similia ἐκ τῶν παλαιῶν recitat Euſtath. Ex Apollonio autem Lex. voc. ἕρματα. diſcimus, Ariſtarchum maxime fuiſſe, qui locum damnaret; ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ἀθετεῖ τὸν στίχον, λέγων· — reliqua truncata ſunt; ſed ſenſum facile aſſequaris, multo magis nunc o Sch. Ven. eum vidiſſe, notionem eſſe alienam ab h. l. ſi ſagitta dicatur qui dolorem ſiſtit, vel tollit.

In eodem Sch. A. alius grammaticus explicuit ἕρμα, quia dolorem comprimit, cohibet, ſagitta, quamdiu haeret in vulnere; ſcilicet ſagitta euulſa grauior eſt doloris ſenſus ex vulnere; comparat quoque ἕρμα πόληος, parum commode.

Eſt tandem melior ratio in Sch. br. ἕρμα, ἔρεισμα, τὸ ἐνερεῖδον τὰς ὀδύνας. Eadem fere ſunt apud Euſtath. Ex Apollonii Lex. l. c. intelligo, (Dionyſium) Sidonium fuiſſe auctorem huius interpretationis; ὁ δὲ Σιδώνιος βοηθῶν τῷ λεγομένῳ, ἀκούει τὸ ἐρεῖδον, πρὸς τὰς ὀδύνας. niſi tollas πρὸς, eſt quod adactum (vt ἐρείδεται haſta, ſagitta, vt inf. 136) penetrat ad dolorem inferendum.

μελαίνας autem ὀδύνας dixiſſe aiunt propter ſanguinem e vulnere emiſſum; at atra ſunt omnia triſtia, exitioſa.

Poſt omnia haec nullus dubito, verſum eſſe confictum ex v. 190. 191. vnde et huc translatum quod vulgo legitur in codd. cum metri vitio μελαινάων ἕρμ' ὀδυνάων. mutauerat hoc in μελαινέων Barnes, (quod et in cod. Ven. et praefixum Schol. legitur, etſi in Scholii verbis μελαινάων expreſſum eſt) in μελαινῶν Clarke. Etiam Bentleius damnat verſum, non modo hunc, ſed et antecedentem: quo tamen recta interpretandi loci ratio carere nequit; erat enim ſagittae e pharetra ſumendae memoratio facienda. Verſum tamen eſſe valde antiqui poetae ſeu rhapſodi, inde, quod eum Apollonius imitatione expreſſit, apparet. Agnouerat quoque verſum Apollon. Lex. in ἀβλῆτα, ſupra laudatus.

118. κατεκόσμεε. Cant. et L. ap. Bentl. forma antiquiore.

Digitized by Google

122. γλυφίδας illustrant Sch. A. et Apollon. Lex. h. v. cum Hesych. Etymol. vt taceam Sch. br. Eustath. Etiam Apollon. Arg. III, 282 γλυφίδας μέσσῃ ἐνικάτθετο νευρῇ. γλυφίδ' αὖτε λαβὼν Vindob. Alt.

123. νευρὴν μὲν μαζῷ πέλασε, τόξῳ δὲ σίδηρον. ξ— (potius ξ·) quia Zenodotus alio ordine versus exhibuit: ἕλκε δ' ὁμοῦ — αὐτὰρ ἐπειδὴ — νευρὴν μὲν — λίγξε βιὸς — recte improbante Sch. A. Expressit verba Virgil. Aen. XI, 860—3. comparat quoque vtrumque poetam Macrob. Sat. V, 3.

μαζὸν et μαστὸν differre volunt grammatici, prius viri, hoc feminae esse, hoc versu laudato Ammon. p. 91. Thomas M. h. v. Suidas, et al. Sane μαζὸς refugiunt Attici et amant μαστὸς, vide praeter alios Brunck. ad Hecub. 140. Apud Homerum sane μαζὸς scribitur, et plerumque de virili mamma ac pectore dictum; est tamen X, 80 de Hecuba ἐτέρῃφι δὲ μαζὸν ἀνέσχε.

124. αὐτὰρ ἐπειδὴ κυκλοτερὲς μέγα τόξον ἔτεινε. Sch. A. ἀντὶ τοῦ, τείνας κυκλοτερὲς ἐποίησε. Clarke αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ ad numeros rotundius esse censebat.

125. νευρὴ δὲ μέγ' ἴαχεν· ἅλτο δ' ὀϊστός. Legimus sic e scriptura Alexandrina. Nam ιαχω fuit ϝιαχω v. ad A, 482. B, 316. prima modo breui ante vocalem, modo longa. Necesse adeo est scriptum olim fuisse μεγα ϝιαχ' ἅλτο. Offenderat quoque corruptela Bentleium.

126. ὀξυβελὴς, haud dubie ὀξὺ βέλος ἔχων, h. e. ὀξεῖαν ἀκμὴν, vt recte Eustath. at veteres ὀξέως βάλλων ἢ βληθείς miro consensu in Schol. Etymol. Hesych. Suid.

ἐπιπτέσθαι μενεαίνων. Laudant locum propter tropum Aristot. Rhet. III, 11. Demetr. de Eloc. f. 81. convenit λιλαιομένη χροὸς ἆσαι. vt Φ, 168. Λ, 573. Sic multa alia vt naues ἀγαλλόμεναι Διὸς οὔρῳ Od. E, 176 vnde procliuis erat rudior aetas ad fingendum quoque animo et credendum, animata esse ipsa ea, quae sensu carent; vt adeo Argo vocalis, quercus vocalis, memorari posset.

Ceterum in ipsis numeris verborum et sonis celebritas inesse visa est criticis. Ita in λίγξε βιὸς Quincti-

liano I, 5. ap. Clarkium. ἐπιπτέσθαι vt σχέσθαι, a πτῆμι.

127. οὐ δὲ σέθεν, Μενέλαε, θεοὶ μάκαρες λελάθοντο. Obſeruant grammatici apud Euſtath. apoſtrophen primo nunc loco in Iliade adhibitam (occurrit alibi, et illuſtri exemplo in Patroclo Π, 787 ἔνθ' ἄρα τοι, Πάτροκλε, φάνη βιότοιο τελευτή.) in Odyſſea non niſi ſemel (ſcil. in verſu toties repetito: τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφης, Εὔμαιε συβῶτα· Od. P, 272.) Etiam Sch. A. de apoſtrophe agit.

128. Διὸς θυγάτηρ Ἀγελείη. Quod in Turnebo et H. Stephano legitur, Ἀγελαίη, corruptela eſt, non varians lectio, ex duarum vocum confuſione orta; haec *gregalem*, iſta *praedatricem* ſignificat. Inf. K, 460 eſt λῃΐτις. Eſt eadem λαΦυραγωγός. In Vrat. a. aberratum erat Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη. Eſt ἄγουσα λείαν quod certatim illuſtrant; v. Etymol. Apollon. Lex. cum Heſych.

129. ἤ τοι πρόσθε στᾶσα. In aliis fuit ἤ σοι ap. Sch. A. πρόσθεν στᾶσα quod vulgo edebatur, correxi, praeeunte iam Bentleio; τοῦ ν nulla prorſus hic erat cauſſa, cum ſequatur στ.

ἤ τοι πρόσθεν στᾶσα Vindob. Alt. ἤ γε πρ.

130. ἡ δὲ τόσον μὲν ἔεργεν et mox 131 ἐέργει, pro quo Townl. ἐέργῃ.

131. ὅθ' ἡδέϊ λέξεται ὕπνῳ. vbique legitur λέξεται in codd. etiam ap. Plutarch. de praecept. reip. ger. p. 821 C. Quod in vulgatis legitur λέξατο, ortum eſt ex mendo ed. Ald. 2. λέξετο quod repetierunt Iunta, Ald. 3. et al. correxit Lonicerus in Argent. 1525 λέξατο, idque inde ſeruatum ab editoribus. Video tamen λέξατο in Moſc. 3. ſed ex correctione; contra Moſc. 1. λέξεται e correctione. Scilicet fefellit futurum poſitum loco praeſentis. Porro in eo, quod nunc legitur ὅθ' ἡδέϊ λ. vitium eſt ex digammo; nam Homero vbique eſt ϝηδύς; emendauit itaque iam Bentl. ὅ pro ὅς. vt Λ, 648 Αἰδοῖος νεμεσητὸς, ὅ με προέηκε πυθέσθαι. M, 380 μαρμά-

ῥῳ ὀπριόεντι βαλὼν ὅ ῥα — κεῖτο. N, 211 Ἐρχόμενος παρ' ἑταίρου, ὅ οἱ νέον ἐκ πολέμοιο ἦλθε.

132. 133. ὅθι ζωστῆρος ὀχῆες χρύσειοι σύνεχον, καὶ διπλόος ἤντετο θώρηξ. Iterum hi duo verſus leguntur Υ, 414. 5. ὀχῆας τὴν τοῦ θώρακος ζώνην κατέχοντας ex h. l. obſeruat Apollon. Lex. ὀχεὺς, tum alii.

In definienda ſpecie ac forma τοῦ ζωστῆρος et τῆς μίτρης, et quis ſit διπλόος θώρηξ, aſſumunt quoque τὸ ζῶμα ex vſſ. 186 et 187. 215. 6. diſſident grammatici, et obſcurant potius rem, de qua quaeritur. Videbimus, an rem aliquomodo illuſtratam dare poſſimus. Prius autem in animum reuocanda eſt antiqui thoracis forma, qui στατὸς erat, e duobus cauis, (γύαλα dicta) corpus ambientibus conſtabat; deſinebat is infra vmbilicum, ita vt ilia et aluus parum munita eſſent. Ad 133 ξ— „quod, qua parte cingulum erat, διπλοῦς erat θώραξ, quoniam thoraci στατῷ (recto, nec plicatili), ſuberat τὸ λεγόμενον ζῶμα, καθῆκον μέχρι τῶν γονάτων ἀπὸ τῶν λαγόνων.“ hoc ζῶμα ille mox tanquam adiunctum ſeu aſſutum thoraci memorat, vt adeo vtrumque ſaepe eadem voce deſignetur: ἀμφότερα δὲ ταῦτα (ὁ στατὸς θώραξ et τὸ ζῶμα) θώρακα καλεῖ. hoc ſpectat ad vſſ. 186. 7. 216. 7. vbi ζῶμα ſolum memoratur. Quod autem Schol. ad thoracem στατὸν ſolum haec refert, non bene fieri arbitror. Nam eius vſum iam tum ſuſtulerat melior fabrica thoracis plicatilis. Idem ζῶμα diſtinguit a *mitra*: ἔνδοθεν δὲ τούτων (ait ſc. τοῦ θώρακος καὶ τοῦ ζώματος) πρὸς τῷ χρωτὶ, κατὰ τὰ κοῖλα καὶ τὰς λαγόνας, ἡ μίτρα. ζωστῆρα autem et ipſum diſtinguit, h. e. cingulum, ζώνην, quo thorax cingitur. ὁ ζωστὴρ, ᾧ ἐπάνω τοῦ θώρακος χρῶνται. Apollon. Lex. h. v. cum Heſych. Ergo exterior eſt ζωστὴρ, *cingulum*; thoraci aſſutum eſt *interius* ζῶμα, κατὰ τὰ κοῖλα, νειαίρῃ ἐν γαστρὶ, Il. P, 519. ſubeſt μίτρα. Apollon. Lex. μίτρη. λεπὶς χαλκῆ, ἣ ζώννυται. ἐστὶ δὲ ἐντὸς τοῦ θώρακος. paria ap. Etymol. Sch. br. Video de his nuper egiſſe doctiſſ. Boettiger *ad vaſa pi-*

Digitized by Google

cta P. II. p. 84. 85 consentientem fere mecum, cum et ipse Scholia Veneta ante oculos haberet.

Conueniunt fere Sch. B. et Leid. nisi quod is e Telepho nomina obscurat; θώρακα ait appellari partem superiorem vsque ad vmbilicum; inde autem ad crura ζῶμα appellari. Qua parte coeunt, subesse μίτραν. διὸ τὴν ἐμβολὴν (qua parte ora thoracis (τὰ πτερύγια) iungitur ζώματι) διπλόον θώρακά φησιν. exterius *eodem in loco* cingulum erat iniectum, ζώνη, ἣν ζωστῆρα καλεῖ, et quatenus ibi sibi admoti et alligati sunt θώραξ et ζῶμα, dici potest διπλόος θώραξ. Est autem μίτρα fascia intus lanea, exterius aere munita. Qua materia ζῶμα fuerit, non memoratum video.

Difficultatem in hac expositione facit, quod ita non apparet, quomodo sagitta, quae *in thoracem* incidit 136. mox 186. ζῶμα, traiecisse dicta est, cum tamen ζῶμα attextum esset infimae parti thoracis. Equidem censeo τὸ ζῶμα sub interiore thoracis parte fuisse inferius, tamen vsque ad genua descendisse; adeoque aliqua sui parte superiectum fuisse θώρακα ζώματι. At, vt iam paullo ante vidimus, aiunt grammatici ap. Sch. A. esse ζῶμα dictum pro thorace. Huius iudicii auctorem esse video Aristarchum: Apollon. Lex. in ζωστήρ· ζῶμα δὲ καὶ ὁ αὐτὸς ὁ θώραξ, κατὰ Ἀρίσταρχον. Vnde in Hesychio est, ζῶμα, θώραξ, adiectum χιτὼν aliunde (Est tamen etiam Sch. br. ad 187. ζῶμα ὁ ζωστὸς χιτών.) et paullo post ἄλλοι τὸν θώρακα. male adiectum οἷον τὸ ζῶμα. idem miscet plura in μίτρη. At Etymol. p. 414, 26 paria habet cum Apollonio. Eustathius, qui ceteroqui veteres sequitur, male ζῶμα etiam ζωστῆρα appellat, et ζώνην distinguit, atque ita perturbat totam rei rationem.

Apparet ex his alio sensu dictum esse *duplicem thoracem* apud Virgil. Aen. IX, 707. vbi *lorica duplici squama* est; vnde Valer. Fl. VI, 248 *duplices thoracas* fecit. Alio sensu thorax esse potest διπλοῦς, quatenus duobus cauis, γυάλοις, constabat, qui τὸ κῦτος thoracis constituebant: de quibus v. ad E, 99.

Digitized by Google

Poſt omnia haec animo tenendum eſt, nec vnum eundemque armandi ſe modum moremque fuiſſe, nec vbique tam diſerte a poeta modum memorari; ne in alia loca haec eadem inferas, quae de cinctura et ſuccinctu memorata ſunt. Ita inf. E, 539 traiecto clipeo haſta in aluum adigitur: *νειαίρῃ δ' ἐν γαστρὶ διὰ ζωστῆρος ἐλάσσε (τὸ ἔγχος)*. Sic et ibid. 615. 616. et P, 519 hic nec thorax nec *ζῶμα* et *μίτρα* memorantur. At Λ, 235 ictus infertur *κατὰ ζώνην, ϑώρηκος ἔνερϑεν, οὐ δ' ἔτορε ζωστῆρα — ἀλλὰ πολὺ πρὶν — ἐτράπετ' αἰχμή*.

134. *ἐν δ' ἔπεσε ζωστῆρι ἀρηρότι*. Forte poteſt ferri hiatus, quia vox hic ſubſiſtit et moram facit. Bentleius tamen expleuit *ζωστῆρι ῥ' ἀρηρότι* vt *ζωστῆρ' ἐπαρηρότι*. vt Odyſſ. Σ, 377 galea eſt *ἐπὶ κροτάφοις ἀραρυῖα*. Si *ϝαρω* etiam fuiſſet, vt viros doctos optare video, rationem haberemus accommodatiorem.

135. *διὰ μὲν ἆρ ζωστῆρος ἐλήλατο — ξ— πρὸς τὸν ὁπλισμὸν* ait Sch. A. hoc eſt, vt obſeruetur armatura, (quam paullo ante memorauimus) Aiunt Sch. B. narrari contrarium inf. 186 *εἰρύσατο ζωστὴρ* — ſed hic cingulum Menelaum ſeruaſſe dicitur frangendo ſagittae impetum, ne in corpus penetraret.

De metro nil monent veteres. In *διὰ μὲν ἆρ*, celeritatem ſagittae adumbrari per tribrachyn aiunt metrici noſtri. Neſcio quam vere; ſuſpicor fuiſſe olim ſcriptum *ἄρα, διὰ μὲν ἄρα ζωστῆρος*, contractis duabus ſyllabis in vnam in *διὰ*, et locum corruptelae feciſſe alteram corruptelam ſup. Γ, 357 *διὰ μὲν ἀσπίδος*, vbi fuerat ſcriptum: *διὰ μὲν ἄρ ἀσπίδος ἦκε*.

137. (Excidit ξ—) *μίτρης δ', ἣν ἐφόρει, ἔρυμα χροὸς, ἔρκος ἀκόντων*. Sch. A. Zenodotum et Ariſtophanem tradit legiſſe *ἕλυμα* quaſi *εἵλημα, inuolucrum*. Vtinam his appoſitum eſſet: fueritne haec varietas lectionis an correctio grammaticorum! Nam potuere eſſe in hoc verſu quae improbarentur; primum hoc, quod ſe excipiunt *ἔρυμα* et *ἔρυτο*, et quod alterum eſt interpretamentum alterius; et multo magis displicere poteſt, quod in *ἔρυμα*

Digitized by Google

media eſt breuis, in ἔρυτο longa. Ita tamen ἐλυμα pro ε῎λυμα putes non minus peccare, media correpta, cum Od. Z, 179 εἴ τι που εἴλυμα σπείρων ἔχες — Contra quod tamen haberem, quod reponerem, εἴλυμμα ſcribendum eſſe. Pro interpretatione τῆς μίτρης eſt εἴλημα ἐρεοῦν quoque in Sch. br.

In eo quod legitur ἔρυμα χροὸς, alia eſt difficultas, eaque grauior: media breui eſt ab ἐρύω, *traho*: quod alienum eſt ab h. l. in quo ſenſus requirit, *tutamen, munimentum*, adeoque ἔρυμα media producta, ab ἐρύω et ῥύω, *tueor*: v. Exc. IV ad A, 141. Knight, qui p. 103 prosodiam in hac voce animaduerterat, emendat ῥῦμα, et ſcribit: ρυϝμα χροϝος. et in Heſiod. E. 536 καὶ τότε ϝεσσασθαι ρυϝμα χροϝος. Bene haec: apud tragicos tamen et alios ἔρυμα, ſenſu *tutaminis, praeſidii, tutelae*, ſaepe occurrit media breui: exempla vide ap. Valk. ad Phoen. 990. Mature adeo in hac voce deſerta eſt ratio grammatica et etymi prosodia neglecta, et ad vulgarem vſum mutarunt Homericum ῥῦμα in vulgare ἔρυμα grammatici. Factum hoc idem in ἐρυσίπτολις inf. Z, 305. quod eſſe debuit ῥυσίπτολις. In H. in Cer. 230 eſt ἐρυσμός.

138. ἢ οἱ πλεῖστον ἔρυτο, διὰ πρὸ δὲ εἵσατο καὶ τῆς. ξ— πρὸς τὸ ζητούμενον ἐπὶ Ἀχιλλέως ἀσπίδος: ſcilicet Il. Υ, 272. 3. vbi haſta penetrat in auream laminam et in ea haeret fixa, nec vlterius procedit; vt h. l. ſagitta in mitra, impetu retuſo.

Porro Ven. A. monet, „ſcribendum eſſe ἔρυτο, ex Ariſtarchi auctoritate, καὶ ἐπείσθη αὐτῷ ἡ παράδοσις; eſſe enim εἰρύω, vnde εἰρύετο, pro quo ἔρυτο.“ Ita vero debebat ſcribi ἐρῦτο, vt et ἐρῦσθαι, non ἔρυσθαι, quotiescunque occurrit; nec neceſſe erat, ab εἰρύω petere, ſed ab ἐρύω, pro quo εἰρύω poeticus mos vſurpat. At ignorabant grammatici eſſe duo diuerſa voc. ϝερυω media breui, *traho*, et ἐρύω, media longa, vel ῥύω, ῥῦμι, *ſeruo, tueor*, eodem modo ἔρυμι, ἔρυμαι, ἔρυσθαι, ἐρύμην, ἔρυτο. v. Exc. IV ad Il. A. paullo ante memoratum.

Digitized by Google

διὰ πρὸ δὲ εἵσατο καὶ τῆς. In his est graue versus vulnus, hiatu relicto. cum non sit ab εἴδω, ϝειδω, vnde ϝεισατο, sed ab εἶμι, vado; neque vllum suspicioni locum video, cur et hoc ϝεισατο pronuntiatum fuerit. Verum expedita est medicina; εἵσατο fuit quoque ἐείσατο, vt in excusis quoque est O, 415 Ἕκτωρ δ' ἄντ' Αἰακιδάο ἐείσατο. et 544 τὼ μὲν ἐεισάσθην — Od. X, 89 Ἀμφίνομος δ' Ὀδυσῆος ἐείσατο. Scribendum adeo et h. l. διὰ πρὸ δ' ἐείσατο. Sicque quoties hoc idem recurrit, inf. E, 538. P, 518.

139. ἀκρότατον δ' ἄρ' ὀϊστὸς ἐπέγραψε χρόα Φωτός. ξ quod Zenodotus scribit χαλκὸς, (scripserat adeo aut ediderat ille ἀκρότατον δ' ἄρα χαλκὸς, cum respectu ad Il. Γ, 348 οὐδ' ἔρρηξεν χαλκός.) atqui, pergit Sch. A. supra vs. 123 σίδηρον dixit, *ferream cuspidem teli*, non adeo, putauit, χαλκὸν nunc locum habere. — Porro ἀκρότατον h. l. esse pro ἄκρον; et ἐπέγραψε scribendum esse propter sequens χρόα. Etiam Apollon. Lex. in γραπτῦς laudat ἐπέγραψε χ.

140. αὐτίκα δ' ἔρρεεν αἷμα κελαινεφὲς ἐξ ὠτειλῆς. — ἀθετεῖται, quod poeta non facile dixit ὠτειλὴν de vulnere ex missili; nam aliud ipsi est βάλλειν, aliud οὐτάσαι, illud eminus, hoc cominus hasta. Sch. A. Aristarchi eam censuram esse, disco ex Apollon. Lex. in ὠτειλήν. Repetitur ea a Schol. Eurip. Hippol. 684. Est autem ὠτειλὴ ἀπὸ τοῦ οὐτάσαι cf. ad Ξ, 518. P, 86. Neque tamen vel sic admitti potest lectio ap. Ammon. in οὐλὴ p. 107 κατ' οὐταμένην ὠτειλήν. petita ex P, 86. Repetitur mox vs. 149 αἷμα καταῤῥέον ἐξ ὠτειλῆς.

κελαινεφές. nunc primum occurrit. Disputant de eius vi grammatici. Apollon. Lex. h. v. et in τανύηκες vult modo esse compositum ex νέφος, vti, quoties Iupiter est κελαινεφὴς, modo esse paragogice dictum pro κελαινός. Mirum acumen. Immo vero est ex iis compositis, quae poetico vsu pro simplicibus adhibentur, vt sexcenties inprimis in tragicis. Proprie nigram nubem declarat, tum omnino nigredinem, vt nunc, si κελαινεφὲς

αἷμα dicitur. In Hesych. κελαινεφὲς ἅμα μέλαν a Bentl. tum ab aliis iam legitur κ. αἷμα· μέλαν.

Tandem de ἔρρεεν, quod primo hoc loco legimus, monendum est vel verbo, nonnullos viros doctos scribi velle ἐρεεν, vti quoque ἐρῆξε. ἐριγηπε. ἐριψε. ex doctrina Daweſii Misc. Crit. p. 160. Quid tamen ex hac subtilitate lucremur, non assequor. Ab initio sane litteras non fuisse geminatas nemo facile dubitet; ex prisco itaque vsu ερεεν scriptum esse debuit. Vsus tamen innumera emolliuit, aspera laeuigauit, haec ne omnia ad pristinam asperitatem reuocabimus? et si non omnia, quo tandem indicio ac dilectu, tantum nonnulla? Nec magis tamen fructuosum est, quod spiritus appingimus ῥῥ.

141. ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ Φοίνικι μιήνῃ. ⊱ ※ Alterum hoc signum, quod declarat versum et alibi legi, ab h. l. est alienum. Diple autem eo spectat, quod nonnulli ἐλέφαντα accepere pro ἐλεφαντινὰ, tanquam ἔρια λευκὰ· quod etiam Eustath. memorat. Atqui ἐλέφας est etiam pro ebore; vt Od. Σ, 195 πριστοῦ ἐλέφαντος. Apollon. Lex. ἐλέφαντα. τὸ ἐλεφαντινὸν, addit Hesych. ὀστοῦν.

Φοίνικι δὲ, ait Sch. A. ἄνθει, ὃ ἀπὸ τῆς πρινοῦ συλλέγουσι Τροιζήνιοι. Etiam Apollon. Lex. h. v. Φοινικὸν ἄνθος designari ait per Φοίνικα, appolito hoc versu. add. Eustath. Etymol cf. Z, 219. H, 305. Colorem designari, qualis est teneri palmae palmitis, σπάδικος, Φοίνικος, adeoque subrufum, docuit Salmas. ad Solin. p. 291. cf. Virgil. Ge. III, 82. At vnde color ille confectus fuerit, nos latet. Florem πρινοῦ memorat Schol. A. ad h. v. 141. Forte est ilex aquifolia, qua coccum nasci narrat Plinius XVI, 8. de qua v. Salmas. ad Solin. p. 190 sq. Pro flore καρπὸν memorat Eustath. p. 456. pr.

μιήνῃ, duplici iota, monente Erneſio, Wolfius, vt in Ald. 1. 2. et hinc deriuatis, et in Rom. Excidit alterum Iota in Turn. Steph. et hinc ductis, in quibus μιήνῃ. Codices variant, vt in aliis similibus. Est sane prior scriptura accuratior, quam etiam Ven. c. Schol.

Vrat. a. Mosc. 3. exhibent. cf. ad A, 41. vbi est πρήγνον. Nec tamen in his sibi constant nec librarii nec editores.

142. Μηονὶς ἠὲ Κάειρα, παρήϊον ἔμμεναι ἵππων. Κάειρα, Καρικὴ, ait Apollon. Lex. laudato hemistichio. Vox Κάειρα nullam habet analogiam formae: cf. Eustath. et Etymol. h. v. Non enim conuenit μάκαρ, μάκαιρα. saltem δάηρ, δάειρα, vt forte fuerit Κάηρ, Κὰρ, Κάειρα. Alii volunt esse pro Καῖρα, alii comparant cum Φαείνω.

Porro Schol. A. laudat duplicem lectionem, ἵππων et dualis ἵππω (debuit esse ἵπποιν.) Aristophanem tantum dualem agnouisse.

143. πολέες τέ μιν. Vindob. Alt. δέ μιν.

144. ἱππῆες Φορέειν (μιν ἠρήσαντο) βασιλῆι δὲ κεῖται ἄγαλμα. Versum habet Suidas in ἄγαλμα, vbi obseruatio, quae et in Schol. br. occurrit, addita: ἄγαλμα ornamentum Homero, serioribus statuam esse. Disertior in hac voce est Apollon. Lex. h. v. laudatis vss. 144. 5.

145. ἐλατῆρί τε κῦδος. Vrat. b. δὲ, at praecesserat, κόσμος θ' ἵππῳ.

146. τοῖοί τοι, Μενέλαε, μιάνθην αἵματι μηροὶ. — μίανθεν metrum forte admittere ait Eustathius pro μιάνθησαν. Quorsum tamen hoc? cum μιάνθην sit contractum ex μιανθήτην, alterum autem ne metro quidem satis conueniat. Etiam ap. Maximum Tyr. (24) XXXX. p. 257. To. II. Reisk. μηροὶ, et tamen μιάνθην. Dubitat tamen Bentleius, an fuerit: τοίω τοι — μηρὼ εὐφυέε, κνῆμαί τ' — Etiam veteres grammatici pugnarant, sintne εὐφυέες μηροὶ, an εὐφυέες κνῆμαί τε. prius defendebat Nicanor. „γρ. κνῆμαί τε ἰδὲ" ap. Barnes. indocte, sic Cant. Harl. ap. Bentl.

148. Ῥίγησεν δ' ἄρ' ἔπειτα. Aristarchea lectio δ' ἄρ. Improbatur altera τὰρ, v. ad A, 65.

149. — praefixus est obelus in Ven. et in Sch. A. nec tamen monitum, quid sit, quod versus damnetur. Scilicet respectu voc. ὠτειλῆς. v. sup. ad 140.

Subiicitur Scholion, quod ratione caret, nisi retrahatur ad vs. 151 ὡς δ' εἶδε. vbi grammaticum puta legisse

ὡς δὲ ἴδε. Ait enim: συσταλτέον τοῦ ἴδε τὸ ι, ὁμοίως τῷ· οὐκ ἴδον, οὐ πυθόμην (Od. Ψ, 40) Pergit: εἰσὶ δὲ οἱ ἀναγινώσκοντες, ὡς δ' εἶδεν νεῦρόν τε, ὁμοίως τῷ· ὡς εἶδεν δύο φῶτε (Il. E, 572) οὐχ ὑγιῶς. ἐνθάδε γὰρ οὐ καλῶς δυνάμεθα ἀναγνῶναι η (corr. εἰ) φυλάσσοντες τὴν δίφθογγον ει. Cauſſam diuerſitatis mox declarat obſcure per ſubtilitates vanas, quia veram rationem ex digammo ignorabat.

151. ὡς δὲ ἴδε. ita repoſui pro ὡς δ' εἶδε. v. modo ad vſ. 149. Eſt quoque ὡς δὲ ἴδεν in Ven. Lipſ. Harl. Vrat. a. Townl. alludunt Moſc. 1. 3. ὡς δ' ἴδεν. ὄγκους, τοὺς πώγωνας τῶν βελῶν τῶν τοξικῶν. Apollon. Lex. h. v. addunt τὰς ἐξοχὰς τῶν βελῶν Sch. A. et ſimilia omnes fere grammatici repetunt, etiam Etymol. et Pollux. At τὸ νεῦρον, τὸ κύκλῳ σφίγγον τὴν τοῦ σιδήρου τοῦ βέλους ἐμβολήν. Euſtath. Sch. br. Heſych. h. v. ergo ex tendine, neruo pro ſilo factum.

ἐντὸς ἰόντας. ἐκτὸς τοῦ σώματος. ne diuerſa tradi videantur inf. 213 ſqq. Supererat ſalutis ſpes, ferri acumine tantum in corpus acto. Mox de voce ἄψοφρον v. ad H, 413. *rediit ei animus.*

153. τοῖς δὲ βαρὺ στενάχων. Ita diſtincte Ven. vulg. βαρυστενάχων. v. ad A, 364. τὸν δὲ. Par. in marg. ed. Libert. Pro μετέφη C. et L. ap. Bentl. et vn. Vindob. προσέφη.

154. ξ diple videtur ad vſ. antec. ſpectaſſe quod in eo eſt στενάχων, non στεναχῶν, quia et στενάχομαι (in ἐπεστενάχοντο) ſequitur. Ex Ven. B. colligere licet, verſum ab aliquo codice abfuiſſe, nam recte eum legi grammaticus contendit.

155. φίλε κασίγνητε. In φίλε quomodo priorem producere potuerit poeta, quaeritur. Metri neceſſitate factum aiunt. Alii geminandum eſſe λ, alii ſcribendum eſſe φῖλε, quod Ptolemaeus facere iuſſit. v. Euſtath. ad h. l. et E, 359 ſicque exaratum a Barnes. Cum duplicem probabile ſit fuiſſe formam vocis, alteram priore longa, φίλω, φίλομαι, φίλημι, alteram breui priore, φιλέω: poſ-

Digitized by Google

sis suspicari quoque, fuisse primitiuum duplex *φῖλος* et *φῖλος*. Cum tamen de hoc aliunde non constet, manebo in hoc, tono et geminato λ productam esse syllabam. Hermann. de metris Gr. p. 70. breuem productam censet vi arseos, quae fortissima est in principio versus.

„γρ. *κασίγνητος*" Barnes. ex suo forte commento.

156. *οἷον προστήσας πρὸ Ἀχαιῶν Τρωσὶ μάχεσθαι.*

Est in *πρὸ Ἀχαιῶν* hiatus, qui tamen aurem non offendit. In Sch. A. et Eust. notatur lectio *πρὸς Τρώων*. Suspicari licet exempli loco hoc appositum esse alteri lectioni, quae fuit, *πρὸς Ἀχαιῶν*. Nam *πρὸς* notionem *τοῦ πρὸ* interdum habet, vt in *πρόσθεν. ἔμπροσθεν.* et *πρὸς, coram,* in illo: *τὼ δ' αὐτὼ μάρτυροι ἔστων πρός τε θεῶν μακάρων, πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων* A, 339. et al.

157. *ὥς σ' ἔβαλον Τρῶες.* ξ *πρὸς τὸ ἔβαλον, ὅτι ἐκ βολῆς ἔτρωσαν, eminus telo.* cf. ad 140. et saepe. Nusquam memoratur Ionicum *ὥς σε βάλον*. Apud Hesych. est, *ὣ σε. διὰ τοῦτο. ὣ σ' ἔβαλον Τρῶες.* notante Bentleio. Putes auctorem glossae aliter legisse in Homero. Nunc inspecto Schow video in Hesychii msto. Veneto legi: *ὥς σε. διὰ τοῦτον. ὡς ἔβαλλον Τρῶες.* ita euanuit varietas. In eodem Hesych. in *ὡς. καὶ θαυμαστικὸν ἐπίρρημα. ὡς ἔβαλον Τρῶες.* Acceperat ergo per exclamationem. Melius nos vulgo: *Sic. adeo.* Alii, *quandoquidem.*

158. *οὐ μέν πως ἄλιον πέλει ὄρνιον.* Opportune hunc versum in animum reuocauit Quintus in ipso Troiae excidio, lib. XIII, 377.

πέλοι C. et L. ap. Bentl. qui probauit adscriptis vll. B, 340. 1.

αἷμά τε ἀρνῶν. hiatum animaduerterat Bentl. nec meminerat, esse digamma ϝαρνων, v. ad Γ, 103. sed tentabat variis modis: *αἷμά τ' ἄρ' ἀρνῶν* vel *ἄλια πέλοι ὄρνια, μήδεά τ' ἀρνῶν* ex B, 340. vel *ὄρνιον αἷμα κατ' ἀνδρῶν*, nam *κατ'* erat in C. et L. sic fere est in Hesych. *κατὰ βοὸς εὔξασθε* vbi vide. Est quoque, notante Bentleio, in Hesych. *αἰὸν, μάταιον*, pro *ἄλιον*.

Digitized by Google

159. σπονδαί τ' ἄκρητοι, καὶ δεξιαὶ αἷς ἐπέπιθμεν. ξ propter ἄκρητοι, cum tamen ſup. Γ, 269. 270 dictum eſſet κρητῆρι δὲ οἶνον μίσγον. quod adeo non poteſt eſſe, *vinum aqua miſcuerunt*, cum nunc οἶνος ἄκρατος memoretur. v. ad e. l.

Obſeruant quoque grammatici, quod *dextras datas* ſupra non memorauerat poeta in ipſo foedere. Ceterum verſus iam fuit lectus B, 341. ἐπέπιθμεν eſt et ἐπέποιθμεν, vt in vno Vindob.

161. ἔσσεται ἠμὲν καὶ ὀψὲ τελεῖ. ξ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει, τελέσει. (Ita ſcribere non potuit, ſed τελεῖ pro futuro acceperat) καὶ, σύν τε μεγάλῳ τίσουσι. (hoc vtique melius conueniret.) Pergit grammaticus: οὐκ ἔχει δὲ οὕτως, ἀλλὰ καθολικῶς (per ſententiam, non de ſolis Troianis) ἐπὶ τῶν παραβαινόντων τὰ ὅρκια. Grammatici τελεῖ et ἀπέτισαν pro futuris dicta eſſe volunt, quod et patet ex Euſtathio. Erneſti adeo hanc futuri et aoriſti coniunctionem ait eſſe frequentem, etiam proſaicis, et laudat Intpp. ad Luciani Reuiuiſc. c. 22. Enimuero dinerſa eſt iſta ratio ab hac, in qua verſamur. Ita debebat ſaltem eſſe ἀποτίσαιεν ἄν. Forte dicas in ἀπέτισαν ſubintelligendum eſſe ἄν. vt illud Apollonii I, 1158 τὴν δ' οὔ κε — κίχοιεν ἵπποι, *aſſequi poſſent*. Saltem dicendum, ἀπέτισαν dictum eſſe pro praeſenti ἀποτίουσι, et rem adductam in praeſens tempus. Si tamen conſtaret Zenodoteam lectionem non correctionem eſſe, ſed antiquam lectionem, hanc vtique praeferrem. ἀπέτισσαν vitioſe edd. ante Barneſ. qui ad prosodiam cum codd. plerisque, exceptis Cant. Venet. Vrat. b. et c. correxit; nam media per ſe producta eſt. σύν τε μέγαλῳ. Sch. br. χόλῳ. ἢ τόκῳ ἤτοι ποινῇ. προστίμῳ. Simplicius Sch. A. κακῇ. Notabile quoque quod σὺν adiectum, quod vulgari vſu non in more habetur: nam alias eſt ἀποτίσεις μεγάλῳ, κεφαλῇ σου et ſic porro, magno lues.

163. εὖ γὰρ ἐγὼ τόδε οἶδα. Flor. et al. ἐγὼν ſine cauſſa. Bentleius hos tres verſus 163. 4. 5. ſuſpicabatur ex Il. Z, 447. 8. 9. huc translatos eſſe. Poteſt alius con-

Digitized by Google

trarium ſuſpicari. v. ad e. l. Verſum 163 recitat Strabo XIII, p. 897 A.

164. ἔσσεται ἦμαρ, ὅταν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρή. ξ— quod ὀλώλῃ pro ἀπολεῖται. (ſcil. vi et vſu ὅτε ἀπολεῖται et ὅταν ὀλώλῃ eſſe poſſunt idem: Ita Θ, 373 ἔσται — ὅταν εἴπῃ vbi Ven. A. obſeruationem repetit.) — et quod ἡ Ἴλιος Homericum eſt.

Verſus recitantur a Galeno de opt. ſecta 14. vbi male editum, ὅταν πότ' ὀλώλοι.

ὅτ' ἂν et h. l. ſcribitur: v. ad A, 519.

165. λαὸς ἐϋμμελίω. Inutilis eſt geminatio litterae; nam ipſo loco ac tono ſyllaba producta eſſet ἐϋμελίω. Eſt autem εὐμελίας, et Ionice εὐμελίης, εὐμελίεω, ίω, docente Etymologo h. v. Sic in Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι B, 461. vbi v.

166. Ζεὺς ὑψίζυγος. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐν ναυσὶ ζυγῶν, ἐφ' ὧν καθέζονται οἱ ἐρέσσοντες. Sic A. B. Sch. br. Euſtath. Attexuntur alia minus probanda et ibi et apud Philemonem MS. in nota Villoiſoni ad Apollonii Lex. h. v. In Apollonio recte ad h. l. ὁ τὴν ἀνωτάτω ἕδραν ἔχων. Occurrit ſic et ap. Tragicos v. c. Eurip. Phoen. 74. vbi cf. Schol. et Valk. eſt idem quod ὑψιθρονος ἐν ὕψει θρόνον ἔχων. Suidas.

167. Ζεὺς δὲ αὐτὸς ἐπισσείῃσιν ἐρεμνὴν αἰγίδα πᾶσι. pendent ab ὅταν. ξ— quod aegis Iouis ὅπλον. (clipeus) πρὸς τοὺς νεωτέρους ποιητάς. „Monetur hoc adeo aduerſus recentes poetas, an quod hi pro *lorica* vocem accipiunt?

Notat quoque Sch. B. ἐπισσείῃ eſſe pro futuro; et in Sch. br. redditur ἐπισείσει. Geminatio ſibili debetur ſerioribus.

170. αἴ κε θάνῃφ καὶ μοῖραν ἀναπλήσῃς βιότοιο. (ξ—) quod Ariſtarchus habuit πότμον, vulgatae (κοιναὶ) habuere μοῖραν. Sollenne eſt μοῖρα θανάτου. et abſolute Apollon. I, 1322 πέπρωται, μοῖραν ἀναπλήσειν. Scilicet μοῖρα *praefinitum* eſt *tempus*, *ſors*, ſeu *vitae*, ſeu *mortis*. hoc frequentius in formulis: μοῖρα θανάτου. θάνατος καὶ

μοῖρα. Possit ergo etiam ἀναπλήσειν μοῖραν θανάτοιο locum habere. At βιότοιο μοῖραν, explendo fatale vitae tempus obire, fere vt Latini dicunt *explere*. Aliis locis ἀναπλῆσαι est reddendum per *exantlare*, *perpeti*, *subire*, vti πότμον, κήδεα, οἶτον, ἄλγεα, κακὰ, et similia, etiam in Apollonio Rh. et aliis; ἀναπλήσωμεν ὄλεθρον est ap. Quintum V, 426. interdum mutatum in ἀνατλῆναι et ἀνατλήσεις. v. c. ap. Brunck. ad Apollon. IV, 1388.

171. καί κεν ἐλέγχιστος πολυδίψιον Ἄργος ἱκοίμην. ξ ὅτι Ἄργος τὴν Πελοπόννησον, οὐ τὴν πόλιν λέγει. De hoc v. Exc. I ad B.

Duplicem lectionem habuit Aristarchus, ἐλέγχιστος, et ἐλέγχιστον, alterum hoc vix ferendum; praefixum tamen Sch. B.

Super πολυδίψιον Ἄργος mira comminiscuntur veteres. Obuia res est δίψιον terram esse aridam; fontem δίψιον qui nullam aut exiguam aquam habet; sic Hermippus ap. Ioseph. in Apion. I, 22 Pythagoram ait praecepisse, τῶν διψίων ὑδάτων ἀπέχεσθαι, scil. potius sectari amnes largos. Expeditum est rem ex priscis mythis repetere, quibus traditum erat, antiquissimis aetatibus siticulosam, ἄνυδρον, fuisse Argolidem. In quem sensum quoque mythum de L. Danaidibus interpretantur, provisum enim fuisse a Danao L. puteis effossis. Primo loco haec traduntur in Sch. A. et Etymol. v. Apollod. II, 1, 4. Bene de his, vt de multis aliis, egit iam Koeppen. Interea mirum videri potest, antiquum hoc, quod ad Argolidis origines spectauerat, in epitheti perpetui loco haberi potuisse, quandoquidem serius Ἄργος εὔυδρον factum est per puteos et fontes. Itaque viam inierunt aliam, vt repeterent vocem ab ἵπτω pro βλάπτω, vt sit pro πολυβλάβες διὰ τὴν ἵπταν. Sicque tradunt non modo Sch. br. A. B. Etymol. Schol. Apollonii Arg. IV, 14. verum etiam Strabo VIII, p. 569 B. C. quem exscripsit Eustath. h. l. et p. 16 extr. Est quoque ap. Apollon. Lex. δίψιον. βλαβερὸν, quod in Sophoclis Ixione fuit lectum. Tandem

πολυδίψιον voluerunt ex h. l. esse πολυπόθητον, metaphora a sitientibus ducta: v. Sch. A. br. Etymol. Sch. Apollon. l. c. Strabo l. c. Athen. X, 9. p. 433. v. Barnes. hoc Hesychius illustrat: δίψιον Ἄργος. Ἡσίοδος μὲν (legit praef. p. VIII. Ruhnken. Ἡλιόδωρος) τὸ ἄνυδρον, Ἀρίσταρχος δὲ τὸ πολυπόθητον. διψᾶν γὰρ τὸ ἐπιποθεῖν. Additur tamen his alterum: ἢ ὑπὸ Διὸς βεβλαμμένον. ἴψαι γὰρ τὸ βλάψαι. (de quo v. ad A, 3.) Nouam coniecturam proposuit Toup. ad Hesych. Vol. III opp. p. 326. πολυλίψιον, quia apud Apollon. IV, 813 occurrit λίπτειν, pro ἐπιθυμεῖν, et λίψ, ἐπιθυμία, apud Hesych. Esset itaque et sic Ἄργος πολυπόθητον. — Videntur veteres plus laboris et molestiae suscepisse, quam necesse erat. Potuit Argolis solum habere natura aridum et siticulosum; vtpote sabulosum; habuit tamen et amnes et fontes, quibus irrigaretur.

173. κἀδ δέ κεν εὐχωλὴν Πριάμῳ καὶ Τρωσὶ λίποιμεν Ἀργείην Ἑλένην. In Cant. Lipsi. Eton. λίποιεν vt ad Achiuos referatur.

174. σέο δ' ὀστέα πύσει ἄρουρα ξ— quod hinc patet, in terra peregrina mortuorum corpora non fuisse domum reportata. (Repetuntur haec a Suida in πύσει, sed in alium sensum deflexa.) Monitum, respectu loci H, 334. 5. quos versus ab Homero non esse, hinc apparere. πύσει, σήψει, Apollon. Lex. h. v. vt ἀνδρῶν πυθομένων Od. M, 46. πύσσει iam ante ed. Rom. corrupit Ald. 2. cum sequacibus, cum in Flor. et Ald. 1. esset πύσει. reuocauit hoc Stephanus cum prior sit producta. Sic quoque Schol. Nicandri et Apollon. de Synt. II, p. 165. vbi docet, σέο ὀστέα esse pro σά, et p. 66. esse σέο scribendum, idque factu opus fuisse, etiamsi non in principio sententiae legeretur. Disertissime τὸ πύθεσθαι expositum est in Sc. Herc. 152 ὀστέα δέ σφι περὶ ῥινοῖ σαπείσης Σειρίου ἀζαλέοιο κελαινῇ πύθεται αἴῃ.

176. καί κέ τις ὧδ' ἐρέει ξ— quod abundat κε, aut est enallage pro εἴποι ἄν." Oblitus est grammaticus, Homerum saepe futurum cum ἄν ponere pro optatiuo vel

coniunctiuo. Ὑπερηνορεόντων. e pluribus teneo esse pro ὑπερηΦάνων.

178. εἴθ' οὕτως ἐπὶ πᾶσι χόλον τελέσει' Ἀγαμέμνων. restituit τελέσει' Barnes, quod et Cod. Cant. habet, pro vulgari τελέσει edd. et codd. at εἴθε cum futuro quis ferat! τελέσοι est in Eustath. marg. Cant. item in Apollonio Alex. de Syntaxi p. 246 et p. 248.

χόλον τελέσεις. vt A, 82 ὄφρα τελέσσῃ referendum ad χόλον. Nec de νόον cogitandum.

181. σὺν νεινῇσιν νηυσὶ. Cant. χερσὶ superscr. νηυσὶ, sic et L. ap. Bentleium, cui hoc probatur, quomodo enim, inquit, naues inanes, sine remige, domum redire possunt. Laudat quoque Od. K, 42 οἵκαδε νισσόμεθα κεινὰς σὺν χεῖρας ἔχοντες. „Atqui, praeda ex vrbe nunc non capta, vacuae ipsae redeunt naues: vt in illo loco: πολλὰ μὲν ἐκ Τροίης ἄγεται κειμήλια καλὰ λητίδος praecessérat; et inf. vss. 238. 9 pro interpretatione sunt. Trepidant tamen grammatici quoque in Sch. A. B. Sch. br. Eustath. plerique, et Eust. accipiunt, vacuas, sine Menelao.

Aliud mirari licet, cum tam importune alibi το ν in fine vocum inculcetur, h. l. edi vbique κεινῇσι vsque ad Turnebum, qui sine codice intulit; porro a codd. Eton. Vrat. A. Mosc. 1. 3. abesse video; ex aliis nil notatum. E cod. Ven. tamen κεινῇσιν editum est. Videmus vtique, e codd. parum praesidii ad iudicium de his ferendum peti posse.

182. τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών. ξ quod εὐρεῖα h. l. non est genericum epitheton, sed pro εὐρεῖα γενομένη. εὐρύ μοι χάσμα γῆς γένοιτο Sch. A. Sch. br. Suidas. Per εὐρέως reddit Sch. B. vt ἀγορὰ αἰψηρή. Od. B, 257. Eadem iam leguntur ap. Apollon. Lex. in αἶψα et in ταχεῖα. ex eo Hesych. in αἰψηρά. Idem χάνοι εὐρεῖα χθὼν, εὐρὺ χάσμα ποιήσειεν ἡ γῆ. Equidem non video, cur non pro ornante terrae epitheto εὐρεῖα accipi possit.

In capite versus ὥς ποτέ τις ἐρέει. Bentl. tentabat ὣς ὅτε τις ἐρέει, τότε —

183. *τὸν δ' ἐπιθαρσύνων*. Ed. Flor. Vrat. c. *ἐπιθαρσήσας*.

184. *μηδέ τί πω*. Sic Ariſtarchus; non *που*, vt nonnulli. Sch. A.

185. *οὐκ ἐν καιρίῳ ὀξὺ πάγη βέλος*. Harlei. *οὐ θῆν καίριον ὀξὺ βέλος πάγη, ἀ.*

De *καίριον* v. ad Λ, 439.

186. 187. *ἀλλὰ πάροιθεν εἱρύσατο ζωστήρ τε παναίολος ἠδ' ὑπένερθε ζωμά τε καὶ μίτρη, ἣν χαλκῆες κάμον ἄνδρες*. Eſſet *εἱρύσατο* a *ϝερυω* traho: quod eſt alienum. Non dubito fuiſſe aut *εἱρῦτο*, *tuebatur*, vt ſit pro *εἱρύετο*, aut *εἴρυτο*, ab *εἴρυμαι*, *εἱρύμην*. Sic Π, 542 ὃς Λυκίην εἴρυτο — v. ad vſ. 138 et Exc. IV ad A.

παναίολος. in aliis vt Vrat. a. *παναιόλος*. ſic variat ſcriptura in *κορυθαίολος* et al. vt iam monitum ad B, 816. Redditur vox *mobilis* a Clarke, ex Porphyrii Qu. Hom. 3. (eſt locus etiam in Schol. ad Z, 359.) At ea notio h. l. parum commoda eſt. Vt igitur de hac voce ſemel dicam: *αἰόλος* cum deriuatis ſpectat omnino ad *motum celerem*, vnde et eſt *αἰόλλειν* (male *ἀπὸ τῆς ἀέλλης* ducit Porphyr. Qu. Hom. 3. et ad Z, 359). At is eſt *varius*, *variat* quoque *res*, et *varios* habet effectus. Eſt adeo *varium* modo luce ac ſplendore, coruſcans; modo colore; modo *figuris*, *arte*. Transfertur quoque ad *animi cogitata*, *conſilia*, *dolos*; denotat verſutum. Convenit adeo voci Lat. *varius*. Quo fit, vt interdum notatio ſit incerta, cum haud vna modo ſententiae conueniat; vtque definiri nequeat, quam poeta in animo habuerit; ita *κορυθαίολος* poteſt ad celeritatem motus, et ad vibrationem lucis ex aere referri: cf. ad B, 816. Convenit *αἰόλος* ſaepe cum *ποικίλος* v. inf. 432. Cingulum h. l. cum ex aere ſit, eſſe poteſt *αἰόλον*, ſeu *παναίολον*, varie ornatum vti ſupra erat *δαιδαλέον* vſ. 135. poteſt tamen quoque eſſe coruſcum, vt E, 295 arma *αἰόλα παμφανόωντα*. et ſic Sch. ad K, 77.

187. ξ- (non ξ÷) quod *ζῶμα* ſolum nunc memoratur, non thorax ſimul, cui illud eſt ſubtextum; — mitra

autem lanea eſt aere obducta. De his v. ſup. ad vſ. 135.

τὸν χαλκῆες κάμον ἄνδρες. Poteſt videri ad h. l. reſpexiſſe Ariſtoteles Poet. c. 22. vbi inter ea, quae vſu defendi poſſunt, eſt: καὶ χαλκέας, τοὺς τὸν σίδηρον ἐργαζομένους. Adde Od. I, 391. 2. 3. De auri fabro χαλκεὺς Od. Γ, 432.

190. ἕλκος δ' ἰητὴρ ἐπιμάσσεται. Sch. br. ἐφάψεται. ψηλαφήσει. recte. Per duplex σ ſcribitur ἐπιμάσσεται h. l. vbique, etiam in Ven. vbi Schol. A. παρὰ τὸ μᾶ. μαίω. μάω. vt νᾶ. ναίω. νάω. Erit ergo ἐπιμάομαι, idem quod ἐπιμαίομαι, de *omni* impetu corporis et animi *ſtudio*, tum etiam *de conatu attingendi aliquid* dictum, vt de equis aliquoties dictum, μάστιγι ἵππους ἐπεμαίετο. Inde ἐπιμάσεται erit et ἐπεμάσατο, et ad producendam brevem ſyllabam in αω, geminato σ ἐπιμάσσεται, ἐπεμάσσατο.

At alii a μάσσειν ducunt, cui duplicem ſignificatum Euſtath. aſſignat, ἀποσπογγίζειν (vt ſaepe eſt μάσσειν. μάττειν *abstergere*) tum etiam ἐπιμάσσασθαι, τὸ διὰ ἁπαφῆς θεραπεῦσαι. μάσσεσθαι γὰρ καὶ τὸ ἅπτεσθαι. Et eſt in Heſych. ἐπεμάσσατο. συνετάραξεν. ἐφήψατο. ἐψηλάφησεν. Erit ergo ex μάσσομαι futurum non μάξομαι, quod expectabas, ſed, forte vt in πλάσσω, μάσομαι, et h. l. ἐπιμάσεται, cumque α ſit breuis, geminato σ ἐπιμάσσεται. Hactenus ambigua res manet, v. c. Od. N, 429 ῥάβδῳ ἐπεμάσσατ' Ἀθήνη, Vlyſſem, vtrum ſit ab ἐπιμάσσω an ab ἐπιμάομαι. ſic quoque in aliis. Od. Λ, 590 ἐπὶ χερσὶ μάσασθαι *apprehendere*, ἐπιμάσασθαι. add. Τ, 468. 480. porro Od. Υ, 152 σπόγγοισι τραπέζας ἀμφιμάσασθαι. ἐσεμάσσατο Il. P, 564. Υ, 425. vbi tandem a Barnes et Clarke de hac voce eiusque temporibus μάσομαι, ἐμασάμην, aliquid monetur. Erneſti comparat πάσσομαι, ἐπασάμην. Adde alia: ἵμάσσω. ἵμασε καλλίτριχας ἵππους. Videri debet μάσσω retinuiſſe ſignificatum τοῦ μάω primitivum, *de motu et impetu ad aliquid*, verum cum translatione *ad res diuerſas, quas prehendimus aut appetimus*; vnde eſt *pinſo, ſubigo*, et ſic porro. Conf. He-

Digitized by Google

ſych. in *μάσσαι. μάσσει. μάσσασθαι*, et laudd. in Not. ad e. l.

Hactenus ſatis bene ſe haberent disputata, at ecce ipſe Homerus habet a *μάσσω* futurum, non *μάσω*, ſed *μάξω*· Od. T, 92 *ὃ σῇ κεφαλῇ ἀναμάξεις*. Concidunt ita omnia, et dicendum eſt, non a *μάσσω*, ſed a *μάω*, *μάομαι* ducta eſſe *μάσομαι*, *ἐμασάμην*, correpta priore, vti in *μέμαμεν*, *μέμασαν*. et hinc ductis, vt *αὐτόματος*, vt adeo geminandus ſit ſibilus *ἐπιμάσσεται* ad producendam ſyllabam. Eſt ſane a *μάω* ductum *μαιμάω*, media longa; verum vt alia, ita et *μάω* poteſt duplici modo ſcriptum et pronuntiatum fuiſſe, *μᾶω* et *μᾶϝω*, *μαιμᾶϝω*. Sufficit dubitari amplius non poſſe *ἐπιμάσεται* et *ἐπιμάσασθαι* ſive vno ſiue geminato ſibilo ab *μάομαι* ducta eſſe, et eſſe vim vocis, *attingere*. Recte adeo Etymol. *ἐπιμασάμενος*, *ἐπιλαβόμενος*. *ἁψάμενος*. quod idem in Homero *ἐπιμασσάμενος*. cf. inf. ad T, 263 *ἀπροτίμαστος*. Altera ex parte dubitari nequit, a *μάω*, *μάομαι*, ductum eſſe *μάτσω*, atque etiam *μασάω*, *manduco*, priore breui, vnde etiam ſcribitur *μασᾶσθαι* et *μασσᾶσθαι*. vide laudd. a Steph. Bernardo ad Theophan. Nonnum p. 78. Ad eundem modum erit conſtituendum *ἐξεμάσσατο* inf. P, 564 et Υ, 425.

191. *Φάρμαχ' ἅ κε παύσῃσι* ξ— quod dicta haec pro *παύσειεν ἄν*. vt *ἰχθὺς*, *ὅς κε φάγῃσι*, *ὃς φάγοι ἄν* Φ, 127. vbi cf. Schol. Sch. A. et B. bona obſeruatio, quae tamen locis infinitis repetenda eſſet; vt A, 137. 139. vbi vide 205. et al.

παύσῃ τε Moſc. 3. ex corr. an voluit *γε*.

μελαινάων ὀδυνάων eſt quoque ap. Heſych. v. ad vſ. 117.

193. *ὅττι τάχιστα*. Alii vna voce ſcribunt; ſollenni grammaticorum more compoſita fabricandi.

194. *Φῶτ', Ἀσκληπιοῦ υἱὸν ἀμύμονος ἠπῆρος*, Ex Schol. B. apparet olim dubitatum eſſe, ſitne *περιττὸς ὁ στίχος*. Melius vtique eo carebimus. Siue *Μαχάονα Φῶτα* iunxeris, ſiue *Φῶτα Ἀσκληπιοῦ υἱὸν*, ſeu abſolute ſum-

Digitized by Google

ſeris, ineſt aliquid inſolentioris vſus. Nec rem expedit Clarke dicendo: „Vox *Φῶτα* non hic *παρέλκει*, quod eſt ridiculum et poeta omnino indignum; ſed aut virum inclytum denotat, aut quod Pauſanias ait II, 26 p. 172 *Φῶτ', Ἀσκληπιοῦ υἱὸν, ὡς ἂν εἰ λέγοι, θεοῦ παῖδα ἄνθρωπον.*“ Haec iterum apponit ad Φ, 546. nec videt, rem ibi aliter ſe habere; nam eſt ibi *δῖον Φῶτα*. mox *ἰσόθεος Φὼς* 212. Et eſt ſollenne cum adiectiuo illud poni, non autem abſolute *Φῶτα*. An dices *Σωκράτην ἄνδρα προσεῖπε*? — Dixeris forte eſſe *δεικτικῶς* dictum *vocat Machaonem, virum inquam, ex Aſclepio natum: den Mann da, den Sohn A.* At nihil horum procedit; et praeclare vidit Koeppen noſter, nos corruptelam amplecti, et fuiſſe videri *ἰητῆρα*, vt eſſet vera lectio: *Φῶτ', Ἀσκληπιοῦ υἱὸν ἀμύμονος, ἰητῆρα*. Nam hoc recte dicitur *Φὼς ἰητήρ. ἀνὴρ ἰατρός*. Oriri potuit corruptela ex ſimilibus locis, vt Λ, 518 *Βαῖν', Ἀσκληπιοῦ υἱὸς ἀμύμονος ἰητῆρος*, et ibid. 834. et 514 *Ἰητρὸς γὰρ* (ad manum eſt) *ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων*.

195. ※ — 196. ※ — 197. ※ — aſteriſcus, cum obelo qui in verſu 196 exciderat in Veneto, declarat, omnes tres verſus pro aliunde illatis habitos eſſe, alio loco melius lectos quam hic: Scilicet vſſ. 205. 6. 7. Defendit tamen vſ. 195 vna cum 194. Schol. B. De his verſibus otioſis et diuerſo loco repetitis raro tuto pronuntiari poſſe, iam profeſſi ſumus.

195. *ὄφρα ἴδῃ*. Ven. B. *ὀφρ' ἴδῃ*. cum Harl. et Townl. vitio prosodico obuio. at recte Apollon. Lex. *ὄφρα ἀντὶ τοῦ ἵνα, ἢ ὅπως. ὄφρα ἴδῃ Μενέλαον*. Tum *ἀρήϊον Ἀτρέος υἱὸν* Ven. ed. cum Schol. A. B. (pro variante tamen laudatur alterum) Townl. Ad 196 eſſe debuit ξ— quod *ἔβαλε* dixit de telo eminus miſſo; reſpectu ad v. 157.

202. *οἵ οἱ ἕποντο Τρίκης ἐξ*. Barnes reſinxerat *ἕπον Τρίκκης* quia geminata littera ſcribitur B, 729. At *ἕπειν* pro *ſequi* Homero non frequentatur; v. ap. Clark. et Alberti ad Heſych. in *ἕπουσιν*. Prior in *Τρίκη* natura brevis eſſe putanda eſt; Etſi ſollennius nomen eſſe coepit

Digitized by Google

Tricca, Τρίκκη, quo vſi ſunt ſcriptores. Habent et h. l. vitioſe ἔτουτο Τρίκκης Ven. Harl. Vrat. a. Simile vitium videbimus inf. ad Λ, 483. In Vrat. A. etiam vitioſius eſt Θρήκης.

203. ἔπεα πτερόεντα προςηύδα. pro hoc πτερόεντ' ἀγόρευεν alii ap. Ven. A. De παπταίνω Scholion ad 200. habetur in Etymol. h. v.

204. Ὄρσ' Ἀσκληπίαδη. Ὄρσεο Sch. br. ὄρσε Vrat. A. ſed ὄρσο alibi. vt Ὄρσο, Θέτι. Etſi nemo docuit, qua analogia hoc dictum ſit. Mihi videtur ab ὄρω factum ὄρμαι, vnde ὄρσο, vt λέλεξο. δέδεξο. Niſi ſtatuere malis fuiſſe verba in μι. ὄρημι, et ὄρμι vnde ὄρσο. — καλέει σε κρ. Vrat. b.

205. ※ (et ſic inſigniti eſſe debebant etiam 206. 207. nunc enim recte ſuum locum occupant hi tres verſus; minus bene ſupra 195. 6. 7. hoc enim deſignat aſteriſcus.) In 205 ὄφρα ἴδῃ ed. Ven. cum Sch. A. mſ. Lipſ. Townl. Eton. Moſc. 1. eſtque ea Ariſtarchea lectio. Itaque vix abstinui quo minus reuocarem pro vulgari ὄφρα ἴδῃς. Vide ad A, 203. retinebat me, quod praeceſſit 195 ὄφρα ἴδῃ tertia perſona, et ἴδεν ἕλκος, vſ. 117. Per ſe nil refert, eſt enim vtrumque vſitatum ἰδόμην et ἴδον. ἰδεῖν et ἰδέσθαι, *videre*. In fine ἀρχὸν Ἀχαιῶν, nunc legit Ven. cum Townl. Eton. et binis Vindob. qui 195 Ἀτρέος υἱὸν habebant. Ad 206 appicta ⊱ ſpectat ad ἔβαλε cf. ad 196.

208. ⊱ propter ὄρινεν. ἀντὶ τοῦ κατὰ ψυχὴν ἐκίνησεν. reſpectu habito ad verſum: ὣς Φάτο, τῇ δ' ἄρα θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ὄρινε (Od. P, 150 Telemachus narratione de profectione coram Penelope facta) quo loco pro ἐθύμωτε accepiſſe narratur is qui Odyſſeae lectionem vulgatam eo modo, quo habemus, adornauit, (ὁ διασκευαστὴς) et ibi XX. verſus ſequentes appoſuiſſe. Scilicet eſt θυμὸν ὄρινε de motu illo animi dictum, cum repentina re perculſi terrore, metu, ſollicitudine, ſimul afficimur.

Digitized by Google

210. Antecedens producunt Schol. A. ad κυκλόσε. Scilicet et hoc exemplum eſt apodoſeos per δὲ ſubiectae: qua de re aliquoties monitum eſt v. c. ad A, 58. Λ, 713. vnde etiam δὲ adiungitur τόΦρα δὲ, et putatur in his δὲ eſſe δή. cf. Gregor. Dial. p. 33, 58. At Schol. B. cenſet, liberatam ab vtroque verſu 211. 212. βλήμενος et κυκλόσε, ſi deleti fuerint, orationem profluere ſignificantiorem. Quod concedi poteſt; vt nec tamen ad delendos verſus ſatis hoc valeat. — Porro ἵκανεν Bentl. ſive ex cod. ſiue ex coni. ſcripſerat.

212. κυκλόσ'. — Ariſtarchus ſcripſerat κύκλος, vt eſſet ἀγηγέρατο κύκλος, vt illud: ἀγρόμενοι πᾶς δῆμος (Π. Υ, 166.) ſupplendo γενόμενοι κύκλος. At Nicias et Aſcalonita (Ptolemaeus) cum Herodiano, vt Bentl. ex Lipſ. Schol. adſcripſerat, defendebant κυκλόσε. Porro ἀγηγέρατο eſſe debet pro ἤγερντο, non pro ἤγερτο, vt Etymol. h. v. quam recte reddit συνηθροισμένοι ἦσαν.

213. ἕλκεν ὀϊστόν. Erat εἷλκεν. Sed ἕλκεν Ionice Ariſtarchus et maior pars. Sch. A. L. Notant autem grammatici tria chirurgiae (ἐν τῇ βελουλκίᾳ) genera in Homero memorata, ἐξολκήν, vt in Menelao, ἐκτομήν, vt in Eurypylo (Λ, 843.) et διωσμὸν in Diomede (an Λ, 396?) Schol. B. ad h. v. et A. B. Leid. ad 191. Euſt. ad 218. vbi et Φάρμακα distribuunt in ἐπίπαστα, χριστὰ et πότιμα.

214. τοῦ δ' ἐξελκομένοιο πάλιν ἄγεν ὀξέες ὄγκοι. notant A. B. poſſe dupliciter interpungi, ἐξελκομένοιο πάλιν, et πάλιν ἄγεν, εἰς τουπίσω ἀνεκάμΦθησαν. cf. Heſych. in ἀγέν, et ibi not. (peius Euſt. *iterum* ἔμπαλιν ἐκλάσθησαν, reſpectu τῆς πρώτης περιαγωγῆς καὶ κλάσεως vncorum inter cudendum. Vtrumque etiam in Sch. br. habetur) Bentl. ϝαγεν adſcripſit. At nec ipſe, nec grammatici obſeruarunt difficultatem metricam quae ſubeſt huic loco; ſi ἄγεν (ϝαγεν pro ἤγησαν) ab ἄγω, ϝαγω ductum eſt, habet priorem longam: v. ad Γ, 367. Itaque aut ἄγεν ducendum eſt ab ἄγω, *retroacti, retroflexi ſunt* hami, aut ſcriptum ſuit: τοῦ δ' ἐξελκομένου ἄγεν

(ϝαγεν) πάλιν ὀξέες ὄγκοι. recuruati ſunt. Niſi totus verſus ſerioris ingenii eſt, inſertus ex v. 151. non ſatis commode. ὄγκος, γλαχίν, ἀκὶς τοῦ βέλους.

215. Verſus ap. Apollon. Lex. in ζωστὴρ habetur.

216. ξ— quod iterum ζῶμα, nulla loricae mentione facta, memoratur; v. ad 187. 133.

217. In re chirurgica nobilis hic locus. Memorabilis quoque viſus Auctori de Vita Hom. §. 23.

218. 9. Verſus reſpicit Plato de Rep. III, p. 408 A. vbi robur hominum temperantia vtentium praedicat, quibus ſanguine exſucto et herbis adſperſis ſatis curae ad ſanandum vulnus adhibitum eſſe viſum eſt.

219. Φάρμακα, τά οἱ πόρε. οὐκ ἐκεῖνα, ἀλλὰ τὰς αὐτῶν δυνάμεις καὶ πράξεις. Ven. B. ergo ἔπορεν eſt h. l. *docuit, monſtrauit.* Prodiit autem Aeſculapius, Machaonis pater, e Chironis diſciplina; et eſt hic locus ex antiquiſſimis chirurgiae, ſeu, quam veteres vocant, Iatrices monumentis. Φάρμακα illa erant radices et herbae, quarum vires ſtypticas vſus docuerat; illas arefactas et tritas inſperſas fuiſſe vel applicatas vulneri probabile fit ex voc. πάσσειν, ἐπιπάσσειν. v. E, 409. 900. Λ, 515. O, 393. 4. Hinc παστὸν, et ἐπίπαστον medicamen vulneri inſperſum et πάσματα apud medicos v. c. Theophan. Nonn. c. 24. vbi v. Bernard. Jl. Λ, 623 ſq. κυκειῶνα, potionem, adhibitam videbimus, neç tamen niſi ad vires recipiendas. Diſertior locus eſt Pindari P. III, 83 ſq. de Aeſculapii arte.

Porro τά οι ποτὲ πατρὶ, duplici datiuo pro πατρὶ αὐτοῦ. Bentleius tamen emendat τὰ ᾧ (ϝῷ) — πατρὶ, ſuo. Sane antiqua ſcriptura FOI etiam ſic legi potuit. Nec tamen neceſſe eſſe video ſic legi.

221. τόΦραδ' male vna voce Barn. Eſt δὲ in apodoſi. vt modo vſ. 213. An hic verſus a primo carminis auctore profectus ſit, admodum dubito; turbat enim ordinem narrandi. Primo ſi Troiani iam tum aduentabant, quomodo tempus ſuppetere potuit Agamemnoni ad diſcurſitationem per ordines, appellationes ſingulorum du-

Digitized by Google

cum et confabulationes? quomodo duces ſtare potuere otioſi? inprimis ſi memineris, quam exiguum inter vtramque aciem relictum fuerit interuallum. Non procedunt Troiani propius, niſi infra procedentibus Achiuis vſ. 427. 433. Tum vſ. 446 ἐς χῶρον ἕνα ξυνιόντες ἵσαντο. Tolle verſum male a rhapſodo interpoſitum, vt eſſet quod reſponderet τῷ τόΦρα, cum non videret, οἱ δ' idem eſſe ac τόΦρα οἱ.

222. Doctum Scholion A. B. ſuper ἔδυν pro ἔδυσαν quod in Etymol. non reperiri miror; at excerptum habet Euſtath.

223. ξ quod ἴδοις pro ἴδοι τις ἄν. obſeruatio ſaepe decantata, etiam ap. Schol. Ariſtoph. Acharn. 24. vbi eſt Ἔνθ' οὐκ ἂν ὑβρίζοντα ἴδοις. et inde ap. Suidam in ὠστιάς. Euſtath. eſſe pro Attico οὐκ ἂν εἶδες. Ἴδῃς L. ap. Bentl. Vrat. a. βρίζειν. νυστάζειν. ἀναπαύεσθαι. quod iam in Apollon. Lex. h. v. eſt, καθεύδειν. v. Od. I, 151. M, 7. v. Schol. Etym. Heſych. laudato hoc verſu: In quo etiam hoc obſeruant, laudes ampliores fieri vitiis detrahendis. v. Gell. II, 6. med.

224. καταπτώσοντ' vno σ Townl.

226. ξ quod, cum alias ἵπποι pro curru memorantur, nunc ἵππους καὶ ἅρματα appoſuit. Fuit porro ζήτησις, quam Schol. B. ſeruauit, cur non in curru perſtiterit Agamemnon, ſi celeritate opus erat? Atqui, inquiunt, e curru non potuiſſet ſingulos milites adire et alloqui. (Grauis vero obſeruatio repetita ab Euſt.) — ἔασσε male Barn. v. ad Δ, 42.

227. Φυσιόωντας. ἀσθμαίνοντας. ἐν τῇ δ' Ἰλιάδος. τῶν πεποιημένων ἡ λέξις (ex ſono) Apollon. Lex. h. v.

228. ξ quod eodem nomine et Agamemnonis et Neſtoris auriga (Λ, 619) fuit; vterque nomine Eurymedon. Repetiit eadem Euſtath. Erat autem auriga Agamemnonis Ptolemaei f. Piraei nepos. Idem eius θεράπων. — Porro Πειραιδαο. quod plerique quatuor ſyllabis efferunt; (Πειραΐδης) at Tyrannio triſyllabum eſſe voluit, ex analogia, (Πειραίδης) velis et docuiſſe hoc grammaticos,

Digitized by Google

quomodo ex Πείραιος, (quod occurrit v. c. Od. O, 543) fit Πειραίδης non vero Πειραιίδης. Etiam Hesych: Πειραΐδαο, Πειραίου παῖδα. Malim duci a Πείραος Πειραΐδης. Laudatur tamen ab Eustathio Ἀλκαιὸς, Ἀλκαΐδης. Mox 229 παρίσχειν pro πλησίον ἔχειν et διακοιρανεῖν pro διατάσσεσθαι.

229. τῷ μάλα πόλλ' ἐπέτελλε παρισχέμεν, Barnes putabat vltimam vocem se restituere pro περισχέμεν. at hoc erat vitium edd. Oxon. et Cantabrig. 1684. παρασχέμεν Sch. br. Cant. Mori. L. apud Bentl. Vrat. A. Mosc. 1. quod et ipsum bene se haberet. At περισχεῖν in Homero non occurrit; sed περισχέσθαι, amplecti, tueri.

230. ὁππότε κέν μιν γυῖα λάβῃ. Harlei. cum vno Vindob. λάβοι. — πολέας διακοιρανέοντα. Mihi probabile fit, duabus vocibus esse scribendum. κοιρανεῖν enim absolute dicitur, vt iterum vs. 250 ὡς ὅγε κοιρανέων διεπωλεῖτο στίχας ἀνδρῶν, de imperatore disponente singula ad pugnam et praecipiente quae factu opus sint. igitur πολέας διὰ, pro διὰ πολλοὺς, ἀνὰ τὸ πλῆθος, vt E, 824 Ἄρην μάχην ἀνὰ κοιρανέοντα. Ita et distrahere malim κατακοιρανεῖν, vt E, 332. M, 318 et al.

231. ἐπεπωλεῖτο στίχας. ἐπεπορεύετο Apollon. Lex. h. v.

232. καί ῥ' οὓς μὲν σπεύδοντας ἴδοι. ξ— quod σπεύδοντας h. l. non transitiue dictum, pro ταχύνοντας, sed ἐνεργοῦντας καὶ κακοπαθοῦντας.

At in σπεύδοντας ἴδοι peccatum vides in digamma, vt mox iterum vs. 240. Bentleius reponit ὄρα. vt Π, 646 ἀλλὰ κατ' αὐτὸν ὄρα καὶ ἐφράζετο θυμῷ. Bene hoc. Ita tamen haud apparet, quae caussa fuerit mutationis hic et aliquoties obuiae, vt inf. 516. A, 203. vbi v. Obss. Suspicor itaque, formam in his locis fuisse olim insolentiorem ὁρέω, ὄρημι, ὄρημαι quae nonnullis adhuc in locis locum tuita est. Ita ὄρηαι est Od. Ξ, 343. Expulsam vidimus A, 56 et 198. Forte et h. l. fuit ὄρη imperfectum tempus.

Digitized by Google

Aliam rationem init Wakefield in Sīlu. crit. P. IV, p. 175 *καί ῥ' ὃν μὲν σπεύδοντα ἴδοι — τοὺς*, numeri mutatione facta.

Ceterum locum, qui sequitur, expressit Xenophon Cyrop. VII, 1, 6 sq. vbi Cyrus obambulat hortando turmas et duces.

234. *Ἀργεῖοι, μή πώ τι μεθίετε.* Eustath. *μή πώ τε.* At est *μή πώ τι* pro *μή τι*, et hoc pro *μὴ* simpliciter, *μεθείετε* Townl. vn. Vindob.

235. *οὐ γὰρ ἐπὶ ψεύδεσσι πατὴρ Ζεὺς ἔσσετ' ἀρωγός.* Aristarchus *ψευδέσσι* scripserat, a *ψευδής*, (mendax, h. l. periurus) adstipulante Ptolemaeo Ascalonita. Et in has partes concessit Sch. br. *οὐ γὰρ ἐπιβοηθήσει ὁ Ζεὺς τοῖς ψευσταῖς.* At Hermappias, negans adiectiuum nomen *ψευδὴς* apud Homerum occurrere, nisi forte in compositis, *ἀψευδὴς, Φιλοψευδὴς*, et similibus, scripsit *ψεύδεσσιν ἀπὸ τοῦ, τὸ ψεῦδος*, quod Homerus frequentat: vt in illo: *ψεῦδος δ' οὐκ ἐρέει* (Od. Γ, 20.) Subiicit Schol. A. „*οὕτως ὁ Ἡρωδιανός.*" Ex eo igitur hic locus, vt pleraque alia grammatica seruata ad nos peruenere. Addit idem: „*καὶ μᾶλλον πιστέον Ἀριστάρχῳ, ἢ τῷ Ἑρμαππίᾳ, εἰ καὶ δοκεῖ ἀληθεύειν.*" Prauum vero hoc auctoritatis studium!

Haud dubie magis poeticum et prisco sermoni accommodatius est, *τὰ ψεύδεα* intelligi, *periurium*, quam *οἱ ψευδεῖς*; adiectiuum, cuius nec vsus Homericus aliunde constat. *οὐκ ἐπέσσεται Ζεὺς ἀρωγὸς τοῖς ψεύδεσσιν, periurio.*

ἐπιψευδέσσιν ed. Rom. cum Eustath. qui tamen duplicem interpretationem norat.

ἐπὶ — ἀρωγὸς iungit Sch. B. vt sit *ἐπαρωγός.* Magis tamen analogiae conuenit *ἐπέσσεται.*

236. *ὑπὲρ ὅρκια, παρὰ τοὺς ὅρκους*, vt iam vs. 67. Eustath. cum Cant. et al. etiam h. l. vna voce *ὑπερόρκια.*

237. *γῦπες ἔδονται.* Sch. B. reddit *Φάγωσι*, ac si *ἔδωνται* ante oculos haberet. Est tamen *ἔδονται* pro futuro tempore.

Digitized by Google

238. ἡμεῖς δ' αὖτ' ἀλόχους τε. Ariſtarchus ſine δ', ἡμεῖς αὖτ' ἀ.

240. οὕς τινας αὖ μεθιέντας ἴδοι. Idem peccatum in digamma, quod vſ. 232 vidimus, tollendum forte eodem modo, μεθιέντας ὅρῃ. Nunc tamen coniicere poſſis, ſingulari locum fuiſſe, ὅν τινα δ' αὖ μεθιέντα ἴδοι. (μεθιεντα ϝιδοι) — τὸν μάλα νεικείεσκεν vt Z. 330 εἴ τινά που μεθιέντα ἴδοις στυγεροῦ πολέμοιο. et N, 229 Ὀτρύνεις δὲ καὶ ἄλλον, ὅθι μεθιέντα ἴδηαι. Verum non conuenit ſingularis ſequentibus: Ἀργεῖοι. etſi laudare poſſis ſimilem locum M, 267. 8. 9.

242. Ἀργεῖοι ἰόμωροι. Antiqua haec vox, h. l. et Ξ, 479 obuia, de cuius vi, ſenſu et etymo non liquet. Ductum vulgo ab ἰὸς, ſagitta, vt ſint οἱ μεμορημένοι (πεπονημένοι . κακοπαθοῦντες) περὶ τοὺς ἰούς, confecti aerumnis inter tela, per tela, vel telis tractandis, occupati telis. Vt B, 692. 840 ἐγχεσίμωροι. Sic Sch. br. Etymol. Heſych. At primo loco Apollon. Lex. h. v. ὁ μὲν Ἀρίσταρχος, οἱ τοὺς ἰοὺς ὀξεῖς ἔχοντες, καὶ τὸ ὑλακόμωροι παραπλησίως, καὶ τὸ ἐγχεσίμωροι. βέλτιον δὲ ἀκούειν, οἱ περὶ τοὺς ἰοὺς μεμορημένοι, καὶ οἱ περὶ τὸ ὑλακτεῖν πεπονημένοι, καὶ οἱ περὶ τὰ ἔγχη. Quomodo Ariſtarchus in ſuam interpretationem inciderit, vix aſſequaris, niſi haec tenueris: μωρὸν olim dictum fuiſſe τὸ ὀξύ. Sch. B. ad Ξ, 479 ἢ ἰοὺς ὀξεῖς ἔχοντες. μακρὸν γὰρ τὸ ὀξὺ κύπριον. Emenda μωρὸν γὰρ τὸ ὀξὺ, Κύπριοι. Heſych. μωρόν. τὸ ὀξύ. Etymol. ὑλακόμωροι — τινὲς δὲ τοὺς ὀξυφώνους, — μάρον γὰρ λέγουσι Κύπριοι τὸ ὀξύ. Enimuero, vt taceam, Achiuos non ſagittis, ſed haſtis bellicam laudem quaeſiviſſe; poteſt enim reſponderi, ad opprobrium id h. l. dictum eſſe; metrum violatur in ea voce, nam prima in ἰὸς, ſagitta, vbique eſt producta. Itaque nec locum habet altera ab aliis propoſita etymologia ab ὥρα, cuſtodia, et ἰὸς, ſagitta, ap. Euſtath. h. l. et ad Ξ, 479 οἱ ποιούμενοι ὥραν, ἤτοι Φροντίδα τῶν ἰῶν.

Obſeruauerat hoc Aſkew (v. ad Heſych. in ἰόμωροι) isque vocem ducebat ab ἴον, *viola*, et exponebat, *fato*

violae deſtinati, h. e. breuis aeui. Atqui hoc eſt ludicrum. Dicerem ſaltem, nomen ἴου violae, ad colorem nigricantem traductum eſſe, vt in πόντος ἰοειδής, adeoque ἰομόρους eſſe, infauſtos, miſeros, fere vt πορφύρεος θάνατος. Ita fere Koeppen expoſuit, atrae morti deſtinatos. Inciderat in hanc etymologiam quoque Bentleius; nam is, etſi ſenſu non appoſito, refingit ϝιομωροι. Fuit enim viola, ἴον, olim ϝιον, quod ex Theocrito patet, X, 28. καὶ τὸ ἴον (ϝιον) μέλαν ἐστί. Sicque idem ſcribit ϝιοειδεα ποντον Λ, 278. et ϝιοεντα σιδηρον Ψ, 850.

Dionyſius Thrax ap. Apollon. l. c. ἀπὸ τοῦ ἰέναι dixerat, οἷον ἰόντες ἐπὶ τὸν μόρον, mortem fatalem. Poſſit ſimili modo ab ἴος, μόνος, duci, eodem fato nati, aut pares aerumnas tolerantes. Praeſtat dicere, verum vocis ſenſum cum vſu exoleuiſſe. — Quod ο in ω transiit, docet vocem non a μόρος, ſed a μοῖρα ductam eſſe.

Ceterum ſuſtuli interpunctionem poſt Ἀργεῖοι, ſiquidem ἰόμωροι non videtur opprobrio dictum eſſe, vt ἐλεγχέες, ſed iunctim: Argiui pugnatores, nunc probris oppleti, an non pudet vos! Docet quoque hoc comparatio alterius loci Ξ, 479 Ἀργεῖοι ἰόμωροι, ἀπειλάων ἀκόρητοι. Adde E, 787.

οὔ νυ σέβεσθε; in Aldd. et hinc profectis σεύεσθε· noto more, emendatum a Turnebo. σέβεσθαι apud Homerum alio vſu dictum quam qui ſerius inualuit: τὸ ἐντρέπεσθαί τινα, διὰ τὸ θαυμάζειν. σεβάσσατο γὰρ τόδε θυμῷ Z, 167. σέβας μ' ἔχει εἰςορόωντα Od. Γ, 123. hoc eſt θαῦμα, κατάπληξις. Haec Apollonius, et plenius Euſtathius: vbi additur: οὔπω γὰρ ἐπὶ τιμῆς τότε ἡ λέξις ἔκειτο. Statim tamen ap. Pindarum hoc ſenſu occurrit et apud Aeſchylum. Adde Heſych. et ipſa Lexica.

243. Τίφθ' οὕτως ἔστητε. ※ (an quod iterum vſ. 246 occurrit?) ⊱ quod Ptolemaeus ἔστητε ſcripſerat; grammaticus autem Ven. A. cum aliis ἕστητε ſcribi vult, eſſe enim pro ἕστατε ex ἑστήκατε. Quam argute! cum toties ἔστην. στῆτε. στῆναι. occurrant. In Etymol. nil de his. cf. inf. ad 331. et ad B, 525.

Digitized by Google

244. ξ— quod διὰ omissum ante πεδίοιο. ἐπεὶ οὖν est pro ἐπειδή.

245. τίς σφι Aristarcho debetur. (Scilicet vt ὅσφι, v. c. A, 76. sic vna voce scripserant librarii τίσφι.) γίγνεται inde a Turn. antea γίνεται. quod et libri habent. v. ad B, 468. Sup. Γ, 45 ἀλλ' οὐκ ἐστὶ βίῃ Φρεσὶν εὖτε τις ἀλκή.

246. ξ— stigme spectauit ad ἔστητε. v. modo ad 243. τέθηπα. „καταπέπληγμαι· καὶ μετοχικῶς· ὑμεῖς ἔστητε τεθηπότες." Apollon. Lex. h. v. Paullo post 248 εἰρύατ' est εἴρυνται, non εἴρυντο. De voc. v. Exc. IV ad lib. I. p. 177.

249. ὄφρα ἴδητ', αἴ κ' ὔμμιν — Corrupte Mosc. 1. et al. ὄφρ' ἴδητ'. Mox verum est αἴ κ' ὔμμιν. Aberrauerat Ald. 2. αἴχ' ὔμμιν inde aliae αἴχ' ὕμμιν quod et Mosc. 3. habet. Schol. B. obseruat petitum hinc esse illud Tragici: τῷ γὰρ πονοῦντι χ' ὡς θεὸς συλλαμβάνει. (Est ex Eurip. Temenidis fragm. ap. Stob. sed legitur καὶ θεὸς συλλαμβάνει.) Conuenit sane sententia: sed in Homero longe potentius et ἐναργεστέρως expressa ὑπέρσχῃ χεῖρα Κρονίων, antiquo loquendi modo, qui idem magnam ad animum vim habet; vnde eo saepe vtitur Homerus, vt E, 433. vbi v. I, 420. 683. Ω, 374. Od. Ξ, 184. Petitum esse aiunt ex eo, si quis clipeo suo tegit alterum, quod est quoque ὑπερασπίζειν, atqui satis est, *manu* aliquem protegi.

250. ῥ' post ὡς abest ab Harlei. nec male. Etiam a Ven. Townl. Vrat. a. b. Eton.

251. ἦλθε δ' ἐπὶ Κρήτεσσι κιὼν ἀνὰ οὐλαμὸν ἀνδρῶν. ξ— „quod ἐπὶ Κρήτεσσι dixit pro ἐπὶ τοὺς Κρῆτας. sic ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι B, 89." Quasi hoc nunc primo occurreret dictum esse pro ἐπῆλθε Κρήτεσσι. Porro, „quod Idomeneus proximo loco ab Aiace constitutus, πρὸς τοὺς ὑποτάσσοντας τοῖς Ἀθηναίοις τὸν Τελαμώνιον." Scilicet spectat ad B, 557. 8. et cf. Schol. A. Γ, 230. Etiam Schol. B. obseruat, ad h. v. et ad 258. quod nunc iidem, quos Helena supra Γ, 166 sq. memorauerat, ite-

Digitized by Google

rum recenſentur, ſed diſertius. — Κρήτεσσι κιών. hinc nata prana gloſſa Heſychii ἰκιὼν, τορευθεὶς, obſeruante Bentleio. κρήτεσιν ἰὼν Moſc. 1. in litura.

ἀνὰ οὐλαμὸν ἀνδρῶν. Ab Homero nondum de certo hominum numero accipi potuit, ſed, vt iam Euſtath. obſeruauit, ſimpliciter de turba et caterua. Bene vocem ab εἰλέω, conuoluo, ducit Sch. B. vt οὖλας τρίχας. adde ad Υ, 113. multoque diſertius quam ceteri, Apollon. Lex. h. v. et Etymol. apud Suidam breuiter ἀνὰ οὐλαμὸν; κατὰ τὸ ἄθροισμα.

253. Ἰδομενεὺς μὲν ἐνὶ προμάχοις ſc. ἐθωρήσσετο, vt et Porphyr. ad K, 165 monet; non *erat*, vt vulgo ſuppletur. ἐπὶ προμάχοις duo Vindob. male. συὶ εἴκελος repoſitum a Barnes, cum vulgo editum eſſet ἴκελος, quod habet ſyllabam breuem: cf. Etymol. h. v. Verum εἴκελος etiam libri exhibent meliores, vti Lipſ. Ven. Cant.

254. ὦτρυνε Φάλαγγας. Etiam Φάλαγγες ſimpliciter pro cateruis dictae ſunt.

259. ἠδ' ἐν δαΐθ', ὅτε πέρ τε γερούσιον αἴθοπα οἶνον — mſ. Bentl. ἠδ' ἐνὶ. Vrat. a. ἠδ' ἐς δαῖτ', idque malim, ne durior eliſio του ι in δαῖτ' ex δαιτὶ inferatur.

γρ. ὅθι πέρ τε. ap. Barnes.

γερούσιον οἶνον, τὸν τοῖς ἐντίμοις διδόμενον. Schol. B. Lipſ. Leid. Etym. ipſe Apoll. Lex. h. v. τὸν τοῖς ἐντίμοις κατὰ τιμὴν διδόμενον. et Heſych. c. Schol. br. κατὰ γέρας. Vides a γέρας ducere omnes γερούσιος, quod fieri nequit. Nam ἀπὸ τῶν γερόντων eſt γερουσία, ergo et ex γέροντες γερόντεσι, γέροντσι, γέρουσι. γερόντσιος, γερούσιος. Ita γερούσιος οἶνος. et inf. 344 ὁππότε δαῖτα γέρουσιν ἐφοπλίζοιμεν Ἀχαιοί. et X, 119 γερούσιον ὅρκον videbimus iusiurandum, quod iuratur a ſenioribus, h. e. principibus. Sunt tamen etiam γέροντες οἱ ἔντιμοι, vt B, 404 κίκλησκε δὲ γέροντας ἀριστῆας Παναχαιῶν, interprete Apollonio in γέρων. Eſt ergo vinum ſenioribus, h. principibus viris apponi ſolitum; ſane quidem honoris cauſſa; nec tamen reddi poteſt, vinum honorarium.

Digitized by Google

260. *ἐνὶ κρητῆρσι κέρωνται* vulgo lectum. Ariſtarchus *ἐνὶ κρητῆρι.* quod magis conſentaneum; nam vnus tantum crater ſtatuebatur; vt mirer, hoc non receptum.

κέρωνται. non *κερῶνται*, vt Euſtath. obſeruat, ab incerta, ait, origine ductum. Eſt tamen haud dubie a *κέρω, κέρομαι*, vnde reliqua *κεράω* et ſic porro. Heſych. *κέρωνται, πιρνῶνται.* vt emendatum e Schol. br.

261. *εἴπερ γάρ τ' ἄλλοι.* ξ— quod cum ceteris portio aequa aſſignata eſſet, viri principes ſemper poculum plenum cum menſis plenis habuerunt appoſitum. Etiam vſſ. 261. 262. ab Athenaeo recitantur lib. V. p. 193 A. vt doceat, principibus honorem hunc habitum eſſe, vt ſemper plenus adſtaret calix.

262. *δαιτρὸν πίνωσι.* Sch. br. *μεμερισμένον.* vel — *μένως*, vt Euſt. *διαιρετόν.* Heſych. *μεμετρημένον* cum iisdem: *παρὰ τὸ δαίω, μερίζω.*

σὸν δὲ πλεῖον δέπας αἰεὶ ἔστηχ' ὥςπερ ἐμοί. non ſibi reſpondere *σὸν* et *ὥςπερ ἐμοὶ* animaduertebat Bentl. et refingebat aut *ἐμὸν* aut *σοί.* At quid vetat poetam variare orationem? Conſentiunt in vulgatam omnes etiam ii qui verſum recitant Athen. l. c. Lucian. Paraſ. 45. Plutarch. in loco interpolato. Conuiu. Sept. Sap. p. 156 E. vbi etiam *δαιτρὸν* per *μετρητὸν* redditur.

263. *ἔστηχ' ὥςπερ ἐμοὶ, πιέειν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι.* „*γρ. εἵστηχ'*" Barnes, et „*πίνειν ὅ, τι.*" Porro *ἀνώγει* Vrat. a. et a m. ſec. b. Recte vero *ἀνώγοι*, quod et ap. Athen. eſt I, p. 13 D.

264. *οἷος πάρος εὔχεαι εἶναι.* Legebatur *εὔχεο* cum hiatu. Eum iam Bentl. ſuſtulerat, repoſito *εὔχεαι* ex Cant. Harl. Nunc adde Ven. Vrat. a. b. duo Vindob. ſicque iam editum erat in Ald. 2. et ſeq. Male mutauerat iterum Turneb. et ex eo Steph.

Solet autem *πάρος* cum praeſenti iungi. Il. Σ, 386 *πάρος γε μὲν οὔτι θαμίζεις.* v. inf. ad M, 347. Π, 23.

265. *τὸν δ' αὖ Ἰδομενεὺς — αὖτ'* mſ. ap. Bentl. Townl. Vrat. b. c. Moſc. 1. 3. Eton.

269. *σύν γ' ὄρκι' ἔχευαν.* Monet Sch. A. *σύν γ'* esse scribendum; non *σύγγ'*.

ἔχευαν quod vbique in codd. et in edd. anterioribus legitur, corruperat Turnebus *ἔχευσάν*. Hoc nusquam reperi, praeterquam in Vrat. a. Eiecit id recte iterum Wolf. ex sententia Ernesti, vt et voluit Bentl. cf. ad Jl. Γ, 270.

271. *ὑπὲρ ὅρκια δηλήσαντο.* Vrat. a. *ὅρκι' ἐδηλήσαντο.*

273. ※ nullo cum Scholio; quod, puto, monuit *τὸ, ἐπ' Αἰάντεσσι* pro *ἐπὶ τοὺς Αἴαντας*. de quo v. sup. ad vs. 251.

274. *ἅμα δὲ*, Barnes malebat *ἅμα δὴ*, quem refellit Ernesti ad Callim. in Di. 98.

275. ※ (*ἀστέρισκος περιεστιγμένος*) praefixus huic versui est in Cod. Ven. nec de eo in Scholio monetur, nec quorsum *χιασμὸς* spectare possit assequor: non enim memini verba bis occurrere in Homericis, nec eo signo in Veneto *τὸ χρηστὸν* designatur.

Sch. B. *τὸν αἰπόλον* cum dilectu dictum notat, quia caprae in altis montibus pascuntur. Eoque Sch. A. et B. ad vs. 269 referunt *τὸ ῥίγησε*, metu enim eum percelli, quia pecudes grauidae, audito tonitru, abortum faciunt, quod nescio an nimis subtile sit. Adde Eustath. p. 472.

ὅτ' ἀπὸ σκοπιῆς εἶδε. Porphyr. Qu. 27. *εἶδη.*

Laudat hunc locum, quod terrore legentem afficit, Aristides Quintil. de Musica lib. II, p. 83 *συστέλλει μὲν οὖν ἡμῶν τὴν διάνοιαν, ἐν οἷς φησιν· ὡς δ' ὅταν* etc.

276. *νέφος ἐρχόμενον κατὰ πόντον, ὑπὸ Ζεφύροιο ἰωῆς.* Ἰωὴ et de voce (v. inf. K, 139 et Obss.) et de flatu dictum (quo sensu etiam Apollon. I, 1299 adhibuit) hoc ipso versu laudato notauit Apollon. Lex. h. v. Vnde apparet vocem esse a sono ductam: *ιωη* et olim *ϝιωη* vel *ϝιωϝη*. cf. ad K, 139.

277. *τῷ δέ τ' ἄνευθεν ἐόντι, μελάντερον ἠΰτε πίσσα.* ※ quod singulari modo dixit *μελάντερον ἠΰτε πίσσα*, pro sollenni *μελάντερον πίσσης*, vel *μέλαν, ὡς πίσσα.*

Digitized by Google

Alia obſeruatio eſt, *ἐόντι* Ariſtarcheam eſſe lectionem *ἰόντι* eſſe Zenodoteam. Euſtathius: *ἰόντι ἢ ἐόντι.* Etiam Sch. br. *ἐν ἄλλοις ἰόντι, ἐρχομένῳ.* Sicque Cant. mſ. Bentleius, neſcio an ex codice, refingit *τῷ δ', ἔτ' ἄνευθεν ἐόντι.* Idem ad h. l. refert Heſych. *μελάντατον.* — *ἄνωθεν* ap. H. Steph. ex Porphyr. pro Var. Lect.

Tandem in Sch. A. et Sch. br. noua proponitur interpunctio: *ὡς δ', ὅτ' ἀπὸ σκοπιῆς εἶδε νέφος — ὑπὸ ζεφύροιο ἰωῆς, τῷ δέ τ' ἄνευθεν ἰόντι μελάντερον. ἠΰτε πίσσα φαίνετ', ἰὸν κατὰ πόντον* — poſſet ferri, non praeferri. Ortum videtur acumen ex notatione comparatiui cum *ἠΰτε πίσσα.*

280. Legebatur *ἀρηϊθόων αἰζηῶν — φάλαγγες.* Pro *ἀρηϊθόων* eſt *διοτρεφέων* in Cant. Mori. Ven. Lipſ. (vbi vitioſe *διοτροφέων*) Eton. M. C. H. ap. Bentl. Vrat. omnibus, Townl. Moſc. 1. 3. (cum gl. *εὐγενῶν* quam et Vrat. A. habet) duob. Vindob. item in Edd. Flor. Ald. 1. Euſtath. Sane et hoc et illud epitheton bene ſe habet, et vtrumque aliis locis iteratur, *διοτρεφέων* B, 660. vt forte hinc ductum in h. l. putes; at et alterum occurrit Θ, 298. O, 315. Υ, 167. Sequenda igitur codd. auctoritas.

282. *κίνυντο φάλαγγες κυάνεαι, σάκεσί τε καὶ ἔγχεσι πεφρικυῖαι.* ἐπ quod Zenodotus ſcripſerat: *φάλαγγες ἠρώων, σάκεσι* — eſt tamen *κυάνεαι* melior oppoſitio *πρὸς τὸ μελάντερον.*

Pro *πεφρικυῖαι* altera ex Ariſtarcheis exhibebat *βεβριθυῖαι.* Hoc tamen alio ſenſu dici, intelligas vel comparato Odyſſ. Π, 473. 474. Ad hanc lectionem, quae etiam e cod. Pariſ. laudatur, gloſſam Heſychianam: *βεβριθυῖαι. βαρεῖαι. ἰσχυραὶ*, referebat Ruhnk. praef. To. II. p. VIII. IX. At *πεφρικυῖαι* accommodatiſſimum. *horrere haſtis* aciem etiam Latine dici notum eſt, ſcilicet haſtis erectis aut prominentibus. Sic inf. N, 339.

Verſum Ariſtides Quintil. de Muſica lib. II, p. 82. commendat propter dilectum epithetorum ad terrorem mouendum.

Digitized by Google

286. σΦῶϊ μὲν, οὐ γὰρ ἔοικ', ὀτρυνέμεν οὔτι κελεύω. Apollon. Lex. σΦῶϊ μὲν, ὑμᾶς, τοὺς δύο. vbi v. Not. Scilicet σΦῶϊ, σΦώ, dual. caſu quarto.

Interpunctio non vno modo inſtitui poteſt. Sch. B. praecipit: σΦῶϊ μὲν οὔτι κελεύω· (ſc. μάχεσθαι e vſ. ſeq.) οὐ γὰρ ἔοικεν ὀτρυνέμεν. Iungitur autem κελεύω et cum tertio et cum quarto caſu. Male Euſtath. ait σΦῶϊ pro σΦῶϊν dictum eſſe metri cauſſa. Poteſt et tertia ratio iniri: σΦωὶ μὲν οὐ γὰρ ἔοικ' ὀτρυνέμεν· οὔτι κελεύω. —

Porro οὐ γὰρ ἔοικεν ὀτρυνέμεν Euſtath. Bentl. ſcribebat οὐδὲ ϝεοικε. Scilicet nondum in hac voce digammi vſum expedierat. Eſt ſane ϝεϝοικε, ſed et εϝοικε. Inf. 341 eſt σΦωὶν μέν τ' ἐπέοικε. vbi v.

κελεύω ſuperſcripto σ, Vrat. b. vt ſit κελεύσω, et κελεύθω Vrat. c.

287. αὐτὼ γὰρ μάλα λαὸν ἀνώγετον ἅφι μάχεσθαι. Laborat metrum propter digamma in ϝιΦι. Bentl. bene coni. vitium ortum ex ignoratione vſus pluralem iungendi cum duali, et fuiſſe ἀνώγετε ϝιΦι. Totus tamen verſus ſerius a rhapſodo adiectus eſſe videtur male ſedulo in ſententia explenda ac dilatanda, ne breuiter ac conciſe quicquam dictum ſit.

288—291. iterati ſunt ex B, 371—374 vbi v. Ad 289 Scholion, neſcio in quo codice, apud Bentleium haec habet: ἔνθα Εὐριπίδης λαβὼν λέγει· (σοΦὸν γὰρ) ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας Νικᾷ· σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία πλεῖστον κακόν. Sunt ex Antiope fr. XII. Et 290 ἠμύσσειε Sch. br. vitioſe.

292. τοὺς μὲν λίπεν αὐτοῦ. „γρ. αὐτόθι," vt inf. 364. Barnes.

294. οὓς ἑτάρους στέλλοντα. verba ſunt ap. Heſych. n οὓς. vbi cf. Schow. Euſtath. vult eſſe, quod paullo poſt ἐπιτελλόμενος. Atqui στέλλειν eſt τάσσειν. διατάσσειν ordinare, non, praecipere, monere.

295. ξ „quod Χρόμιος hic tertius, Pylius, eſt: πρὸς τὰ Πυλαιμένους" ſcil. reſpectu B, 851. vbi vide Obſſ. Chromii autem occurrunt plures; vnus eſt Chromius e

Digitized by Google

Priami filiis E, 160. alter ex Lyciis E, 677. Verum praeterea Troianos alios obscuros hoc nomine memorat Θ, 275. P, 218. 494. 534. Vix igitur res digna obseruatu videri debuerat. Emendandum erat ad metrum Πελάγοντά τ', 'A. vulgo omissum perpetua librariorum incuria, vsu tamen Homerico admonente. Bentleius praeterea ἀμφὶ Μέγην scribit ingenioſe; vt nec tamen confundatur cum altero Megete B, 627. In Χρόμιος de accentu nil h. l. monetur; at vide ad E, 677. Χρόμνον τε est vitium ed. Turn. Κρείοντα pro nomine proprio est acceptum in Townl. et in vno Vindob. pro Chromio est Σχεδίόν τε. quod casu librario in buccam venit.

296. Apollon. Lex. in Αἵμονα sic recitat: Αἵμονά τε, κρείοντα, Θόωνα τε Δηΐπυρόν τε. Ad poeticam sane virtutem nil facit, haec an ista nomina legas. Sed memoriter grammaticus versum intulit ex N, 92. Est etiam ap. Etymol. in αἵμων, Αἵμονά τε — Κρίοντά τε vitiose.

Obscuros autem homines memorat, vt poeta, qui hac ipsa enumeratione fidem facit narrationi; tam accurata enim rerum et euentuum notitia instructum se ostentat, vt et singulos homines designare possit nomine. Tum vero poetae nihil est vniuerse enuntiandum; indiuidua ille, non complexus ac genera, memorare debet.

297. ἱππῆας μὲν πρῶτα — πεζοὺς δ' ἐξόπιθεν. Vix credat aliquis tam absurde veteres instituisse interpretationem, vt πρῶτα et ἐξόπιθεν acciperent de dextro et sinistro cornu, aut vt interserti essent κακοὶ ἐσθλοῖς. Sch. B. Vat. Leid. Et laudatur tamen in Quaestione Porphyrii ipse Aristoteles auctor. Mirantur quoque ἱππέας ante pedites statui; putantque fieri hoc ita, vt equi intra interualla peditum recipiantur. Atqui sunt πρόμαχοι qui ante aciem discurrunt, modo hic modo illic in hostes inuecti impressionem faciunt, sequente tum plerumque caterua peditum, qua aciem hostium inclinatam vident. Addit praeter haec Eustathius: Herodorum et Apionem contendisse, quadrati seu laterculi speciem habuisse Nestoris aciem (κατὰ πλιν-

ϑίον γενέσϑαι) et inter duo ordines fuiſſe vias, γεφύρας dictas, vt per has ſe reciperent ἵππειϛ (currus).

ἱππῆας μὲν πρῶτα. Ed. Flor. cum Vrat. b. c. Moſc. 1. 3. μὲν πρώτιστα. etiam bene, ſi ἱππέας (duabus ſyllabis) ſcripſeris. Erneſti iudicium de conſtituendo hoc verſu non percipio.

Verſibus his paſſim vtuntur veteres, vt Maximus Tyr. diſſ. XVI, p. 200 inprimis, quod κακοὺς ἐν μέσῳ τῶν ἀγαϑῶν τάττει Neſtor. Scilicet in pugna ad extremos ordines ſe recipiunt κακοὶ, vt in reip. muneribus ad primos prouolare ſolent. Alludit ad h. l. Quintil. V, 12, 14. vbi de argumentorum collocatione agit. Et iam olim Xenoph. Cyrop. VI, 3, 11. Polyb. XV, 16. Vſum eſſe praecepto Homerico Pyrrhum Tarentinis in media acie collocatis narrat Frontin. Strategem. II, 3, 21. Et Iulianus in pugna cum Perſis ap. Ammian. XXIV, 6. Suauiter Aelian. H. An. X, 8 delphines dudum hoc Neſtoris conſilium tenuiſſe docet.

299. ἔρκος ἔμεν πολέμοιο. Apollon. Lex. laudat; ἔρκος ἐπὶ μὲν τῆϛ ἀσφαλείαϛ· ἔρκος ἔμεν π.

ἔλασσεν. eſt Ariſtarchea lectio, quam et Apollon. Lex. agnoſcit in κακὸς, δειλός. Alii legerant ἔεργεν. quod nec ipſum male ſe haberet.

300. vid. Excurſ. III ad h. l.

301. Ἵππεῦσι μὲν πρῶτ' ἐπετέλλετο· τοὺϛ γὰρ ἀνάγει — Waſſenberg e Schol. Il. A, 17 eruerat nouam lectionem Ἵππεῦσιν πρώτοις τ' ἐπετέλλετο, vix meliorem aut veriorem. τοὺϛ μὲν ἀ. Cant. Harl. Vrat. a. b.

302. σφοὺϛ ἵππους. Apollon. Lex. σφοὺϛ, τοὺϛ ἑαυτῶν.

306. 307. ὃϛ δέ κ' ἀνὴρ ἀπὸ ὦν ὀχέων ἕτερ' ἅρμαϑ' ἵκηται, ἔγχει ὀρεξάσϑω. Locum inter vexatos habitum inter veteres, vel ex Plutarcho apparet de aud. poet. p. 28 B. Piget repetere, quae grammatici ſuper h. l. ariolati ſint in Sch. B. et Sch. br. et multo magis in Euſtathio. Et Sch. B. quidem accipit aut ſic, vt, qui ad currum hoſtilem venerit, pugnet eo conſcenſo nec equos

Digitized by Google

abigat, aut, vt, qui de ſuo curru exciderit, et ad vicinum currum ſe receperit, ne equos regat, quorum vſum non habet, ſed, habenis aurigae relictis, ipſe haſta pugnet. Euſtathius autem e veteribus quatuor rationes interpretandi appoſuit a Clarkio diligenter excuſſos; ad quem remittere praeſtat, cum ex iterata memoratione nulla vtilitas exſpectanda ſit; nulla enim eſt, quae non et ſermonis vſui repugnet et rerum rationi. Scilicet homines de Polybiana aliqua acie aut Liuiana cogitant, vt XXX, 33 expoſita eſt, non de acie Homerica, de qua egi ſingulari libello in Commentat. Soc. R. Sc. Gotting. Vol. VI. et addam Excurſum I ad h. l. Alios, qui de tactica Homeri ſcripſerint, videbis laudatos a Barnes ad vſ. 299 et Fabric. B. Gr. II, 6, 10. Videndum erat primo loco, quem ſenſum grammatica verborum ratio offerret, tum quae rei ſpecies ac facies inde conſtituenda eſſet: hanc v. expoſitam in Notis ad h. l.

306. ἀπὸ ὧν ὀχέων (pro ϝων, σΦῶν, τῶν ἑαυτοῦ) Proprie dicendum erat ἐπὶ, nam *in ſuo curru* in alterum ſe infert, ei occurrit. Recte tamen quoque ἀπὸ, de ſuo curru quippe pugnaturus. Sic ἀΦ' ἵππων ὄρνυτο E, 13. οἱ ἀπὸ τῶν ἁρμάτων προμαχοῦντες ſunt ap. Xenoph. Cyrop. III, 3, 60. Simili vſu dictum eſt ἐκ Σ, 209. 210 vbi oppugnati pugnant ἄστεος ἐκ σΦετέρου.

307. ἔγχει ὀρεξάσθω· ἐπειὴ πολὺ Φέρτερον οὕτως. ξ ἡ διπλῆ πρὸς τὸ σημαινόμενον, quod in verbis: ἔγχει ὀρεξάσθω intelligitur alterum ἔγχει παρατεξάτω τις αὐτῶν, et id, quod ſubiicitur, ſe habet ſic: ἐπειὴ πολὺ Φέρτερον οὕτω, τὸ ἕνα τεθνάναι, ἢ τὴν ὅλην τάξιν συγχυθῆναι." Adeo hi homines prorſus aberrarunt a ſententiis Homericis. Immo vero: ille de curru ſuo haſta hoſtem petito; eſt enim melius ita pugnare, ſcil. quam de curru deſcendere et peditem pugnare.

ἔγχει ὀρεξάσθω. Vſus loquendi Homericus hic eſt. Vulgari modo ὀρέγειν eſt extendere; tum ὀρέγεσθαι, extendere ſe, vt Od. Φ, 53 ἔνθεν ὀρεξαμένη, ἀπὸ πασσάλου αἶνυτο τόξον, prominere corpore. ὀρέγεσθαι κατά τι-

Digitized by Google

νος σὺν ἔγχει et hinc per ellipsin ἔγχει ὀρέξασθαι, ad sensum exhibet ferientem protenta hasta; scilicet cogitandum de congressu cum hasta longa, ἔγχει, cum cominus pugnatur; vnde ὀρεκτῇσι μελίῃσι pugnant B, 543 etiam de curru, contra quam Clarke statuebat. Sic Mars de curru E, 851. 2. adde 3. 4. πρόσθεν Ἄρης ὠρέξατο (κατ' αὐτοῦ) ἔγχει χαλκείῳ. Additur enim modo casus instrumenti, modo personae, quae petitur. Ψ, 805 ὀρεξάμενος (κατὰ τοῦ ἑτέρου ex voc. ἀλλήλων) χρόα καλὸν, s. κατὰ τὸν χρόα. Adde Π, 314 et ἐπορεξάμενος μεγαθύμου Τυδέος υἱὸς E, 335. Ψ, 99 ὠρέξατο χερσὶ Φίλῃσι scil. κατ' αὐτοῦ, extendit se versus ipsum: vt amplecteretur. Z, 466 Hector οὗ παιδὸς ὀρέξατο. Apud Apollon. II, 1113 filii Phryxi naufragi δούρατος ὠρέξαντο πελωρίου. vbi Schol. reddit ἐλάβοντο. Simili modo enarrandi sunt versus Ω, 506 ad quem v. Item Hesiod. Θ. 178. Scut. 456. Theocr. XXIV, 123. Apollon. IV, 1605 ἵππον στέλλει ὀρεξάμενος iungenda sunt ἵππον στέλλει, ὀρεξάμενος χαίτης. At II, 830 αὐτοῦ ὀρέξατο (κατ') αἰγανέην pro σὺν αἰγανέῃ paullo durius.

308. πόλιας καὶ τείχε' ἐπόρθουν. Venetus πόλεας sicque Herodianus et ipse Aristarchus et (Ptolemaeus) Ascalonita; esse tamen vtrumque vsitatum Homero. At Ven. B. πόλιας cum Sch. br. — ἐπόρθεον Townl. antique, et sic primitus vbique fuit scriptum.

310. Fuere qui haec cum antecedenti versu iungerent: τόνδε — ἔχοντες, ὡς ὁ γέρων ὤτρυνε. Ven. A. ὄτρυνε Harl.

314. recitat Galen. de Hippocr. et Plat. plac. III, 2.

315. ξ— quod ὁμολίον semper in deterius dicitur. Sic θάνατος ὁμολίος Od. Γ, 236. vbi vide. ὁμολίος πόλεμος vt Il. I, 440. Prouocatur quoque ad glossographos: itaquo ab Apione et Herodoro traditum esse discos ex Eustathio. Addit Ven. B. νεῖκος ὁμολίον inf. 444. γῆρας ὁμολίον. Concinunt Schol. br. Omnino grammatici in hac voce diserti sunt omnes; at vim vocis poeta dignam affert nemo. εὐνόητον μὲν οὐκ, ἀρέσκει δὲ τοῖς παλαιοῖς, ait Eu-

Digitized by Google

Eath. — qui aliquoties de hac voce argutatur. Contra Apollon. Lex. voc. *ὁμοίου πολέμοιο* in malam partem dic negat; Homero esse *τὸ πᾶσιν ὁμοίως συμβαῖνον* vt *mortem, senectutem*, laudato hoc versu: cf. Hesych. Apud Arat. Dios. 331 sane *σήματ' ἐπιφράσσασθαι ὁμοίου ἀμητοῖο* (non *ὁμοίιον*) *messis communiter ab omnibus faciendae.* Apparet tamen ex vsu Homerico id, quod primo dictum erat de fato omnibus communi, mox notionem contraxisse eius, quod omnibus pariter aut exitium aut molestiam affert. Illustrat vocem simile illud: *ξυνὸς Ἐνυάλιος.*

316. *κουρότεροι.* vt *οἱ νεώτεροι* Sch. Apollon. II, 263.

318. *μάλα μέν τοι*, et *μέν γε* Harl. Prius sono suavius habet quoque Lips. Ven. Vrat. a. b. Townl. Mosc. :. Vindob. Alt. ergo reposui pro ingrato vulgari *μάλα μέν νεν.*

319. De Ereuthalione a se occiso narrat ipse Nestor H, 136 sq. cf. Strabo VIII, p. 535. adde Schol. ad h. l. A. et B. et Sch. br. quae cum Schol. A. conueniunt; cum Sch. B. conuenit Eustath. Vides vbique duas fere sectas commentatorum antiquorum. Extat in Sch. A. et B., ex duplici quidem *ἐκδόσει*, Epitaphium in Ereuthalionem, quod in Anthologiis videre non memini, integrius in Sch. A. *ἐνδάδ' Ἐρευθαλίωνι* etc. Seruata haec sunt ex Arinetho, quem de rebus Arcadicis scripsisse constat. Praeter Scholion de Ereuthalione alterum extat in Ven. A. valde doctum, laudatis versibus ex Euripidis Plisthene, Aeschyli Palamede et Semele seu Hydrophoris tum ex Homero, ad docendum: ex *κτῆμι* esse *ἔκτην*, et pro hoc *ἔκταν*, dorice et attice. Ita reperiri *κατέκτας*, *κατέκτα*, (B, 662) adduntur *ἀπέκταμεν*, *ἔκταθεν*, *ἀπέκτατο*, *κτάσθαι*, *κτὰς*, *κτάμενος.* Ita defendi quod h. l. Aristarcheae habent *κατέκταν*, vt *ἔκταν ἐγώ.* Hoc idem Herodianus tuitus est. Necesse adeo, olim lectum in aliis esse *κατέκτην*, quod nusquam nunc scriptum occurrit. Eustathius Scholion non legerat; et Aeolicam formam, melius: omnino *veterem*, appellat *τὸ κατέκτων.* At nunc

porro colligo: si *κατέκτα*, quod aliquoties occurrit, est a *κατέκταν*, probabile fit, eodem modo etiam *οὖτα* esse formatum, eodemque iure, saltem analogia, habere *α* breue. Inf. E, 376 *Οὖτά με Τυδέος υἱός*. Licet itaque statuere, praeter *οὐτάω* et *οὔτημι*, fuisse tertiam formam, *οὔταμι*, vnde imperfectum *οὖταν*, *οὖτα*. *κτᾶμι*. *ἔκταν*. *ἔπτα*. Vulgo *οὖτα* pro *οὔτασε* dictum esse dicitur, v. Clark. ad Δ, 525. Brunck. ad Apollon. II, 111. in Append. veteribus praeeuntibus, nulla cum analogia apocopes. Si vltima breuis est, fit hoc eodem iure, quo Il. O, 432 *ἄνδρα κατέκτα Κυθήριον*, vbi Sch. A. quoque obseruat vltimam breuem esse. Alia v. ad B, 662 et ad N, 192 — Librarius Vrat. a. scripserat *κατέκταν'*.

320. — ※ Mira crisis Schol. A. „si Nestor vtrumque simul, iuuentutem et senectam voluisset, recte dixisset, *ἅμα πάντα*. At versus, inquit, ex alio loco intrusus: *ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισιν. Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα, Ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι.*" Locus est Il. N, 729 sqq. sed ibi aliter se habet prior versus: *ἄλλ' οὔπως ἅμα πάντα δυνήσεαι αὐτὸς ἑλέσθαι*. In B. ad *ἅμα πάντα* suppletur *τὰ ἡδέα*. Versum adscribit Schol. Pind. Ol. VIII, 16.

321. *εἰ τότε κοῦρος ἔα, νῦν αὖτέ με γῆρας ἱκάνει. εἶπον* Sch. E, 533 laudant. *ἔα* nunc primum occurrit pro *ἦν*. alibi *ἦα*. de quibus mira comminiscuntur grammatici. v. Enst. Etym. in *ἠίδη*. ad quem loc. cf. Valk. ad Il XXII, p. 55. Simplicissima ratio erat: esse aoristum antiquum ex *ἔω*, fut. *ἐῶ*, *ἔα* et *ἦα*. At ex *ἔμι* vel *εἰμὶ* fectum *ἔην*, *ἦν*, cum ceteris formis. — Barn. „*γρ. ἔην.*" quod non pro lectione sed eius coniectura habendum. — In fine *νῦν αὖτέ με γῆρας ἱκάνει*, Scholion habetur A: *Ἀρίσταρχος· γῆρας ὀπάζει. ἐπείγει. ἐλαύνει.*" an in Aristarcheis *ἐκδόσεσι* tam diuersa fuit lectio? Additur: *ἀπὸ δὲ τοῦ κατόπιν ἐσχημάτισται*. sensus esse videtur a notione *τοῦ κατόπιν εἶναι*, *ab insequendo*, ductam esse vim vocis *ὀπάζειν*. — Expectabam alicubi *νῦν αὖτ' ἐμέ*.

Digitized by Google

324. *αἰχμάσσουσι* recte vbique editum, vtpote ductum ab *αἰχμάζω*. Laudatur Heſych. h. v. at cf. Schow ad e. l. Vnum *σ* habebat Barocc. Lipſ. — *ἐμοῖο* vitioſe, vt plerumque, br. Sch. Cant. Vrat. c. piget talia notare, quae fere ſemper alicubi in mendo cubant.

325. ξ— quod *νεώτεροι* et *ὁπλότεροι* dicuntur *ἐκ παραλλήλου*, at illi abſolute *οἱ νέοι*, alterum autem comparatiue, *οἱ ἐμοῦ νεώτεροι*. Ceterum hic verſus ſimillimus eſt iis, quos a rhapſodis interpretandi et interpolandi cauſſa adiectos eſſe paſſim reperimus. Nihil deſiderabatur ſententia finita: *αἰχμάσσουσι, νεώτεροι οἵπερ ἐμεῖο*.

327—330. laudantur a Strabone IX, p. 604 B. vbi his verſibus vſi ſunt veteres ad tollendum verſum B, 558 *στῆσε δ' ἄγων*. ad quem vide V. L. de *Πετεῶο* v. ad B, 552.

328. *ἑσταότ', ἀμφὶ δ' Ἀθηναῖοι μήστωρες ἀϋτῆς*. Primum male *ἑστάωτ'* Porphyr. in Schol. ad K, 166. vbi docet ad *οἱ δὲ* ſupplendum inde eſſe *ἔστασαν*. Porro, *μήστωρες ἀϋτῆς*. Sch. A. et Sch. br. *δυνάμενοι κατὰ μάχην μήσασθαι, ὅ ἐστι, βουλεύσασθαι. ἀφ' οὗ ἐπιστήμονες μάχης*. Ducit ergo a *μήδεσθαι*. Sic et Euſtath. Sch. br. hic et ad E, 272. Z, 97. Etym. Heſych. ſicque alii; alii videntur loco eodem cum *μνηστὴρ, μνήμων*, habuiſſe. Sic Schol. Pindari Nem. I, 23. At Apollon. Lex. *μήστωρα Φόβοιο. ἐργάτην Φυγῆς. μήσασθαι γὰρ, τὸ ἐργάσασθαι*. (Similia Sch. B. ad Ψ, 16.) Etſi nec hoc proprie. nam *μᾶσθαι* eſt *impetum ac motum facere* ſeu corpore et manibus, ſeu animo; eſt adeo *ὁρμᾶσθαι, τεχνάσασθαι, ἐργάζεσθαι*; ita tandem quoque *βουλεύσασθαι, μήδεσθαι*. Sic abſolute *μήστωρ* prudens, proprie qui animo, agitat, verſat, ſc. conſilia. Ita Iupiter *ὕπατος μήστωρ* Θ, 22. Vnde et Priamus *θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος prudens* Il. H, 366. Expeditior res eſt, ſi caſus ſecundus rei adiicitur: *μάχης. ἀϋτῆς. Φυγῆς*. Sic *μήστωρες ἀϋτῆς* ſunt *Athenienſes pugnaces, pugnatores. οἱ μησάμενοι, ἐργασάμενοι, ἀϋτὴν, μάχην*. cf. Schol. Ven. ad Ψ, 16. 24.

Digitized by Google

329. αὐτὰρ ὁ πλησίον ἑστήκει, Ven. et Sch. A. „οὕτως Ἀρίσταρχος Ἰακῶς, ἑστήκει. Quod si Ionicum est, erat sane recipiendum pro vulgato εἱστήκει, et per totum carmen tenendum. cf. inf. ad 367. Est quoque ἑστήκει in Townl. Vrat. b. Mosc. 1.

331. ἔστασαν, οὐ γάρ πώ σφιν ἀκούετο λαὸς ἀϋτῆς. ξ— quod ἀκούετο pro ἤκουε, et σφιν, αὐτοῖς pro αὐτῶν." Scilicet est οὔπω γὰρ λαός σφιν ἀκούστο ἀϋτῆς. Addit Sch. B. ἀϋτῆς, τῆς βοῆς· οὐ γὰρ ἠλάλαξαν οἱ Τρῶες, ἵνα μὴ νοηθῶσι. Enimuero ἀϋτὴ simpliciter est pugna, hanc iterum parari nondum resciuerant copiae Menesthei et Vlyssis, quia longius aberant ab ea aciei parte, qua congressi erant Menelaus et Paris, moxque Menelao vulnerato Troiani arma ceperant; quod etiam Sch. br. obseruat. Viderant tantum turbatum esse nescio quid inter Troianos et Achiuos vs. 332. 333. Nunc stabant expectantes, quid aliae propius adstantes turmae paraturae sint, quas si arma stringere et in aciem progredi vidissent, inuasurae essent et ipsae hostem.

In capite versus est ἔστασαν, ἀμφιέστασαν, non ἔστασαν quod in multis legitur, quia Ionica ratio in poeta Ione praestat. Alias et illud recte; vnde et compositum ἀφέστατε paullo post 340. nec omnino vlla est in hoc constantia. De hoc v. ad vs. 243 et cf. sup. ad B, 525.

332. κίνυντο Φάλαγγες. κινοῦντο Vrat. b.

333. Τρώων θ' ἱπποδάμων καὶ Ἀχαιῶν. Aberat θ' post Τρώων ab Aristarcheis: e quo numero est Townl. Volebat igitur Ven. A. accipere pro ἐπ' Ἀχαιούς. Atqui intercedit καί. Notissima formula est τε — καί.

334. Versus est ap. Hesych. in πύργος. quod dictum esse pro τάξις, τάγμα, φάλαγξ, στῖξ, obseruant omnes.

334. 5. ὁππότε πύργος Ἀχαιῶν ἄλλος ἐπελθὼν Τρώων ὁρμήσειε, καὶ ἄρξειαν πολέμοιο. ξ— „quod ἐπὶ deest, et Τρώων dictum ἐπὶ Τρῶας." Scilicet ὁρμᾶν, ἰέναι, τρέπεσθαι cum secundo casu iunguntur, appositio vel subintellecto ἐπὶ vel κατά. Sic vidimus Γ, 5 πέτονται ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων. Ξ, 488 ὥρμηθη δ' Ἀπάμαντος. et sic saepe.

Digitized by Google

Cum his tamen tricati sunt grammatici in hoc: sintne Achiui Troianos, an hi illos priores aggressuri. v. Sch. B. vnde etiam innxere: πύργος Τρώων ὁρμήσειεν Ἀχαιῶν, h. e. ἐπ' Ἀχαιούς. Sch. A. et Eustath.

In πολυστίχῳ (fuit is Seleuci) alia erat lectio: ὁπποτέ κέν τις Ἀχαιῶν ἄλλος ἐπελθὼν Τρώων ὁρμήσειεν καὶ ἄρξειεν πολέμοιο quod damnat Sch. A. Legitur tamen et sic in Vrat. b. et vltima habent, quod probes, si scripseris: καὶ ἄρξειε πτολέμοιο. Sic quoque Bentl. legere suadebat.

338. ὦ υἱὲ Πετεῶο. Mosc. 1. ὦ υἱὸς Π. e correctione. De Πετεῶο v. ad B, 552.

339. καὶ σὺ, κακοῖσι δόλοισι κεκασμένε, κερδαλεόφρον, ξ΄ „quod Zenodotus pro vltima voce legebat, Φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ. non tamen conuenire cum ceteris conuiciis." Male haec; non conuicia ista sunt, quod astutiam et fraudes ei tribuit, sed laudes, pro ista aetate, inprimis in rebus bellicis. Est itaque altera obseruatio Sch. A. aliena: quod ἐκέκαστο in malam partem dictum sit; nec, in quo Eustath. quoque argutatur, κακοὶ δόλοι sunt in reprehensione; sunt exitiosi aliis, in quos machinatur eos Vlysses.

341. σφῶϊν μέν τ' ἐπέοικε μετὰ πρώτοισιν ἐόντας ἑστάμεν. „γρ. ἐοῦσιν. Eustath." Barnes. At vir doctus varias huius generis lectiones ipse comminisci solet. Nam Eustath. ait: posset etiam locum habere ἐοῦσιν ad σφῶϊν. quod sane et ipsum vsus ferret. Verum vsus varians non est varians lectio: quo vno monito sexcentae criticorum concidunt coniecturae, in quibus sibi mirifice placent.

Apud Apollon. Lex. legitur σφῶϊ — ad ἐόντας. ita et Vrat. b. et Sch. B. ad E, 2. laudat. recte et hoc.

μεν τ' ἐπέοικε. Bentleius, duram, puto, sentiens elisionem in μεντοι, legit σφῶϊν μέν ῥα ϝεοικε (aut potius ϝεϝοικε). Constanter enim pronuntiatum fuit Homerica aetate ϝεικω similis sum per omnia tempora; inde εἶκα, ϝεικα. οἶκα, ϝοικα. ἔοικα duplici modo εϝοικα et ϝεϝοικα. ita et ἐοικὸς, ἐῴκειν et cetera; et ἐπέοικε esse debuit επεϝοικε.

Digitized by Google

342. *μάχης καυστειρῆς.* Eſt ea h. l. et M, 316 *ἡ θερμὴ καὶ πυρόεσσα, ἔμπυρος. ardens pugna.* Apollon. Lex. *θερμῆς καὶ πυρώδους μάχης.* Euſtath. comparat ducta a *δαίω*, pro *καίω*, v. c. *δέδηε μάχη. δήϊος πόλεμος, μάχη. δηὶς, δηϊοτής.* Ita tandem peruenimus ad notionem generalem, quae in Schol. br. eſt, *μάχη δεινὴ*, grauis, atrox. Heſych. reddit ex h. l. *ὀξείας. δριμείας.* Apud eund. ſcribitur *καυστηρῆς.* ſicque Cant.

Faciunt quoque discrimen inter *ἀντιβολῆσαί τινος*, vt *μάχης*, et *τινί.* v. Euſtath. ad N, 246. p. 929, 47 et ad M, 316. nimis ſubtiliter, arbitror. cf. ad Λ, 365.

343. *πρώτῳ γὰρ καὶ δαιτὸς ἀκουάζεσθον ἐμεῖο.* ξ quia cum Meneſtheo communicatur, quod proprie ad Vlyſſem ſpectat; nam Meneſtheus non fuit inter VII. *γέροντας.* Hos tamen eſſe omnino *τοὺς ἐντίμους* obſeruant alii (cf. ſup. ad vſ. 259 *γερούσιον οἶνον*).

Notat porro Sch. A. „*ἀκουάζεσθαι* eſſe pro *ἐπαινεῖσθαι.*“ Scilicet eſt pro antecedente, *καλεῖσθαι*, vocari ad epulas. v. Sch. br. nimis late Heſych. *τιμῆς ἀξιοῦσθαι.*

„Tandem *δαιτὸς* ait eſſe pro *περὶ δαιτός.* Sic Ariſtarchum cenſere; et ſic ſollenne eſſe, *ἵν' ᾖ· οἱ περὶ δαιτὸς πρῶτοι ἐμοῦ μεταλαμβάνεσθε.* (non — *νεται*) *οὕτως Ἀπολλώνιος ἐν τῷ περὶ ἀντωνυμιῶν.*“ Vel hic locus docere poteſt, laudari ſaepe librorum partes pro libris: eſt enim locus Apollonii Dyscoli de Syntaxi lib. II. p. 165. b. vbi ex h. l. docet, pronomen primitiuum etiam ab Homero pro poſſeſſiuo poni; eſt enim pro *δαιτὸς ἐμῆς*, quod ſeriore vſu *δαιτός μου* eſt. Altero loco idem mavult iungere *ἀκουάζεσθον ἐμεῖο*, pro *ἀκουάζεσθόν μου*, (*δαιτὸς ἕνεκα.*)

345. ξ 346. ξ Non *ἀθετοῦνται*, ait Sch. A. *ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν* (Ariſtarchi). At reprehendunt eos noſtri, (*οἱ ἡμέτεροι.* Ariſtarchei?) tanquam heroum perſonis indecoros, quod carnem ipſis exprobrat Agamemnon. At v. Notam.

In *κρέα ἔδμεναι* hiatus notatur a Bentleio, non tollitur. At nec tollere neceſſe eſt; nam *κρέα* eſt proprie

Digitized by Google

κρέαα contracte κρέα. Possis putare κρέατ' ἔδμεναι fuisse. At in Homericis semper est κρέα. Ita nec Od. Γ, 33 κρέα ὤπτων, si vel maxime τ' interponatur, e codd. est pro τε. κρέα τ' ὤπτων, ἄλλα δὲ πεῖρον.

346. οἴνου πινέμεναι μελιηδέος. esse δασυντέον τὸ μελιηδέος ait Sch. A. Scilicet scribi vult ex more veterum μελιήδεος. quem iam vidimus in aliis.

347. Laudat versum Apollon. Lex. in πύργος. ὅτε δὲ τὴν τάξιν· Νῦν δὲ Φίλως χ' ὁρόῳτε, καὶ εἰ δέκα πύργοι Ἀχαιῶν. ὁρόῳτε, ἐὰν δέκα Vind. Alt. male et sequitur μαχοίατο.

350. ποιῶν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων. primo loco hoc occurrit. Antiquum illud ἕρκος ὀδόντων in Sch. A. et Sch. br. ita accipitur, vt sit περίφραγμα τῶν ὀδόντων, τὰ χείλη περιφραστικῶς. Refert quoque ad τὰ χείλη Pollux II, 89. Non video cur non ipsi dentes septum faciant, sitque dentium septum periphrastice, ipsi dentes, quatenus linguam obsepiunt. Fit hoc ex indole prisci sermonis; nec deterret me, quod Od. K, 328 φάρμακα — ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων, cum in potando *labia*, non dentes, memorari soleant. Vtramque rationem ex antiquioribus apponit Eustath. ad Ξ, 83. p. 968. extr. et Sch. br. ad e. l. Sufficit pro *ore* dictum illud esse; apud Tragicos pro eo occurrit πύλαι στόματος. vt Eurip. Hippol. 895 et similia. Argutantur in ἕρκος ὀδόντων alii, vt Gell. I, 15. *petulantiae verborum coercendae* vallum *esse oppositum* dentium *luculente dixit, vt loquendi temeritas non cordis tantum custodia atque vigilia cohibeatur, sed et quibusdam quasi excubiis in ore positis sepiatur.* Sequitur versus noster, non alter ex Od. A, 64 et al. et delendum est τέκνον ἐμόν. Iteratur quoque noster versus Il. Ξ, 82.

351. 352. pro singulari sententia, seorsum, habent Eustath. et alii; minus bene. Recte, vt nunc fit, interpunxit Barnes probante Clarke.

351. πῶς δὴ φῆς πολέμοιο μεθιέμεν; Townl. μεθειέμεν. φῆς cum iota subnotato grammaticorum auctoritate

ſcribitur, etſi iam ab Etymologo damnata, ſed, ait, ita ſcribitur *κατὰ ἱστορίαν, ἤγουν κατὰ παράδοσιν.* v. ad P, 174.

353. *ὄψεαι, ἢν ἐθέλῃςθα, καὶ αἴ κεν τοὶ τὰ μεμήλῃ.* Idem vſ. inf. I, 359. *ἤν κ' ἐθέλῃςθα* Ven. nec male. *ὄψεαι αἴ κ' ἐθέλῃςθα* eſt inf. Θ, 471 et Od. Ω, 510. — *μεμήλει* Vrat. a. *μεμήλοι* Vrat. b. at *μεμήλῃ* etiam l. c. I, 359. de quo v. Exc. III ad A, 68.

354. ξ — „quod Telemachi meminit, ſicque Odyſſeam praeſtruit; vt hanc ab eodem poeta profectam eſſe neceſſe ſit.“ Sch. A. leue argumentum.

355. *Τρώων ἱπποδάμων.* Interponit θ' Lipſ. male, ex 333.

σὺ δὲ ταῦτ' ἀνεμώλια βάζεις. De vocis *ἀνεμώλιος* etymo varia commenti ſunt grammatici Etymol. Apollon. Heſych. Euſtath. praeſtat accipere pro *ἀνεμώνιος*, vt ab *ἀνεμόω* ductum ſit, *ἀνεμοφόρητον*, adeoque leues, *κενὸν, μάταιον.*

357. *ὡς γνῶ χωομένοιο* ξ — „quod *γνῶ* (ſ. *ἔγνω*) cum ſecundo caſu iunctum eſt.“ vt *πολέμων εὖ εἰδώς.* et Od. Φ, 36 *γνώτην ἀλλήλων.* cf. Euſtath.

πάλιν δ' ὄγε λάζετο μῦθον ap. Plutarch. de aud. poet. p. 29 C. vbi in cod. *μύθῳ.* quod et Vrat. a. exhibet. — *πάλιν* autem accipiunt, *ἀνάπαλιν. ἀντὶ τοῦ εἰς ἐναντίον ἔτρεψε, μετέστρεφε τὸν λόγον. ψόγον γὰρ εἰπὼν, νῦν ἔπαινον λέγει.* Sch. br. Dicas: quidni ſimpliciter dictum malis pro *viciſſim; ἀνέλαβε τὸν λόγον.* Scilicet grammatici reueriti ſunt auctoritatem Ariſtarchi, qui obſeruauerat, Homero *πάλιν* eſſe *τοπικὸν*, non *χρονικὸν, iterum, poſtea.* v. ad N, 3. Atqui *viciſſim* diuerſum eſt.

359. *οὔτε σε νειμείω περιώσιον, neque te obiurgo temere*, vertunt, quo iure? Sch. B. *περισσὸν, πλέον Μενεσθέως.* ſicque per *περισσῶς* explicant Etymol. Heſych. Nec alio ſenſu vox occurrit Od. Π, 203. Apollon. I, 466. Nicand. Ther. 518. Etymol. addit *παρὰ τὸ προσῆκον. παρὰ τὸ ὅσιον.* Equidem arbitror vocem eſſe adhibitam vt

Digitized by Google

alibi, *οὐ μάλα, non admodum*, pro *nequaquam*. *οὐδέ σε*. Vrat. a.

361. *ἤπια δήνεα*. Vindob. Alt. *μήδεα*.

362. *ταῦτα δ' ὄπισθεν ἀρεσσόμεθα*. Habent haec difficultatem grammaticam: Eſt Homero *ἀρέω*, quod poſtea, *ἀρέσκω* factum, *placo*: ex *ἄρω*, *ἁρμόζω* (male ab *ἀρὰ* ducit Porphyr. Qu. Hom. 19.) vt I, 120. Occurrit vi actiua etiam *ἀρέομαι*, (et *ἀπαρέομαι*, T, 183) et quidem *τινὰ*, vt Od. Θ, 402. 396. et ſubintell. 415. caſu tertio rei adiecto, vt *ἐπέεσσιν* ibid. *δαιτὶ*, Il. T, 179. I, 112. Ξ. *ὥς κέν μιν ἀρεσσάμενοι πεπίθοιμεν δώροισι τ' ἀγανοῖσιν ἔπεσσι τε μειλιχίοισι*, vbi pro *ἀρεσαίμεθα* eſt *ἀρεσάμενοι πεπίθοιμεν*. at h. l. eſt accuſatiuus rei: *ταῦτα ἀρεσσόμεθα* vt iterum Z, 526 *τὰ δ' ὄπισθεν ἀρεσσόμεθ' αἴκε πόθι* etc. Eſt itaque pro controuerſiam componere, transigere. Haec analogiam habent. At grammatici modo hoc, modo aliud captant. Sch. B. *εἰς τὸ σοὶ ἀρέσκον μετάξομεν*. Atqui Homero *ἀρέσκω* non eſt placeo. Sch. br. *ἐξιλεωσόμεθα. θεραπεύσομεν*. ferrem hoc, mederi. at prius requiret, *σε*. te placabimus: Ita tamen et alii grammatici: Euſtath. etymon ex *ἄρω* ſequitur: *συναρμοσθῆναι Φιλικῶς καὶ εἰς ἀριθμὸν* (leg. *ἀρθμὸν*) *ὅ ἐστιν, ἁρμονίαν Φιλίας ἐλθεῖν*. Apollon. Lex. fere vt Sch. B. *ἀρεσάσθω, εὐαρεστοῦντα καταστησάσθω*. quod ſpectat ad T, 179. Etymol. *ἀρεσόμεθα. ἐξιλεωσόμεθα. θεραπεύσομεν. φιλοφρονησόμεθα*. Paullo argutius eſt, quod apud Heſych. legitur: *ἀρέσασθαι, ἰάσασθαι. ἀρεστὸν ποιῆσαι*. Prius illud, *ἰάσασθαι*, et *θεραπεύειν*, adduxiſſe ſuſpicor Bentleium ad ingenioſam coniecturam: *ταῦτα δ' ὄπισθεν ἀκεσσόμεθ'* vt N, 115 *ἀλλ' ἀκεώμεθα θᾶσσον, ἀκεσταί τοι φρένες ἐσθλῶν*.

363. *τὰ δὲ πάντα θεοὶ μεταμώνια θεῖεν*. Erat in edd. *μεταμώλια*. At *μεταμώνια* eſt ap. Euſtath. p. 483, 5. ſicque Ven. cum Eton. et Apollon. Lex. cum Heſych. tum ita ſcriptum ap. Theocr. XXII, 181. Apollon. Rh. I, 491. III, 1095. 1120. vbi tamen ad I, 491 Schol. alteram ſcripturam norat. Aliquoties in Odyſſea legitur, plerumque cum varietate. Videtur *τὸ λ* ſerius frequen-

Digitized by Go

tatum esse, et recte se habere etymon ab ἄνεμος pro μετανεμώλιος. Redditur μάταια. ἀνεμοΦόρητα. ἀχρεῖα. Convenit certe cum ἀνεμώλιος vs. 355 et dicitur pari modo ἀνεμώλια βάζειν et μεταμώνια βάζειν. mirum tamen quod in altero τὸ λ constanter exaratum est.

364. λίτεν αὐτοῦ. „γρ. ἀυτόθι vt 292." Barnes.

366. ἑσταότ' ἔν θ' ἵπποισι καὶ ἅρμασι κολλητοῖσι. Male vertitur, inter equos et currus. Immo stabat in curru: vnde vs. 419 desilit. Etiam Sch. B. ἐΦ' ἅρματος ἵστατο.

κολλωτοῖσι scribit Vrat. b. et hoc voluit Lipf. κολλοτοῖσι.

367. πὰρ δέ οἱ ἑστήκει. „οὕτως, ἑστήκει. Ἰακῶς. Ἀρίσταρχος." Sch. A. Similia vidimus ad vs. 329. vbi tamen vulgatum erat εἱστήκει. Agnoscunt tamen hoc grammatici, Etymol. Eustath. Male me habet variatio scripturae in hoc verbo, nisi statuam fuisse ἑστάω. vnde ἕστηκα. Et forma alia, quam mediam dicimus, ἔσταα, ἔστα, ἑστάως. ab ἑστῶ, ἔσταον. Occurrit tamen nec minus aliis locis spiritu leni ἑσταότα. ἑσταότες. At ἔστην est a στῆμι. cf. sup. ad 243.

Καπανήϊος υἱός. pro τοῦ Καπανῆος. Notata sunt huius generis plura, ne incidas in ἥρως coniectando.

368. καὶ τὸν μὲν νείκεσσεν ἰδών. recte hoc reposuit Barnes pro eo quod erat, καὶ μὲν τὸν, quod non Basil. aut Steph. intulerat, sed vitio Ald. 1. legebatur. Nam ed. Flor. recte τὸν μὲν, cum codd. Ven. Lipf. Eton. Vrat. A. Mosc. 1. 3.

371. τί πτώσσεις; τί δ' ὀπιπτεύεις πτολέμοιο γεφύρας. ὀπιπεύεις Lipf. vt solent codd. in hac voce discordare vna cum grammaticis, in his Apollon. Lex. h. v. ὀπιπτεύεις legitur quoque ap. Plutarch. de sui laude p. 540 F. vbi hic versus recitatur.

πολέμοιο γεφύρας male explicant grammatici multis modis. Etiam aliena afferunt Clarke et Erneſti, Gottleb. ad Thucyd. I, 122 quem recte refellit Bauer, tum Intpp. ad *belli* oras ap. Virgil. Aen. IX, 528. Haud dubie sunt

γέφυραι πολέμου, μάχης, πέλευθοι, ὁδοί, interuallum inter vtramque aciem, in quod procedunt concurrentes. cf. Θ, 378. 549. Λ, 160. Υ, 427 vbi Schol. recte, τὰ μεταξὺ πολεμούντων διαστήματα. quod ap. ſcriptores eſt τὸ μεταίχμιον.

372. οὐ μὲν Τυδέϊ γ' ὧδε Φίλον πτωσκαζέμεν ἦεν. Vulgata lectio erat πτωκαζέμεν quaſi a πτὼξ lepus. Verum a πτώσσω, fit πτώσκω, πτωσκάζω. Sic ſcriptum in Ven. Lipſ. Eton. vno Vindob. Euſtath. p. 484. pr. Etymol. Heſych. Suida.

374. οἵ μιν ἴδοντο πονεύμενον. Peccatum in digamma οἱ μιν ϝίδοντο. Bentl. em. οἱ ϝε ϝίδοντο. ϝε, ἑ, pro αὐτόν.

375. πέρι δ' ἄλλων Φασὶ γενέσθαι. Vt ſemel de hoc moneam, quod ſexcenties recoquitur: variat ſcriptura fere vbique, quoties περὶ ſeiuncta a verbo occurrit; creditur pro περισσῶς poni, h. ὑπὲρ ἄλλων, περὶ ἄλλων. tunc volunt grammatici πέρι ſcribi; Cum tamen pari iure poſſit eſſe ἄλλων περιγενέσθαι, pari iure ſcribitur περὶ δ' ἀ. Φ. γενέσθαι. Contra pugnatur in aliis, vt περιδείδια, non eſſe πέρι δείδια, vt N, 52. Satis eſt, ſemel monitum eſſe. Res tanti non eſt vt nos ceteris locis moretur. cf. ſup. ad 46.

376. ἄτερ πολέμου. Schol. ἄτερ πολεμικῆς παρατάξεως. *non ſtipatus*, ait Clarke, μοῦνος ἐὼν inf. 388. Vix bene. Reſpiciunt verba oppoſitum 384. vbi Thebas hoſtis adiit. Igitur: non tanquam hoſtis, ſed pacate. Potuerat autem Agamemnon ex Mycenaeis, qui eum viderant, audire, cum Mycenas ille adiiſſet.

Ceterum hic locus, ſi quis alius, ex iis eſt, in quibus rhapſodorum ſedulitatem deprehendere tibi videaris in explendis et locupletandis, aut perſequendis iis, quae leuiter primus auctor tantum attigerat. Aliena eſt narratio a loco ac feſtinatione imperatoris; nec ſatis eſt, cum Clarkio dicere, vltimum eſſe Diomedem, ad quem aduenerit.

377. ξεῖνος, ἅμ' ἀντιθέῳ. Sch. A. „γράφεται καὶ κεῖνος ἅμ' ἀ. quod ſane et ipſum locum haberet; at

alterum ſignificantius. Porro ἀγείρας Ven. etſi Sch. A. et B. agnoſcunt ἀγείρων.

378. Saepe in Homero, vtpote antiquo necdum polito ſcriptore, ambiguitas ſubiecti incidit; ſic h. l. οἵ ῥα. οἱ δέ. Vulgo interpungitur ſic, vt omnia vna ſerie procedant a 376—379. Ita 378 οἵ ῥα obſcurum eſt, ſitne ad λαὸν referendum, an ad duo illos Tydeum et Polynicen; ita ingrata ſit oratio. Interpunxi poſt ἀγείρων. Sequitur οἵ ῥα τότ' ἐστρατόωντο hocque de conatu accipio: *Hi tum copias parabant aduerſus Thebas, et ſupplicabant. At illi* (οἱ δ' ἔθελον) ſc. Mycenaei, (ex Μυκήνας) *parati erant et annuebant poſtulatis, ſiniſtris tamen auſpiciis obuenientibus absterriti ſunt.* οἱ δὲ τότ'. Townl. cum vno Vindob. τότε στρατόωντο. Sch. br. nec aliter, puto, mſ. Lipſ. Ionice.

380. οἱ δ' ἔθελον δόμεναι, καὶ ἐπήνεον, ὡς ἐκέλευον. Affert ὡς ἐκέλευεν Barnes e Baſil. neſcio qua. — Recte Ern. mollius fore ait ὅσσ' ἐκέλευον. Licet ſane in his eſſe liberiorem, ſi veterem ſcribendi rationem cogites per ο. Vt nunc legitur eſt: *annuerunt, promiſerunt auxilia, vt flagitauerant illi.*

381. Ζεὺς — παραίσια σήματα Φαίνων. Bentl. ex Heſych. huc vocat παραίσιμα, vt ἐναίσιμα.

382. οἱ δ' ἐπεί. Tydeus et Polynices cum ſociis, adeoque omnino Achiui. Fuere apud Ven. B. qui poſt λεχεποίην plene diſtinguerent, vt δὲ poſt οἱ vacaret; ſaltem debebant illa: οἱ δ', ἐπεὶ — ἐγένοντο protaſin facere, quod et mihi viſum eſt faciendum eſſe. Hi, poſteaquam iam aliquantum viae fecerant, peruenerunt ad Aſopum. Hic Achiui ſubſtiterunt, et Tydeum legatum Thebas miſerunt. Vulgo ita interpungitur poſt λεχεποίην, vt hinc apodoſis ſequatur.

οἱ δ', ἐπεὶ οὖν ᾖχοντο ἰδὲ — ita legebatur in edd. Hiatum debemus ignorationi rei metricae; fuit ᾖχοντ' ἠδὲ, quod ſeruatum quoque eſt in Sch. br. Abiit ſerius in vulgarem loquendi formulam, πρὸ ὁδοῦ γίνεσθαι, πρὸ ὁδοῦ εἶναί τι, eſſe vtile, opportunum. v. c. in Lucian.

Digitized by Google

383. Ἀσωπόνδ' ἵκοντο. Ἀσωπόν θ' Barocc. Ex vulgari ratione interpungendi poterat hoc ferri. At eſt vt Τροίηνδε et ſimilia. ἀλεχεποίην vitium eſt Ald. 2. et hinc aliarum. Suaue epitheton λεχεποίης, ἔχων βαθεῖαν ποίην, εἰς λέχος, κοίτην, pro ſimplici, herboſo littore. Vidimus iam B, 697. Mira tamen grammatici de etymo cōmminiſcuntur. Multo ineptius obſcenum ſenſum in his epithetis βαθύσχοινον λεχεποίην, quaeſiuere apud Sext. Empir. adu. grammat. p. 285 παραστατικόν ἐστι πρὸς συνουσίαν τὸ τῆς σχοίνου σπέρμα, λέχος καλοῦντος τοῦ ποιητοῦ τὴν μίξιν. add. Etymol. h. v.

384. ἔνθ' αὖτ' ἀγγελίην ἔπι Τυδῆ στεῖλαν Ἀχαιοί. ξ. Excidit Scholion, quod haud dubie reſpexit vocem ἀγγελίην, circa quam trepidant veteres, vt et h. l. Sch. br. et ipſe Apollon. Lex. ἀγγελίην — ποτὲ δὲ ἐπὶ τοῦ ἀγγέλου· ἔνθ' αὖτ' ἀ. Zenodotus autem vapulabat. v. ad Γ, 206. Enimuero eſt ἀγγελίην ἔπι pro ἐπ' ἀγγελίην ἔστειλαν, ἔπεμψαν. Ita vero ἔπι ſcribendum, pro vulgato ἐπὶ, ſic enim eſſent iungenda ἐπὶ — ἔστειλαν, ἐπέστειλαν, qua ratione nouus verbi vſus in Homerum inferretur, nam is ἐπιστεῖλαι tantum ad mandata et litteras adhibet. cf. Toll. ad Apollon. p. 235.

Τυδῆ στεῖλαν Ἀχαιοί. Eſt Τυδεῖ in Mori. Cant. Vrat. a. c. At Τυδῆ etiam Etymol. in Πηλεύς. Nihil expeditius eſſe videtur quam Τυδέα, Τυδῆ, etſi probabile ſit, veteres ne ſcripſiſſe quidem Τυδῆ, ſed Τυδέα, hocque binis ſyllabis pronuntiaſſe. Grammaticorum tamen animis inſidebat hoc, Τυδῆ eſſe per apocopen dictum pro Τυδῆα. cf. ad O, 339 vbi Μηκιστῆ. Maluit Payne Knight emendare ἔνθ' αὖ Τυϝδεϝ' (Τυδέ') ἐπ' ἀγγελίην — quod non ſequar.

385. αὐτὰρ ὁ βῆ πολέας τε. Vrat. b. c. δὲ quod praeferam.

386. βίης Ἐτεοκληείης. Ariſtid. Quintil. de Muſica lib. II, p. 85 laudat poetam, comparato altero ἱερὴ ἴς Τηλεμάχοιο, quod in altero excellens robur, in altero τὸ κα-

Digitized by Google

τὰ σωφροσύνην θεοφιλὲς expreſſerit. Quale acumen in tali ſcriptore!

388. πολέσι μετὰ Καδμείοισι. Bentleio videbatur et hic Καδμείωσι ſcribendum eſſe. At reprimit conatum vſ. 391.

390. ῥηϊδίως· τοίη οἱ — ※ quod verſus hoc loco recte ponitur; minus bene in verbis Mineruae (E, 808.) Occurrunt quoque eius membra E, 828 et in verbis Achillis Υ, 453.

τοίη τοι Sch. br. iam in ed. Ald.

392. Ἄψ οἱ ἀνερχομένῳ. Interpoſuit οἱ Barnes ad explendum verſum. nam ἆψ ἀνερχομένῳ manifeſto cum vitio metri legitur vbique in edd. etiam in codd. Mori. Cant. Lipſ. Vrat. b. c. A. Moſc. 1. 3. Ven. B. Euſtath. Sch. br. nec aliter forte Heſych. nam in eo eſt ἀνερχομένῳ, ὑποστρέφοντι. Alii habent ἆψ ἀναερχομένῳ non minus vitioſe. Sic ipſe Ven. Townl. Harl. Vrat. a. e corr. Vitium ſubeſſe, et, quod mireris, tam antiquum, in aperto eſt. Bentleius ei medebatur alio, et forte, aptiore, modo ἆψ ἄρ' ἀνερχομένῳ. Etiam Il. Z, 187 Τῷ δ' ἄρ' ἀνερχομένῳ πυκινὸν δόλον ἄλλον ὕφαινε.

395. Λυκοφόντης. nomen pro var. lect. habet quoque Ven. A. Sch. At in ipſo carmine Πολυφόντης. *Lycophontem* tamen Statius quoque agnoſcit Theb. II, 610. cum Maeone vſ. 690 ſq. vbi augur eſt. In Schol. Ven. et Sch. br. ad 394 praeconem eum ediderant alii; quia incolumis fuit dimiſſus. Erant autem κήρυκες ἱερὸν γένος.

396. ἀεικέα πότμον ἐφῆκε. in vno Vindob. ἀειδέα, in altero ἐνῆκε.

398. Μαίον' ἄρα προέηκε, Cant. et vn. Vindob. Μαίονά ῥα quod probat Bentl. Et eſt mollius. θεῶν τεράεσσι πιθήσας. Apollon. Lex. ad h. v. reſpicit, πιθήσας, πιστεύσας.

399. 400. ἀλλὰ τὸν υἱὸν γείνατο εἷο χέρεια. Morari poteſt legentem articulus τὸν, quem Homerus ignorat; expedita res eſt coniicere fuiſſe τοῖ; ἀλλά τοι ſollennis eſt formula. Poteſt tamen nec minus contendi τὸν eſſe di-

Digitized by Google

ctum cum vi, filium hunc Tydei. vt bene expedit Koeppen. Locus similis est vs. 11 Jl. A.

Porro χέρεια quod praeter Ald. 2. edd. habent, aiunt esse pro χερείονα, verum analogiam, qua id fiat, nemo docet. Accusatiuus est χερείω Od. Ξ, 176 καί μιν ἄφην ἔσεσθαι ἐν ἀνδράσιν οὔτι χερείω Πατρὸς ἑοῖο Φίλοιο. Legitur χέρηα in Eust. κατὰ τὰ πλείω, inquit, τῶν ἀντιγράφων. sicque etiam χέρηι et χέρηες, ὡς ἐν ἄλλοις φαίνεται. Legi et χερῆα, quasi a χερεύς, ait Barn. Accedit Ald. 2. χέρηα· sicque Lips. a m. pr. (nam refictum χέρεια) Vrat. A. — Vrat. a. χερια supra adscripto η. (at b. c. χέρεια) Vindob. duo χέρεια, et vnus χέρηα. Nullus dubito ignoratione veteris formae grammaticos turbasse h. l. Fuit χέρηα, a χέρης, χέρηος, χέρηα, vt Ἄρης, Ἄρηα. Est enim χέρης τινός, inferior, deterior altero, *qui virtute cedit alteri.* At χερείων τινός esset, *altero malo peior.* Itaque etiam a χέρης sunt χέρηες vt Od. O, 323. tum Od. Σ, 228 ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρηα sunt τὰ κακά, etiam a χέρης. Quod si hic et alibi editur χέρεια, nec hoc male fieret a χέρειος. Verum Grammaticorum animis semel insedit hoc, χέρεια esse pro τὰ χερείονα dictum. Videtur vbique verum fuisse τὰ χέρηα, vt Jl. Ξ, 382. Od. Υ, 310.

Tandem in hoc versu ἀγορῇ δέ τ' ἀμείνων Aristarchea fuit lectio, testante Ven. A. sicque Venetus ipse. Quod sane importunum est, ipso Ven. B. iudice; nam Tydeus ab eloquentia longe abfuit. Antimachus ait eum inter subulcos eductum fuisse, Euripidis autem versus laudatur: οὐδ' ἐν λόγοις ἦν δεινός, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι. Idem Scholion e Leid. ms. attulerat Valken. ad Ammon. p. 241. ἀγορὰ nunc λόγος, eloquentia v. Porphyr. ad Θ, 2.

401. Respiciunt locum et Diomedis characterem commendant laudati iam Clarkio Plut. de aud. poet. p. 29 A. comparata cum Stheneli iactantia inf. 404 sq. Add. eund. de sui laude p. 540. E. F. Galen. in Protrept. 7. et Auctor de Hom. poesi s. 20. Ineptit in Stheneli laude ex h. l. Philostr. in Heroic. 4, 2.

403 vſ. ab. ab Eton. extremarum ſyllabarum ſimilitudine c. antec.

404. σάφα pro ἀληθῶς. Male Suidas verbis allatis per Φανερῶς exponit. Notat quoque Schol. Sophocl. Oed. Col. 623. vbi Φοῖβος σαφής.

407. — 408. — 409. — ἀθετοῦνται στίχοι τρεῖς. quia per hos verſus ea, quae paullo ante dicta erant, tolluntur. Nam ſi de ſe vtroque ſolis loquitur, falſum eſt; fuere enim VII. Epigoni duces; ſin ſeptem illos innuit, nec dualis ἀγαγόντε conuenit, et eleuatur virtus: nam filii deos habuere συνεργούς, qui iſtis aduerſati ſunt." En Graecum acumen! atqui vel ſic filii fuere ſuperiores patribus, quippe qui re infecta diceſſerant. Dualem autem permixtim cum plurali poni ſolitum multis exemplis notatum eſt. Si qua ratio ad delendos verſus afferenda eſſet ſatis idonea, hanc dicerem: quod multo maior vis ac ferocia orationis eſt illis verſibus ſublatis. Sic enim reſtant iſta: ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι. ἡμεῖς καὶ Θήβης ἕδος εἵλομεν ἑπταπύλοιο. Τῷ μή μοι πατέρας πόθ' ὁμοίᾳ ἔνθεο τιμῇ. Enimuero hoc iudicium eo valet, vt appareat, quid melius ſit, non quid verius. Veteres grammatici nullis criticis regulis ſubnixi, nulla codicum auctoritate memorata, argutati ſunt, vt ſaepe alibi, ita et hoc loco.

407. παυρότερον λαὸν ἀγαγόνθ' Mirum quod ſingularem hic maluit poeta. Etiam Bentl. emendat παυροτέρους λαοὺς ἀ. vt B, 580 πλείστους ἄγε λαούς. τεῖχος Ἄρειον quis dubitet a Marte dictas Thebas, quae toties Martiae ſunt. Ven. A. tamen ἄρειον τοῦ ἐν Τροίᾳ τείχους accipere mauult; quod et Euſt. habet, κρεῖττον, ὀχυρώτερον. Illud ὑπὸ τεῖχος docet ſollenne hoc eſſe, vt toties: ὅσοι ὑπὸ Ἴλιον ἦλθον et alia. Paullo ante 406 ἕδος Θήβης mera periphraſis; quam Koeppen illuſtrat.

409. σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσι ſcil. cum malis ominibus in prima expeditione aduerſus Thebas vſi haud deſtitiſſent a conſilio: at ipſi melioribus vſi, πειθόμενοι τεράεσσι θεῶν cf. ad Apollod. p. 639 ſq.

Digitized by Google

κεῖνοι δὲ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο. Idem fere vſ. Od. A, 7 αὐτῶν γὰρ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο. vbi ex h. l. putes αὐτοὶ ibi fuiſſe. Verum et alterum bene ſe habet.

Ceterum quae hae ἀτασθαλίαι fuerint, veteres non diſerte docuerunt. Apud Euſtath. legimus dubitatum eſſe, vtrum verſus ad Thebanos ſpectaret, an ad Septem ad Thebas profectos; recte Clarke procliuior eſt in hoc alterum, at non docet, quorſum haec reſpiciant. ἀτασθαλίη alibi ipſum flagitium declarat, at in h. l. ſtultitiam animi et amentiam; vt in ſimili loco X, 104 νῦν δ' ἐπεὶ ὤλεσα λαὸν ἀτασθαλίῃσιν ἐμῇσιν. Iam vi oppoſiti: πειθόμενοι τεράεσσι θεῶν — credo eo reſpici, quod VII. illi ad Thebas profecti ſunt aduerſus auſpicia, auguriis ſiniſtris haud deterriti, inprimis Amphiarao mala ominante. Vide Statium Theb. III, 456 ſq. Apollod. III, 6, 2. Pind. Nem. IX, 41 ſqq. Koeppen laudat Eurip. Suppl. 158.

Obſcurum eſt Schol. B. ὑποφαίνει, ὡς διὰ δεισιδαιμονίαν οὐκ ἠθέλησαν ἄρχειν τῆς πρὸς Τρῶας (immo vero πρὸς Θηβαίους) συμβολῆς, ἣν οἱ πατέρες μὴ κτησάμενοι ἀπώλοντο.

410. τῷ μή μοι πατέρας ποθ' ὁμοίῃ ἔνθεο τιμῇ. ἔνθεο vna voce ſcripſit Ariſtarchus pro ἔνθου. Apollonius tamen ἐν ſeiunxerat, vt eſſet ὁμοίῃ ἐν pro ἐν ὁμοίῃ. Habet quoque hemiſtichium Heſych. in ὁμοίῃ ſed corrupte. v. Intpp.

412. τέττα, σιωπῇ ἧσο, ἐμῷ δ' ἐπιπείθεο μύθῳ. ξ quod, τέττα vnde ductum ſit, neſcitur. Nolo apponere nullo cum fructu in Ven. A. dicta. Sufficit alloquendi eſſe formulam: *o bone*, ὦ φίλε. Neque aliter Apollon. Lex. h. v. add. Heſych. Etymol. Hellad. p. 9. Optime cum ἄττα comparatur.

Alii apud Euſtathium videntur τέτλα legiſſe. Habet hoc quoque Heſych. vt ſit pro τέτλαθι, et memoratur ex Helladio. Bentl. coni. τέτλαθι, σιγῇ θ' ἧσο. In Ven. expreſſum τετγα vitioſe. Nihil mutant, qui verſum reci-

Digitized by Google

tant, Plato de Rep. III, p. 389 E. Dionyſ. in Arte ſ. 13.

σιωπῇ ἧσο. Non eſſe ἧσο proprie dictum, per ſe patet. Igitur, quieſce. ἧσο ἐμῷ offendit hiatu; quem feram equidem hemiſtichio finito. Bentl. tentabat et h. l. μεῷ, quod pro Homerico nunquam habebo. Liceret ſuſpicari fuiſſe infinitum pro imperante, ἧσθαι ἐμῷ. Vti Od. K, 506 μήτι τοι — μελέσθω, ἱστὸν δὲ στήσας ἧσθαι pro ἧσο.

415. τούτῳ μὲν γὰρ κῦδος ἅμ' ἕψεται. „γρ. ἕσσεται." Barnes. forte ex mera variandi lubidine. ἕψεται vbique, etiam apud Plutarch. praecept. reip. ger. p. 817 C. ἕπεσθαι eſt incedere, ἅμα σύν τινι. ἅμα itaque ſaepiſſime adiungitur, vt ſup. A, 424. Γ, 143. Inde ſaepe pro παρεῖναι ponitur vt h. l.

Pro εἴ κεν eſt αἴ κεν in Cant.

416. ξ ſed Scholion excidit, quod haud dubie recoxit obſeruationem ad Ἴλιον ἱρὴν, eſſe ἡ Ἴλιος feminino genere apud Homerum.

εἴ κεν — δηώσωσιν ἕλωσι τε. Vrat. A. δηώσουσιν.

417. Ἀχαιῶν δηωθέντων. paſſim δηιωθέντων ex antiqua ſcriptura. τούτῳ δ' αὖ. poſt prius τούτῳ alias ſequi ſolet αὐτῷ, vel τῷ δ' αὖ καί.

419. Eſt hemiſtichium prius apud Heſych. in ἦ ῥα.

420. 421. Δεινὸν δ' ἔβραχε χαλκὸς — Primo nunc occurrit vox ad fragorem exprimendum facta; refertur inter ὀνοματοποιηθέντα. v. Etymol. ἠχέω, ἰάχω, βρυχάω, βράχω, omnia ſunt communis originis. Emendat ex hoc verſu ἄβραχε apud Heſychium Bentleius, et ex vſ. 421 ἀτμησίφρων, ἀτλησίφρων.

Porro: ἄνακτος ὀρνυμένου. fuerunt apud Sch. A. qui ὀρνυμένου cum ſeqq. iungendum eſſe putarent: ὀρνυμένου ὑπό κεν ταλασίφρονά περ δέος εἷλεν. Explicatur in Sch. br. ὑπὸ, ὑΦ' οὗ ἂν ἦχου. Mox melius: ὑΦεῖλεν. Argutatur Clarke. Eſt Latinorum *ſubiit metus.*

422. ※ praefixum eſt; quod in aliis libris τὸ χρηστὸν ſignificat. In Veneto tamen videmus aliis locis de-

Digitized by

clarare verſum alibi quoque lectum. Atqui comparationes ſimiles memini equidem occurrere, v. c. N, 796 ſq. non autem eadem verba.

423. *Ζεφύρου ὕπο κινήσαντος.* Sic Ptolemaeus Ariſtonici f. Nicias et Tyrannio ſcribebant. Sicque Ven. A. diuiſim (quod et Vrat. a. exhibet) *οἱ δὲ ἄλλοι παρέλκειν φασὶ τὴν πρόθεσιν.* (*ἔνθεν καὶ φυλάσσεται ὁ τόνος.* ergo ſcripſerunt *ζεφύρου ὑπὸ κ.* alieno loco haec interpoſita ſunt) *ὁμοίως τῷ· ἔσκεν ὑφηνίοχος* (Il. Z, 19) et *ποσειδάωνος ὑποδμὼς* (Od. Δ, 386). Ergo ſcripſere vt in edd. vulgatum erat: *ὑποκινήσαντος*, (ita *ὑπὸ παρέλκει*) at Euſt. *ὑποκινήσαντος, ἤγουν ῥῆμα τὸ πρῶτον εἰς φρίκα διασαλεύσαντος·* Sic et Ven. B. Vrat. b. c. edd. omnes, quae in cenſu ſunt. Et ſane vtrumque bene ſe habet. Bentl. e cod. Lipſ. laudat praefixum Scholio: *ὑποκινηθέντος*, etſi in ipſo Scholio *ὑποκινήσαντος* legitur. De *κορύσσεσθαι* v. inf. ad 442.

424. *πόντῳ μὲν τὰ πρῶτα.* Barnes: „*γρ. μέν τε πρ.*“ ſicque Vrat. a.

426. *κυρτὸν ἰὸν* Ariſtarch. Laudat verſum, vt nunc legitur, Strabo lib. I, p. 92 B. vbi de motu maris agit. Super *ἄχνη* et vocis vſu v. Euſtath. disputantem, et Heſych. h. v.

429. ξ— quia *Φαίης* pro *Φαίη τις ἄν.* (*ὑπολάβοι.* h. l.) quod iam ſup. Γ, 392 obſeruatum. Lectum quoque olim *Φαίη*, vt eſſet *Φαίη τις ἄν* colligas ex Schol. ad Il. Ξ, 58. Sch. A. videri poteſt interpretari *ἔσαν* lectum a ſe, quod et habet Townl. Sed *ἦσαν* Homericum eſt.

430. *ἐν στήθεσιν αὐδήν.* „*γρ. ἐν στήθεσι φωνήν.*“ Barnes.

431. *σιγῇ δειδιότες* — Laudant h. l. Plutarch. de aud. poet. p. 29 D. et in Cleom. et Ag. p. 808 E. (quem iam Clarke notauit) et Plato, confundendo alterum locum Γ, 8, recitat: *ἦσαν μένεα πνείοντες Ἀχαιοὶ σιγῇ δειδιότες σημάντορας.* Vocem *σημάντορας* notarunt gloſſographi, lectam quoque Θ, 127 de auriga, et O, 325 de paſtore. *σημάντορες, οἱ βασιλεῖς ἀπὸ τοῦ σημαίνειν, ὃ*

Digitized by Google

ἐστιν, ὑποτάσσειν, aut potius ἐπιτάσσειν, vt Villoiſon bene emendat in Apollon. Lex. Similia, aliis adiunctis, Heſych. Ap. Heſiod. Sc. Herc. 56 θεῶν σημάντορι πάντων.

432. τεύχεα ποικίλ' ἔλαμπε. Vox ποικίλος h. l. deſinitam habet notionem, reſpectu ad micantem ſplendoris auram ex aere. Alias ſaepe incerta eſt notio; nam eſt omnino τὸ ποικίλον, quod varium eſt aut motu aut colore aut diſtinctum figuris. Conuenit in multis cum αἰόλος· v. ſup. 186. Transfertur quoque ad animum, modo in laudem, modo in vitium: vnde ποικίλος eſt συνετὸς, πυκνὸς ap. Heſych. Eſt quoque ambiguum, impeditum, difficile, vt apud Platonem, et opponitur τὸ ἁπλοῦν. Apud Homerum tantum ſimplices primo loco memoratas notiones occurrere memini.

433. ὥστ' ὄϊες πολυπάμονος ἀνδρὸς ἐν αὐλῇ. Male ſcribitur πολυπάμμονος. Ducta enim vox eſt a πάω. Recte Sch. A. πάμματα καλεῖται παρὰ Δωριεῦσι τὰ κτήματα. καὶ πᾶσασθαι τὸ κτήσασθαι ἐκτεινομένου τοῦ α. Apollon. Lex. h. v. πολυπάμονος, πολλὰ πεπαμένου, τοῦτ' ἐστι, κεκτημένου. cf. Toll. Recte quoque Etymol. in πηὸς, et in πολυπάμων, etſi hic male editur μμ, vt et in Sch. br. in Suida et ab Euſtath. Inepte hoc ipſum tribuitur Doribus, quod conſona geminatur. Laudatur Theocriteum XV, 90 πασάμενος ποτίτασσε, vbi cf. Valk. et ad Ammon. p. 180. Erneſti ad Callim. in Cer. 218.

434. μυρίαι ἑστήκασιν ἀμελγόμεναι γάλα λευκόν. Longum eſt Scholion Porphyrii in Sch. B. et Vatic. (adde Leid.) ſuper γάλα λευκὸν et ſimilibus epithetis. Dicendum erat ſimpliciter, eſſe talia epitheta ornantia a natura rei cuiusque vſu petita et longo poetarum vſu nobilitata. At ille argutias inanes effutit.

ἑστήκωσιν Vrat. b.

435. ἀζηχὲς μεμακυῖαι, ἀκούουσαι ὅπα ἀρνῶν. ἀζηχὲς, ἀδιαλείπτως. Et Apollon. Lex. et cum eo Suidas ἀδιεχές. ἀδιάλειπτον. Ἀζηχὲς μεμακυῖαι. Vocem hanc antiquam e contexto interpretantur et etymon conſtituunt grammatici variis modis: Etymol. Euſtath. ad h. l. et paſ-

Digitized by Google

ſim. Apud Apollon. II, 99 eſt aridum ſonans; idque eſt ſimpliciſſimum etymum; vnde videri poteſt τὸ ἀζηχὲς eſſe omnino valde ſonans, magnum, et pro valde. cf. Heſych.

μεμακυῖαι. Grammatici dictum eſſe volunt pro μεμηκυῖαι et, quod mireris, ſic ipſe Apollon. in λελακυῖα. Quorſum tamen hoc, cum variae formae fuerint! λήκω. ληκέω. λάκω. itaque et fuiſſe putemus μήκω. μάκω. Ex iſto eſt μεμηκὼς K, 362 ex eodem μεμήκω Od. I, 439. et μηκάω. vnde vulgare μηκᾶσθαι. Ex altero μάκω, ἔμακον, μακὼν, Il. Π, 469. μέμακα.

ἀκούουσαι. Eſt lectio codicum Cant. Harlei. Eton. Ven. Vrat. a. b. c. A. Apollon. Lex. in ἀζηχές. Sic quoque Flor. Ald. 1. Mutauit Ald. 2. ſicque Ed. Rom. Porphyr. ad Il. E, 137. et Sch. B. vbi et μεμακυῖαν ὅπα editur. Per ſe nil intereſſe videtur; codicum tamen auctoritati parendum. Bentleius adſcripſerat loca Il. Σ, 53 κλῦτε — ὄφρ' εὖ πᾶσαι εἴδετ' ἀκούουσαι. Od. T, 204 τῆς δὲ ἀκουούσης ῥέε δάκρυα. Atqui nec minus Il. K, 183. 4 ὡς δὲ κύνες θηρὸς ἀκούσαντες.

ὅπα ἀρνῶν Bentl. videbat hiatum et emendabat ὀπὸς, vt Il. Π, 76. X, 451. Nondum ſcilicet animaduerterat ἄρνα fuiſſe olim ϝαρνα. vt Il. Θ, 131 ἠΰτε ϝαρνες. cf. ad Γ, 103.

436. Τρώων ἀλαλητός. Sch. Pindari ad P. I, 137 verſu adſcripto notat τὴν βαρβάρων ἀκοσμίαν per hanc vocem expreſſam eſſe. Et redditur per θόρυβον ap. Suid. et Etymol. et alibi. Atqui h. l. eſt clamor aciei ante pugnam capeſſendam. Apud Pindar. l. c. ὁ Φοῖνιξ ὁ Τυρσηνῶν τ' ἀλαλατὸς pro claſſe.

437. 8. οὐ γὰρ πάντων — Laudat duo verſus Polyb. Exc. lib. XV, 12. p. 518. To. III. ed. Schw. de acie Poenorum cum Romanis congreſſa. Recitat quoque vſ. 437 Schol. Pindari ad Ol. I, 5. quod γῆρυς eſt pro φωνή. Excidit ad vſ. 437 Scholion, quod intelligo ex Sch. A. ad Π, 173.

Digitized by Google

ὁμὸς θρόος. Hesych. ὅμοιος. ὁ αὐτός. vt et Schol. vnde et pro ἴσος, et tandem pro planus, vnde ὁμαλός. Itaque ὁμοχροιίη apud Herodot. I, 74. de superiore cute.

438. Ἀλλὰ γλῶσσ' ἐμέμικτο. Vrat. b. seruat Ionismum γλῶσσα μέμικτο, quem praeferam.

439. ξ— 440. ξ— ὦρσε δὲ τοὺς μὲν Ἄρης, τοὺς δὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη, Δεῖμός τ' ἠδὲ Φόβος καὶ Ἔρις ἄμοτον μεμανῖα. Sch. A. ὅτι διὰ μέσου τῶν Τρωϊκῶν θεῶν τέταχε τὴν Ἀθηνᾶν. Scilicet grammaticus vtrumque versum ad solos Troianos retulerat, et omnes pro Troianorum diis habuerat. Atqui promiscue interstunt vtrique aciei. Notat porro Schol. ὅτι Δεῖμος καὶ Φόβος Ἄρεως υἱοί. vt sunt in Hesiodi Theog. Saltem comites sunt, θεράποντες, vti stant in curru Martis in Sc. Herc. 195. 196. Tandem obseruat: Antimachum adeo peccasse, qui equorum Martis nomina esse putauit: Δεῖμός τ' ἠδὲ Φόβος, πόδας αἰνετὼ, υἱὲ Θυέλλης." Potuit tamen Antimachus nomina ista, ad equos transferre sine erroris culpa. Sic alio iterum modo idem Δεῖμος et Φόβος inerant clipeo Agamemnonis Λ, 37. Solent enim mythica huius generis pluribus modis tractari. Spectant autem haec proprie ad O, 119 vbi v. Super Antimacho v. disputata ap. Schellenberg et Villoiſ. praef. Iliad. p. XXIII. IV. Quae ab eo aliter, quam in Homero enuntiata erant, pro varia lectione Iliadis videntur habita esse a grammaticis.

Super Eride pro Scholio illatus est in Schol. B. ad h. l. locus exscriptus ex Heracl. Alleg. Homer. 29.

Ἔρις ἄμοτον μεμανῖα. Vox ἄμοτον, nunc primo obvia variis etymis a grammaticis vexatur. Haud dubie sunt τὰ μοτὰ, τὰ βάκη πληρωτικὰ τῶν πληγῶν (*Charpie*) v. Etymol. in ἄμοτος. Vox habetur in fragm. Sophoclis e Laocoonte, vt quidem illud legitur ap. Plutarchum: de quibus v. dicta ad Virgil. Aen. II, Exc. XVII. vbi de Anchise. Apud Quintum IV, 212 sunt μοτάων εἴρια. vbi de vulnere: θέσαν δ' ἐφύπερθε μοτάων εἴρια συνδεύσαντες ἐλείφασι. Est ergo ἄμοτος, ἀπλήρωτος, vt reddit Apollon. Lex. et Eustath. pluribus locis. Pluribus tamen modis

Digitized by Google

accipitur, vt ſit inexplebile, modo τὸ πλῆρες et ἀνενδεὲς, quod plura non capit, nec poſtulat vt repleatur. Conſtat tamen vbique notio τοῦ πολύ. cf. Heſych. et Intpp.

441. Ἄρεος ἀ. verſus a Townl. abeſt.

442. 443. ἤ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα — Laudat hos vſſ. de Eride Galenus de meth. med. lib. I pr. et malam hanc eſſe Eridem ait diuerſam ab Heſiodea meliore: in Ἔργοις. Recitat quoque vſſ. Ariſtides Or. de Concordia p. 532. To. I. vbi et ὀλίγον editum; Timon autem Phliaſius παρῴδησεν ap. Clement. Strom. V, p. 651. loco tamen corrupto; lege Νείκους — κατιγνήτη καὶ ἑταίρῃ, ἥτ' ἀλαὴ τὰ πρῶτα — nouiſſima non aſſequor.

κορύσσεται. Vulgare nunc eſt, κορύσσειν duo ſignificatus habere, ambo ad ſenſum oculorum factos; alterum a galea impoſita, vt ſit inde omnino, *armare*, alterum a capitis faſtigio, vnde eſt, *in altum aſſurgere*, vt de fluctu ſup. 424 et Φ, 306 Scamander κόρυσσε κῦμα ῥόοιο ὑψόσ' ἀειρόμενος. et hoc ſaepe ap. Apollon. et al. flamma emicans κορύσσεται ap. Apollon. Rh. I, 1027 et 1028. de nubibus Theocr. XXV, 94. Idem eſt κορθύεσθαι a κόρθυς aceruus Il. L, 6. 7. — 443. οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη. Expreſſum hinc κῦμα οὐρανῷ στηρίζον ap. Eurip. Hippol. 1207. Verſum recitat Dio Or. XII, p. 412.

Locus eſt illuſtris partim criſi Longini ſ. 9. qui ait non Eridis magis, quam ingenii Homerici appoſitam eſſe menſuram; adeo a magno animi ſenſu eſſe profectum illud magnifice dictum; partim iniquo Scaligeri iudicio Poet. V, 3. qui Eridem in caelo collocatam male acceperat; tandem imitatione Callimachi H. in Cer. 59. et Virgilii Aen. IV, 173 de Fama ad eundem modum adumbrata. v. Not. et ibi et Clarkii ad h. v. Addit Barnes Nonnum in Dionyſiacis (lib. XLV, 134) de Baccho. Verum in his aliquantum mutatum eſt phantaſma. In Homero ad terrorem mouendum valet, et exhibet terrorem pugnae increbeſcentem; ſpecie eius petita a diis, quorum, ad terrorem iniiciendum, ſpecies maior maiorque fieri ſolet. Ple-

rumque ſolet interpretatio a discordiae notione peti, quae ab initiis et cauſſis paruis profecta capit incrementa, quo magis ea progreditur, feruentibus ira animis: praeiuit in hoc iam Heraclid. Allegor. Hom. 29. et Euſtath. ad h. l. vbi plura inepte dicta. Sed aliena haec a poetae animo; qui non niſi Terrorem auctum ex pugna late ſparſa declarare debuit, quando conſeritur a pluribus turmis et tandem a tota acie; ita terror fit maior maiorque cum pugna increbeſcente; hanc notionem cum Eride coniunctam eſſe putandum eſt.

444. *νεῖκος ὁμοίϊον* eſt pugna omnibus pariter exitioſa: v. ſup. ad vſ. 315.

445. *ὀΦέλλουσα στόνον ἀνδρῶν. στόνον*, vt alias *πόνον*, ſpectat ad vulnera ac caedes, quae per gemitum morientium declarantur. Vt *αὐξάνειν*, *ἀέξειν*, *augere*, et ſimilia, ſic *ὀΦέλλειν* ponitur pro ſimplici *ποιεῖσθαι*, ſed adiuncta notione magnitudinis, aut multitudinis; ita h. l. faciens ſtragem ingentem.

Bentl. ex h. l. emendat Heſych. *ὀΦελοῦσα*.

446—451. ſex verſus iterantur inf. Θ, 60—65. Laudantur illi paſſim. Apud Lucian. in Lapith. 17 eſt *σὺν δ' ἔβαλον*. Ap. Schol. Apollon. I, 1026 *μέση ἀνδρῶν*.

Apodoſis ſtatim ſubſequitur in altero verſu: *σύν ῥ' ἔβαλον*. Minus bene ſit poſt *χαλκεοθωρήκων*. Comparatur ad h. l. Virgil. Aen. XI, 608 ſq. 636 ſq.

447. *σύν ῥ' ἔβαλον ῥινοὺς* — verſum expreſſit Apollon. I, 1026 *σύν τ' ἐλασαν μελίας τε καὶ ἀσπίδας ἀλλήλῃσι* (vt puto leg. pro *ἀλλήλοισι*)

448. ξ— quod poſt *ῥινοὺς* memorantur *ἀσπίδες*, eodem vtrumque ſenſu.

449. *ἔπληντ' ἀλλήλῃσι*. Eſt *πελάω*, *πλάω*, *πέλημι*, *πλῆμι*, *πλῆμαι*, *ἐπλήμην*. At Etymol. habet contractum ex *ἐπέπληντο*, *ἀπὸ τοῦ πλῶ*, *πλησιάζω*. Bentl. hinc em. Heſych. *ἐπέληντο*.

ἀλλήλοισι Vrat. a. b. Mox in *πολὺς ὀρυμαγδὸς ὀρώρει*. Vrat. b. *ὀρώρη* e correct.

Digitized by Google

450. ἐνθάδ' ἅμ' οἰμωγή τε — Iterum ſic verſus legitur, ἅμ' inf. Θ, 64. Apud Maxim. Tyr. Diſſ. XXXVI, p. 189. R. eſt ἔνθα δ' ἄρ — et apud Philoſtrat. in Apollon. V, 26 οἰμωγή τε καὶ ὕβρις, memoriter forte. Paſſim enim locum exprimi ac reſpici videas, vt apud Thucyd. VII, 71 lin. 54. vbi Schol. verſum apponit.

451. ξ— quod ad poſterius priore loco rediit; ſcilicet ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων poſt οἰμωγή τε καὶ εὐχωλή. haec enim eſt ὀλλύντων, illa, οἰμωγὴ, τῶν ὀλλυμένων. Saepe monent grammatici de hac figura per ſe parum memorabili; etiam Euſtath. et Galen. hoc ipſo loco appoſito, ad Hippocr. de medici offic. To. XII. p. 18. Excidit τε in nonnullis.

ῥέε δ' αἵματι γαῖα. figuram illuſtrat Euſtath. et Schol. Apollonii I, 1146 ἀντὶ τοῦ· αἷμα ἔῤῥεεν ἐν τῇ γῇ. nota eſt forma poetica, mox et oratoria.

452. ὡς δ' ὅτε χείμαῤῥοι ποταμοὶ — ※ Iterum haereo in hac nota, ſitne forte τὸ χρηστὸν loci notatum contra morem grammatici in reliquis. Quae ornamenta verbis inſint, non male docet Ven. B.

Super χείμαῤῥοι diſſenſerant grammatici. Ptolemaeus Aſcalonita ſcribebat χειμάῤῥοι, quia eſt χειμάῤῥοος, χειμάῤῥους· quod et Euſtath. memorat et addit: ὡς ἐν τοῖς Ἀπίωνος καὶ Ἡροδώρου Φαίνεται. e quo totum Scholion eſt emendandum. At Nicias χείμαῤῥοι ſcribebat, quod amplecti videtur Sch. A. Vtrumque ſane habet analogiam, alterum ἀγάῤῥοος. βαθύῤῥοος. ἀψόῤῥοος; alterum ἄψορῥος, quod ſaepe occurrit. Payne Knight p. 93 malit χειμάροοι (ſeu, vt vult, χειμαροῦοι) vti eſt E, 598 στήῃ ἐπ' ὠκυρόῳ ποταμῷ.

κατ' ὄρεσφι ῥέοντες pro ῥέοντες κατ' ὄρους. hoc praeſtat altero declarandi modo: καταῤῥέοντες (ἐν τοῖς) ὄρεσι. ὀρεσίφι, ὄρεσφι. De his v. ad Θ, 300.

Verſus autem huius comparationis laudantur a Dionyſ. Halic. de compoſit. ſ. 16. propter verba rebus ſono reſpondentia, ὀνοματοποιηθέντα, quae ille ſaepe miratur cum Demetr. ſ. 95. 96. Dione Or. XII. et Auct. de

Digitized by Google

Homeri poeſi ſ. 6. ap. Clarke. Ceterum expreſſi hinc ſunt vſſ. Virgiliani II, 305 ſq. XII, 523 ſq.

453. ἐς μισγάγκειαν συμβάλλετον ὄβριμον ὕδωρ. μισγάγκειαν interpretatur Apollon. Lex. τόπον κοῖλον, εἰς ὃν καταφερόμενα μίσγεται ἀπὸ πλειόνων ὀρῶν ὕδατα. τῶν ἅπαξ εἰρημένων. inde alii. Voce vſus eſt ſuauiter Plato in Philebo p. 62 D. To. II. μεθίω δὲ τὰς ξυμπάσας (ἐπιστήμας) ῥεῖν εἰς τὴν τῆς Ὁμήρου καὶ μάλα ποιητικῆς μισγαγκείας ὑποδοχήν. μισγάγγειαν alicubi fuit lectum ap. Euſtath. et ſic edd. Dionyſii Halic. de ſtruct. Orat. 16. p. 98.

ὄβριμον ὕδωρ. Etiam h. l. ὄμβριμον in Dionyſ. eod. l. in Mori. Vrat. a. Moſc. 3. Verum iam ad Γ, 357 praetuli alterum, cum altera ſcriptura proficiſci videatur ab erronea deductione ex ὄμβρος. Barnes etiam ὀμβρίων laudat, effictum e Schol. br. 454. quibus ſimilia ſunt in Sch. B. In Hymn. in Merc. 516 eſt Στυγὸς ὄβριμον ὕδωρ.

Tandem notatur plaralis cum duali iunctus: ποταμοὶ ῥέοντες συμβάλλετον. Erneſti remittit ad A, 566. 7 ἄσσον ἰόντε. At v. ad e. l. συμβάλλειν, συνάγειν, συμμίσγειν, laudato verſu, exponit Schol. Eurip. Or. 336.

455. τῶν δέ τε τηλόσε δοῦπον ἐν οὔρεσιν ἔκλυε ποιμήν. Sch. B. et Lipſ. ap. Bentl. putat melius ſcribi τηλόθι, vt ad paſtorem referatur: quod et in Harlei. legitur: verum ſi τηλόσε eſt, in longinquum, εἰς μακρὰν, et ad δοῦπον referatur, eſt illud magis poeticum et doctius.

456. ὡς τῶν μισγομένων γένετο ἰαχή τε Φόβος τε. ξ- quod Φόβος eſt ἡ μετὰ δέους Φυγή obſeruatiuncula ſubínde repetita; ab hoc autem loco aliena; cum nondum de fuga agatur in primo congreſſu, nec comparatio hoc admittat. Eſt vero Φόβος etiam terror ac metus, qui fugam facit; poteſt adeo ἰαχή τε Φόβος τε haberi pro ἰαχὴ Φοβερά. Ariſtarchus legerat πόνος τε, quod et ex vno Vindob. notatur; ſi auctoritate codicum, bene. Ad-

Digitized by Google

dit Schol. *οὐ γὰρ γέγονέ που Φυγή.* ita vero apparet, e iudicio ſuo eum ita emendaſſe.

γένετο ἰαχή τε — ἐγένετο ed. Flor. *γένετ' ἰαχή τε* adhuc vitioſius Ald. 1. quod ſequentes retinuere, emendauit *γένετο* Turn. vnde Steph. Idem eſt in codd. etiam in Ven. et aliis melioribus. *ἐγένετ'* Moſc. 3. *γένετ'* Vrat. A. et al. Profecta haec ab ignorato digamma *ϝιαχη.* v. ad A, 482.

457. ξ— 458. ξ— Reſpexit diple (nam Scholion A. turbatum eſt) illam quaeſtionem: cur et quatenus Antilochus primus hoſtem occidiſſe memoretur. A multis cauſſis, etiam a celeritate, quae in eo fuit, repetita res eſt. Res tanti non eſt, vt ſingula apponam. v. Sch. A. B. Sch. br. Euſt. Verbo reſpondendum erat: Neſtoris turmas primo loco aduerſus hoſtem proceſſiſſe promachis in fronte conſtitutis, in quibus fuit Antilochus, Neſtoris f. Clarke opinabatur, poetam ſic fama accepiſſe. Eſt autem iactus de haſta miſſili accipiendus, quia *ἔβαλεν*, et vulnus in vertice capitis ſit; deſuper deſcendente haſta.

ἄνδρα πορυστὴν ἐσθλὸν ſunt iungenda; deleui itaque interpunctionem; monet quoque Sch. A.

In Ven. B. et Vat. alieno vtique loco, inſertum eſt Scholion de *ἱπποπορυστῆς.* Eſt illud transſcriptum ex Porphyr. Quaeſt. Hom. 15. plenius tamen. Pertinet illud ad Il. B, 1. ad q. loc. v. Obſſ.

Πρῶτος δ' Ἀντίλοχος. Bentl. tentat *πρῶτον* hic et 459. Scilicet ex 480. E, 40 et ſimilibus.

458. Θαλυσιάδην Ἐχέπωλον. Notatur ab vtroque Schol. Ἐχέπωλον eſſe nomen, non Θαλυσιάδην, quod patronymicum eſt; nec talia nomina reperiri, niſi vnum Ἀργεάδην πολύμηλον (Π, 417. atqui nec hoc recte traditur). Eadem ap. Schol. Ariſtoph. Acharn. 142.

461. ὅσσε κάλυψε, quod Ionicum eſt, repoſui (pro ὄσσ' ἐκάλυψε) vt ſibi conſtet ſcriptura ceterorum locorum; et ſic h. l. quoque Cant. probante Bentleio, Townl. Eton. Apollon. h. v.

463. ξ τὸν δὲ πεσόντα ποδῶν ἕλαβε. ἡ διπλῆ, ὅτε ἀπὸ τῆς πληγῆς πέπτωκε. Ne abſurdum videatur Scholion, puta excidiſſe ὕπτιος. Subiicitur quoque, τοὺς γὰρ πόδας τοῖς πολεμίοις δέδωκε.

ποδῶν ἕλαβε. Cant. εἷλε.

464. *Elephenorem* inter duces Abantum iam memorauerat Il. B, 540—2. Verſum habet Schol. Sophocl. Philoct. 494.

465. ἕλκε δ' ὑπ' ἐκ βελέων λελιημένος. ὑφεῖλκεν αὐτὸν ἔξω τῶν βελῶν Sch. br. ἕλκε λελιημένος eſt plus quam ἤθελεν ἕλκειν. ſed εἷλκε λελιημένος, προθυμούμενος, ἐσπουδακώς. Sch. br. et Etymol. vbi mira commini-ſcitur grammaticus de etymo. Eſt haud dubie ex λῶ, ἐθέλω. θέλω, λιέω, vel λιάω, vnde et λίπτομαι, λέλιμμαι, apud Aeſchylum.

467. νεκρὸν γάρ ῥ' ἐρύοντα ἰδών. Verſus vitiatus ignorato digammo. Eſſet enim γαρ ῥ' ϝερυοντα. Abeſt quoque ῥ ab Harlei. Lipſ. Townl. Eton. Flor. Ald. 1. Apud Erotian. Lex. Hippocr. in εἰρύεται legitur: νεκρόν γ' αὖ ἐρύοντα.

468. πλευρὰ, τά οἱ νύψαντι παρ' ἀσπίδος ἐξεφάνθη. παρενεχθέντος τοῦ ὅπλου ait Sch. B. clipeo, dum inclinabat corpus, paullulum a latere abducto h. e. latere nudato, ita vt illud eſſet παρὰ, ἔξω, τῆς ἀσπίδος. Inf. Π, 400 eſt στέρνον γυμνωθέντα παρ' ἀσπίδα vbi v. Obſſ. etiam de loco Aeſchyli VII ad Th. 626. Eſt quod ap. Virgil. Aen. X, 424 *dum texit Imaona Haleſus, Aradio infelix telo dat pectus inerme.*

469. οὔτησε ξυστῷ. Cant. χαλκῷ. cum altero in margine. Laudatur verſus a Strabone X, p. 689 B. de vſu haſtae in pugna ſtataria.

470. ἐπ' αὐτῷ δ' ἔργον ἐτύχθη. Hic haeret verſus in digammo ϝεργον. Bentl. ſuſpicatur fuiſſe ſcriptum δϝεργον. Mihi probabile ſit, fuiſſe τῷ pro αὐτῷ· ἐπ' αὖ τῷ ἔργον ἐτύχθη. ſere vt meliores Od. Ξ, 161 τοῦ δ' αὖ τοῦ λυπάβαντος.

Digitized by Google

472. ἀνὴρ δ' ἄνδρ' ἐδνοπάλιζεν. Vox non nisi hic et Od. Ζ, 512 occurrit. Sch. A. δονῶ. δονοπίζω. δονοπαλίζω. δνοπαλίζω. Eustath. autem modo a δονεῖν καὶ πάλλειν, modo a πάλη ducit, Etymol. addit, etiam a παλάμη. Sufficit esse arripere, percellere, caedere. cf. Hesych. et Intpp. Mihi placet a lucta ductum esse.

ἐδνοπάλιξεν Vrat. a. et Apollon. Lex. h. v.

474. Sustuli prauam interpunctionem post ἠίθεον.

478. οὐδὲ τοιεῦσι θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε. Ex quod Zenodotus scripserat θρεπτά. Atqui θρεπτὰ sunt τὰ τεθραμμένα, θρέπτρα autem τὰ θρεπτήρια, Atticis τὰ τροφεῖα, de quibus e multa virorum doctorum disputatione constat. cf. Hesych. Etymol. Suid.

Legitur tamen θρέπτα in Vrat. b. c. Mosc. 3. vno Vindob. in Eustath. forte contra eius mentem, et in ed. Rom. et in ceteris, vsque ad Barnes, qui mutauit e ms. Mori, et Cant. a m. pr. in θρέπτρα, vt inf. P, 310 legitur, sic quoque Vita Hom. f. 21. et qui potiores sunt, Sch. br. Ven. Vrat. a. Vulgo sunt θρεπτήρια, etiam apud Hesiod. Ἔργ. 185 θρέπτα Ernesti pro antiqua lectione habebat; potest etiam antiquum mendum esse.

480. πρῶτον γάρ μιν ἰόντα. Legebatur νιν hoc vno in loco; cum perpetuum Homero sit μιν. quod etiam in codd. plerisque omnibus legitur et in edd. vsque ad Turnebum, in cuius editionem νιν casu venisse videtur, vnde retinuit Stephanus et seqq. quod Tragicorum esse satis constat, adeoque Atticum; etsi Grammatici Doricum esse aiunt; atqui in ipso Theocrito μιν editur, non νιν. Ita tandem vere grammatici partes tueor, secundum epigramma Herodici (Anal. To. II, p. 65.).

481. ἀντικρὺ δὲ — „γρ. ἀντικρὺς" Barnes: quod a Bentl. hic et alibi reponi iam dixi ad Γ, 359. Faciunt quidem grammatici discrimen, et accentu et significatu, inter ἀντικρύ, τὸ ἐξ ἐναντίας et ἄντικρυς, τὸ φανερῶς· v. Etymol. h. v. Eustath. ad E, 100. et alibi. verum in Homericis haec locum non habent: vt ipse Eustath. fatetur p. 1915, 25 τὸ γὰρ ἄντικρυς τῶν ὑστέρων ἐστί. Hoc

loco, vt Γ, 359. E, 67. 74. 100. et saepe ἀντικρὺ est διαμπερές, at H, 362 ἀντικρὺ δ' ἀπόφημι, Φανερῶς. quaeritur tantum de vltima producenda per σ, si scribatur ἄντικρυς. atqui ipsa caesura τὸ υ producitur.

483. ἄγειρος — ἥ ῥά τ' ἐν εἰαμενῇ ἕλεος μεγάλοιο πεφύκει. Disputatur de voce εἰαμενὴ in Sch. A. Similia sunt in Etymol. partim iam ap. Apollon. Lex. h. v. add. inf. O, 631 et Schol. ad e. l. Hesych. Eustath. Esse locum κάθυγρον καὶ βοτανώδη satis conuenit; quaeritur modo de etymo. Ab ἧμαι vt sit locus, qui subsedit, erit ἡμένη, ἑαμένη, et ipso vsu ἑαμενή. Apud Apollon. Arg. III, 1219 Φάσιδος εἰαμενὴν, et II, 797 ὑΦ' εἰαμεναῖς Ὑ. πίοιο. vtrobique aspirate editur, vbi Schol. εἰαμενὰς δὲ λέγει τοὺς καθύγρους τόπους.

485. Inf. Φ, 37 ὁ δ' ἐρινεὸν ὀξέϊ χαλκῷ Τάμνε, νέους ὄρπηκας, ἵν' ἅρματος ἄντυγες εἶεν. Ex vtroque loco profecit auctor carminis quod inter Theocritea habetur, XXV, 248—251 ὡς δ', ὅταν ἁρματοπηγὸς ἀνὴρ, πολέων ἴδρις ἔργων ὄρπηκας κάμπτησιν ἐρινεοῦ εὐκεάτοιο, θάλψας ἐν πυρὶ πρῶτον ἐπαξονίῳ κύκλα δίφρῳ, τοῦ μὲν ὑπ' ἐκ χειρῶν ἔΦυγεν τανύΦλοιος ἐρινὸς καμπτόμενος, τηλοῦ δὲ μιῇ πήδησεν ὑΦ' ὁρμῇ.

486. ἐξέταμ', ὄΦρα ἴτυν κάμψῃ. Hiatus dubitationem facit; cum vocis ἴτυς vsus aliunde non magis certus sit. Bentl. ὄΦρα ϝιτυν reponit probabiliter. Payne Knight ὀΦρ' ἴτυϝον, de qua forma non magis constat. ὄΦρ' ἴτυν etiam ap. Apollon. Lex. legitur; (vbi est ἡ τοῦ τροχοῦ ἄψις) male tamen, cum prior breuis sit, E, 724.

487. ξ— quod caussam, cur *ad ripam* sternatur arbor, alio loco adiecit poeta (Λ, 493 sq.), scilicet vt ab amni deferatur. At Schol. B. torrentis vi erutam arborem esse vult. Non assequor, quid homines sibi velint: cum poeta ipse arborem narret *data opera a fabro caesum*, vt e ramis rotae curuaturas faciat, trunco humi relicto. Quod autem ποταμοῖο παρ' ὄχθας adiecit, spectat ad populi naturam, locis humidis et ripis prouenientis. Memorat versum Apollon. Lex. ἄζετο. ἐὰν ψιλῶς, ἐξηραίνετο.

Digitized by Google

488. Ἀνθεμίδην Σιμοεΐσιος. Supra 473 erat Ἀνθεμίων. Conſtat ergo hoc et aliis exemplis, vſum ita tuliſſe, vt patronymica in ιδης et ιων eodem loco haberentur. Iam porro neceſſe eſt, vt aut Ἄνθεμος et Ἀνθεμίων vnum idemque eſſet, aut vt Ἀνθεμιωνίδης fieret Ἀνθεμίδης. Hoc alterum Etymol. Heſych. Clarke cum aliis ſequuntur; nam de hac patronymicorum varietate multa paſſim diſputata ſunt, v. c. Valk. ad Theocr. p. 413 et ibi laudd. Occurrit M, 117 Idomeneus Δευκαλίδης, cuius pater fuit Δευκαλίων. Ταλαϊονίδης a Ταλαός. Eſt alia diſputatio de Ὑπερίων et Ὑπεριονίδης: v. ad T, 398. De Μολίων v. ad Λ, 708.

489. τοῦ δ' Ἄντιφος αἰολοθώρηξ — ἀκόντισεν. Vrat. a. τὸν δ'. Nil refert. τοῦ δὲ eſt κατὰ τούτου δέ. vt vbique in his; quartus caſus deſignat ſcopum ſeu locum, vt 492 κατὰ βουβῶνα. αἰολοθώρηξ accipe dictum pro ſimplici αἰόλος, ταχύς, ſed aucta re ad ſenſum, a motu thoracis, dum corpus mouetur: cf. ad B, 816. Idem inf. E, 707 αἰολομίτρης. et ſimili modo, αἰολόπωλος Γ, 185.

491. Antiphus Aiacem petiit haſta, et Vlyſſis ſocium ferit — quod turbati ſunt pugnantium ordines." Recte hoc animaduerſum, et ad iudicium de acie Homerica ferendum notabile. Nam paullo ante vſ. 273—329 magno interuallo Aiacis copiae disiunctae erant ab Ithacenſibus; Neſtoris adeo praeceptum B, 362 ſq. Δ, 297 ſq. nec ad omnes copias ſpectauit, nec ei eſt obtemperatum. Porphyrius, appoſita quaeſtione et λύσει (in Sch. B. et Vat.) ait, potuiſſe Leucum eſſe Vlyſſis ſodalem, et tamen Salaminium eſſe vel in acie cum Aiace pugnare. Attamen paullo poſt 494 Vlyſſes ipſe in propinquo verſatur. Alii dixerant, Aiacem auxilii ferendi cauſſa ordines obiiſſe, adeoque alio loco Vlyſſi, alio Meneſtheo ſuccurrere; etiam ad Patrocli corpus tutandum a Menelao vocari. Atqui haec ad aliam pugnam ſpectant; et praeſtat dicere, nullo ordine ſeruato Achiuos turmatim pugnare; exceptis forte Neſtoris copiis.

Λεῦκον ſcribendum, vt diſtinguatur nomen proprium a λευκόν. Sexcenties hoc inculcant grammatici. cf. Euſtath. p. 638 f. et al.

492. ὁ δὲ — βεβλήκει βουβῶνα, νέκυν ἑτέρωσ' ἐρύοντα. Primo, in βεβλήκει habemus iterum exemplum plusquamperfecti pro imperfecto hiſtorico ſeu aoriſto ἔβαλε. Hoc eſt, quod toties Clarke inculcat. Etſi non video quid reponam ei, qui accipere malit, *percuſſerat*. Poſſis cum Koeppen noſtro contendere, fuiſſe voc. βεβλήκημι, vnde imperfectum eſſet ἐβεβλήκη et — κει. cf. ad Il. A, 221.

ἑτέρωσ' ἐρύοντα. cum ſit conſtanter (v. ad A, 141. Exc. IV.) ϝερυω, apparet corruptam eſſe lectionem. Bentl. cenſebat fuiſſe νέκυν ἕταρον ϝερυοντα. Enimuero νέκυς, ſi bene memini, vbique abſolute ponitur, vt ſit ὁ νέκυς, corpus. Suſpicor primitus fuiſſe βουβῶν', ἑτέρωσε νέκυν ἐρύοντα. Sic P, 277 ἀλλὰ νέκυν ἐρύοντο.

493. νεπρὸς δέ οἱ ἔκπεσε χειρός. Barnes ex Euſtath. ἔκφυγε. Ald. 3. ἔμπεσε vitio.

496. στῆ δὲ μάλ' ἐγγὺς ἰών. Ven. B. ἐγγὺς ἐών, praeferas hoc, quod toties occurrit, et ſemper cum notione, eſſe in ſtatu et loco. Variat tamen ἐών et ἰών. poſſis h. l. iungere στῆ ἐγγύς. Atqui Plato in Phaed. 44 ἡμεῖς δὲ Ὁμηρικῶς ἐγγὺς ἰόντες πειράμεθα. Dictum ergo quoque ἰέναι ἐγγὺς etiam vſu Homerico; nam de iis, qui poſt Homerum ſcripſerunt, nemo dubitet.

497. ἀμφὶ ἑ παπτήνας. Sch. A. contendit ſcribendum eſſe ἀμφὶ ἓ, quia vim habet, ac ſi eſſet ἑαυτόν. cf. ad Il. A, 368. O, 241. Ψ, 202. cum Apollonio de Syntaxi p. 142, l. 3.

Bentleius huc vocat Heſychiana παπτήνας et πεπτήνας. Adde ἀμφὶ ἓ παπτήνας. περιβλέψας ἑαυτόν. om. περί.

ὑπὸ δὲ Τρῶες κεκάδοντο. Etymologus hoc verſu laudato: ταραττόμενοι ἐσκορπίζοντο καὶ ἔφευγον. ἀπὸ τοῦ χάζω, χάσω, κεχάδω (leg. χαδῶ) ἔχαδον, pro quo eſt ἔκαδον, ἐκαδόμην, ἐκάδοντο, κεκάδοντο. „Immo vero vt eſt ὑποχάζομαι, recedo, ita ſit noua forma ὑποκεκάδομαι, a

κεκάδω, vel κεκαδέω, vnde eſt κεκαδὼν Λ, 334. Alio ſenſu κεκαδέομαι occurrit inf. Θ, 353 vbi vide.

498. ἀνδρὸς ἀκοντίσαντος. ἀκοντίσαντος non modo edd. ante Barnes, ſed et codd. pars, rei prosodicae ignoratione.

499. υἱὸν Πριάμοιο νόθον. νόθος, ὁ ἐκ παλλακῆς. Λ. Iuſtrat hanc et cognatas voces Sch. A. Sch. br. Euſtath. melius quam Heſych. h. v.

500. ὅς οἱ Ἀβυδόθεν ἦλθε παρ' ἵππων — ξ— quod notabile eſt (in Sch. A. del. οὐ in verbis: ὅτι οὐ λέγει, aut lege ὅτι οὖν) Priamum equos aluiſſe ad Abydum (erat ea in ditione Aſii: ſup. B, 836.).

Schol. B. narrat fuiſſe qui παρ' ἵππων acciperent ἐφ' ἵππων. At venit ille ab armentis et equili, quod Priamus in iſtis locis, longius a Troia, habebat.

Verſus 499. 500 recitat Strabo XIII, p. 877 A.

501. 2. τόν ῥ' Ὀδυσεὺς — βάλε δουρὶ κόρσην, ἡ δ' ἑτέροιο διὰ προτάφοιο πέρησεν αἰχμὴ χαλκείη. ξ— Sch. A. ἡ διπλῆ, διότι προειπὼν τὴν κεφαλὴν, διέσταλκε κατὰ μέρος τὸν κρόταφον.. Ergo grammaticus κόρσην de capite accepit. Atque ita ſenſerunt Aelius Dionyſius, vt ad alium locum memorat Euſtath. p. 947, 26 et Eratoſthenes ap. Etymol. in κόρη. Aduerſati ſunt alii grammatici, qui κόρσην, ſeu κόρρην, ab Atticis pro malą (γνάθος) dictam, h. l. de temporibus accipiendam eſſe contendunt, vt eam mox ſynonymice per κρόταφον reddiderit poeta. Statuit ſic quoque Pollux II, 40 verſu Homerico adſcripto. Contendas tamen pari iure, κόρσην modo latius modo anguſtius dici de toto capitis latere, in quo etiam malà et tempus eſt, modo de mala; potuiſſe quoque haſtam obliquo ictu per malam in tempus aduerſum exire. κόρσης vn. Vindob.

503. Ad verba τὸν δὲ σκότος ὄσσε᾽ ἐκάλυψε Schol. A. notat: σολοικισμὸς παρὰ τὰς πτώσεις· ἔδει γὰρ εἰπεῖν· τοῦ δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε. Eadem Sch. br. enotarunt. Quis talia a grammatico proficiſci poſſe putet? cum modus loquendi, duplici caſu quarto, tam vulgaris ſit, nec nunc

primo obuius. — ὅσσε κάλυψε Bentl. et hic pro vulgato ὅσσ' ἐκάλυψε reponere iubet.

504. δούπησεν δὲ πεσών — Bentl. huc vocat Heſych. γδούπησεν et δούπησεν v. ad Π, 824. ἀράβησεν οἷον ἐψόφησεν Apollon. Lex. h. v. nunc primum occurrit, abhinc ſaepe videbimus.

505. In Ven. B. eſt ζήτησις· πῶς νικῶσιν Ἕλληνες, οὓς ὁ Ζεὺς θέλει ἡττᾶσθαι. Ad ineptam quaeſtionem ibi multo ineptiora reponuntur. Simpliciter eſt tenendum: alio modo Iouem praelii exitum moderari, alio geri res in praelio per ſolitas viciſſitudines fortunae, quae poetae narrandi copiam et facultatem ſuppeditant. Alioqui nihil quod narrari poſſet, poeta haberet.

506. Ἀργεῖοι δὲ μέγα ἴαχον, ἐρύσαντο δὲ νεκρούς. In edd. ante Barn. erat vbique μέγ' ἴαχον, ἐῤῥύσαντο violata metri lege. Ita tamen et Ven. B. Vrat. c. Moſc. 1. 3. neque aliter codd. niſi quod alii μεγ ἰαχον ἐρύσαντο Cant. Townl. et Ven. Lipſ. Vrat. b. (at a. ἐρύσσαντο; videtur quoque in eo eſſe μέγα.) et Vrat. A. De ϝιαχω v. ad A, 482. B, 316. et de ϝερυειν v. ad A, 141 cum Exc.

508. Περγάμου ἐκκατιδών. Aiunt Schol. A. et B. et br. Πέργαμον eſſe recentioribus quamcunque ἀκρόπολιν, at veteribus tantum Ilii. Eo videtur ſpectare gloſſa Apollonii h. v. add. Heſych. h. v. et ibi not. — In ἐκκατιδών laborat Bentl. quia ϝιδειν, ϝιδων, non admittere videtur κατιδων, et emendat ἐκκαθορῶν. Sane ſic Λ, 337 ἐξ Ἰδης κκθορῶν. N, 4 καθορώμενος. Enimuero obſervatum eſt iam ad B, 316. in compoſitis digamma fuiſſe neglectum. Redit quoque inf. H, 21 Apollo Περγάμου ἐκκατιδών.

510. Laudat Ven. B. Ageſilaum his verſibus vſum. Nos notabimus vetuſtum ſermonem pro eo, quod nos dicimus, eos non eſſe inuulnerabiles; iam vides quoque antiquiſſimum ſermonem eſſe poeticum.

511. χαλκὸν ταμεσίχροα. v. ad N, 340.

512. πάϊς repono: quod Homericum eſt. Sic et Cant.

513. ξ— quod χόλον nunc eodem modo dicit quo μῆνιν (Il. A, pr.)

515. Τριτογένεια. varias vocis origines ſuppeditant veteres et grammatici et philoſophi; ſic et h. l. Sch. A. et ad Θ, 39. Sch. A. B. et Sch. br. cum Euſtath. Vocem iam olim fuiſſe antiquatam facile intelligas. Quod a Tritonide palude nomen repetitur, alienum vtique eſt ab Homero, qui ignorauit fabulas ab rerum Argonautarum et Heraclearum auctoribus inuentas; quas adoptauit Aeſchylus (Eumen. 287) et quibus nimium tribuiſſe videmus Herodotum. Praeſtat dicere, ductum nomen eſſe a τριτὼ, *caput*, et deam Iouis capite natam inter antiquiſſimos mythos habendam eſſe, docet ipſa mythi indoles.

516. ὅθι μεθιέντας ἴδοιτο. ὅθι. „γρ. ὅπου" Barnes. In verbis μεθιέντας ϝιδοιτο manifeſtum eſt vitium metricum. Bentl. iam animaduerſum illud correxit μεθιέντας ὁρᾶτο. (vt A, 56. 198. Φ, 390) vel ὁρᾷτο (vt T, 132 ὅθ' ἑὸν Φίλον υἱὸν ὁρᾷτο. cf. ſimilia ſup. ad vſ. 232. A, 203. Γ, 453. Forte hic quoque antiqua forma vſus erat ὅρητο. v. ad A, 56. 198. Sanabitur tamen locus etiam alio modo, ſi legas ἐπεὶ μεθιέντα ϝιδοιτο. Sic N, 229 ὅθι μεθιέντα ἴδηαι. cf. ſup. ad vſ. 240.

517. Διώρεα μοῖρα πέδησε. „Ἰακῶς. Ἀρίσταρχος." Schl. A. Mirum vero, quod Ariſtarchus non vbique hoc ſequutus eſt, vt Ionica teneret, vbi metrum non intercedebat. κατὰ μοῖρ' ἐπέδησε Schol. Aeſchyli in Perſ. 569 recitat memoriter.

518. χερμαδίῳ — ὀκριόεντι. Vitioſe ὀκρυόεντι codd. et edd. vt et aliis locis. Primus emendauit Clarke. v. ad M, 380.

520. Piros, ὃς ἄρ' Αἰνόθεν εἰληλούθει. Bentl. adſcripſerat ὅς ῥ' — Eſt quaeſtio in Sch. B. quomodo hoc conueniat cum lib. II, 844. 5 vbi ille Thraces ad Hellespontum duxiſſe dicitur? Videbis λύσιν in Obſſ. ad e. l.

Digitized by G

Hemiſtichium recitat Harpocrat. in Αἶνος, additque locum ex Ephoro, de Graecis, qui aliquando in eam immigrarunt e diuerſis locis.

521. λᾶας ἀναιδής. ξ— quod ἀναιδὲς dixit τὸ ἀνένδοτον καὶ σκληρόν. Sch. A. τραχὺς eſt in Sch. br. et Apollon. Lex. h. v. ὁ βίαιος καὶ σκληρός. καὶ ὁ ἀναιδὴς (deeſt λᾶας). In E, 593 eſt Κυδοιμὸς ἀναιδής, et N, 139 πέτρη. Probabile ſit, dictum eſſe de omni re, quae modum excedit, adeoque et de re nimis magna, fere vt Lat. *improbus*.

522. ἄχρις ἀπηλοίησεν. ἄχρις. νῦν, καθόλου. Schol. br. Euſtath. Suidas in ἀλοιῶν et in ἄχρι. Non probabat hoc Erneſti, et coniiciebat, eſſe dictum pro ἄχρι παντός. Etiam Bentl. haeſit, et tentanit λέχρις, h. e. πλαγίως. Enimuero ἄχρις conuenit cum Lat. *vsque*, vsque ad oſſa, ὀστέα ἄχρις, pro ἄχρις εἰς τὰ ὀστέα, fere vt Euſtath. τοὺς τένοντας ἄχρις, καὶ εἰς τὰ ὀστᾶ. Inf. Π, 324 eſt ἀπὸ δ' ὀστέον ἄχρις ἄραξε, h. e. ἀπήραξε (τὸν ὦμον) ἄχρις ἐπὶ τὸ ὀστέον h. vna cum ipſo oſſe. P, 599 γράψεν δέ οἱ ὀστέον ἄχρις αἰχμή. Conuenit ex parte quod occurrit διὰ πρὸ, vt E, 66. — Spectat ad h. l. Heſych. ἀπηλοίησεν. ἀπήλασεν. ἀπέκοψεν, quod et in Apollon. Lex. eſt, et in ἄχρις ἀπηλοίησεν, quod vitioſe ibi ſcriptum eſt. Ammonius p. 27. ἄχρις — Ὅμηρος· ἄχρις ἀπηλοίησεν. οἷον, ἀκριβῶς ἀπέκοψεν. Tradit ibi ἄχρι eſſe χρονικὸν ἐπίῤῥημα, ἄχρις eſſe ἀκριβῶς. At Phrynichus μέχρις καὶ ἄχρις ἀδόκιμα. μέχρι δὲ καὶ ἄχρι λέγε. Scilicet haec Attica eſſe volunt, illa vulgaria.

ἀπηλλοίησεν vitioſe Vrat. a. et Suidas l. c. Idem vitium et ἀπηλλοίωσεν et ἀπήλησεν eſt in aliis recent. vt in Vindob.

524. ὅς ῥ' ἔβαλέν μιν. Cant. et alius codex ap. Bentl. cum Vindob. Alt. Etiam Erneſti ſic emendabat, quia vulgatum ὅς ῥ' ἔβαλέν περ exemplo caret, et inſuaue eſt ῥά περ. Malim Ionicum, ὅς ῥα βάλεν μιν.

525. οὗτα δὲ, de prosodia vocis οὗτα vltima breui, v. ſup. ad 319.

Digitized by Google

526. χύντο χαμαὶ χολάδες. τὰ ἔντερα. de vocis etymo a χολὴ bonum eſt Scholion Ven. A. B. Sch. br.

Ὅσσε κάλυψε Ionice. Cant. Vrat. a. vt 461. 503.

527. τὸν δὲ Θόας Αἰτωλὸς ἐπεσσύμενος βάλε δουρί. Vulgg. ἐπεσσύμενον. ξ Ariſtarchus ἀπεσσύμενον legebat, h. e. ἀπιόντα, quod et Sch. br. habent, et cod. Townl. cum Moſc. 3. Erneſti ait, ſic omnes edd. veteres legere; hoc ita ſe non habere, docuere me veteres editiones inſpectae; vbique eſt ἐπεσσύμενον, vsque ad edit. Cephalaei Argent. 1542. in qua primum ἀπεσσύμενον legitur; petitum vtique e Sch. br. et pro var. lect. appoſitum eſt in ed. Spondani, recepit tandem Turnebus. At hic bonum criticum ſe probat Schol. A. ἄτοπος δὲ τελείως, inquit, ἡ Φερομένη, ἐπεσσύμενον. Scilicet Piros occupatus erat in transfigendo haſta Diorem. Neque tamen ἀπεσσύμενον poteſt probari, quia abeuntem non potuit in pectore haſta percutere. Quid multa? Non Piros irruere potuit, ſed Thoas, legendumque eſt ἐπεσσύμενος. Et ſane Sch. A. ἐν δὲ τῇ ἑτέρᾳ (Ariſtarchi ἐκδόσει) ἐπεσσύμενος (male excuſum — ον) ἵνα ἐπὶ τοῦ Θόαντος λέγηται.

528. πάγη δ' ἐν πνεύμονι χαλκός. Euſtath. ad Od. B p. 83 ἐν πλεύμονι, καθά τις γράφει τῶν παλαιῶν.

529. ὄβριμον ἔγχος· ὄμβριμον et h. l. alii. v. ſup. ad 453.

533. Θρῆϊκες ἀκρόκομοι. poteſt epitheton plures habere ſignificatus; vide vel Apollon. h. v. Verum huius generis ſunt innumera, in quibus, cum res ipſa ignota nobis ſit, non niſi, qui nimium ſibi placet, aliquid definire auſit, et iraſcatur aliis aliter ſtatuentibus. Suſpicor Thraces erectos in vertice habuiſſe cincinnos, vt multi barbari, Germani quoque priſci, et nunc Americae populi habere ſolent. Aliter videntur dicti heroes ὑψιχαῖται, comati, vt in iuuenili aetate, ap. Pindar. P. IV, 306. In Vrat. c. erat ἀκρότομοι, ſed correctum.

534. 5. verſus repetiti inf. E, 625 et alter Λ, 571. N, 148.

Digitized by Google

534. *οἵ ἑ μέγαν περ* — *οἵ ἑ* nunc ſcriptum eſſe volunt Sch. A. vt eſt quoque in Apollon. Lex. h. v. non *οἵ ἕ*, vt paullo ante 497 *ἀμφὶ ἕ* malebant.

ἀγανόν. ad h. v. ſpectat gloſſa Apollonii: *καλὸν, ἐπιφανῆ* (non — *ες*) *θαυμαστόν. ὁ δὲ Ἀπίων· καλὸν, σεμνόν.* Sch. br. *λαμπρόν.* Heſych. *λαμπρὸν, θαυμαστόν.* cf. ad Γ, 268.

535. *ὥσαν ἀπὸ σφήων· ὁ δὲ χασσάμενος πελεμίχθη.* Sch. A. *ἡ διπλῆ πρὸς τὸ σημαινόμενον· ὅτι τὰ ἐμπησσόμενα* (h. *ἐμπαγέντα*) *δόρατα ἀναχωροῦντες διετίναξαν, ἵνα ἐκπέσῃ· discedentes*, inquit, *haſtas clipeo excuſſerunt.* Obſcurum eſt, quid haec ad h. v. faciant; debebat ſaltem eſſe *πελέμιξε* ſc. *τὸ σάκος.* Similia tamen leguntur in Sch. B. et in Euſtath. repetuntur quoque eadem ad Λ, 571 et N, 148. vbi eſt: tela *ἐν μεγάλῳ σάκεϊ πάγεν*, h. *ἐμπάγησαν* et ibi Zenodotus vexatur, quod non aſſequutus ſit cum reſpectu ad h. l. Videntur adeo *πελεμίχθη* actiue accepiſſe, *concuſſit clipeum.* Eſt tamen notio *τοῦ πελεμίζειν* et *πελεμίχθη* ſatis conſtituta: *πελεμίζειν, κινεῖν, διασείειν*, reddunt omnes; ſic Θ, 443 *ὑπὸ ποσσὶ μέγας πελεμίζετ' Ὄλυμπος*, et Π, 612 *οὐρίαχος πελεμίχθη ἔγχεος.* Etiam Sch. br. h. l. *διεσείσθη. ἀνεκινήθη*, vt ſententia alia eſſe poſſit nulla, quam: recedens Thoas a turba eſt iactatus, ab vrgentibus vndique contuſus.

χασσάμενος πελεμίχθη eſſe pro *πελεμιχθεὶς ἀνεχώρησε*, obſeruant Schol. Pind. P. I, 8. Iſthm. I, 26 cum aliis, vt Sch. br. ad E, 626. Sch. Sophocl. ad Electr. 19.

χασάμενοι ignoratione prosodiae paſſim ſcriptum: etiam apud Suidam. et Apollon. Lex. *σφείων. αὐτῶν. ὥσαν ἀπὸ σφείων.*

536. *ὣς τώγε.* Vindob. Alt. corrupte *ὣς οἵ γε.*

539. *ἔνθα κεν οὐκέτι ἔργον ἀνὴρ ὀνόσαιτο μετελθών.* ξ „quod *κεν* otioſum eſt“ vix hoc aſſequor, *ὀνόσαιτό κεν quis vituperaturus ſit?*

οὐκέτι. Ptolemaeus Aſcalonita legebat *οὐκ ἔτι* in Schol. Sophocl. Trach. 19. Quid tamen interſit, haud

Digitized by Google

apparet. Fuit et tertia lectio, ſi recte intelligo verba: ἰστέον δὲ, ὅτι ὁ Ἀσκαλωνίτης βαρύνει τὴν ου ἀπόφασιν ουκετι, ἵνα ᾖ τὸ ἐξῆς ἀρχὴ, ἔτι. οὐκ ἔτι ſcribitur ab aliis.

Fuit et alia lectio ἐν παραλλήλοις (grammatico opere) οὔ κε τι ita vero eſſe κεν et κε. Simpliciſſimum erat dicere, οὐκέτι h. l. poſitum eſſe, vt ſaepe alibi pro οὐκ Incidit tandem in hoc alius grammaticus in Sch. A. ſed laudat parum commode ex Odyſſea: ἔνθ' οὐκέτι ἤνδανε Νύμφῃ (legitur ibi nunc ἐπεὶ). Miror tamen ἔτι v. 540 non aeque vacare viſum otioſe; pro quo ſane eſſe potuit ὅστις ἂν ἄβλητος — δινεύοι. Tandem grammaticus obſeruat: ὅτι χρῆμα καὶ χρόνος ἐνήλλακται. Videtur haeſiſſe in ὀνόσχιτο aoriſto, et δινεύοι. ἄγοι. iunctis.

540. ἀνούτατος. et ἀνουτητὶ X, 371. At Σ, 538 ἄουτον. ξ— quod in ἄβλητος καὶ ἀνούτατος ſeruatum discrimen inter οὐτάσαι et βαλεῖν, hoc *eminus*, illud *cominus*. Obſeruatiuncula ſexcenties repetita, Ariſtonico, cuius ſunt σημεῖα, admodum grauis videri debuit; nec minus tamen aliis; occurrit enim etiam v. c. ad Eurip. Hippol. 684.

541. ἀγοι δε ϝε. δινεύει et ἄγει ap. Bentl. cod. Sane Heſych. διανεύει. στρέφει, κυκλοῖ. corr. δινεύει. Laudat quoque Bentl. δινεύοιτο. ἀναστρέφοιτο.

543. 544. Duo hi extremi verſus otioſi languent. Bentl. iam excluſit eos numero. Facile agnoſcas rhapſodum.

Digitized by Google

EXCVRSVS AD LIBRVM IV

EXCVRSVS I

De acie Homerica et tactica Achiuorum et Troianorum. *)

Cum ad tacticen latius acceptam plura ſpectent, quam quae hic in conſiderationem venire poſſunt; monebo, eam nunc referri a me, tantum ad rationem eam, qua heroum temporibus copiae deſcriptae, agmine et acie ordinatae ac diſpoſitae fuerint; etſi non ignoro ad hanc ipſam requiri, vt bene deſcriptae ſint copiae in numeros ſuos, vt conſtituti ſint duces eorumque vices et partes: quarum tamen rerum non niſi rudimenta Iliacis temporibus innotuiſſe in confeſſo eſt.

Bello iam per nouem annos ad Troiam protracto, Troianis ſe muris continentibus, Achiuis autem partim vicina quaeque populantibus, partim eſcendere muros (VI, 435 ſqq.) et inſidiis collocandis fraudem facere meditantibus, nec vrbem ita ab omni parte obſidentibus vt omni commeatu intercluſi eſſent Troiani; cum ad bel-

*) Egi de his in Commentatione a. LXXXIII. recitata et Vol. VI. Commentationum Societ. R. Soc. Gotting. inſerta p. 137. Emendatiora poſtea, vt fit, rerum vſu edoctus prodidi ad calcem libri de Campo Scamandrio Lecheualerii (*Beſchreibung der Ebene von Troia*, p. 246.) retractata ea ſunt a Lenzio in Comitis *de Choiſeul Gouffier* libro ſimilis argumenti. Repetam h. l. ea, quae interpretandi carminis vſibus accommodata eſſe viſa ſunt.

Digitized by Google

li ſummam nihil magnopere profeciſſent Achiui: exorta inter Achillem et Agamemnonem ſimultate, cum ille iratus ſe ſuosque Myrmidones ab omni militari opera contineret, Agamemnon in eius inuidiam et contemtum copias educere (II, 29 ſq.) et ſine Achille vrbem capere conſtituit. Tum Troiani de discordia in caſtris hoſtium mota, edocti, vrbe exire conſtituunt: id quod antea non erant auſi facere, (lib. V, 788. 791. IX, 351 ſq. XIII, 101. 5 ſq.) ſeniorum hoc quidem conſilio (lib. XV, 721—3) qui bene intelligebant, protracto bello Achivos viribus fractis re infecta diſceſſuros eſſe. Hoc idem conſilium vt ſequerentur, re ad naualia ſatis proſpere geſta, Troianis ſuadebat Polydamas; verum Hector, partim animi ferocia elatus, partim, quod belli diuturnitate opes Troianorum attritas videbat, (lib. XVIII, 285 ſq.) iterum includere moenibus copias noluit.

Iam, antequam de copiis in aciem eductis dicam, pauca de copiis ipſis ſunt monenda. Troiani quidem ſociorum copias adiunctas habebant, partim ex ipſa Troade, partim e vicinis barbaris collectas; Achiuorum vero exercitus ex populis communis ſtirpis et originis compoſitus erat; etſi cum aliqua tribuum, familiarum, terrarum ac ſedium morum quoque et armorum diuerſitate. Omnino robur exercitus in curribus et grauis armaturae militibus erat; qui tamen multo inferiores numero fuiſſe videntur; maiore parte inſtructi erant haſtis miſſilibus; cateruae ſagittis vtentes, niſi fallor, pauciſſimae; etſi inter exercitationes memorantur Myrmidonum τόξα Il. B, 774. 5. et in certamine funebri Ψ, 850 eſt τοξεία. De Locris arcu et funda vtentibus fidem facit locus Il. N, 713 ſq. Alii graui armatura erant inſtructi, hoc eſt haſta longa, ſcuto, galea, ocreis, vt Myrmidones XVI, 211. 214 ſq. et Abantes B, 542 ſq. ſicque Argiui et Lacedaemonii quos omnes ὁπλίτας fuiſſe apparet. Armis iisdem, grauioris tamen molis et ponderis, inſtructi fuerunt illi, qui curribus inuehebantur, quod ipſa, puto, armatura coegit facere, cum expeditiorem inceſſum illa non ad-

mitteret: ipsi dicti ἱππεῖς, reliqui autem omnes, quocunque armorum genere vterentur, *pedites*, πρυλέες, vt lib. V, 743. etsi a grammaticis πεζοὶ ὁπλῖται fere reddi solent: etiam in Etymologo; ipsi principes, curribus relictis pugnantes, πρυλέως pugnare dicuntur XII, 77. XI, 49. et narratur lib. XXI, 90 aliquis cecidisse ἐν πρώτοις πρυλέεσσι; dux πρυλέων vno loco memoratur lib. XV, 617. Eos, qui post promachorum prolusiones pugnant, pedites *turmatim* fere pugnare videmus, non acie vna continua; tum nec apparet, quot et an certi cuiusque turmae ordines fuerint, in quos dispositae essent; qui post primos ordines stabant, non nisi missilibus vti potuere aut otiosi steterunt; primi ordines, pugnae saltem principio, ita sunt dispositi, vt clipeis consertis phalangem constituant, seriores συναspισμὸν, appellarunt; verum nihil fieri videas, quod ad totam aciem spectet, sed per turmas modo incurritur, modo receditur; modo pugna restituitur. Ita quoque turmatim modo perrumpere turmas hostiles oppositas student, modo densatis ordinibus hostem repellere; qua de re loci aliquot sunt ab antiquis diligenter notati XIII, 129 sq. XVI, 211 sq. πύργος quoque appellatur istud aciei genus et πυργηδὸν pugnatur, singulis saltem turmis: vt IV, 334. 347. XII, 43. Interea prima tactices elementa in hoc agnoscas, quod turmae saltem certos ordines seruare didicerant. Tribuuntur quoque pugnantibus στίχες, generali aliqua notione; nam de nostris ordinibus nondum est cogitandum; omnino vocibus his, etiam ὅμιλος, στίχες, Φάλαγγες, non tam subtiliter vtitur, vt certi aliquid definias.

Principes curribus inuecti, quos leues et humiles fuisse satis constat, ita vt facile conscendi possent a tergo, non vno modo pugnant, modo de curribus, irrumpendo in turmas peditum, modo eas praeteruecti, vt videant qua perrumpere cateruas infirmiores possint, modo curru descendunt et pedites pugnant, prope habito curru ab auriga: ad regendos enim equos altero in curru stante opus erat; is ἡνίοχος, qui pugnat, παραβάτης,

Digitized by Google

dicti. Habendus autem erat currus in propinquo, vt fessi pugnando, aut vulnere accepto, aut hoste grauius incumbente, eo conscenso saluti consulere possent. Solent quoque arma occisis ademta in currum reponi; interdum quoque dominorum caesorum corpora imposita reportari. De omnibus his nemo multum laboret. Hi principes, ἀριστῆες vbique ante aciem locantur; inter vtramque aciem (ἀνὰ πτολέμοιο γεφύρας lib. XII, 160 et al.) ante ordines discurrunt; iidem πρόμαχοι plerumque dicti; non in vnam turmam collecti, sed ante suam quique turmam pugnantes. Ceterum, quando in conspectum ventum est, primo plerumque turmae missilibus temere iactis hostem lacessunt; inde promachi procurrunt, et ante ordines pugnant; ita pluribus locis pugna increbescit. Hic de curru pugnandi mos ad omnem pugnae, qualis tunc erat, morem et rationem vim habere praecipuam debuit, ita vt omnis fere pugnae fortuna in hac pugnantium parte sita esset. Quod celerius se mouere, adoriri alios, aliis succurrere, facile et ex improuiso, poterant, magnam vtilitatem habebat; nec minorem hoc, quod aliquamdiu curru inuecti ad pugnam statariam alacriores descendere aut ex ea fessi in currum se recipere poterant, licebat quoque heroibus Homericis vti armis grauioribus ac magno aeris pondere corpus prementibus, quibus incessum ceteroquin tardari necesse fuisset; etsi vel sic vasta corporum moles vastumque robur ad arma haec tractanda requireretur: in quo Homerus declarando aliquoties sibi placet. Debuit quoque promachorum ante aciem exsultantium mos et vsus ad augendam et incendendam singularium hominum virtutem mirifice accommodatus esse. Altera tamen ex parte pars exercitus longe maxima inutilior ad pugnam reddita est hac ipsa re, quod curribus geri res solebat; pedites enim curru inuectis haud facile resistebant, nec in animum inducebant, ipsi leuiter armati pugnare aduersus homines thorace, galea, scuto, quod vulgaribus armis haud peruium esset, hasta longa ponderosa armatos, et tectos tutosque in ca-

dicti. Habendus autem erat currus in propinquo, vt feſſi pugnando, aut vulnere accepto, aut hoſte grauius incumbente, eo conſcenſo ſaluti conſulere poſſent. Solent quoque arma occiſis ademta in currum reponi; interdum quoque dominorum caeſorum corpora impoſita reportari. De omnibus his nemo multum laboret. Hi principes, ἀριστῆες vbique ante aciem locantur; inter vtramque aciem (ἀνὰ πτολέμοιο γεφύρας lib. XII, 160 et al.) ante ordines discurrunt; iidem πρόμαχοι plerumque dicti; non in vnam turmam collecti, ſed ante ſuam quique turmam pugnantes. Ceterum, quando in conſpectum ventum eſt, primo plerumque turmae miſſilibus temere iactis hoſtem laceſſunt; inde promachi procurrunt, et ante ordines pugnant; ita pluribus locis pugna increbeſcit. Hic de curru pugnandi mos ad omnem pugnae, qualis tunc erat, morem et rationem vim habere praecipuam debuit, ita vt omnis fere pugnae fortuna in hac pugnantium parte ſita eſſet. Quod celerius ſe mouere, adoriri alios, aliis ſuccurrere, facile et ex improuiſo, poterant, magnam vtilitatem habebat; nec minorem hoc, quod aliquamdiu curru inuecti ad pugnam ſtatariam alacriores deſcendere aut ex ea feſſi in currum ſe recipere poterant, licebat quoque heroibus Homericis vti armis grauioribus ac magno aeris pondere corpus prementibus, quibus inceſſum ceteroquin tardari neceſſe fuiſſet; etſi vel ſic vaſta corporum moles vaſtumque robur ad arma haec tractanda requireretur: in quo Homerus declarando aliquoties ſibi placet. Debuit quoque promachorum ante aciem exſultantium mos et vſus ad augendam et incendendam ſingularium hominum virtutem mirifice accommodatus eſſe. Altera tamen ex parte pars exercitus longe maxima inutilior ad pugnam reddita eſt hac ipſa re, quod curribus geri res ſolebat; pedites enim curru inuectis haud facile reſiſtebant, nec in animum inducebant, ipſi leuiter armati pugnare aduerſus homines thorace, galea, ſcuto, quod vulgaribus armis haud peruium eſſet, haſta longa ponderoſa armatos, et tectos tutosque in ca-

teruam curru irruentes. Nec vero curruum nisi in eam-porum planitie vsus esse potuit; quae ipsa res fecit, vt, quae ex locorum situ, montium iugis, amnium aut torrentium vadis capi possent, vtilitates aut spernerentur aut ignorarentur. Tandem illud quoque in curruum vsu minus probandum, quod, cum bini vtique currui insisterent, *) alter vt equos regeret, erant in singulis curribus singuli viri fortes, quorum opera et manu pugnantium ordini carendum erat; altero vero caeso alterius quoque opera erat inutilis, (v. c. XVII, 459 sqq.) quippe in regendis equis consumenda. In aperto quoque est, quod idem mos effecit, vt minus roboris in reliqua acie esset, porro vt illa ad vnum aliquod imperium ac nutum regi nequiret; quae tamen in modum machinae, ad certum vnius consilium per plures ordine dispositos facile moueri debet, ita vt in multorum millium congressu, non aliter ac si duo bellarent, res gerantur, et multitudo personae vnitatem induat. Videas quoque factum, inprimis in loco impedito, vt omnes curru descendant et pedites pugnent (XI, 47) curribus habitis in extrema acie. Ceterum ex hoc promachorum pugnantium more rem interdum deductam videmus ad id pugnae singularis genus, quo vnus fortissimus fortissimum ex altera acie prouocat, vtque, pactione facta, vtriusque exercitus fortuna rerumque summa disceptatio huic pugnae committatur; quod statim Il. III, 15 sq. factum videmus. Idem promachorum procursus ante aciem locum fecit sermonibus illis, quos inter se habent nonnunquam pugnaturi apud Homerum. Consistebant hinc inde turmae, nec mouebant se loco, si duo promachos congressos videbant. Spoliatio quoque caesorum vix locum habuisset, nisi per promachos prosilientes ante aciem res gesta esset; circumdat quemque sua turma aut popularium concursus. Itaque ad caesos spoliandos et subtrahendos so-

*) Itaque in certaminibus curulibus, cum pugnandum non esset, vnum insistere currui videmus: lib. XXIII, 287 sq.

lent pugnae oriri, modo ſingulares, modo turmarum conglobatarum, modo promachorum plurium in eundem locum confluentium. Magna carminis Homerici pars in pugnis his cateruatim factis conſumitur, maxime in Patroclo caeſo. Quod autem hic mireris, tanquam a noſtro militaris exiſtimationis et laudis iudicio alieniſſimum, ſpoliat caeſum interdum alius, quam qui occiderat; neque id dedecori habitum (vt IV, 463.) Hoc ſpoliandi more quantopere pugna turbari et inhiberi debuerit, in promtu eſt ad intelligendum; itaque in medio pugnae diſcrimine edicit Agamemnon, vt ne ſpoliandis corporibus moram quisquam faciat; lib. VI, 67.

Memorantur duo inter principes Achiuorum, tactices arte aliqua inſtructi: Meneſtheus, dux Athenienſium, (Il. II, 553. 4.) nihil tamen praeterea de eo occurrit, quod dicto fidem faciat; niſi quod lib. XIII, 689 Athenienſium delecti, *προλελεγμένοι*, duce Meneſtheo, denſam turmam obiiciunt Hectori irruenti. Alter, Neſtor, duobus locis laudatur, ſpeciminibus quoque artis propoſitis. Primo lib. II, 362. conſilio dato, vt Agamemnon exercitum per *Φῦλα* et *Φρήτρας* disponi iubeat; videtur itaque, quod vix credas factum, ante id tempus pugnatum eſſe promiſcue, et permixtim, prouti turba confluxerat in aciem progreſſa; ita, pergit ille, promtum fore ad intelligendum, quantam ducum quisque et turmarum quaeque virtutem exſerat; cognoſci quoque poſſe, ignauia ne an imperitia pugnandi bellum protrahatur. Alter locus eſt lib. IV, 297 de ordinando exercitu, vt currus collocentur in prima et in extrema acie, quotquot inter pedites eſſent copiae validiores; in medio autem multitudo, cuius virtuti confidere haud poſſit: quae ſane res non eſt magnae ſagacitatis, laudanda tamen in tactices incunabulis. Adiunctum eſt vſ. 301 ſq. aliud praeceptum, quod ad currus ſpectat (*τοὺς ἱππεῖς*) vt ii qui curru vehuntur, *contineant equos*, nec turbas faciant; tum, vt in ipſis *ordinibus ſtent*, nec ante ordines procedant nec retrocedant poſt eos; ita

Digitized by Google

enim maius eorum robur fore; tandemque, vbi ad hoſtem peruentum fuerit, ita vt in curru ſtantem hoſtem telis attingere poſſint, vt *haſta eum de curru petant*, adeoque non deſiliant nec pedites pugnent. Prouocatur in his ad exemplum maiorum. Ita enim locum vexatiſſimum accipiendum eſſe iam olim docuimus, et nunc ad Δ, 301 — 306. Atque ita pugnari videmus VIII, 118 ſq.

Bene quidem Neſtorem ita praecepiſſe videmus; at quae inde de praeliis factis narrantur, docent aut ei parum fuiſſe obtemperatum, aut, ſi in pugnae initio id factum, paullo poſt turbatam eſſe aciem, aut ad ſolos Pylios Neſtoris praecepta et conſilia ſpectaſſe. Quod ad prius illud attinet, de copiis per φῦλα et φρήτρας disponendis, vſus eius inſtituti per ſe non tantus eſſe potuit, vt ordines ſeruarentur; deſcriptio iſta fuit comparata ad originis et ſtirpis rationem, vt ii, qui a communi ſtirpe genus ducerent, ſecundum gentes per plures tribus distributi, in vno loco conſiſterent, diſpeſcerentur autem in tot turmas, quot eſſent cuiusque tribus familiae per plures domos, pagos, tractus diſperſae ſanguine inter ſe et connubiis iunctae; hae debuere eſſe φρῆτραι; ita Theſſalos puta deſcriptos fuiſſe in plures ſtirpes ac populos, hos in ſuos demos, ſecundum ſtirpes ſuas diuerſis tractibus incolentes, aut per vrbes pagos, vicos, habitantes, vtque iis praeeſſent duces, qui in ſua quisque ſtirpe, in ſuis gentibus, aut plurium gentium et familiarum coalitione eſſent principes: quo loco, vt exemplo vtar, apud Iſraelitas tribuum erant principes, iidem et genere et auctoritate et poteſtate alios praeeuntes. In recenſu copiarum lib. II videmus fere deſcriptionem copiarum ad hunc modum vniuerſe propoſitam, ita vt forte ducum numerus deſignare videatur copiarum cuiusuis populi distributionem in agmina et numeros: Itaque Boeoti, cum quinos habeant duces, videntur quoque quinis turmis pugnaſſe, Orchomenii binis, totidem Phocenſes, Locri vno, vno quoque Euboea

enſes; et ſic porro. Nihil tamen ſatis exploratum eſt, nec in his: nam multos paſſim in carmine ducum nomine memorari legimus, qui in Catalogo non memorantur. Troianorum acies multo etiam rudiore arte inſtructa fuiſſe videtur; nam (lib. II, 802.) etſi Hectorem principatum habuiſſe videmus, non tamen niſi ſuorum ciuium imperator haberi poteſt; adiuncti ſunt ſocii e diuerſis regionibus, diuerſa lingua vtentes, adeoque et armis ac more pugnandi diuerſi; ſuis quique ducibus parentes; ita vt Hector ſummam tantum belli in proponendo pugnae ſigno adminiſtraſſe videatur.

Quanta vtilitas eſſe potuerit alterius inſtituti, vt copiae deteriores et infirmiores in medio ordine, inter primam et poſtremam aciem, collocatae eſſent, diiudicatu haud difficile eſt. Mirum tamen illud, quod per totam Iliadem nullam nec prioris nec alterius inſtituti factam meminimus mentionem. Laudantur plerumque vniuerſim Achiui, Argiui, Danai, aut ſigillatim copiae ducum vel populorum; nusquam aciem Achiuorum, quomodo ea inſtructa fuerit, accurate poeta expoſuit; declarantur pleraque per duces, quorum virtute res geruntur. Atque hoc illud eſt, in quo magni ingenii poetam partim videmus impetu animi concitati ferri, partim iudicio et prudentia vti, cum ad ea narranda properat, quae vim aliquam ad audientium animos tenendos habere poſſunt; in quo ille bene ſenſit ſibi non hiſtorici vires et partes eſſe ſumendas, vt docere velit et *docendo delectare*; ſed delectare, et *delectando docere*. Bene quoque ſenſit poeta, ſi conſilium ſuum obtinere vellet, ſibi non eſſe ſubſiſtendum in pugna vniuerſe expoſita, ſed eſſe deſcendendum ad virtutes *ſingulorum*, quandoquidem haec, quae a ſingulis perpetrantur, poeticae narrationi vnice conſentanea ſunt; variari quoque ita poteſt pugnae facies multis ac variis modis. Ita omnis fere narratio redit ad promachos et a ſingulis viris ſtrenue facta.

Neque tertii praecepti Neſtoris, quod ad pugnantes de curribus ſpectat, obſeruantes eſſe Achiuos videmus

in pugnis, quae fiunt; nam in primo ſtatim congreſſu Diomedes de curru deſilit, IV, 419 et pedes irruit in duo Daretis filios in curru ſtantes, lib. V, 13. et ſic in ſeqq. alii. Tertiae pugnae, quam inde a lib. XI factam videmus, alio modo inſtruendae neceſſitatem attulit ipſum pugnae genus; nam Achiui pridie intra vallum ſe recipere coacti currus nunc intra foſſam tenent, ipſi pedites exeunt etiam promachi, ſed intra ordines ſeu turmas, vt adeo pugnam miſſilibus factam credas; donec Achiui perrumpunt turmas Troianorum vſ. 99. proſilit nunc inter promachos Agamemnon, et ſic alii; quos tamen caedunt, ſunt et ipſi e Troianorum promachis.

In ipſa pugna innumera fiunt, quae ſunt a praeceptis tactices aliena, quae facile quisque pro ſe obſeruabit, nonnulla quoque locis ſuis ſunt animaduerſa.

Deſcriptionis vniuerſae aciei ſpeciem aliquam habere videri poſſunt ea, quae de Agamemnone narrantur ordines obeunte, dum hortatu minisque incendit animos; hac enim in diſcurſitatione pererrat ille primo Cretenſium ordines; quos adeo ipſi proximo loco ſtetiſſe neceſſe eſt; lib. IV, vſ. 251.; tum Salaminiorum, inde Pyliorum, Athenienſium, Cephalleniorum, quos Vlyſſes ducebat, et Argiuorum, quos Diomedes. Quaeri poteſt, vnde et ad quas partes progreſſus ſit Agamemnon. Scilicet *mediam aciem* probabile ſit tenuiſſe Agamemnonem et Menelaum, cum Mycenaeis et Lacedaemoniis; Agamemnonem autem ordines verſus cornu *laeuum* pererraſſe; hic tamen turmarum ordo non ſatis conuenit cum iis, quae in ipſa pugna narrantur; ita Aiax vbique tenet extrema laeui cornu. Ignoramus porro, quinam populi in *dextro* cornu ſteterint, quod alioqui nudatum fuiſſet, cum Achilles ab hac parte in caſtris remaneret; nam is caſtrorum dextra ad Sigeum cum Myrmidonibus tenebat. Niſi dicendum eſt, omnino de acie media inter duo cornua non eſſe cogitandum, ſed aciem continuam ab vno cornu ad alterum pertinuiſſe.

Digitized by

Quod iam ſupra dictum eſt, in acie ordinanda nihil regi ac conſtitui *vnius* per totum exercitum conſilio, ſed ducum quemque pro lubitu copias ſuas disponere, hoc in primae pugnae principio ſtatim intelligitur: cum ante Agamemnonis et Menelai aciem pugnatur a Paride et Menelao, moxque violato foedere congreditur vtraque acies, Cephallenes et Athenienſes e longinquo proſpicientes expectant, non tam ſignum pugnae propoſitum, verum exemplum aliarum turmarum in hoſtem tendentium, IV, 330 ſq.

In primo congreſſu quo ſcutatorum (ὁπλιτῶν) ordines primo concurrunt 447 ſq. paullo poſt manus videmus primum committentem Antilochum, adeoque Pylios (IV, 457); Aiacem, adeoque Salaminios, Vlyſſem cum Ithacenſibus, Diorem (vſ. 517) ex Epeis Elidis, Thoantem Aetolum; tum Diomedem, primas virtutis laudes ex ea pugna nactum. (lib. V.) Fuga Troianorum iam facta memorantur Agamemnon, Idomeneus cum Merione ſodali, Menelaus, Meges; is ex Echinadibus copias adduxerat; Eurypylus e Theſſalia, Sthenelus Diomedis ſodalis. Ordines vix vllos ſeruatos videmus; ſaltem poeta nullum nec pugnae nec pugnantium ordinem prodit vel obſervat. Narratur hinc (lib. V, 628 ſq.) congreſſus Tlepolemi et Sarpedonis, adeoque Rhodiorum et Lyciorum, quos ſibi vtrinque aduerſos ſtetiſſe neceſſe eſt; et Rhodios quidem propiores ad laeuum Myrmidonum latus, dextrum forte Argiuorum latus tegentes. Superuenit inde Hector cum Troianis e media puta acie auxilium Sarpedoni laturus (V,682). Narrantur in pugnis ſequentibus interdum dextrae vel ſiniſtrae partes ab vtraque parte; quas e Troianorum modo, modo Achiuorum ſtatu ſituque dictas et accipiendas eſſe, facile intelligitur; vt lib. XI, 497. 8. nec tamen ex his locis certam disponendae aciei rationem elicere licet.

In pugna, quae intra caſtra exoritur (lib. XIII) duo Aiaces reuocatos e fuga Achiuos denſatis ordinibus in Troianos ducunt, eorum impetum in ſe factum ex-

Digitized by Google

cipiunt, et turmatim ingruentes facile repulsos cedere cogunt. In h. l. 126 sq. inprimis vss. 130—135 prima *phalangis* fundamenta iacta esse credunt.

EXCVRSVS II

de primo ex quatuor praeliis inter Achiuos et Troianos commissis.

Δ — Z. lib. IV, 446 — VII, 305.

Agamemnonis iussu conuocatus a praeconibus exercitus castris exierat lib. II, 442 sq. in campum Scamandrium vs. 467. re nuntiata egressi quoque sunt Troiani II, 809. ventum erat vtrinque in conspectum, III, 15. cum a Paride ad pugnam singularem prouocantur Achiuorum fortissimi; prodit Menelaus, et Paris inuitus cum eo congredi cogitur. Pugnae exitus victoriam incertam reliquerat; redibat itaque res ad Martis aleam; acceleratur praelium periurio et fraude Pandari, qui inducierum fide violata Menelaum sagitta vulnerauerat. Troiani pugnae signum editum rati, in aciem procedunt lib. IV, 220 sq. ita Achiui quoque arma parant. Agamemnon ordines pererrat, et nunc tandem vs. 446 sq. praelium committitur, de quo narratio continuatur vsque ad lib. VII. 305. De loco pugnae alibi opportunior erit ad Z, 4 locus dicendi. Sufficit nunc pugnatum esse in campo Scamandrio lib. II, 465—8. V, 36. et VI pr. h. e. in planitie decliui inter Simoentem et Scamandrum, ab vrbe versus littus et castra Achiuorum patente (cf. Append. ad Chevalier p. 257 sq. 263 sq.) Troiani vrbe egressi ad Collem, κολώνην Βατίειαν, qui et Myrinnae tumulus appellabatur (II, 811—815) substiterant, vbi in suas turmas socii et ipsi discreti fuerant. Inde progressi Achiuis occurrunt in medio inter Simoentem et Scamandrum campo; cum intra teli iactum ventum esset, (lib. III pr.) certamine inter Paridem et Menelaum constituto Troiani paullulum retrocedunt, vt iustus certami-

Digitized by G

ni locus relinquatur (III, 77. 113—5.) et arma in terram deponunt. Vulnerato Menelao a Pandaro (adeo non magnum interuallum inter aciem vtramque intercedere potuit) inſtruitur acies Achiuorum: interea Troiani et ipſi arma expediunt et incedunt ad confligendum: (lib. IV, 221 ad quem vſ. vide; ſaltem vſ. 446.)

Concurrunt turmae cominus ſine vlla velitatione; ita vt grauiter armati conflixiſſe primis aciei ordinibus videantur; vſ. 446—9. Memorantur inde pugnae caedesque ſingulorum; in quibus Diomedis virtus enituit lib. V; et fortuna pugnae vtrinque varia, prouti ex principibus ac promachis modo ab hac modo ab illa parte ſtrenuum aliquod facinus editur, aut aliquis ex promachis caeditur. Troiani tandem, ordinibus per Aiacem ruptis verſus vrbem fugiunt, VI, 6. nec niſi ſub moenibus, ab Heleno et Aenea confirmati, animum recipiunt et conſiſtunt: vſ. 73 ſq. Nunc miro, et ad ſenſus noſtros vano, Heleni, cuius augurandi ſcientia aliunde nota eſt, conſilio, ad preces et vota diis facienda conuerſis animis, Hector vrbem intrare, et pompam cum ſupplicatione Mineruae ducendam indicere iubetur. Interea a Troianis, quos moenia a tergo tutabantur, procurrit Glaucus, ab Achiuis Diomedes, ad pugnam ſingularem faciendam; quae cum exitum non habuiſſet, reduce ex vrbe Hectore inſtauratur praelium, lib. VII pr. mox eius et Aiacis pugna ſingularis initur, e qua ſub noctem incolumes vterque redeunt, cum iisdem Achiui in caſtra, in vrbem Troiani: VII, 306. Induciis in alterum diem factis ſepultura caeſorum peragitur, et ab Achiuis vallum exſtruitur vſ. 325 ſeq.

EXCVRSVS III

ad Δ, 300.

de ὄφρα cum ſubiunctiuo et optatiuo.

Δ, 299. 300. *κακοὺς δ' ἐς μέσσον ἔλασσεν, ὄφρα, καὶ αὐτὸς ἐθέλων, τις ἀναγκαίῃ πολεμίζοι.* Edebatur inde ab

Ald. 2. πολεμίζῃ. At πολεμίζοι reſtitutum ex Ven. Lipſ. Townl. Vrat. c. A. tum edd. Flor. Ald. 1. nec aliter legitur apud Polyb. XV, 16, 3. de acie Annibalis. Varietas lectionis in optatiuis et ſubiunctiuis, vt in aliis, ſic in Homero, frequenter occurrit, cum in aliis particulis, tum in ὄφρα. De Atticorum vſu multa ſunt quae praeceperunt viri docti ad Tragicos et ad Comicum; enimuero mihi videndum eſt de Homericis, et nunc quidem de ὄφρα. De ὅπως, ὡς, ἵνα et ſimilibus, *aliis* locis: Exc. I, et III. IV. libri IX. Exc. II, lib. VII. et Exc. I, libri XII.

ὄφρα *cum ſubiunctiuo* iungi, quoties de *certo fine ac conſilio* agitur, quando reddi poteſt, *vt, eo conſilio ac voluntate, vt,* dubitari nequit. v. c. Il. A, 158 σοὶ ἐσπόμεθ', ὄφρα σὺ χαίρῃς. 185 auferam tibi munus tuum, ὄφρ' εὖ εἰδῇς, ὅσσον Φέρτερός εἰμι σέθεν. adde 118. 523. Γ, 105 ἄξετε δὲ Πριάμοιο βίην, ὄφρ' ὅρκια τάμνῃ. E, 109 καταβήσεο δίφρου, ὄφρα μοι ἐξ ὤμοιο ἐρύσσῃς πικρὸν ὀϊστόν. 127. 8 caliginem tuis oculis detraxi, ὄφρ' εὖ γιγνώσκῃς ἠμὲν θεὸν, ἠδὲ καὶ ἄνδρα. vbi v. Obſſ. 227 ἐγὼ δ' ἵππων ἀποβήσομαι, ὄφρα μάχωμαι. 360 da mihi currum, ὄφρ' ἐς Ὄλυμπον ἵκωμαι. Θ, 191 στεύδετον, ὄφρα λάβωμεν. add. Ω, 74. 75 et al. Od. O, 75 et 81. Apud Apollon. ſimilis eſt iunctura, etiam cum ἄν, vt I, 16. 17. iniunxit ei nauigationem, ὄφρ' ἐνὶ πόντῳ ἠέ κεν ἀλλοδαποῖσι μετ' ἀνδράσι νόστον ὀλέσσῃ.

ὄφρα tamen ſaepe *cum optatiuo* iunctum legi, ita vt eodem ſenſu accipi et reddi poſſit *vt, eo conſilio vt,* nullo modo negari poteſt. Interdum ratio aliqua elici poteſt, cur optatiuus praeferendus ſit, ſi *oratio* eſt *obliqua,* aut *pendens* ex praecedente, aut *conſilium non plane certum et ratum,* ſed potius *in votis* habitum. Sic Achilles iubet Patroclum στορέσαι λέχος Phoenici, ὄφρα τάχιστα ἐκ κλισίης νόστοιο μεδοίατο legati: I, 617. 8. N, 37 ligauit equos, ὄφρ' ἔμπεδον αὖθι μένοιεν. E. 666 ὄφρ' ἐπιβαίη, στευδόντων. H, 439 portas fecere in vallo, ὄφρα δι' αὐτάων ἱππηλασίη ὁδὸς εἴη. Od. E, 255

Etsi consilium huius editionis meaeque in ea operae in Notis et Obseruationibus alio iam loco expositum sit a me: non tamen refugiam in fronte Obseruationum vel verbo monere, propositum mihi fuisse, vt in Notis quidem rerum narratarum ordo ante oculos positus esset, ita vt pro interpretationis perpetuae genere haberi possent, intertexta breui explicatione eorum, quae possint etiam festinantem tenere; in obseruationibus autem, vt primo loco copias criticas cum editionum tum codicum, siue ab aliis siue a me inspectorum, cum versibus ab antiquis scriptoribus passim laudatis, conquisitas ac digestas apponerem; porro vt grammaticorum de verborum lectione et interpretatione obseruata et notata, quae ex Scholiis vetustioribus, Etymologo, Le-

Digitized by Google

xicis aliisque libellis collegeram, eorumque et aliorum ſcriptorum veterum de carmine eiusque partibus, locis verſibusque ſingulis iudicia enotata exhiberem; tandem vt iis ſubiungerem obſeruationes meas, cum iisdem de rebus et iudiciis, tum de aliis, quae mihi notabilia viderentur, ſeu criticis et grammaticis, ſeu ad interpretationem et illuſtrationem ex priſci ſermonis indole et antiquorum hominum vitae vſu ſpectantibus; ita vt vno adſpectu appareret, quid veteres de Homero ſuo ſenſerint, et quid nobis de eo ſtatuendum eſſe videatur.

Digitized by Google

πηλίλιον ποιήσατο, ὄφρ' ἰθύνοι. Eodem modo alibi multis argutiis opus est, vt causſam exputes, cur optatiuus praelatus ſit ſubiunctiuo; niſi forte quod ille elegantiae neſcio cuius ſenſum habet. Σ, 146 Thetis ad Olympum tendit, ἤϊεν ὄφρα Φίλῳ παιδὶ κλυτὰ τεύχε' ἐνείκαι. hic variat lectio ἐνείκοι, ἐνείκαι, ἐνείκῃ. 377 Vulcanus tripodibus ſubiecerat rotas, ᾔῃεν, ὄφρα οἱ αὐτόματοι θεῖον δυσείατ' ἀγῶνα, ἠδ' αὖτις πρὸς δῶμα νεοίατο. Sentio optatiuum ſuauiorem eſſe. Et ex hoc genere eſt, quod huic Excurſui praeſcripſi, ὄφρα καὶ οὐκ ἐθέλων τις ἀναγκαίῃ πολεμίζοι. Sicque in multis aliis, vt E, 690. 1. Z, 170. 195. Π, 99. 100. Σ, 344. 5. X, 443. Ψ, 197. Ω, 285. At de adiiciendo ἄν vel κεν in optatiuis cogitandum non eſt, itaque nec cuiquam in mentem veniat: ὄφρα κεν οὐκ ἐθέλων τις ἀναγκαίῃ πολεμίζοι.

Cum epico noſtro epici Apollonii orationem recte comparari cenſeo. In hoc lib. III, 1135 verſu ſimili ei, quem praeſcripſeram, ὡς γὰρ τόδε μήδετο Ἥρη, ὄφρα κακὸν Πελίῃ — ἵκοιτο Μήδεια, repoſuit ἵκοιτο pro ἵκηται Brunckius; recte vtique; verum nolim pronuntiare, quod ille adſcripſit, ſoloecum omnino eſſe coniunctiuum. Adſcripſit ille alia loca, e quibus ad rem facit vnus I, 166.

Ὄφρα hoc ipſo ſenſu, vt ſit, *vt, eo conſilio vt*, apud Homerum alio quoque modo iungitur, cum *futuro indicatiui*: Θ, 110. 111 inuehamur in Troianos, ὄφρα καὶ Ἕκτωρ εἴσεται, vt intelligat. Z, 308 Minerua eſto propitia, ὄφρα τοι — ἱερεύσομεν, αἶψ' ἐλεήσῃς. Sic P, 452 vobis vires addam ὄφρα Αὐτομέδοντα σαώσετον Π, 244. 3. Confirma eius animum, ὄφρα καὶ Ἕκτωρ εἴσεται — *vt intelligat.* Z, 308. 9. tum vero etiam cum *praeſenti indicatiui*, et quidem cum et ſine κεν. B, 440 ἴομεν, ὄφρα κε θᾶσσον ἐγείρομεν ὀξὺν Ἄρηα. Σ, 53 κλύετ', ὄφρ' εὖ πᾶσιν εἴδετ' ἀκούουσαι. Adde K, 146. N, 326. 7. ὄφρα τάχιστα εἰδόμεν. Etiam cum ἄν, ὄφρα ἄν cum futuro: Θ, 375. 6 rego equos, ὄφρ' ἂν ἐγὼ — τεύχεσιν ἐς πόλεμον θωρήξομαι. Sic Od. Δ, 670.

Verum haec et alia similia spectant ad id genus, cuius causas ex grammatica nondum elaborata illustrare malim, vt coniunctiuorum vocales longae confundantur cum breuibus indicatiuorum. Nisi dicere praestat, ὄφρα omnino in tali sententia cum indicatiuo positum antiquis probatum esse; potest quoque in subsidium vocari significatio altera, *donec*, et esse adeo ὄφρα εἴδομεν ἄν idem fere ac, *donec, dum, resciscimus:* ὄφρα εἰσόμεθα, dum resciscemus. In futuro indicatiuo etiam altera obseruatio locum habet, quod constat, futurum indic. eandem vim et vsum habere cum aoristis coniunctiui. Sic A, 147 nauem mittamus Chrysam ὄφρ' ἡμῖν Ἑκάεργον ἱλάσσεαι ἱερὰ ῥέξας, *vt tu places.*

Post haec omnia adhuc monendum est de alio vsu τοῦ ὄφρα *cum subiunctiuo*, dum alteram significationem habet, pro ἕως, *donec, quamdiu, interea dum.* Nam etsi hoc sensu vulgatissimus hic vsus est, vt cum omnibus *indicatiui* temporibus iungatur, v. c. fortissimus inter Achiuos erat Aiax, ὄφρ' Ἀχιλεὺς μήνιεν· occurrit tamen vsus coniunctiui, etiam cum ἄν, non modo in oratione obliqua, aut relatiua, conditionali, incerta et indefinita; sed etiam in satis definita.

Exempla commemorabo A, 509. 510 τόφρα δ' ἐπὶ Τρώεσσι τίθει κράτος, ὄφρ' ἂν Ἀχαιοὶ υἱὸν ἐμὸν τίσωσιν ὀφέλλωσί τέ ἑ τιμῇ. E, 524 nubes incubant montibus immotae, ὄφρ' εὐδήσι μένος βορέαο. N, 141 vt saxum praecipitatur, ὁ δ' ἀσφαλέως θέει ἔμπεδον, ὄφρ' ἂν ἵκηται ἰσόπεδον. Λ, 133 ἦ ἐθέλεις, ὄφρ' αὐτὸς ἔχῃς γέρας, αὐτὰρ ἔμ' αὖτως ἧσθαι δευόμενον *interea dum tu (dummodo) munus tibi habeas*, me contra, viciſſim, egere (αὐτὰρ oblitus sum monere, clarius fore, si resolueris αὖτ' ἄρ'.) Sic A, 82. Z, 258. H, 193. K, 325. Λ, 477. Σ, 408. 9. T, 191. X, 387. Est ergo etiam pro coniunctiuo habendum Λ, 187. et 202 ὄφρ' ἂν μέν κεν ὁρᾷ et ὁρᾷς. Occurrit et sine ἄν Δ, 346 ὄφρ' ἐθέλητον et Λ, 477. Sicque accipio A, 82 iram retinet ὄφρα τελέσσῃ, *donec vltio-*

Digitized by Google

nem ſumſerit. Similiter vt ὄφρα με βίος ἔχῃ ap. Sophocl. El. 225 *quamdiu vita mihi fuerit.*

Hoc in vſu non memini niſi vnum et alterum exemplum occurrere vſus τοῦ ὄφρα cum optatiuo; ita K, 571 Dolonis ſpolia in naue repoſuit Vlyſſes, θῆκεν, ὄφρ' ἱρὸν ἑτοιμάσσαιτ' Ἀθήνῃ, quod veteres accipiunt *donec ſacrum parare poſſent Mineruae, in quo illa dedicarent.* Poſſis tamen verba ſic accipere, *vt conſecrarent ea Mineruae.* Ita nec Π, 567. 8 accipiam pro *donec,* ſed pro *vt:* Ζεὺς ἐπετάνυσε νύκτα ὑσμίνῃ, ὄφρα φίλῳ περὶ παιδὶ μάχης ἐλοὸς πόνος εἴη. nec Od. I, 229 et M, 437. At alterius vſus, cum futurum apponitur, vbi aoriſtum coniunctiui requirebas, eſt Θ, 374—6 σὺ μὲν ἔντυε ἵππους, ὄφρ' ἂν ἐγὼ — θωρήξομαι, *interea dum ego arma ſumſero,* ὄφρα ἴδωμαι, εἰ — *vt experiar, an.*

Eundem vſum eandemque ſtructuram et iuncturam cum ὄφρα, habet ἕως, Γ, 291 ego pugnabo, εἵως κε τέλος πολέμοιο μιχείω. Sic Ω, 183 et ſaepe. At habet hoc ſibi ſingulare, quod iunctura cum optatiuo, quam in ὄφρα dixi vix occurrere, in ἕως eſt frequens in Odyſſea B, 78. Δ, 800. E, 386. Z, 80. I, 376 etc.

Conuenit quoque εἰςόκε, quod cum coniunctiuo et optatiuo iungitur, cf. ad E, 466.

SVPPLENDA ET EMENDANDA.

AD LIB. I—IV (A—Δ)

Cum ſerius ad manus meas peruenissent Scholia Victoriana et Lipsiensia, quorum antea non nisi Excerpta aut Specimina haberem: operae pretium esse duxi, etsi profligata iam opera mea, Scholiorum apographa in ceteris quoque libris ac locis comparare cum eo apparatu, quem iam in Obseruationibus apposueram, eaque, quae paullo memorabiliora essent, iisdem adiicere: ita quidem, vt ea tantum enotarem, quae in ceteris Scholiis aut non occurrerent, aut diuersa essent, aut vllo alio modo notabilia. Et Lipsiensem quidem codicem deprehendi in prioribus tantum libris antiquiora Scholia ante oculos habuisse, in sequentibus saltem haud exscripsisse, sed in meris minutiis grammaticis tricari, vel sententiis monitisque ethicis vel rhetoricis immorari. Victorianus Scholia antiqua, quae Venetus A. exhibuit, cum Scholiis alterius classis, cuius caput est Venetus B. coniunxit, ita tamen vt multa in compendium redigeret, interdum detruncaret: quo ipso difficultates et molestias mihi attulit, quae fastidium saepe facerent. Accentus et spiritus etiam hic suppleui: nam vt Veneta, ita et Victoriana sine accentibus perscripta acceperam. Enotaui diligenter nomina veterum Grammaticorum in ceteris Scholiis omissa. Ceterum in multa incides praeclare obseruata, et in fragmenta veterum poetarum et scriptorum aliunde mihi

Digitized by Google

haud nota; ita vt, si nulla alia re, hac saltem opera virorum doctorum gratiam me initurum esse sperem.

Occasione ita data, vt euoluerem multa loca opellae meae, incidi in vitia nonnulla typographica, interdum quoque in errores meos, quos correxi: vtinam licuisset cuncta volumina diligenter perlustrare, et corrigenda corrigere! Praeterea, in prioribus inprimis rhapsodiis, interposui nonnulla serius animaduersa, aut nimio breuitatis studio obscurata. Veniam dabunt viri docti ceteris, a me haud animaduersis.

I (A)

Ita statim ad vs. 1. monebo, de μῆνιν. Glaucum Tarsensem maluisse μηνὶν scribere.

De exordio Iliadis dicta sunt plura in Excurss. ad Ω de Iliade, de eius partibus et de partium compage.

p. 6 ad vs. 3. Homericum προϊάπτειν Ἄϊδι ad verbum reddidit Plautus Casina II, 8, 12. *hunc Acherontem praemittam prius.* Confer quoque inf. ad E, 190.

p. 10. vs. 5 ad verba Statini ab Euripide expressa adde locum alterum ex Helena 39. 40. πόλεμον γὰρ εἰσήνεγκεν Ἑλλήνων χθονὶ καὶ Φρυξὶ δυστήνοισιν, ὡς ὄχλου βροτῶν πλήθους τε κουφίσειε μητέρα χθόνα γνωτόν τε θείη τὸν κράτιστον Ἑλλάδος.

p. 12 ad vs. 8. Τίς δ' ἄρ σφῶϊ θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι. quod scriptum quoque fuit ξυν έηκε, vt alia similia occurrunt in medio adspirata; res nunc a multis est illustrata. v. Villois. Proleg. p. II, III. Exempla alia v. inf. ad E, 76. 333. O, 705. Φ, 262. Ω, 235. De σφῶϊ autem v. Schol. ad K, 546. vbi etiam voluere scribere ἦ τίς σφωϊ.

p. 17 ad vs. 21. sunt duae ζητήσεις in Schol. B. quae iam memoratae fuere sup. ad vs. 1 pr.

p. 19 ad vs. 30. 32. in Amst. Paris. lepida apposita est ζήτησις, διὰ τί ἐπάγει τῇ γαμετῇ καὶ τοῖς τέκνοις αἰχμάλωτον; similia quaerunt ad vs. 114. Ad vs. 30 de Ἄργος v. Schol. B. Eustath.

Digitized by Google

p. 22. vſ. 38. 39. de Cilla, Tenedo, et de Smintheo, poſſunt fabulae noſci in Scholiis, et ap. Euſtath. p. 33. De locorum ſitu v. Notam ad vſ. 366.

p. 23 ad vſ. 40. *ἦ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα.* dixi videri legendum Ionice *μηρία κῆα* (antiquius *κεια* v. ad VII, 377.) Sic quoque editum Λ, 772 *πίονα μηρία καῖε.* Ad hunc verſum ſpectat Scholion Suidae truncatum *κατα πίονα.*

vſ. 41. Ariſtarchus, qui ſcripſit: *τὸ δέ μοι κρήηνον ἐέλδωρ*, verba in medio ſententiae interpoſita eſſe credere debuit, et iungere: *εἴ ποτέ τοι — ταύρων ἠδ' αἰγῶν· τίσειαν Δαναοί.*

p. 24. vſ. 42. *τίσειαν Δαναοὶ* — ad h. v. memorare debebam Scholion Ven. A. et Sch. br. quod paſſim ad alia quoque loca a grammaticis adſcribitur, vt in Schol. Pariſ. ad M, 144. de *Danaorum* nomine a Danao dicto. Actum de Danais in Obſſ. ad B, 558. 684. p. 368. extr.

p. 25. ad vſ. 46. Schol. Eton. habent longam *ῥῆσιν* cum Platonis verbis de Sirene ſingulis circulis caeleſtibus inſidente: Eſt ea, ne fallaris, adſcripta ex Heracl. de Allegoria c. 12. ex quo alia inde iam in Schol. B. habebantur.

p. 28 ad vſ. 50. Scholion quod ex antiquis A. B. L. memoraui, auctius eſt in Schol. Eton. quod nunc vidi petitum eſſe ex Heracl. cap. 13. Ex eodem ſunt quoque ea, quae de Zoilo ab aliis dicta ſunt.

p. 30. vſ. 56. *τῷ γὰρ ἐπὶ Φρεσὶ θῆκε θεὰ* — putes eſſe debere *ἐνὶ Φρεσὶ θῆκε.* Et Π, 83 *πείθεο δ', ὥς τοι ἐγὰ μύθου τέλος ἐν Φρεσὶ θείω.* Sicque ſollenne hoc *ἐν Φρεσὶ θέσθαι.* Verum alterum quoque Θ, 218 *εἰ μὴ ἐπὶ Φρεσὶ θῆκ' Ἀγαμέμνονι πότνια Ἥρη.*

p. 31. vſ. 59. *ἄψ ἀπονοστήσειν* Wakef. Silu. P. II. p. 128 emendabat *αἶψ' ἀπονοστήσειν.* Non meminerat vſum Homericum paſſim obuium: *ἄψ ἀνέρχεσθαι, ἄψ ἰέναι, ἄψ ἀναχωρῆσαι* et al.

p. 37. vſ. 68. de *ἤτοι* et *ἦτοι* primo loco memorandus erat Apollon. de Syntaxi I. p. 15 et al.

Digitized by Google

p. 39. vſ. 77. ἦ μὲν pro ἦ μὴν, add. Suidam h. v.

p. 40. vſ. 81. εἴπερ — κατατρέψῃ. vbi de vſu τοῦ εἴπερ. εἴ κεν. et ſimilibus monui: l. extr. poſt εἰ excidit κεν. De omni re v. accuratius tradita Excurſu II ad lib. V. (To. V p. 176.)

p. 41. vſ. 81. l. 8. εἰ δέ κε μή. adde, cum futuro indicatiui.

p. 43. vſ. 88. ἐμεῦ ζώοντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο. plena formula loquendi eſt δέρκεσθαι φῶς. βλέπειν φῶς. Sic v. c. Aeſchyl. Perſ. 299 φάος βλέπειν. Vtrumque vſ. 88. 89. adſcripſit Plin. Ep. VI, 8.

p. 44. ad vſ. 96. ἄλγε' ἔδωκεν. Probabile ſit fuiſſe Ionicum ἄλγεα δῶκε.

p. 45. vſ. 98. πρίν γ' ἀπὸ πατρὶ φίλῳ δόμεναι. Alteram grammaticorum ſcripturam ἄπο in hoc et ſimilibus, quoties praepoſitio a verbo diremta eſt, probat Hermann Grammat. Gr. p. 119. Vſu tamen receptum hoc non facere, niſi in praepoſitione verbo *poſtpoſita*: δόμεναι ἄπο. Nec res tanti.

p. 45. ad vſ. 100. τότε κέν μιν ἱλασσάμενοι πεπίθοιμεν. Reddunt πείσοιμεν, *placatum flexerimus*. Ea ſane notione transitiua occurrit εἰ πεπίθοιεν Πηλείδην. Ψ, 40. ſicque eſt παραπεπιθών, a παραπειθέω. vt Ψ, 37 σπουδῇ παρπεπιθόντες. Actione tamen immanente, *confidere*, eſt Ξ, 55 τεῖχος, ᾧ ἐπέπιθμεν. B, 341 δεξιαί, αἷς ἐπέπιθμεν, pro ἐπεπίθομεν (niſi dixeris eſſe haec pro ἐπεπίθειμεν. nam alia grammaticorum commenta haud admittam.) Altera hac notione eſſet ſententia, πεπίθοιμεν ἱλασσάμενοί μιν, noto graeciſmo pro ἱλάσασθαι, *confidamus, nos eum placaturos eſſe.*

p. 49 ad vſ. 106. Scholia Pariſ. et Amſt. memorant fabulam de Iphigenia in Aulide ex Dicty: παρὰ Δίκτυϊ τῷ γράψαντι τὰ Τρωϊκά. quod refer inter ea, quae probant, extitiſſe olim librum graecum ſub Dictyis nomine.

p. 50. vſ. 114. ἐπεὶ οὐ ἔθεν ἐστὶ χερείων. Debebam in hoc analogiam cum Ariſtarcho ſequi et, vt ſerius feci, amplecti alterum οὔ ἔθεν. Sic quoque B, 239.

Ἀχιλῆά ἔθεν. ἀπό ἑο E, 343. N, 163. Υ, 305. v. Obſl. ad O, 165. add. Excurſ. VII ad lib. I. p. 185. Recte dedi οὔ οἱ vt B, 392. X, 219.

p. 50. vſ. 114. κουριδίης ἀλόχου voce etiam Herodotus vſus eſt, vt appareat, Ionicam eſſe: lib. I, 135. vbi illuſtrarunt H. Stephanus et Iac. Gronou.

p. 50. vſ. 114. Poſt ἐπεὶ οὔ ἔθεν ἐστὶ χερείων οὐ δέμας οὐδὲ Φυὴν, οὔτ' ἄρ Φρένας, οὔτε τι ἔργα. Conſentiunt Scholia B. L. T. V. ἐν μονοστίχῳ, inquiunt, πᾶσαν ἀρετὴν γυναικὸς περιέλαβεν. Compara N, 431. Od. N, 289. Apollon. Arg. II, 37. hinc duxit: οὐ δέμας οὔτε Φυὴν etc. Discrimen inter δέμας et σῶμα in Schol. A. conſtituitur, paſſim ab aliis repetitum: illud de viuo, hoc de mortuo dici ab Homero; contra quam Euripides vocibus his vtitur. Sunt paria in Schol. br.

vſ. 114. Lepida eſt quaeſtio in Schol. breu. Leid. Par. Vrat. b. Amſt. cur Agamemnon Chryſeidem puellam vxori praetulerit.

vſ. 116. ἀλλὰ καὶ ὡς, quod veteres ſcripſere ὣς, diſerte illuſtrauit Herman. Grammat. Gr. p. 112.

p. 51. ad vſ. 117. ἢ ἀπολέσθαι, vbi dixi veteres in hoc haeſiſſe, adde Etymol. in ἦ p. 415. Paullo infra l. 22. „ſed *his* verſus" lege, *is*.

p. 53 ad vſ. 124. οὐ δέ τί πω ἴδμεν. quod Schol. B. Lipſ. cum Vat. (adde Vict.) habent: αἱ πᾶσαι δέ, που ἔχουσαι. lege ἔχουσιν. Ibidem οὐ δὲ per οὐ γὰρ reddunt Schol. B. Lipſ. Vict. Townl.

p. 55. ad vſ. 133. ἦ ἐθέλεις, ὄφρ' — αὐτάρ. tenendum eſt, αὐτὰρ eſſe αὖτ' ἄρα, viciſſim. et eſſe haec dicta pro vulgari: ἦ ἐθέλεις αὐτὸς μὲν ἔχειν, αὐτὰρ ἐμὲ ἦσθαι.

p. 56. ad vſ. 135. l. 10. quae volunt ἀρχαϊκῶς dicta eſſe, vbi in Schol. Amſt. Reg. varia exempla afferuntur (ap. Waſſenb.) in Schol. B. V. T. Lipſ. adſcriptus eſt, praeter locum Ariſtoph. in Pluto, alius locus ex Theſmophor. 543 ſq.

ad vſ. 136. ὅπως ἀντάξιον ἔσται. Schol. Townl. Vict. acceperunt ὅ πως. nam reddunt τοῦτό πως. Ad vſ.

Digitized by Google

138 ſunt duae ineptae ζητήσεις in Schol. v. ap. Waſſenb.

ad vſ. 157. hic nil monent Schol. At inf. 324 vbi idem verſus redit, notant T. Vict. Lipſ. Ven. B. Par. τὸ δὲ ἕλωμαι ἀντὶ τοῦ ἑλοῦμαι ἢ ἑλοίμην.

ad vſ. 139. Verſus tollitur quoque a Diomede ad Dionyſ. Thrac. apud Villoiſ. Diatr. p. 173.

p. 57. ad vſ. 142—144 notatum quoque Hermogeni Method. Eloqu. 13 inter σχήματα.

p. 59. vſ. 149. Impudentia Agamemnonis h. e. inverecundia ſpectatur in poſtulando praemio alio pro eo quod conceſſurus eſt, vt alterum, κερδαλεόφρων ad πλεονεξίαν ſpectat. Ibid. vſ. 153. αἴτιοι. v. inf. vſ. 335. Γ, 164.

p. 62. ad vſ. 162. debebam praeferre πολλὰ μόγησα. Etiam B, 690 de Briſeide τὴν ἐκ Λυρνησσοῦ ἐξελετο πολλὰ μογήσας.

p. 65. ad vſ. 175. οἵ κ' ἐμὲ τιμήσουσι. De κε cum futuro cf. ad Δ, 176. E, 212. Λ, 433. et Exc. II p. 176.

p. 66. ad vſ. 176. διοτρεφέων βασιλήων. Schol. A. B cum Leid. Amſt. Par. et Schol. br. τῶν σὺν Διὸς γνώμῃ τεθραμμένων. ἐπεὶ τῆς αὐτῆς σειρᾶς εἰσιν. (f. τῆς αὐτῆς σπορᾶς.) Heſiod. Theog. 94. 5. 6.

ad vſ. 177. repetit eandem cenſuram Diomedes ap. Villoiſ. Diatribe p. 173.

ad vſ. 180. Μυρμιδόνεσσιν ἄνασσε. Apollon. de Syntaxi lib. III. p. 289 vſui repugnare ait caſum tertium: cum ſecundus iungatur. Atqui alterum et alibi: vſ. 231. 281. De Myrmidonibus fabuloſa v. in Schol. br. et A. meliora inf. ad II, 684 p. 365.

p. 67. ad vſ. 187. ὁμοιωθήμεναι ἄντην. In Schol. ad B, 153 excitatur ex Ariſtotele ἄντα. vtrumque recte et idem.

p. 70. ad vſ. 175. Schol. T. Vict. πρὸ γὰρ ἦκε. τοῦ μὲν, ἵνα μή τι πάθῃ δεινὸν, τοῦ δὲ, ἵνα μή τι δράσῃ, ἐκήδετο. εἴωθε δὲ, εἰς τοσοῦτον ἄγειν τὰς περιπετείας, ὡς μὴ δύνασθαι ἄνθρωπον αὐτὰς παῦσαι. ὡς καὶ ἐπὶ τῆς πει-

Digitized by Google

ρᾶς (v. B, 166 sq.) χρείαν πάλιν ἔσχε τῆς Ἀθηνᾶς. Prorsus vt in Tragoedia: deo dignus vindice nodus.

p. 71. ad vs. 200. δεινὼ δέ οἱ. δὲ pro γὰρ Schol. T. V. Lipf. Ven. B.

p. 72. ad vs. 204. Ariftarchea lectio, quam Schol. A. B. L. T. V. tradunt, τὸ δὲ καὶ τελέεσθαι οἴω, eft diferte in Mofc. 2. Mox 205 θυμὸν ὀλέσσῃ. v. ad E, 250 mortem aliquando fibi arceffet, capitis discrimen adibit.

p. 74. ad vs. 211. ἔπεσι μὲν ὀνείδισον. de exprobratione beneficiorum commentum eft Porphyrii: ἀντὶ τοῦ, ὑπόμνησον τῶν εὐεργεσιῶν, ὡς ἐγένετο. (potius ὡς γενήσεται.) eum memorant Schol. T. Vict. cum Schol. B. Leid. Lipf. Mofc. Per fe ὀνειδίζειν eft λοιδορεῖν. hoc putarunt indecorum effe dea, fi moneat. Atqui illa non hortatur vt faciat; fed vltra verba negat iram Achillis procedere debere. ὡς ἔσεταί περ. vir doctus: exprobra ei, quem euentum res habitura fit. Ita faltem effe deberet ὀνείδισον ἃ ἔσεταί περ.

p. 75. 219. de ἦ. ἔφη. Schol. A. Eadem Schol. Par. Amft. ibid.

ad vs. 225—233. Sunt in Scholiis Ven. B. et eius claffis aliis, Lipf. Leid. de his conuiciis ζήτησις, ἀπορία, et λύσις, quibus bene carebimus.

Plutarch. de poet. aud. p. 67. R. Eft p. 19 B. ed. Par. et Frf. quam laudare foleo. Verfum 225 memorat Longin. c. 4 f. 4. — mox vs. 232 νῦν ὕστατα λωβήσαιο v. inf. B, 242.

Porro p. 77. l. 4 ab extr. fcribe: Ἀχίλλειος εὐχή.

p. 78. ad vs. 244. ὅτ' ἄριστον Ἀχαιῶν οὐδὲν ἔτισας. pro ὅτι. at Schol. Vict. ὅτε reddit, ἐπειδή. et laudat exempla: νῦν δ' ὅτε δὴ ὑμέων γλῶσσαν (verfum haud memini) et, ὅτε με βροτοὶ οὔτι τίουσι. Od. N, 129.

p. 79. ad vs. 245. Schol. T. Vict. Lipf. νῦν μὲν τὸν Ἀχιλλέα, ἐν δὲ τῇ Ὀδυσσείᾳ (Od. B, 80. 81.) τὸν Τηλέμαχον ποιῶν (ita omnes. corr. ποιεῖ.) τὸ σκῆπτρον ἀποτιθεμένους. καὶ ἐπ' ἐκείνου μὲν καὶ πλῆθος ἐξέχεα δακρύων, (l. δάκρυα) καὶ γὰρ νεώτερος, καὶ αἱ συμφοραὶ δει-

Digitized by Google

ναί. ὁ δὲ Ἀχιλλεὺς οὐ μάλα ὀλοφύρεται. οὔτε γὰρ ὁμοίως ἐέος, καὶ περὶ γυναικὸς ἡ μάχη.

p. 79. ad vſ. 250. Schol. Vict. δύο γενεαὶ ἀνθρώπων ἐφθάρησαν non ita accipi volunt, vt homines mortui ſint, ſed elapſas eſſe duas γενεὰς περιοδικάς. quod inter alia quoque occurrit in Schol. B. et Lipſ.

p. 80. ad vſ. 254. ὦ πόποι. Plutarchi locus eſt de aud. poet. p. 22 C.

p. 81. ad vſ. 258. de περὶ et πέρι v. ad B, 831.

p. 83. ad vſ. 265. De Centauris et Lapithis memoranda erant Scholia A. B. br. Lipſ. ad h. l. Verſum Θησέα τ' Αἰγείδην Athenienſium in gratiam inſertum eſſe potuiſſe, ſuſpicabatur Boettiger V. C. (*Vaſengemälde* I, 3. p. 125.)

p. 84. ad vſ. 270. de Ἀπίῃ γῇ nil praeter ea, quae in ceteris ſunt, habent Schol. T. Vict. Par. Tacent Schol. Lipſ. Sane binis Iliadis locis hic et Γ, 49. de Peloponneſo accipi poteſt; non autem in Odyſſ. H, 25 et Π, 18. Nullam tamen habet analogiam, ſi ductum dixeris ab εἶμι, *eo*, vt potius probabile fiat, in Odyſſea diverſum vſum ab alio poeta, et ex interpretatione, illatum eſſe, pro ἀπούσῃ, ἀλλοδαπῇ.

In vſ. 269. καὶ μὲν τοῖσιν. ſollennius eſt, καὶ μὴν τ.

p. 92. ad vſ. 313. λαοὺς δ' Ἀτρείδης ἀπολυμαίνεσθαι ἄνωγεν. non male quaerunt Schol. T. Vict. διὰ τί μὴ — καθαροὺς ἐκπέμπει; reſpondent Ven. Leid. ὅτι προὐργιαιτέρα τῷ θεῷ ἡ ἀπόδοσις. Atqui nec ad deum accedere fas eſt iis, qui luſtrati non ſunt: hactenus manet difficultas. Verum dicendum erat, eos, qui Chryſam miſſi erant, antequam ſacra facere poſſent, ibidem more ſacrorum luſtrandos a ſacerdote fuiſſe.

p. 93. vſ. 317. κνίσσῃ δ' οὐρανὸν ἷκεν. Verſum admiratur Hermog. de formis orat. II. p. 485.

vſ. 324. Iam ſupra occurrebat idem vſ. 137.

p. 95. vſ. 333. αὐτὰρ ὁ ἔγνω. fuit vtique ὅ γ' ἔγνω.

ad vſ. 335. in l. 1. ὔμμες corr. ὕμμες.

Digitized by Google

ad vſ. 336. de σΦῶϊ Lipſ. et Vict. ſed turbate: huius quidem Scholion adhaeſit vſ. 324.

p. 97. ad vſ. 349. ἄΦαρ δηλοῖ καὶ τὸ ἔπειτα. Schol. T. Vict. et Schol. B. Lipſ. Melius Schol. br. εὐθέως. ταχέως.

ad vſ. 350. etiam Schol. Vict. γράΦεται καὶ, ἐπ' ἀπείρονα πόντου. ϑῖν' ἐΦ' ἁλὸς πολιῆς. ἐπὶ ϑινὶ accepere veteres: inf. Schol. ad K, 277. ad χαῖρε δὲ τῷ ὄρνιϑ' Ὀδυσσεύς. Ita vero ſcribere debuere ϑίν'.

p. 100. ad vſ. 366. De Thebe ſunt videnda Scholia, alia aliis auctiora. Profecta ſeqq. eſſe a rhapſodo, perſuaſum habuit grammaticus in Schol. Vict. inf. ad O, 64.

vſ. 368. Scholion A. de μετὰ σΦίσιν eſt quoque in T. Vict. Amſt. Par.

p. 101. ad vſ. 374. καὶ λίσσετο πάντας Ἀχαιούς. Etiam Schol. T. Vict. Ἰακῶς. In Schol. Par. inſertum eſt Schol. de Achaeis: quod locum ſuum habet Il. B, 684. inf. p. 367.

ibid. vſ. 383. ἐπῴχετο κῆλα. ἐπεΦέροντο. ſup. vſ. 50. ipſe deus οὐρῆας ἐπῴχετο ſcil. ἰῷ. tum vſ. 53 ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα ϑεοῖο.

p. 102. ad vſ. 393. ad παιδὸς ἑῆος congeſſit multa Alter praef. Odyſſ. p. XLI.

p. 105. ad vſ. 396. Rident fabulam quoque PP. Chriſtiani, vt Iuſtin. Cohort. alt. et al.

p. 109. ad vſ. 403. ὃν Βριάρεων. Schol. Vict. Lipſ. „Ἡσιόδος δὲ, ὃν Βριάρεω. ὡς τὰ πρῶτα.“ Leg. Ἡσίοδος δὲ· Βριαρέῳ δ' ὡς πρῶτα πατὴρ ὠὐρίσσατο ϑυμῷ ex Theog. 617. vbi mythus aliter narratur. Ibid. vſ. 734 Ἔνϑα Γύγης Κόττος τε καὶ ὁ Βριάρεως μεγάϑυμοι. corr. Κόττος τ' ἠδὲ Βρ.

Eadem p. 109. l. vlt. „Plato in Phaedro“ p. 252 B. ed. Steph. quam laudare ſoleo.

p. 111. ad vſ. 407. eſt ζήτησις valde otioſa, καὶ πῶς ταύτην οὐκ ἤτει τὴν δόξαν, ὅτε Φησὶ πολλὰς ἀΰπνους νύκτας ἰαύων (J, 325) etc. multis modo omiſſis, modo

inculcatis, in codd. Schol. B. Lipſ. T. Vict. in quibus, Porphyrius haud dubie, multa a poeta aliena inepte philoſophatur.

409. κατὰ πρύμνας τε καὶ ἀμφ' ἅλα. exciderat τε in Flor. Ald. 1. Rom. apparet illud primo in Ald. 2.

410. ἐπαύρωνται. Vrat. A. ἐπαύρωσι, quod et ipſum vſu frequentatur.

412. ἦν ἄτην, ὅτ' ἄριστον Ἀχαιῶν οὐδὲν ἔτισεν. Ad ſtigmen excidit Scholion. At Schol. Ariſtoph. Veſp. 1469. ad οὐδὲν πεύσεται, ὅμοιον, inquit, τῷ παρ' Ὁμήρῳ· ὅτ' ἄριστον Ἀχαιῶν οὐδὲν ἔτισεν, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἔτισεν. Schol. Vict. ἔτισαν. ὅτι παρέλκει τὸ δέν. De hoc v. ſup. ad vſ. 244.

ἄτην. Si verum eſt, quod Payne Knight cenſet, p. 56. erit et hic ſcribendum αϝατην. v. ad T, 88. 95.

Verſus 411. 412. iterantur Π, 273. 274.

Omiſſum quoque eſt in notatione digamma, fuiſſe ϝην ατην.

413. κατὰ δάκρυ χέουσα. Vna voce καταδακρυχέουσα ſcriptum in Lipſ. Vrat. A. Sicque Ed. Flor. mutatum ſtatim in Ald. 1.

p. 112. ad vſ. 414. Schol. Vict. B. Lipſ. τὸ ἐξῆς· αἰνὰ τεκοῦσα, ἐπεὶ νύ τοι αἶσα — τὸ δὲ· αἴθ' ὄφελες παρὰ νηυσὶ· διὰ μέσου. τὸ δὲ αἰνὰ, ἀντὶ τοῦ αἰνῶς.

415. αἴθ' ὄφελες — ἧσθαι. Videtur αἴ, εἰ. αἴθε, εἴθε, abſolute acceptum fuiſſe, *ah! heu! debebas deſidere, eſſe.* Quod in Schol. B. Lipſ. Vict. Par. ex Callimacho notatum eſt, (Epigr. XVIII) ὤφελε μήδ' ἐγένοντο θοαὶ νῆες, minus probati vſus fuit: quod tamen ſaepe occurrit in Quinto Paralip. I, 727. V, 206. 419. 563. 575. etſi is et alterum ſequitur.

416. αἶσά τοι ἐστὶ μίννυθά περ. ἐπ' ὀλίγον χρόνον. vel μίννυθα εἶναι, ζώειν. vt Z, 131 οὐδὲ — Λυκόργος δὴν ἦν. 139 οὐδ' ἄρ' ἔτι δὴν ἦν. Ad ſollenniorem morem eſt dictum E, 407 ὅττι μάλ' οὐ δηναιὸς, —

Cum 417 ſqq. compara Il. Σ, 59. 61 ſq.

Digitized by Google

p. 113. vſ. 423. Ζεὺς γὰρ ἐς Ὠκεανὸν — inde ab Ald. 1. editum ἐπ' Ὠ. Quod p. 115 l. 1. corruptum e Lipſ. memoraui, eſt quoque in Schol. T. Vict, et p. 116. l. 14. add. loc. claſſ. Herodot. VII, 69, 70. et p. 117. de XII diebus ex aſtronomicis diebus poſt Gattererum nunc ſagaciter opinatus eſt Dornedden noſter (*Eichhorns Biblioth. d. bibl. Litterat. Vol.* X p. 344 ſq.)

p. 118. ad vſ. 426. Cur Thetis non abüſſet cum ceteris diis, ratio expedita erat ad manum, quod dii *Olympii* eo abierant; ipſa habitabat *in mari*. At Scholia, etiam Townl. Vict. Lipſ. hic quidem diſertius, mira comminiſcuntur: cf. quoque ad vſ. 424.

ad vſ. 430. Schol. Vict. Ζηνόδοτος τὸ προηγούμενον τῆς τοιαύτης ἐννοίας, ὡς οἱ μὲν τὰ πένοντο (ſup. vſ. 318) ἐκεῖσε καταλιμπάνει τὸν Ὀδυσσέα. mira corruptela: Ζηνόδοτος pro ζητεῖται.

De Chryſe inſula cf. Olear. ad Philoſtr. iun. 17. p. 889.

433. ἱστία μὲν στείλαντο, θέσαν δ' ἐν νηὶ μ. bene Wakef. Silu. P. II. p. 127. emendat στεῖλάν τε θέσαν τ' ἐν νηὶ μ. nam στέλλειν ἱστία eſt quoque Od. Γ, 11. Π, 353 et al.

p. 119. vſ. 434. Ven. A. diuerſo modo a ceteris: ὑφέντες. Ἀρίσταρχος, ἀφέντες. Ζηνόδοτος, ὑφέντες. a Vict. et Par. nil ad h. l. monitum.

p. 120. vſ. 443. παῖδά τε σοὶ ἀγέμεν. acuendum eſt ſe σοὶ monent Schol. B. Lipſ. Vict. nam apponi alteri, Φοίβῳ. porro ῥέξαι eſſe tantum σφάξαι, et θῦσαι tantum θυμιάσαι. de hoc v. ad J, 219. ergo ῥέξαι generalius.

p. 121. ad vſ. 453. ἤδη μέν ποτ' — ἠδ' ἔτι καὶ νῦν. cf. Obſſ. ad H,.301. Paullo ante in Schol. B. Lipſ. Vict. eſt quaeſtio Porphyrii inutilis, cur nunc lauent manus, non poſt epulas. Lauerant haud dubie etiam ante epulas, e more; inprimis ſacrorum.

p. 122. vſ. 458. οὐλοχύτας προβάλοντο. Schol. Townl. Vict. προεβάλοντο εἰς τὸν βωμόν. οὐχ ὡς Ἀριστοφα . . . .

Digitized by

συ ταχέως. εὖ δὲ πρότεινε τῶν λόγων. Latet verſus Ariſtophanis ex Pace 960. Lege: οὐχ ὡς Ἀριστοφάνης· σείου σὺ ταχέως· εὖ δὲ πρότεινε τῶν ὁλῶν.

p. 123. ad vſ. 462. καῖε δ' ἐπὶ σχίζῃς ὁ γέρων. Nullus dubito ſcriptum fuiſſe ἐπὶ σχίζῃσι γέρων. Porro αἰθοπα — vel vt alii διάπυρον. v. Gellium XVII, 8. et Macrob. VII, 12.

p. 124. ad vſ. 464. de πάσασθαι v. Erneſti ad Callimach. in Cer. 69. Notanda quoque iunctura grammatica pro ἐπάσαντο σπλάγχνων, vt ἀπογεύσασθαι τοῦ.

p. 126. ad vſ. 468. de ἴσος adde ad Δ, 48.

p. 129. vſſ. 470. 471. recitat Athenaeus III p. 179. ſed ex J, 171. 172. 173. nam addit: αὐτὰρ ἐπεὶ σπείσαντο.

ad vſ. 473. παιήονα. cf. Schol. Platonis p. 44. Quinque genera hymnorum ita diſtribuuntur: πέντε δὲ αἱ παρὰ τοῖς ἥρωσιν ᾠδαί· σωφρονιστικὸν, ὡς τὸ τοῦ ἀοιδοῦ Κλυταιμνήστρας (Od. Γ, 267) ἐγκωμιαστικὸν, οἷον Ἀχιλλεὺς εὐρηται ἄϊδων· (Il. J, 189) παιανικὸν, ὡς νῦν. θρηνητικὸν, ὅπερ ἐπὶ γυναικῶν μᾶλλον τάσσει (addit Schol. Vict. ἄνερ ἀπ' αἰῶνος Ω, 725.) καὶ ὑπορχηματικόν. Schol. Vict. κοῦροι δ' ἐπιλήκειον ἄλλοι. Od. Θ, 379)

p. 130. ad vſ. 474. Verſum quoque ὀβελίζει Diomedes grammaticus ad Dionyſ. Thrac. ap. Villoiſ. in Diatribe p. 173.

p. 132. ad vſ. 486. verba ſic interpunge: de etymo voc. ἕρμα, — multa diſputantur in Schol. etc. Paul. lo poſt l. 6. Praeſtat dicere fuiſſe primitus ἔρειν, (mox εἴρειν) *iungere, conſerere*, vnde factum ἐρείδειν, *firmare, ſtabilire*. cf. ad Ξ, 182.

ἔρεισμα per στήριγμα, interpretatur quoque Galenus ad Hippocrat. π. ἄρθρων l. III. t. 26.

p. 135. Verſus 497. legitur apud Stobaeum Ecl. phyſ. I, 23. p. 424. Heer. Verſus 503. reſpicit ad ſup. 394 ſq.

p. 136. vſ. 510. ὀφέλλωσί τέ ἑ τιμῇ. αὐξήσωσι recte reddunt; eſt hinc abſolute αὔξειν ap. Pindarum, *illuſtra-*

re, fortunare, vt P. IV, 496 ἄὔξεται Μοῖσα. ἄὔξειν πόλιν, Ol. V, 8. Latinis *mactare*. Nec aliter ἀέξειν in Odyſſ. N, 360 καί μοι φίλον υἱὸν ἀέξῃ. et Ξ, 65 θεὸς δ' ἐπὶ ἔργον ἀέξῃ.

ad 513. Scholion Lipſ. eſt quoque in Vict. ὁ Ἰξίων· καὶ ἔγρετο δεύτερον. καπῶς.

p. 139. ad vſ. 526. hemiſtichium eſt apud Arrian. Diſ. II, 8, 26. et vterque verſus 526. 527. in Schol. Eurip. Alc. 981.

p. 142. vſ. 530. Quod de Phidia narratum, alii ad Euphranorem pictorem retulere, Iouem ex Homericis verſibus auditis adumbrante, legitur in Schol. Lipſ. et Vict. tum in Euſtath. etiam in Valer. Max. VIII, 2, 5. Inter opera Euphranoris memorantur *duodecim dii* etiam ap. Plin. XXXV, 40 ſ. 25.

p. 145. ad vſ. 542. οὐδέ τί πώ μοι. Schol. Lipſ. et Vict. T. ὀξυντέον τὸ πω μοι. Suſpicor voluiſſe eum ſcribere: οὐδέ τί πω μοι, nam addit, δυςχεραίνουσι γὰρ αἱ γυναῖκες, εἰ μὴ πάντα αὐταῖς ἀνεκοινῶντο οἱ ἄνδρες.

vſ. 547. ὃν μέν κ' ἐπισπὲς — Wakefield Silu. P. II. p. 129 κ' in σ' mutandum eſſe cenſebat.

Ceterum haec, quae Iunonem nunc celat Iupiter, diſertius eidem exponit inf. O, 49 ſqq. 75. 76. 77. cf. ſup. Notam ad vſ. 5.

p. 146. ad vſ. 554. quae de ἄσσα et ἄσσα expoſita ſunt, habentur quoque in Schol. Lipſ. et Vict. in vtroque ſub finem: καὶ ὁ μὲν Ἀρίσταρχος οὗτος. ὁ δὲ (Dionyſius) Σιδώνιος, ὅττι .... lacuna in vtroque.

p. 147. vſ. 561. Grammaticus reſpexit, puto, locum Ψ, 648. 649.

p. 148. vſ. 567. add. in fine, p. extr. v. Obſſ. ad Ω, 282.

p. 149. ad vſ. 567. μή νυ τοι οὐ χραίσμωσι. med. p. 149. poſt „cf. Etymol. h. v.“ adde Suidam in χραίσμασιν. ὠφελήσωσι. βοηθήσωσι. in pag. extr. vbi, O, 105 ἢ ἔτι μὴν leg. μιν. Eſt quoque aliud exemplum Il. O, 164

Digitized by Google

μή μ' ἐπιόντα ταλάσσῃ μεῖναι. De voce χραισμῶ adde dicta ſup. ad vſ. 242.

p. 150. l. 1. ἐΦῷ. ἐπιβαλῷ. dele iota. nam eſt ἐΦῶ. ἐπιβαλῶ. et l. 2. Δ, 54. ſcrib. Γ, 54.

Porro Scholion Lipſ. ad ἀάπτους χεῖρας. in quo eſt: αἱ πᾶσαι ἀέπτους ἔχουσι. eſt quoque in Townl. Vict.

p. 153. ad vſ. 578. Φέρειν Διΐ, ὄφρα. hiatus, verum in loco, quo ferri poteſt, in θέσει toni.

p. 158. ad vſ. 587. Mythus videndus in Schol. br. et in ceteris ad vſſ. ſeqq. In Lipſ. etiam allegoriae.

p. 160. 597 ad ἐνδέξια cf. inf. H, 184. κήρυξ δὲ Φέρων ἀν' ὅμιλον ἀπάντη δεῖξ' ἐνδέξια πᾶσιν.

p. 161. 599. ad mythum cf. Schol. Platon. p. 185.

p. 162. 600. ποιπνύσαντα. αἱ πᾶσαι συντελικῶς, eſt quoque in Schol. T. Vict.

p. 163. 4. ad vſ. 607 ἀμΦιγυήεις. Scriptum eſſe debuerat ἀμΦιγυιήεις. vt eſt ἀμΦιγυιῶσα Z, 265. vſus tamen probauit alterum: v. ad N, 147.

p. 166. vſ. 609. Ζεὺς δὲ πρὸς ὃν λέχος. forte fuit Ζεὺς δὲ ϝεϝον λέχος. quod nunc ἑὸν, omiſſo πρός. Mythum in Schol. br. de Iouis et Iunonis amoribus non attigi; eſt ille alienus ab Homero: vide γάμον Ἥρας ad Virgil. Aen. II. Exc. I. (p. 284) vbi de Piſandro.

p. 173. Excurſ. II. Si Ἥρη fuit ϝηρη, debuit vſ. 536. A. ſcriptus eſſe οὐδέ τε ϝηρη.

p. 174. Excurſ. III. αἴκεν πως βούλεται pro βούληται. cf. Excurſ. II. ad E, 212. Scilicet non nos moratur αἴ vel εἰ βούλεται, ſed adiectum κεν. αἴ κεν βούλεται, eſt idem ac ἐὰν βούλεται, quod grammaticae repugnat. Eſt tamen ἐὰν et ἤν ſimili modo H, 39 ἤν τινά που Δαναῶν προκαλέσσεται οἰόθεν οἶος. et X, 419 ἤν που ἡλικίην αἰδέσσεται ἠδ' ἐλεήσῃ. vbi tamen conſicere poſſis fuiſſe εἴ που.

p. 181. ad Excurſ. V. extr. adde: πολυσύνθετα a grammaticis excogitata eſſe, monetur quoque in Euſtath. p. 1277, 45.

Digitized by Google

p. 184. Excurſ. VII. De ἕο, ἕο αὐτοῦ, ϝεο. v. ad T, 384. Ergo et p. 185 ϝειο. ϝεειο. De οὗ ἔθεν v. ſup. ad vſ. 114 οὗ οἱ B, 792. v. X, 219. Porro ἑὸς pro σφέτερος reprehendit quoque in Heſiodo Apollonius Dyſcolus ap. Maittaire de Dialectis. p. 185.

p. 185. med. „Comparatis locis plurimis — vt adeo ſcribendum ſit ἀπό ἑο an ἀπὸ ἕο. Sic et οἱ et ἑ pro encliticis habentur; adde: „ergo ἀπό ἑο ſcribere praeſtat“ et in Nota in Quinto I, 466 ἑῶν μελάθρων eſt pro ὑμετέρων. Maiorem miratione facit, quod Apollon. Dyſc. apud Maittair. p. 427. Sapphonis Φαίνεταί μοι κεῖνος recitat: Φαινεταί οἱ pro ϝοι, vt adeo et hoc neceſſe ſit accipere dictum ἐμοί.

p. 186. χεῖρα ἑὴν Il. J, 420 puta fuiſſe χειρα ϝεϝην v. Excurſ. de Digammo. p. 748 ad Il. XIX (T.) vbi meliora appoſui, quam hic et ad J, 420.

II (B)

p. 201. ad B, 34. ὕπνος ἀνήγ. Schol. Vict. Lipſ. καὶ Πλάτων· ἐπεὶ ἤδη με ἀνῆκεν ὕπνος.

p. 202. ad vſ. 36. τὰ Φρονέοντ' ἀνὰ θυμὸν, ἃ ῥ' οὐ τελέεσθαι ἔμελλε. ἡ Ζηνοδότειος γραφὴ διὰ τοῦ ε, οἱ δὲ διὰ τοῦ ο. Schol. Vict. et Lipſ. ſpectat ad ἃ ῥ' οὐ τελέεσθαι ἔμελλε, vbi alii ἔμελλον legerunt.

p. 203. ad vſ. 53. variant in βουλὴ δὲ et γὰρ, hoc Ald. 2. intulerat.

p. 205. ad vſ. 56. θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος. Schol. B. ἐνύπνιον. ὀνοματικὸν ἐπίῤῥημα ἀντὶ τοῦ, ἐνυπνίως. ἔστι δὲ καὶ ὄνομα. δεῖ κρατεῖν ὡς θραπετεύοντα τὸν ἐνύπνιον. quis nriolando perueniat ad lectionem quae ex Par. et Amſtelod. notata eſt: ἐστὶ δὲ ὄνομα. Κρατῖνος· θράττει με (h. e. ταράσσει) τὸ ἐνύπνιον. eodem ducit Victor. Κράτιλος θράττει μεν . . . . . Locus ex Artemidoro de ἐνύπνιον, IV, 1. eſt in Suida ὄνειρον.

p. 206. vſ. 73. πρῶτα δ' ἐγὼν ἔπεσι. l. 4. 5. dele verba: ἐγὼ vsque ad ſtatuam. Nam ſententia poſtulat

Digitized by Google

tantum verba: „adſcripſerat quoque Bentleius: ἐγὼ ϝεπεσι.

p. 207. vſ. 74. Scripſere grammatici πολύπληΐς et πολυκληΐς, πολυκληΐσι et πολυκληῖσι. l. 2. ab vltima ſcrib. εὔκνημις. cf. Schol. inf. ad vſ. 175.

p. 210. ad vſ. 88. βοτρυδὸν h. e. πυκναὶ καὶ ἐπάλληλαι. illuſtrant Schol. et Suidas cum Heſychio. 92. βαθείης ἠιόνος. varie interpretantur Sch. Lipſ. Vict. Praeſtat pro μακρᾶς dici, verſus interiora campi. Tum, ἐστιχόωντο ἰλαδὸν εἰς ἀγορήν. quod Apollon. I, 655 ὅτε δὴ μάλα πᾶσαι ὁμιλαδὸν ἠγερέθοντο.

p. 213. ad 106. 107. Ignorat Homerus Pliſthenem, patrem Agamemnonis et Menelai; appellatque ſimpliciter Atridas, ſeu nepotes, ſeu, vt vulgo creditur, filios Atrei. Hoc modo Atreus, natu maior, patri Pelopi ſucceſſit, et liberos impuberes, Agamemnonem et Menelaum, moriens Thyeſtis fratris tutelae tradidit, qui pupillis regnum reddidit, non filio Aegiſtho. Variarunt rem multis modis Tragici: vnde ſua petiere grammatici: vt h. l. Sch. br. ad vſ. 104. 105. 106. ad quae tanquam notiora haud adhaereſcere volui: inprimis in prioribus rhapſodiis. cf. inf. Exc. I. p. 440 et 441.

p. 214. vſ. 111. Ζεύς με μέγα Κρονίδης — Oratio haec ab Agamemnone nunc habetur ſimulate; infra J, 17 ſqq. ex animo. Piget tertio eam legi Ξ, 64 inter conſultantes principes. Non hoc expectabas ab ingenio Homeri.

p. 215. ad vſ. 114. νῦν δὲ κακὴν ἀπάτην. Schol. A. B. Lipſ. Vict. ἔστι γὰρ καὶ δικαία. Αἰσχύλος· ἀπάτης δικαίας οὐκ ἀποστατεῖ θεός.

p. 219. ad vſ. 133. Ἴλιου πτολίεθρον. Sch. Vict. eſſe dictum ὡς, Ἄργους σκάφος. (Eurip. Med. pr.)

Mox ad vſ. 135. in Schol. Ven. B. et Lipſ. δοῦρα σέσηπε. propter hoc ipſum aiunt, Troia capta moram tantam abitus feciſſe, καὶ Θεόπομπος δὲ ταύτην τὴν αἰτίαν αὐτοῖς τοῦ ναυαγίου φησίν· ὡς καὶ τοὺς περὶ Κάλχαντα καὶ Ἀμφίλοχον πεζοὺς ἀπαλλάττεσθαι.

σπάρτα λέλυνται. quod alii volnere esse *σπαρτὰ*, Plinius respicit XIX, 6. de lino: *hinc fuisse et nauium armamenta, apud eundem* (Homerum) *interpretantur eruditiores, quoniam cum* sparta *dixit, significauerit* sata. Idem XXIV, 40 dubitat, an *genistam* designauerit.

Locum laudat Hermogenes de eloqu. methodo c. 33. pro exemplo artificii dicendi contraria iis, quae quis in votis habet.

p. 221. ad vs. 145. l. extr. — *sed facile sanando.* adde, sanauit quoque Wassenberg. praef. V.

p. 222. ad vs. 147. *ὅτε κινήσῃ.* — *male.* Dele hoc, et v. Excurs. II. ad M. To. VI. p. 362.

p. 224. ad vs. 153. Schol. Vict. Lips. *μεγαλοφυῶς ἠὔξησε τὴν ταραχήν. ἣν κατελεπτολόγησεν Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσιν.* nescio an vs. 30 sq. respiciat.

ad vs. 154. *ὑπὸ δ' ἤρεον ἕρματα νηὸς* recitat Galen. in Hippocr. *περὶ ἄρθρων* lib. III t. 27.

ad vs. 158. *οὕτω δὴ οἰκόνδε.* Versus est ap. Demetr. de Elocut. s. 57. vbi notat, *τὸ δὴ* facere ad *πάθος.* cf. ad E, 684.

p. 227. vs. 170. l. 6. „Sch. Ven. et Π, 1." leg. et ad Π, 1.

ad vs. 175. de *πολυκληῖσι* et *πολυκλήϊσι* h. l. Schol. v. sup. ad vs. 74. et de *ἐν νηυσὶ πεσόντες*, v. ad Λ, 823 (non A, 823.)

p. 228. ad vs. 190. *οὔ σε ἔοικε.* Schol. B. L. V. *ἡ μὲν ἀκρίβεια ὀρθοτονεῖ σὲ, ἐγκλίνει δὲ ἡ συνήθεια.* Porro ad hunc vs. lin. 3 transpone verba; vt sit: quod alio loco Eustath. (p. 961, 22. ad N, 810. cum Thoma Mag. p. 201.) ait, serioribus in vsu fuisse.

p. 235. l. 3 ab extr. Memorat quoque Thersiten Sophocl. Philoct. vss. 447 sq.

p. 236. ad vs. 215. recitat versum Plutarch. de adulat. p. 68 B.

p. 240. ad 222. *λέγ' ὀνείδεα.* hoc vno loco *λέγειν* pro *εἰπεῖν* in Homero, vt *λέγεσθαι* B, 135. vbi v. Obss.

Digitized by Google

p. 241. ad vſ. 234. *κακῶν ἐπιβασκέμεν υἷας Ἀχαιῶν.* Eſt *ἐπιβάω, ἐπιβιβάω, ἐπιβιβάσκω, τινὰ*, vt *ἐπιβιβάζω*, vi transitiua, *facio conſcendere, impono*, vt *ἵππων*, Θ, 129. *πυρῆς* J, 547. inde tropice, Od. Ψ, 13 dii *τὸν χαλιφρονέοντα σαοφροσύνης ἐπέβησαν* (ab *ἐπιβάω*) ad prudentiam adducunt. Il. Θ, 285 *τὸν δ' ἐϋκλείης ἐπίβησον.* et h. l. *κακῶν*, inducere in mala, cui reſpondet de altero dictum, *ἐπιβῆναι κακῶν, κακότητος, ἀναιδείης, εὐφροσύνης*, vt Od. X, 424 vbi Clarke exempla appoſuit, permittere ſe, *indulgere, laetitiae.* Frequentarunt idem alii: Heſiod. Θ. 396. Sophocl. Philoct. extr. *ὀόξης τῆςδ' ἐπιβάντες.* Oed. Col. 188 *εὐσεβείας ἐπιβάντες*, pro, *εὐσεβοῦντες.*

Vſſ. 236. 237. expreſſit Apollon. I, 872. 3. 4.

ib. p. 241. vbi de *πέσσειν*, l. 4 ab extr. *mollire*, fovere. et mox *fruendi*, *γεύεσθαι.* De *πέσσειν* cf. Etymol. h. v. Heſych. Euſtath.

p. 242. ad vſ. 246. Verſus ap. Stobaeum XLIII p. 214 extr.

p. 252. vſſ. 291. 2. 3. leguntur ap. Hermog. de methodo eloqu. ſ. 37.

ad vſ. 293 *ἀσχαλάᾳ παρὰ νηί.* Il. Ω, 403 *ἀσχαλόωσι γὰρ οἵδε καθήμενοι.*

p. 253. A vſ. 308—321. recitat Orig. in Celſum IV. p. 230. ed. Hoeſchel. vbi 309. *τὸν δ' αὐτός.*

p. 257. ad vſ. 318. *τὸν μὲν ἀρίζηλον.* Schol. Vict. *ἀθετεῖται. πιθανώτερον γὰρ, αὐτὸν καθάπαξ πεποιηκέναι ἀφανῆ τὸν καὶ φήναντα θεόν.* Mirum iudicium!

p. 258. vſ. 319. *λᾶαν γάρ μιν ἔθηκε.* Origenes l. l. *μιν θῆκε.*

p. 259. ad vſ. 329. *τῷ δεκάτῳ δὲ πόλιν.* Monent Schol. A. B. L. non conuenire numerum cum prodigio, octo pullorum cum matre, et debere eſſe *ἐννάτῳ.* At computus eſt annorum oppugnationis: nono expleto, vrbs eſt capta decimo ineunte.

ad vſ. 333. Schol. B. Lipſ. notant: Achiuis, iam ante proclinibus ad diſceſſum, gratam rem fuiſſe auditu:

„οἷον γάρ, Φησι, (leg. Φασί) πούς, (lege νοῦς) τοῖον καὶ γλῶσσα κἀνθρώπου λόγος." κατὰ Εὔπολιν.

p. 263. ad vſ. 353. Poſt κατανεῦσαι Κρονίωνα ſequitur ἀστράπτων. Schol. B. laudat verſus Euripidis e Palamede: Λάΐε (non Αἴας) vt eſt in Fragmentis ap. Valk.) πάλαι δή σ' ἐξερωτῆσαι θέλων, σχολή μ' ἀπεῖργε. pro θέλοντά με. Laudat verſum noſtrum Schol. Aeſchyl. Agamem. 754.

ad ἐπιδέξια Eton. Scholion quod adhaeſit verſui 370 γράφει δὲ περὶ δεξιῶν Ἑρμόδημος. (ignotus ſcriptor) „καὶ ὅταν κατὰ δεξιὰ χειρὸς ἀστράπτῃ, νίκην καὶ ὑπέρτερον εὐχος ὀπάζει." καὶ ὅλως οἱ περὶ τούτων σκεψάμενοι Φασὶν, ἀστραπὰς καὶ βροντὰς δεξιὰς τοῖς ἐπιχειροῦσιν ἄγεσθαι (haberi, credi ſecunda oſtenta eſſe iis qui hoſtem aggrediuntur) Φόβους γὰρ τοῖς πολεμίοις σημαίνουσιν ἐν δεξιοῖς γινόμενα.

ad vſ. 355. in Vict. inſertum eſt Scholion, quo vindicatur poeta a nota turpitudinis in hoc incitamento virtutis, petito a concubitu cum feminis Troianis.

p. 266. ad vſ. 367. θεσπεσίῃ Schol. A. λείπει, βουλῇ, ὡς Πίνδαρος. Addit Schol. Vict. τὸν δὲ ἄνδρα δαιμόνια γεγαμέναι. Eſt verſus Pindari Ol. IX, 164 τόνδ' ἀνέρα δαιμονίως γεγάμεν —

vſ. 371—4. leguntur iterum Λ, 288—291. Et ad vſ. 372. τοιοῦτοι δέκα μοι laudant Scholia B. Lipſ. Vict. verſus „ἓν γὰρ βούλευμα" etc. ex Euripidis Antiope, ſed corrupte: quos iam emendatos vides in Diatribe Valk. et in Edit. Lipſ. Fragm. No. XII. σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα —

p. 267. ad vſ. 373. de voce ἠμύειν. Schol. A. B. L. V. ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἡ μεταφορὰ, οἱ, σὺν τῷ μύειν, τοῦ φωτὸς στερίσκονται. pergunt Schol. Vict. ὅθεν. „ἔτι ὀφθαλμὸν ἔσεσθαι Ἑλλάδα (an Ἑλλάδος?) ἔφα. καὶ, Σικελίας τ' ἔσαν ὀφθαλμοί. Sunt Pindarica. Alterum Ol. II, 18.

ad vſ. 380. οὐδ' ἠβαιόν. Omnes Schol. monent, βαιὸν nusquam in Homero occurrere, ſed ἠβαιὸν (pro

Digitized by Google

ὀλίγον) et ex Callimacho addunt: ἠβαιὴν οὔ τι κατὰ πρόφασιν. βαιὸν in Pindaro et in Tragicis occurrit; videntur ergo fuisse, qui οὐδ' ἢ βαιὸν acciperent, *nec vel parum.*

p. 270. l. 4. Schol. B. L. V. sic: οἱ ἀήθεις μεταγράφουσι, videtur esse: audaciores, insolentiores e grammaticis reponunt, corrigunt.

ad vs. 403. πενταέτηρον. iterum H, 315 vbi adscripsi locum ex Aristotele, quem ad hunc vs. laudari video in Schol. Eton. et in Eustath.

p. 274. ad vs. 435. l. c. *Schol. A.* adde, ex Didymo. Paullo post l. 11. *nonnulli:* adde „νῦν δὴ αὖθι, sine θ'. alii —

ad vs. 436. ἐγγυαλίξει. Schol. Vict. αἱ πᾶσαι δὲ διὰ τοῦ ζ εἶχον.

p. 277. ad vs. 452. ἄλληκτον. v. ad J, 632.

ad vs. 453. 4 l. 2. post *leguntur* adde: alterum Scholion inuerse iudicat.

p. 278. ad vs. 460. χηνῶν ἢ γεράνων. sunt hae aues, ὄρνεα, ἥμερα καὶ συναγελαστικά, Schol. B. L. V. addunt Schol. Vict. ὅθεν διδαχθεὶς Ἀριστοτέλης τὰ γαμψώνυχα οἰονόμια φησὶ, τὰ δὲ τὴν ἐπιδερμίδα ἔχοντα . . . . ex Aristotele supplebit, cui otium est.

p. 281. ad vs. 466. αὐτὰρ ὑπὸ χθὼν σμερδαλέον κονάβιζε. Schol. Vict. Ἀρίσταρχος οὕτως ἔφη· σμερδαλέον δέ τε γαῖα. εἰς βραχεῖαν τελευτῶσα τὸν ἦχον ἐμείου. Corrupta haec sunt. Spectauit, puto, Scholion ad vs. 463 σμαραγεῖ δέ τε λειμών, pro quo legerat Aristarchus γαῖα. ita in breuem desinit versus, sono minus graui.

Porro obserua, in primo hoc e castris egressu nullum *amnem ante castra* memorari, qui traiiciendus esset.

ad vs. 468. ineptiunt Schol. Lips. et Eton. (Nöhden p. 30) in ἄνθεα et φύλλα. Mox ad vs. 479. 480. Scholia nugacia auctorem habent Porphyrium. v. Nöhden ibid. p. 31.

Digitized by Google

p. 288. de nauium catalogo a pueris memoriter edi-ſci iuſſo v. Ariſtot. Rhet. I, c. extr. et alia ap. *Lenz (Ebene von Troia* p. 234. et p. 230.) Si fides habenda Porphyrio apud Euſtath. ad B, 557. p. 285. *Peplus* Ariſtotelis, e quo epitaphia habemus, γενεαλογίας τε ἡγεμόνων ἐξέθετο, καὶ νεῶν ἑκάστων ἀριθμόν. In ipſis Epitaphiis memorantur nonnulla in Homero haud obuia. Plura in Νόστοις occurrere debuere. Porrò ex hoc catalogo chorum priorem Iphigeniae in Aulide contexuit Euripides.

Abeſt autem Catalogus ſ. Βοιωτία a nonnullis codicibus. In his eſt cod. Townleii, Victor. cum binis Vindobonenſ. ap. Alterum: quem v. in praef. Vol. II. p. XVIII. XIX. De locis ſerius inſertis, vt vniuerſe iuſta eſt ſuſpicio, ita de ſingulis nihil poteſt tuto affirmari.

p. 296. ad vſ. 500 l. 2. ϝυλη. ſcribe ὑλϝη.

p. 306. ad vſ. 520. Κρίσαν τε ζαθέην καὶ Δαυλίδα καὶ Πανοπῆα, non ad vſ. 521, ſpectat Schol. Sophocl. Oedip. R. 753 (733) τινὲς δὲ τὴν Δαυλίδα Ἀνακρίδα λέγουσιν· οὕτως· Κρίσσαν τε ζαθέην, καὶ Ἀνακρίδα, καὶ Πανοπῆα. quod alibi non occurrit.

p. 310. ad vſ. 529. λινοθώρηξ. reſpicit Plinius XIX, 1. f. *Honor etiam* (lino) *et Troiano bello; cur enim non et praeliis interſit, vt naufragiis? thoracibus lineis, paucos tamen pugnaſſe teſtis eſt.*

p. 315. ad vſ. 543. ὀρεκτῇσι μελίῃσι. Verba oraculi in Scholiis haec ſunt: καὶ ὁ χρησμὸς οὕτω περὶ αὐτῶν· (de Abantibus ſ. Euboeenſibus) „ἄνδρες δουρέμαχοι (ſic Vict. non δουρίμαχοι. ſic ἀγχέμαχοι v. inf. ad vſ. 823. N, 5.) ναίουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης. Oraculi huius vulgatiſſimi, ab Aegienſibus in Megarenſium contumeliam verſi, verba varie ſunt edita: ap. Strabon. X p. 689 C. Schol. Theocriti XIV, 48. Suidam in Ὑμεῖς ὦ Μεγαρεῖς. vnde translata ſunt in Paroemiographos.

ad vſ. 546. Aliud exemplum mortalis in templa deorum recepti eſt Palaemon Corinthi in templum Neptuni. v. ad Philoſtrati Imagg. II, 16.

Digitized by Google

p. 317. ad vſ. 547. alludere ad h. v. Platonem docet Schol. Platon. p. 82.

p. 318. ad vſ. 548. *ζείδωρος Ἄρουρα.* vbi ſub fin. adde Plin. XVIII, ſ. 19 *Zea, propter quam Homerus ζείδωρος ἄρουρα dixit, non, vt aliqui arbitrantur, quoniam vitam donaret.* Ceterum non improbandam rem faciet, qui verba *τέκε δὲ ζείδωρος Ἄρουρα* parentheſi includet, ſaltem pro interpoſitis accipiet, nam iuncta ſunt: *θρέψε Διὸς θυγάτηρ, καὶ δ' ἐν Ἀθήνῃς εἶσιν.*

p. 319. ad vſſ. 553. 4. 5. Locum legit et reſpicit Herodotus VII, 161.

p. 320. ad vſ. 558. *στῆσε δ' ἄγων.* adde Ariſtot. Rhet. I. cap. extr.

p. 322. ad vſ. 561. (68) Schol. B. L. *Τροιζῆν' ἀπὸ Τροιζῆνος τοῦ Πέλοπος. λέγουσι δὲ τὴν Καλαβρίαν εἶναι.* Eſſe hanc inſulam *Καλαυρίαν* Troezeni oppoſitam, facile aſſequaris. Quid tamen ea ad Troezenem faciat, haud in aperto eſt. At cum viderem in eod. Certam. Hom. c. Heſiodo l. c. verſum 562 *οἵ τ' ἔχον Αἴγιναν*, legi *Νῆσόν τ' Αἰγίναν τε*, in promtu fuit animaduertere, Scholia iſta voc. *Νῆσον* interpretari per Calauriam. Fuit igitur ea antiqua nonnullorum lectio.

p. 323. Verſibus, de Argiuorum ducibus, poſt vſ. 568. duo alii aſſuuntur in Certam. Hom. c. Heſiodo p. XXVIII. ed. Barnes.

ἐν δ' ἄνδρες πολέμοιο δαήμονες ἐστιχόωντο,
Ἀργεῖοι λινοθώρηκες, κέντρα πτολέμοιο.

luſus indoctus; cum Argiui grauiter armati eſſent, non lineo thorace vti poterant, vt Locri vſ. 529.

Porro ad vſ. 567. (74) *συμπάντων δ' ἡγεῖτο βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης*, Scholia B. et L. *ὡς ἄριστος. ἢ, κατὰ τὸν Φαιάκων νόμον· τριςκαιδέκατος δ' ἐγὼ αὐτός.* Od. Θ, 391. vbi Alcinous inter ceteros Phaeacum principes primum locum tenet. Aliter quam in oraculo de Megarenſibus ſupra ad p. 315 laudato *ὑμεῖς δ', ὦ Μεγαρεῖς, οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι, οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.*

Digitized by Google

ad vſ. 570. de Corintho iam tum opulenta v. Thucyd. I, 13. et ad vſ. 571. Plinius IV, 6. *Phlius — quae regio ab Homero Araethyrea dicta; poſtea Aſopis.*

p. 334. ad vſ. 594. τὸ Ἕλος eſſe vnde Ἕλωται, ait Schol. Platonis p. 78. ad locum qui ſequitur cf. Diodor. III, 66.

ad vſ. 595. pro Nympha Agriope corruptius adhuc in Schol. A. eſt Ἀρσίου τῆς Νύμφης. corrige Ἀρσιόπης ac verius Ἀργιόπης.

p. 336. vſ. 597. l. 3. In hoc loco (Od. Λ, 583) male iunguntur: στεῦτο διψάων· quod me per litteras monuit vir elegantis doctrinae Twining: legendum enim eſſe: στεῦτο δὲ διψάων πιέειν, οὐ δ' εἶχεν ἑλέσθαι. vbique στεῦτο, στεῦται, cum infinitiuo iungitur, Γ, 83. J, 241. Σ, 191. Φ, 455.

p. 344. vſ. 627. de Megete v. Schol. Vict. ad N, 691.

p. 347. ad vſ. 634. Notabile eſt in Schol. A. Φρούριον δὲ τῆς Κεφαλληνίας μέχρι νῦν Σάμος. ὅπερ Φασὶ Ῥωμαῖοι Κάστρον. niſi ſerioris manus eſt.

p. 348. l. 5. ad vſ. 637. *minii vſum* — et ex h. l. notat Plinius XXXIII, 38.

vſ. 638. Αἰτωλῶν δ' ἡγεῖτο. Flor. ed. δ' ἦρχε. repoſuit vulgatum Ald. 1.

p. 351. l. 6. ab extr. ναιεταούσας ſcribe ναιεταώσας.

p. 365. vbi Myrmidones et Hellenes. Plin. IV, 14. *Sequitur mutatis ſaepe nominibus Aemonia; eadem Pelasgicum Argos; Hellas; eadem Theſſalia et Dryopis*, (per ſingulos populos a poetis ex more declarata; non tanquam geographica nomina fuerint) *ſemper a regibus cognominata*, (hoc ex Plinii opinione, vt et ſqq.) *ibi genitus rex nomine Graecus, a quo Graecia, ibi Hellen, a quo Hellenes, hos eosdem Homerus tribus nominibus appellauit, Myrmidonas et Hellenas et Achaeos.*

p. 372. ad vſ. 690. Conuenit cum his ſup. A, 690.

Digitized by Google

p. 381. vſ. 728. Medon Oilei filius ex Rhena. v. inf. Sch. Vict. ad N, 694.

p. 389. vſ. 748. „*Gunei* nomen alibi non memoratum“ adde: niſi quod in Fragmento Apollodori p. 1038. ex Schol. Lycophr. 902 Guneus eſt inter eos, qui in Libyam fuere delati; in Ariſtotelis Epitaph. 37. mari ſubmerſus fertur.

p. 393. vſ. 756. Prothous naufragio ad petras Caphareas Euboeae periiſſe narratur ibid. Apollod. p. 1038. et Ariſtot. Epitaph. 37.

p. 395. ad vſ. 767. add. E, 272. vbi Aeneae equi μήστωρε Φόβοιο. Mox p. 396. vſſ. 792 ſq. leguntur iterum H, 229.

p. 399. ad vſ. 783. de Ὑδη. *Taylorum:* adde in *Elements of civil Law* p. 554.

p. 407. ad vſ. 814. *Myrine* eo nomine fuit vrbs Lemni. Apollon. I, 604.

p. 409. ad vſ. 820. 1. inſertum in Ven. B. et Lipſ. longum Scholion de Venere virili cum pectine et barba, quam Romae fuiſſe aiunt. Eſt idem locus in Suida voc. Ἀφροδίτη. Contra alia Venus Calua fuiſſe traditur.

p. 412. ad vſ. 827. Πάνδαρος ᾧ καὶ τόξον. eſſe καὶ expletiuum obſeruat Schol. Platonis p. 69. quidni ſit *cui etiam*? Scholion in Ven. B. et Lipſ. quo carere poteramus, eſt e Porphyrio: v. Nöhden p. 33.

ad vſ. 828. Plin. V, ſ. 40. *Parium colonia, quam Homerus Adraſtiam appellauit.*

p. 429. ad vſ. 856. Opinionem, Ἀλιζῶνας dictos tanquam mari cinctos, ſequitur Plinius V. ſ. 40. de Bithynia: *ea appellata eſt Cronia, dein Theſſalis, dein Maliande,* (melius Mariandyne) *et Strymonis: hos Homerus Halizonas dixit: quandoquidem praecingitur gens mari.*

p. 435. ad vſ. 867. Cares βαρβαρόφωνοι. cf. Suidas in Καρικὴ Μούσῃ.

p. 442 verſus fin. *Euripides in Oreſte pr.* adde: vbi *Argos* eſt totus ille tractus, in quo Mycenae ſitae ſunt.

Digitized by Google

p. 445. l. 1. *et Hippocratis:* non, vt nunc editi ſunt, ſed codices. quod docuit V. C. Coray ad Hippocr. de Aere et locis: De *νυ ἐφελκυστικῷ* pro ſuo quisque ſtatuet ſenſu; modo tempora antiquiora a ſerioribus diſtinxerit; quae in antiquioribus veriora ſunt, adhuc latent.

III (Γ)

p. 448. ad vſ. 1. in fine: *ἡ πληθὸς* corrige *πληθὺς* —

p. 450. ad vſ. 3. non ſatis circumſpecte Plinius VII, 2. ad Homerum prouocat, vbi de Pygmaeis ſupra Indiam agit ex Megaſthene ac ſimilibus.

p. 451. ad vſ. 5. Schol. Harl. *τινὲς μέν τοι ἐνόμιζον, Ὠκεανὸν μὲν λέγειν τὸν Νεῖλον.* Sic ſupra nonnulli ad A, 125. p. 117.

ad vſ. 6. *ἀνδράσι Πυγμαίοισι Φόνον καὶ κῆρα Φέρουσαι.* ξ *ὅτι καὶ τῷ ξένῳ τῆς ἱστορίας ψυχαγωγεῖ τὸν ἀκροατήν. ὅθεν καὶ τὸν θροῦν ἐπ' ἄπειρον αὔξει. Φησὶ δὲ αὐτοὺς Ἑκαταῖος ἐπὶ σχημάτων* (leg. *ἐπὶ σχήματι* Euſtath. *ἐν σχήματι.* Lipſ. *κατὰ σχημάτων*) *κριῶν ἐξιόντας ἀλέξασθαι αὐτάς· τὰς δὲ καταΦρονούσας τοῦ μήκους, πολεμεῖν πρὸς αὐτούς.* Schol. A. B. L. Vict. Addunt Vict. poſt *αὔξει. κρατήλοις γὰρ αὐτὰς ἀλέξονται.* lege *κροτάλοις.* Euſtathius quoque: *κρόταλα γὰρ ψοΦοῦσι, καὶ οὕτω τὰς πυγμαιομάχους γεράνους ἀμύνονται, καταΦρονούσας ἄλλας τοῦ μήκους.*

ad vſ. 7. l. 3. *ϝηαριναὶ* ſcribe *ϝειαριναί.* v. Excurſ. III ad XIX p. 737.

p. 453. ad vſ. 13. l. 5. adde: potuit Ariſtophanes ſtatuere, fuiſſe et *ἡ ἄελλα*, et *ὁ ἀέλλης*, vt eſſet: *ὁ κονισάλου ἀέλλης.*

ad vſ. 17. Eſt in Schol. B. et L. *ζήτησις·* quatenus Paris *θεοειδὴς* dictus ſit. Rhapſodia haec onerata eſt *ζητήμασι* mirum in modum, quae collegit Nöhden l. c. p. 35. ex Etonenſi iisque nugatoriis fere et ludicris, vt e Porphyrio tam multa ſeruata eſſe aegre feras.

Digitized by Google

p. 457. ad vſ. 35. l. 6. Ἀρίσταρχος οὐδετέρως, παρσιά. In Schol. Vict. additur: „ὁ δὲ Σιδώνιος διὰ τοῦ η, διὰ τὸ παρήϊον.“ Ita vero ſcribere debuit παρῆα.

p. 458. vſ. 43. ἦ που καγχαλόωσι. ſup. A, 255 ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος.

p. 459. ad vſ. 42. λώβην τ' ἔμεναι καὶ ἐπόψιον ἄλλων. Ariſtophanem haud interpunxiſſe poſt ἔμεναι, aut, vt Vict. ait, poſt λώβην, propterea notatum eſt, quia ἐπόψιον legebat ideoque iungebat, λώβην τ' ἔμεναι καὶ ἐπόψιον ἄλλων. at iis, qui ὑπόψιον ἄλλων legebant, diſtinguendum erat hoc a ceteris, nam accipiebant ſic: *verentem, ne paria ipſe experiretur*, et ne viciſſim alius Helenae moechus eſſet.

p. 460. ad vſ. 49. νυὸν ἀνδρῶν. l. 5. *Agamemnonis.* corrige „Menelai. De nauigatione Paridis cf. ad Z, 290. vbi et 291. de ἐπιπλώσας.

p. 463. vſſ. 57. 58. ſpurios eſſe Martorelli Theca calamaria p. 51. cenſet, quia a Dione Chryſ. Or. XI. ſuper Ilio non recitantur. argumento per ſe haud idoneo.

p. 469. ad vſ. 99. ἐπεὶ κακὰ πολλὰ πέποσθε. Schol. Vict. πέποσθε. πέπασθε. οὕτως πᾶσαι. ἀπὸ δὲ τοῦ πήθω δὲ τὸ πέποσθε. corrupta haec cum aliis ſeqq. Comparatis Scholiis ceteris apparet, Herodianum πέποσθε ductum eſſe putaſſe a πήθω, πέπησμαι, πέπησθε, et per ſyſtolen πέπυσθε. quod eſt ariolantis. Malim dicere vocis, quae nunc πάσχω eſt, fuiſſe olim formas plures, πήθω, vnde παθῶ, ἔπαθον. inde etiam eſſe potuit πέπησμαι. πείθομαι, vnde πείσεται Il. Υ, 127. porro πόω, vnde πέποσμαι, et h. l. πέποσθε. πόνω, vnde πέπονα et πέπονθα, πονέω, πονῶ. tandem quoque πένομαι.

p. 472. ad vſ. 121. Ἶρις δ' αὖθ' Ἑλένῃ — ἄγγελος ἦλθε. Schol. Vict. δῆλον, ὅτι παρὰ τοῦ Διός. οὐ γὰρ αὐτάγγελος. Eſt hoc excerptum Scholii Porphyriani quod ex Cod. Eton. exhibuit Nöhden l. l. p. 35. De accentu τοῦ γαλόῳ vſ. 122. vide late disputantem Hermannum Gr. gr. p. 27. Helicaonis vſ. 123 memorationem videbis ap. Athenaeum VI p. 232 ex epigrammate clipei ab

eo Delphis dedicati. ad vſ. 124. monent e Priami filiabus Λαοδίκην dici εἶδος ἀρίστην, nec minus tamen et Caſſandram dici εἶδος ἀρίστην N, 365. bene memoria valere dixeris grammaticos. At vtroque loco eſt *admodum praeſtans.* 126. δίπλακα, δίμιτον χλαῖναν reddunt Schol. B. Lipſ. διπλοΐδα. οἱ δὲ, δίμιτον Vict. Eadem: αἱ πᾶσαι πορφυρέην. Ad h. v. ſpectat Plinius H. N. VIII, 74. *accipio pictas veſtes iam apud Homerum fuiſſe.* Ineptum eſt Scholion cod. Vindob. ap. Alter. To. II p. VIII ὅτι ἐκ τούτου τοῦ ἱστοῦ ἔλαβε τὸ πλέον τῆς ἱστορίας τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου ὁ θεῖος Ὅμηρος. ὅς φησιν Ἀρίσταρχος ὁ Ὁμηρικός.

p. 475. vſ. 132. οἵ δε et οἱ δὲ — corriges ad vſ. 140. poeta ignorat raptum Helenae a Theſeo, quia Menelaum πρότερον ἄνδρα dicit: ἐπεὶ πρῶτον μὲν ὑπὸ Θησέως, εἶτα Μενελάου, εἶτα Ἀλεξάνδρου, ΔηϊΦόβου, καὶ Ἀχιλλέως ἐν ὀνείρῳ· ὧν αὐτὸς οὐ μέμνηται. ſuſpiceris fuiſſe ὧν αὐτὸς οὐδ' ἐν ὀνείρῳ μέμνηται. Ne tamen feſtines, v. Schol. Lycophr. 174.

p. 476. ad vſ. 144. Αἴθρη, Πιτθῆος θυγάτηρ. Schol. A. εἰ μὲν τὴν Θησέως λέγει μητέρα, ἀθετητέον. Schol. B. V. L. εἰ μὲν ὁμωνυμία ἐστὶν, (vt alia ſit Aethra) ἐατέον. ζήτημα Porphyrii plenius eſt in Victor. et Eton. vnde id vide ap. Nöhden p. 35.

p. 480. vſ. 157. τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ, contenderunt et h. l. alii ſcribendum eſſe τοίηδ' ap. Schol. Vict. Ω, 15.

vſ. 158. pro αἰνῶς legerat δεινῶς Hermog. περὶ ἰδεῶν II. p. 155. ed. Laur. Idem de eloqu. meth. c. 32. vſ. 164. οὔ τι μοι αἰτίη ἐσσὶ pro exemplo confeſſionis refert, quae eſt inter artes rhetoricas.

p. 482. ad vſ. 172. Plutarchi in Cleomene locus eſt p. 808 E.

p. 488. ad vſ. 189. de Amazonibus vulgo tradita v. in Scholiis.

p. 489. ad vſ. 197. Scholion ad h. l. de πηγεσίμαλλος eſſe Porphyrii docet Schol. Eton.

Digitized by Google

p. 491. ad vſ. 205 extr. Propter Antenoris in Achivos beneficia intactae fuere eius aedes *pardalea pelle* ex foribus ſuſpenſa: de qua v. ad Virgil. Excurſ. VII Aen. I. de Antenore. Memorant eam diuerſis locis Scholia B. L. Harlei. ad h. l. vſ. 203. 205. 206. — Ita et Scholion de tribus dicendi generibus alii ad vſ. 213. Vict. ad vſ. 216. apponunt.

p. 495. vſ. 214. παῦρα μὲν — reſpicit locum Eurip. Or. 639. vbi cf. Schol.

p. 497. vſ. 218. 9. Eſt Schol. Townl. ad Σ, 523. quod huc ſpectat: συμπεριέφερον τὰ σκῆπτρα τοῖς λεγομένοις, ὡς καὶ οἱ δημογέροντες. ὅθεν καὶ Ὀδυσσεὺς ἔδοξεν ἀμαθὴς εἶναι, ὅτε τὸ σκῆπτρον οὐκ ἐνώμα. οὔπω γὰρ ἀνέδην τὰς χεῖρας ἐκίνουν.

p. 501. ad vſ. 236. Schol. Vict. Ζηνόδοτος δὲ ὁ .... ὑπολελεῖφθαι τῆς Ἑλλάδος φησὶ τοὺς Διοσκούρους. haec explere nemo valeret, niſi in Euſtathio eſſent p. 410. l. 15. διοικητὰς ἐν Λακεδαίμονι.

p. 505. ad vſ. 260. de ζευγνύμεναι v. ad Π, 99.

p. 511. ad vſ. 277. Ἥλιος θ', ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις. Solem etiam *audire* omnia ex h. l. Plinius memorat H. N. II, ſ. 4 extr. quo ſenſu, non adiecit; vix tam ſubtili, quo Xenophanes, qui οὐσίαν θεοῦ aiebat eſſe σφαιροειδῆ, μηδὲν ὅμοιον ἔχουσαν ἀνθρώπῳ, ὅλον δὲ ὁρᾶν καὶ ὅλον ἀκούειν. verſus eſt ap. Sext. Empir. IX. ſ. 144. οὖλος ὁρᾷ, οὖλος τε νοεῖ, ἆλος δέ τ' ἀκούει. ſuſpiceris οὖλός τ' ἐπακούει ex noſtro.

p. 511. 512. ad vſ. 279. Iungenda eſſe οἵ ὑτένερθε τίνυσθον, non τοὺς ὑπένερθε καμόντας, per ſe patet.

p. 517. ad vſ. 323. ἡμῖν δ' αὖ φιλότητα — γενέσθαι. pendet a δὸς, etſi locum imperatiui habere putat Schol. Vict. „ἦ, φιλότης γενέσθω. ὡς καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ· οἱ τὸ ἀλύοντες φεύγειν * μεταμβρινον * ὕπνον verſus eſt X, 48. σῖτον ἀλοιῶντες φεύγειν τὸ μεσαμβρινὸν ὕπνον.

p. 518. ad vſ. 330. διὰ τί πάντας — ζήτημα eſſe Porphyrii cod. Eton. docet. vt et ad vſ. 355. vtramque

Digitized by Google

ζήτησιν. et ad 365. τί οὖν βλασφημεῖ. ad 379. ζητεῖται, ποίῳ ἔγχει. ad vſ. 396. ἀδύνατον Φασὶν etc.

p. 523. διὰ μὲν ἀσπίδος ἦλθε. ſuſpicor ἄρ' excidiſſe, et fuiſſe: διὰ μὲν ἄρ' ἀσπίδος ἦλθε. ſicque Δ, 135 διὰ μὲν ἄρα ζωστῆρος, ita vt διὰ vna ſyllaba pronuntiaretur, quae ratio expeditiſſima eſſe videtur.

p. 525. ad vſ. 359. παρὰ λαπάρην διάμησε χιτῶνα de α correpta in διάμησε v. ad Ω, 165.

p. 532. ad vſ. 387. Λακεδαίμονι ναιεταώσῃ. vt ſup. B, 648. vbi v. Obſſ. ad B, 626. Paullo poſt ad vſ. 388. ἤσκειν adde aliud exemplum, βεβλήκειν Ξ, 412.

p. 540. ad vſ. 414. In Schol. Vict. Lipſ. Ven. B. adſcripti Iambi: θεὸς γὰρ ἐπὶ σμικροῖσιν οὐ θερμαίνεται, ἀλλ' ὡς λέβης τοῦ μείζονος δεῖται πυρός. Adſcripſerat eos e MS. Baſil. iam Valken. ad Eurip. Hippol. p. 179. Mox 415 τὼς δέ σ' ἀπεχθήρω. Alii ſcribunt τῶς. hoc malit Hermann. Gr. gr. p. 113.

p. 542. ad vſ. 423—426. quae in Ven. A. ſunt, leguntur quoque ap. Diomedem Scholaſticum εἰς τὴν Διονυσίου τέχνην, ap. Villoiſ. Diatribe p. 173.

p. 549. ad vſ. 449. θηρὶ ἐοικάς. λέοντι v. ad O, 586.

IV (Δ)

1. Laborant Scholia huius libri etiam in Leid. Harlei. magno numero Quaeſtionum Porphyrianarum: quarum tamen raro vſus aliquis eſt ad interpretationem vel illuſtrationem poetae; praeter ea, quae Schol. B. habet, ſunt alia in Lipſ. et in Eton. quae Nöhden in Diſſ. de Porphyrii Scholiis enotauit p. 38 ſq.

p. 552. ad vſ. 1. l. 9. in Porphyrii Scholio „ὡς ὁπότ' mſ. legit ὥς ὁπότ'.

p. 554. ad vſ. 4. δειδέχατ' ἀλλήλους. δεξίωσιν hanc eſſe Φιλοτησίαν dictam, Suidas memorato verſu docet h. v.

Digitized by Google

p. 557. ad vſ. 12. *καὶ αὐτοῦ κῆρας ἀμύνει.* Schol. Vict. *τινὲς ἀντὶ τοῦ αὐτόθι. τοῦτ' ἐστιν, ἐπὶ αὐτοῦ μένουσα τόπου.*

ad vſ. 17. *εἰ δ' αὕτως — ἡδὺ γένοιτο.* Vict. *ἀντὶ τοῦ ὁμοίως. καὶ, ἡδὺ γένοιτο. οὕτως Ἀριστοφάνης. Ἀρίσταρχος δὲ, τέλοιτο.* et vſ. 18. *ἤτοι μὲν οἰκέοιτο ἀντὶ τοῦ οἰκείσθω* Schol. Vict.

p. 559. ad vſ. 27. Vict. *τὰ ὀνόματα τῶν ἵππων τῆς Ἥρας Γλαῦκος καὶ Πυρία* (vix ſanum).

p. 560. ad vſ. 31. *τί νύ σε Πρίαμος* Vict. non male annotat: *ἀγνοεῖ δὲ (Ὅμηρος) τὴν κρίσιν.* latent itaque multo magis ſic cauſſae irarum Iunonis, dixeris cum Marone.

p. 562. ad vſ. 40. *ὁππότε κεν καὶ ἐγὼ* — Schol. Lipſ. *ἐμφαίνει δὲ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον.* Notabile hoc; inprimis ſi memineris (v. Excurſ. II. ad Ω) fuiſſe, qui Iliadem conditam eſſe putaret ante *κάθοδον Ἡρακλειδῶν*, quia alioqui huius euenti memoratio in Iliade facta eſſe deberet.

ad vſ. 46. Locum reſpicit Plato Alcib. II. To. II p. 149. verſibus tamen ex diuerſis locis compoſitis.

p. 563. ad vſ. 49. *λοιβῆς τε κνίσσης τε.* Inter Patres qui hoc verſu vtuntur, eſt quoque Cyrill. in Iulian. IV p. 125.

p. 565. ad vſ. 66. de voc. *ὑπερκύδαντας* Scholion legitur quoque in cod. Par. vbi *ὅτι ἐν τοῖς ἐπιμερισμοῖς λέγει ἡρόδοτος*, inter nota exempla errorum in hoc nomine referendus eſt; obuium enim fit, *Ἡρωδιανὸς* legendum eſſe.

p. 567. ad vſ. 75. fine. Athene ignis decidui (*ἀποῤῥοίας*, quam Virgil. Ge. I, 365 ſq. deſcribit,) ſpeciem praebens. Ita P, 547. 551. iridis ſpeciem mentita eadem deſcendit.

p. 569. ad vſ. 89. *εὗρε Λυκάονος υἱόν.* Schol. Vict. *αἰσχροκερδὴς οὗτος ὁ καὶ τοὺς ἵππους οἴκοι καταλιπὼν Φειδοῖ τροφῆς Πάνδαρος — Φασὶ δὲ Τριόπαν παραιβόν* (Περ-

Digitized by Google

ῥαιβὸν) τύραννον τοσοῦτον ὠμὸν εἶναι, ὡς τὸν υἱὸν ἀποκτείναντα αὐτὸν, Κάρκαβον, τυραννοκτονίας γέρας λαβεῖν παρὰ τῶν πολιτῶν. Φυγὰς δὲ ἦκων εἰς βρεμθι (Βρένθιν) τῆς Τροίας, καθαρθεὶς δὲ (τε) ὑπὸ Τρωὸς, λαβὼν ἔδαφος, κτίζει Ζέλειαν, τὴν μικρὰν Λυβίαν (corrig. τῆς μικρᾶς Λυκίας) ὥστε ἀναγκαίως ἐκ τούτου τοῦ αἵματος ἐστὶν ὁ συγχέας τοὺς ὅρκους. Nunc video, Euſtathium attigiſſe narrationem, p. 448, 11.

p. 571. ad vſ. 101. de Apolline Λυκηγενεῖ. vbi de Latona in Lyciam abeunte vt Iunonem lateret: ὡς καὶ Ἄγνων ἐν τῇ δεκαστίχῳ λέγει. videtur is decem huius loci verſus de Pandaro ſingulari libello illuſtraſſe. Ad h. v. docet Schol. Lipſ. octo notiones vocis γενεᾶ. eſt enim ἡλικία. εὐγένεια. ἔκγονος. πατρίς. χρόνος ὡρισμένος. Φύσις. ἐνιαυτὸς παρὰ τοῖς νεωτέροις. ad vſ. 102. πρωτογόνος. ζήτησις eſt in Schol. B. L. Vict. alia ad vſ. 109 κέρα ἑκκαιδεκάδωρα, de qua v. Nöhden l. c. praeter illam, quae eſt ad vſ. 105. de ἰξάλου αἰγὸς, in Scholiis A. B. adde Vict. Lipſ. Vtitur hac voce cum reſpectu ad Homerum Philoſtratus Imagg. I, 10. lyrae cornu, κέρας αἰγὸς ἰξάλου, ποιηταὶ Φασίν. Vox occurrit in Leonidae Epigr. Ἴξαλος εὐπώγων αἰγὸς πόσις. Analect. p. 236. T. I.

p. 573. ad vſ. 109. l. 3. δύο ἥμισυ πηχῶν. leg. δύο καὶ ἥμισυ.

p. 575. ad vſ. 117. ἀβλῆτα, πτερόεντα — Schol. Vict. cum Ven. A. σημειοῦται ὁ στίχος, ὡς ἐνοχλῶν τῇ τάξει. καὶ τὸ ἀβλῆτα οὐχ Ὁμηρικόν. ἄμεινον δὲ τοῦ, πτερόεντα, τὸ, πικρὸν ὀϊστόν. ἔρμα δὲ, τὸ ἔρεισμα. συνέχει γὰρ, ἕως ἀφαιρεθῇ, τὴν ὀδύνην. ὅμοιον δέ ἐστι τῷ· ἔρμα πόληος. (qui ciuitatem continet, moderatur) μελαινάων δὲ, ὅτι μελαίνονται αἱ σάρκες τῶν ἐκπεφαρμακευμένων βληθέντων ὀϊστῶν (malim ἐκπεφαρμακευμένοις — ὀϊστοῖς) ὡς τό· μελαίνετο δὲ χρόα καλόν. (E, 354) Verbo omnia declarant antiquiorem interpolationem.

p. 577. l. extr. *celebritas* leg. celeritas.

Digitized by Google

p. 579. ad vſ. 132. 3. In Schol. Vict. et Lipſ. Αὐτόχθων (fuit inter grammaticos) οὕτως· ἵνα μὴ χαλεπὴ γένηται ἡ πληγή, et ad vſ. 133. Vict. iterum.

p. 583. l. 7. Αἰάντοος. corr. Αἴαντος.

p. 587. ad vſ. 156. οἷον προστήσας πρὸ Ἀχαιῶν. non dubito fuiſſe πρὸς Ἀχαιῶν. vt πρὸς Τρώων Ω, 215. vbi v. Obſſ.

p. 590. ad vſ. 171. πολυδίψιον Ἄργος. memorandus erat Eurip. Alceſt. 560. ὅταν περ Ἄργους διψίαν ἔλθω χθόνα.

p. 592. τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών, v. ad Z (VI) 282.

p. 605. ad vſ. 249. vbi memoraui e Tragico verſum τῷ γὰρ πονοῦντί χ' ὡς θεὸς συλλαμβάνει. ex Euripidis Temenidis; praemittit verſum alium Schol. Vict. καὶ τὸ τραγικὸν (f. τὸ τοῦ Τραγικοῦ·) αυτος τι νυν δραχ' οὕτως δαιμονας καλει. τῳ γαρ πονουντι χ' ὡς θεος συλλαμβάνει· τουτο ουν πρωτος Ὅμηρος ειπεν. Videtur itaque locus hic fuiſſe: αὐτὸς τι νῦν δρᾶ χ'· οὕτως δαίμονας κάλει. τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει. *ipſe tu nunc quoque labora; ſicque deos inuoca. laboranti enim numen quoque opitulatur.* Eſt ſententia eadem quae in noto dicto: σὺν Ἀθηνᾷ καὶ τὴν χεῖρα κίνει.

p. 609. ad vſ. 278. Φαίνετ' ἰὸν κατὰ πόντον. Schol. Vict. οὕτως Ἀρίσταρχος. Ζηνόδοτος δὲ, ἰόντι. κακῶς. Sunt Scholia turbata ex vſ. 277. ad vſ. 279. ὑπὸ δὲ σπέος ἤλασε μῆλα. Schol. A. B. V. κύουσα γὰρ ἡ ὄϊς, ἐὰν ἔξω ἀκούσῃ βροντῆς, ἐκτιτρώσκει. vel vt Lipſ. Sch. ἐξαμβλοῖ. abortum facit. Mox ad vſ. 282. Ariſtarcheam lectionem βεβριθυῖαι, quam Schol. A. Vict. recitant, exhibet Cod. Pariſ. βεβρικυῖαι.

p. 612. ad vſ. 300. ἀναγκαίῃ πολεμίζοι. μοίρᾳ. αἴσῃ etiam Herodotus frequentat; v. Weſſel. ad II, 65. not. 79.

p. 618. ad vſ. 330. πὰρ δὲ Κεφαλλήνων. vbi Athenienſibus cum Meneſtheo adſtat Vlyſſes cum Cephalleniis.

Digitized by Google

Schol. Vict. ἴσως, ἐπεὶ Κέφαλος ὁ Δηϊόνος, Ἀθηναῖος ὤν, ᾤκησε (vel ᾤκισε) τὴν Κεφαλληνίαν, (v. Apollod. II, 4, 7. et ſup. ad B, 631 p. 345.) συνεστάγησαν αὐτῷ. Simpliciora v. in Nota ad vſ. 330. Paullo poſt ad vſ. 334. πολύστιχον Selenci etiam Schol. Vict. memorat.

p. 620. ad vſ. 343. πρώτω γὰρ — compara Sarpedonis verba inf. M, 310. 1. et notos vſſ. Aen. XI, 736 ſq.

p. 626. ad vſ. 381. παραίσια σήματα Φαίνων. Schol. Vict. praefixum habet παραίσιμα. interpretatur tamen, παρὰ τὴν αἶσαν.

p. 627. ad vſ. 384. Τυδῆ στεῖλαν Ἀχαιοί. Schol. Vict. Τυδῆ. ὡς· ἀλλ' Ὀδυσῆ ποθέουσα (Odyſſ. T, 136. at recte editur: Ὀδυσῆα ποθεῦσα) καὶ· καστιστῆ δ' ἔλε Πολυδάμας. (Il. O, 339. Μηκιστῆ δ' ἔλε Πουλυδάμας.)

p. 628. ad vſ. 391. Καδμεῖοι κέντορες ἵππων. Schol. Vict. ἔνθεν καὶ εὐάρμοστον τὴν Θήβην φησὶ Πίνδαρος. immo vero, εὐάρματον in fragmento ap. Schol. Pindari ad Pyth. IV, 25. p. 548.

ad vſ. 398. θεῶν τεράεσσι. Schol. Vict. B. ἡ Ἀθηνᾶ γὰρ αὐτῷ εἶπεν, ὅτι ἐάγη αὐτοῦ τὸ δόρυ. v. Notam ad h. v. et inf. K, 285.

p. 630. ad vſ. 404. Ἀτρεΐδη, μὴ ψεύδε', ἐπιστάμενος σάφα εἰπεῖν. Schol. Vict. μὴ ψεύδεαι. ὡς τὸ, νήχεαι. Ἡρωδιανὸς δὲ τὸ ἐν τέλει, ψεύδεο, φησι.

ad vſ. 405. ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες — Schol. Vict. et Lipſ. „ἐν τῷ τῆς ἀρετῆς ἀγῶνι οὐδὲ γονεῦσί φησι δεῖν παραχωρεῖν. (Vict. addit: φησὶ γοῦν. υἱὸς θ' υἱωνός τε ἀρετῆς πέρι. Eſt vſ. Od. Ω, 514) παρύψωσε δὲ καὶ ἑαυτὸν τῷ· μέγα. καὶ τὴν μαρτυρίαν ἐπήγαγε (vſſ. 406 ſqq.) τοῦτο δὲ, ὅτι οὐ δεῖ ταῖς τῶν προγόνων ἀρεταῖς κοσμεῖσθαι· Pergit Schol. Lipſ. οὐδεὶς δὲ παρ' Ὁμήρῳ πραων (leg. πατέρων) αἰνέσει εἰ μὴ κακοδαίμονα τέκνα. Schol. Vict. παροιμία τις πατερ αἰνεσει. — Eſt hic nobilis ap. Ciceron. ad Att. I, 19. τίς πατέρ' αἰνήσει; quem pleniorem habet Plutarch. in Arato pr. τίς πατέρ'

αἰνήσει᾽ εἰ μὴ κακοδαίμονες υἱοί. h. opibus virtutibusque propriis egentes.

ad vſ. 406. de noto epitheto Θήβης ἑπταπύλοιο. Schol. Vict. πρὸς γὰρ ἑπτάχορδον Ἀμφίονος λύραν ἡρμόσθη.

p. 631. ad vſ. 410. ὁμοίῃ ἔνθεο τιμῇ. Schol. Vict. ἀντὶ τοῦ· ἐν ὁμοίῃ. Ἀρίσταρχος δὲ, ἔνθεο τιμήν. hoc tamen vitioſe pro τιμῇ.

p. 633. vſ. 426. ἀποπτύει ἁλὸς ἄχνην. illuſtrat Schol. Eurip. Or. 115.

p. 636. vſ. 437. ὁμὸς θρόος etiam Suidas laudat.

p. 638. vſ. 448. ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι. diſerta ſunt Scholia in hac voce per ſe perſpicua: vmbilicum in medio habentes, et hoc ipſo rotundae.

p. 639. ad vſ. 452. ὄρεσφι. Schol. Vict. τὸ σ ἔδωκεν ἡ συγκοπή. ὡς θεόφατον, θέσφατον. ergo putauit eſſe ex ὀρεόφι?

p. 641. vſ. 457. In Scholio Porphyrii exploditur Apio, qui κορυστὴν putauerit eſſe dictum pro ἱπποκορυστήν. recte, eſt ſimpl. ὁ μαχητὴς, ὁ ὁπλίτης.

p. 643. ad vſ. 476. Schol. B. Lipſ. μῆλα ὁ ποιητὴς τὰ πρόβατα, καὶ τὰς αἶγας· Ἡρέδοτος τὰ τετράποδα πάντα. Vict. pro Ἡρέδοτος, Ἡρόδικος. Pariſ. Ἡρωδιανός. Obſeruatiunculam ſexcenties recoctam haud curo; verum aberrationem in nomine pro exemplo propono: Herodiani nomen veram puto eſſe ſcripturam. Herodoti tamen nomen potuit legi in Scholio pleniore, nam illum πρόβατα generali notione adhibere, notatum eſt paſſim, vt Herodot. I, 207. p. 98, 71. et Euſtath. p. 1648. 9.

p. 648. vſ. 508. Apollo Περγάμου ἑκκατιδών. quia ibi eius templum, inf. E, 445. 6.

p. 652. ad vſ. 539. ἔνθα κεν οὐκέτι ἔργον ἀνὴρ ὀνόσαιτο μετελθών. lin. penult. totum locum ſic conſtitue: οὐκέτι. Ptolemaeus Aſcalonita legebat οὐκ ἔτι. ſic et ſcriptum in Schol. Sophocl. Trach. 19. qui verſum laudat.

Digitized by Google

ἰστέον δὲ, ὅτι ὁ Ἀσκαλωνίτης βαρύνει τὴν οὐ (οὐκ) ἀπόφασιν· οὐκ ἔτι. ἵνα ᾖ, τὸ ἐξῆς, ἀρχὴ, (h. e. κατὰ τὸ ἐξῆς ἡ ἀρχή. nisi fuit ἡ ἐξῆς ἀρχή·) ἔτι. Fuit et alia lectio ἐν Παραλλήλοις, grammatico opere, οὐ κέ τι.

Simpliciſſimum erat dicere, οὐκέτι h. l. poſitum eſſe, vt ſaepe alibi, pro οὐκ.

οὐκέτι, ſeu vt melius ſcribitur, οὐκ ἔτι, ſimpliciter poſitum occurrere pro οὐκ, obuia res eſt. Schol. Vict. pro exemplis adſcripſit Il. Υ, 376. et Od. Ψ, 228.

p. 662. l. 7 a fine. Aiax extrema laeui cornu ſeruat: et ab ea parte plerumque acerrima pugna fit. etiam in τειχομαχίᾳ (v. Excurſ. I ad XII.) ergo *verſus Simoentem;* reſpectu caſtrorum Achiuorum. Saepe itaque occurrit μάχης ἐπ' ἀριστερὰ πάσης. recte τοῦ ναυστάθμου addunt Schol. Vict. Lipſ. E, 355. νεῶν ἐπ' ἀριστερὰ M, 118. N, 675. 752. 765. vbi ipſe Hector eo modo loquendi vtitur. At inuerſo modo a parte Troianorum Hector μάχης ἐπ' ἀριστερὰ μάρναθ' πάσης ὄχθας παρ ποταμοῖο Σκαμάνδρου. Λ, 498. 9 vbi cf. Notam.

p. 666. Excurſu III. de ὄφρα. Dawes Miſcell. crit. p. 85. iuncturae τοῦ ὄφρα et ſimilium, ἵνα, ὡς, μὴ, diverſitatem in temporum poſitu quaeſiuit, propoſita obſeruatione: poſt praeteritum eſſe optatiuum, poſt praeſens coniunctiuum. Verior ratio quaerenda primo in conſequutione temporum, tum in oratione recta vel obliqua; quoties eſt propoſitio cauſſalis locum potiorem habet ſubiunctiuus: *auf daſs. damit.* quoties eſt potentialis, *es könnte, möchte, dürfte,* amatur optatiuus. Tandem ſubtilitas iſta in Atticis regnat; in Ionico poeta non aeque.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

HDI
HW 2JDY 4